Sed in lege domini Voluntas eius (.1. non tantum Manus, coacta aut neceſſitate penè timoris, aut ſpe temporalium allecta, ſine voluntate.) Sed hylari & libera voluntate. legem dominj operatur. Quod non eſt eorum qui ſub lege ſunt in ſpiritu ſeruitutis in timore. Sed qui in gratia & ſpiritu libertatis. Vnde liberi Nadaboth [*Pſalm 110, 3.*]. ſpontanej voluntarijque dicuntur Chriſtiani A Chriſto ſuo. qui primus talis eſt. Iudej autem Tedioſi & involuntarii. & manu tantum, in lege ſunt. Licet enim lex per timorem penarum potuit manum prohibere, & per ſpem bonorum ad opera prouocare, tamen voluntatem intus non potuit, neque ſoluere neque ligare, Non inquam ſoluere ad libertatem, neque ligare eius cupiditates. Hoc enim fit ſolum vinculis Charitatis. quam non lex. Sed Chriſtus in ſpiritu ſuo dedit. Sic ipſe ps. 39. deus meus volui & legem tuam in medio cordis mej. Volui inquit (.1. voluntas mihi eſt. & non neceſſitas timoris vel ſpes lucri. Et ideo lex tua, non in finibus & cute cordis mej Sed in medio, in intimo & toto affectu: in Iudeis autem vix per timorem leniter (leuiter?) perſtrinxit cor eorum. Sic rurſum dicit Et ex voluntate mea confitebor illi Et iterum Voluntarie ſacrificabo tibi. [*Pſalm 27=28, V. 7. Pſ. 53=54,*

*) Am äussersten Rande oben quer herüber steht eine Zeile für sich, die, beim späteren Einbinden scharf beschnitten, sicher nur noch erkennen lässt: Cathedra doctoris (?) ſ.... thronus reg..... dormientium (?) ꝛc

V. 8.] — [*Am Rande links:* ps. 118. deduc me in ſemita mandatorum tuorum. quia ipſam volui. Et ps. 111. In mandatis eius volet nimis.] Notandum tamen Quod Chriſtianorum non ſic eſt libertas & voluntas. Quod ſine timore (etiam penarum) ſint in lege dominj, quoniam hoc falſum eſſet, Quia qui timet penam futuram & ideo legem ſeruat: vtique fide hoc facit. Quia niſi crederet, non timeret. Et ideo non eſt longe a regno dei. Immo talis eſt caſtus timor & ſanctus, quia ſanctificat non tantum manus Sed & animam. Quia iſto timore non ſolum opus Sed & voluntatem vtique cuſtodit a peccato. Non autem ſic Timor legalis. Quia ibi timebatur pena corporalis & preſens, & temporalis. Quia lex Iuſſit occidi, lapidari ꝛc. Et ideo non in fide timebant penam futuram. Sed in experientia penam preſentem. Quare non cohibebant iſto timore voluntatem. Et hunc timorem inũtilem quia non ſanctificat animam, quia non eſt ſanctus, foras mittit Sancta Charitas adducens illum qui dictus eſt. licet & hunc perfecta, minuet Sed non extinguit totaliter. Igitur prima radix omnium bonorum eſt voluntatem habere in lege domini. Nullum enim violentum perpetuum & quod ſine affectu & voluntate tenetur non diu tenetur. Quia non habet radicem granum quod ſupra petroſa cecidit. Nam & gentilis ille poeta dixit. Errat mea ſententia Qui firmius putat regnum eſſe. quod vi fit. quam quod amicitia coniungitur. Igitur Chriſtus non vult vi & violentia ſuum regnum conſtare. quia tunc non conſtaret. Sed voluntate & ex animo & affectu ſibi ſeruirj. Sic enim regnum eius eternum, & quod non corrumpetur. Quia non in vi nititur. hylarem enim datorem diligit. Ad hoc autem dedit ſpiritum ſuum, Et ideo Qui hunc ſpiritum Chriſti non habet, non eſt eius, Qui enim ſpiritu dej aguntur. hii filii dej ſunt hii autem ſunt quorum eſt voluntas in lege dominj: quoniam hoc ſine ſpiritu dej. ex nobis non eſt

Sunt autem quidam etiam nunc hodie. Qui os huius prophete diſtorquere & linguam eius inuertere nituntur. Qui ſuis inflatis ſenſibus & diſtortis operibus. Volunt quod lex domini ſit in voluntate eorum. & non voluntas eorum in lege domini. Hoc enim & Iudej (vltra hoc quod non erat voluntas eorum in lege

domini vts dictum eſt.) voluerunt. dum quod ipſis placet, quod ipſi definiunt, quod ipſi ſtatuunt, volunt. deo eſſe acceptum. Ac ſic potius ipſi deo ponunt legem quaſi ſit obligatus, quod ipſi voluerint & elegerint, acceptare. quam recipiant ab eo legem. vt.

Blatt 3ᵃ: faciant, que ipſe elegit & vult. Tales inquam nunc precipue religioſi multi ſunt. Qui ſibi reſeruauerunt Iudicium, ſuper mandato prelati ſuj. & ipſi volunt concludere & docere eum, quid eis debeat precipere. Aut certe antequam faciant quod Iubentur. rationem volunt ſibi reddi ac demonſtrari quare & ad quid ſic precipiat. Et ſimiles in hoc Iudeis, querentes ſignum. & dicentes. Quod oſtendis nobis ſignum, quia hec facis? (.1. da rationem & ſignum, & proba. mihi, cur iſtud Iubeas? Et non hoc facerent, niſi quia ſuperbia eorum eſt. qua Iudicare volunt & non Iudicari & non eſt voluntas eorum in lege eius. Sed preciſe lex eius, in voluntate eorum. Et certe hoc non eſt ſub prelato eſſe. Sed ſupra eum. Dat autem eis dominus ſignum, Soluite templum hoc & in triduo reedificabo illud. Soluunt enim & illi templum corporis ſui myſtici (.1. totum conuentum ſcandaliſant & deſtruunt malo exemplo). Sed in triduo (.1. tribus votis ſubſtantialibus reedificatur. q. d. O frater. Ecce hoc ſignum eſt. Hec ratio quare hoc Iubeam & nulla alia: Quia tu promiſiſti obedientiam, paupertatem, & caſtitatem, Hec ratio debet tibi ſufficere. Nec debeo tibi aliam dare, Tuum eſt obedire. Non enim datur aliud tibi ſignum, niſi hoc ſignum Ione (vt ſcilicet iſto triduo ſis in corde terre. Tu ergo qui ſoluis templum & deſtruis quantum in te eſt, Sed ad me pertinet ipſum (.te emendato.) reedificare. hec verba ſunt prelati ad ſuum ſubditum. Alioquin qui templum dej violauerit. diſperdet illum deus. Sed heu iſta abominatio deſolationis poſita eſt fixe in templo hoc ſancto dej. Et vere nunc tempus eſt. fugere ad montes

Caueat ergo ſibi quilibet diligentiſſime. Ne vnquam prelati ſui Iuſſionem diſcutiat aut Iudicet antequam faciat. Nec dicat. Quare precepit mihi deus de hac arbore non comedere? Certiſſimum enim ſignum Serpentis afflantis eſt. Quoties in precepto ſuperioris tui, incipis intus querere & dicere. Quare? Quur mihi hoc? Hoc non videtur Iuſtum, hoc non vtile. hoc melius ſic vel

ſic fieret. hoc mere fruſtra fit. hoc in meam irritationem fit. Et ſic de alijs infinitis queſtionibus. que Infert. hoc diabolicum. Quare. Mox enim Inuidiam contra precipientem quaſi ſit Inuidus aut maliuolus excitat, dum non videt. quid profit quod precipitur, aut quid conuenit. Ideo hocipſum quare, mox in principio retundendum eſt. & non quare. Sed quomodo & quam cito faciendum ſit, cogitandum eſt. Hoc animaduerso. Quod ſicut Ade in paradyſo. ita deus in prelato, non precipit ſemper. quod vtile aut neceſſarium eſt. aut magnum, Sed ſepe ſolum ſignum ponitur vt reuelentur cogitationes ex cordibus. vt non alius fructus quam obedientia ſola queratur Nam ſicut in Adam factum fuit, vbi preceptum ej datum, fuit ſolum in ſignum, quo obedientia eius, probaretur. Sic nunc quandoque vile preceptum datur & exiguum ſignum. Sed magna ibi negligitur obedientia. quando mutatur in ſignum cui contradicitur, & reuelantur tunc cogitationes eorum quia ſuperbe ſunt. & Iudicium ſibi arrogantes, ideo fit eis ſignum in ruinam, & animam prelati, que eſt Mater illius conuentus, tranſit gladius doloris & tribulationis. Stultorum Ergo ſtultitia eſt. obedientie magnitudinem. ex operis magnitudine metiri. aut paruitatem & vilitatem ex vilitate operis precepti. Non vult deus victimam Sed obedientiam. Nec noſtra Magna opera curat quia ipſe poteſt maiora facere, requirit autem obedientiam ſolam, Sic. n.'& Saul pinguia pecora ſeruauit & pinguiſſimum Agag [*1 Sam. 15, 9.*]. Quod multi imitantes. Magna quandoque faciunt opera & vtilia ex ſenſu ſuo. interim autem vile aliquid omittunt quod Iubentur, in qua vilitate precioſiſſima latet obedientia ſicut in illa precioſa vtilitate, viliſſima inobedientia. Sicut thezaurus in agro abſconditus Ita obedientie precium, in abiecto & contemptibili precepto. Rurſus ſicut oſſa mortuorum. & omnis ſpurcitia in ſepulchro foris dealbato. ita inobedientia fetidiſſima. in magno & ſpectabili opere Audi ergo preceptum, & doctri [*so*] Spiritus ſancti. Sed in lege dominj Voluntas eius (.ſcilicet prelati lege.) ꝛc.

Blatt 3b: Et in lege eius meditatur die ac nocte Meditari proprie eſt hominum tantum. Quia & beſtie videntur imaginari & cogitare. Vis ergo meditatiua eſt rationalis. Differunt autem

Meditari & cogitare. Quia meditari eſt moroſe [*Ausgestrichen:* placate, *und darüber geschrieben:*] profunde, diligenter cogitare. Et proprie eſt ruminare in corde. vnde meditari. quaſi in medio agitare, vel ipſo medio & intimo moueri eſt: Qui ergo intime & diligenter cogitat, querit, diſcutit ꝛc hic meditatur. Sed in lege dominj hoc non facit, niſi cuius primum voluntas in ea fixa fuerit. Nam que volumus & amamus, intime & diligenter ruminamus. Que autem odimus vel vilipendimus leuiter tranſimus & non profunde, diligenter, aut diu volumus. Igitur radix primum mittatur in corde. voluntas & ſua ſponte veniet meditatio Inde enim Impii non meditantur in lege dominj: quia adulterine plantationes, non miſerunt radices Meditantur tamen alia Scilicet in quibus eſt voluntas eorum radicata, que ipſi volunt & amant (.1. aurum, honorem. & carnem. Atque Iudei meditantur vanitates & inſanias falſas ſecundum ſuas opiniones in ſcrip. Sicut Multipliciter de eis eſt prophetatum. Dauid autem orat. Inclina cor meum in teſtimonia tua & non in auaritiam. Omnes hii non in lege meditantur Sed extra legem, vt auari, carnales, ſuperbi. Aut in gloſis legis ſeu Scoriis & corticibus Quid autem eſt dies & nox? hic magnum eſt pelagus. primo ad literam (.1. omni tempore ſeu aſſidue.) Quia dies et nox eſt omne tempus. Diuiditur autem Tempus non ſolum [*Am Rande links:* .1.] in diem & noctem Sed 2º [*Am Rande links:* .2.] etiam in tempus proſperum & aduerſum. ideo dies eſt tempus proſperitatis, nox autem aduerſitatis. 3º [*Am Rande links:* .3.] diuiditur in tempus gratię & peccati. 4º [*Am Rande links:* .4.] in tempus vite & mortis. prouer. 31. Non extinguetur in nocte ꝛc .1. in tempore mortis. 5to [*Am Rande links:* .5.] in tempus quietis & negocii. ſeu ocii & laboris. Vnde Quies (ſecundum ſpiritum.) eſt dies. Occupatio autem nox. Secundum has diuiſiones. varia eſt iſtorum nominum in Scrip. vſurpatio. Qui ergo radicatus eſt voluntate. & ex animo ſpontaneo in lege dominj quodcunque tempus acciderit. non recedit, non obliuiſcitur, non poſtponit meditationem legis dominj Stultus autem. & cuius voluntas non eſt in lege eius. mutatur in omnem differentiam temporis Et ſi aliquando per diem in ea meditetur. Nocte autem ceſſat. quia non habet radicem.

Sunt autem & hic quidam peruerſi (.ſicut in prima verſiculi parte.) Qui ſimiliter inuertunt & peruertunt. hanc vocem ſlancti. Quorum non eſt meditatio in lege dominj. Sed potius econtra lex domini (.quod horrendum eſt.) eſt in eorum meditatione. hii ſunt. Qui Scrip. ad ſuum ſenſum torquent. & ſua propria ſtatuta meditatione. cogunt Scrip. in eam intrare & concordare, cum debuerit fierj ediuerſo. Sic ergo lex domini in meditatione eorum. & non meditatio in lege dominj hii non volunt eſſe adũerſario ſuo conſentientes in via. Sed aduerſarium ſibi. Nec cum ſancto ſancti eſſe volunt. Sed ſanctum, cum ſe prophanum eſſe cupiunt. Sic fuerunt heretici. Sic omnes qui ſuam vanam opinionem. auctoritate probant Scripture. Iudaizantes Iudaica perfidia Contra quos. b. Hilarius li 1. de tri. Optimus lector eſt Qui dictorum intelligentiam expectet ex dictis potius quam imponat. Et retulerit magis quam attulerit. Neque cogat id videri dictis contineri, quod ante lectionem preſumpſerit intelligendum. Inde enim conqueritur dominus per Malac. 3. Quod eum configant & violentunt [*so*]. mali interpretes & peruerſi. Quippe. Dicta autentica ſunt quedam [*so*] claui. Eccleſiaſtes vlt. Stimuli: Quibus quando veritas prohibetur: tunc dominus configitur. vt ſcilicet veritas non libere incedat & appareat Vnde in huius rej figuram. dominus Iudeis remanſit crucifixus, nec vnquam illis iterum apparuit niſi reliquijs Iſrael. Ideo adhuc hodie eum crucifigunt in ſemetipſis vt eos Apoſtolus arguit Quia tenent veritatem confixam. & in mendacio ſuo ferreo & duriſſimo. (.qui ſunt claũi eorum.) eam configunt, Ideo vſque hodie neſciunt quid faciunt. Sicut & tunc neſcierunt Eodem modo flagellant, lapidant & occidunt prophetas & Scribas. Sicut patres eorum Et ſicut ad literam iſta fecerunt. ita etiam myſtice idem fęcerunt. Nam tunc propheta. occiditur, quando eius Sermones. ſuffocantur ſecundum ſenſum viuum. quem ſpiritusſanctus intendit. Vide

Blatt 4a: quantum ſit eruditionis in iſto verſiculo vnico. Vehementer ergo timendum eſt. Ne cito ſenſui noſtro credamus. & cum omni humilitate & reuerentia Scriptura exponenda Quia ipſa eſt lapis offenſionis & petra ſcandali. hijs qui feſtinant. Quam petram conuertit in ſtagna aquarum. hijs qui meditantur in lege

domini. Vnde & dominus reprehendit eos qui eum ſic querunt. Iſaie. 65. Quia Inueniunt eum, qui non queſierunt iſto modo

Sunt tandem. qui meditantur quidem & habent voluntatem in lege Sed non domini. Hii ſunt Iuriſte Qui in doctrinis hominum varijs. &. traditionibus ſeniorum voluntatem habent. & meditantur die ac nocte. [*Am Rande links:* Vnde hic in ſingulari dicit in lege, non legibus,] Quid enim ſunt doctrina [*so*] hominum (niſi leges ciuiles & humane? Traditiones autem ſeniorum. ſunt decreta pontificum. Senior enim preſbyter grece & ſacerdos eſt. Vnde & petrus. Se & Johannes Seniorem appellat in ſuis Epiſtolis. In hijs ergo legibus, intime verſantur nunc homines & habent infinitam in illis arenam, queſtionum, litium, pugnarum, verborum, gloſarum. ſine omni fructu niſi lucri tantum & honoris Sed de hoc ſatis.

Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt, ſecus decurſus aquarum, quod fructum dabit in tempore ſuo. Dixi Si quis voluntatem habet in lege dominj, radicem habet ideo hic dixit, plantatum eſſe. radicem ſcilicet miſiſſe. Sine dubio alias erit non plantatus, eſt. Recte ergo qui predixit. Sed in lege Domini voluntas eius, Nunc proſequitur Et erit tanquam arbor vel lignum plantatum, viůům vtique lignum. cuius radix eſt voluntas in lege dominj Et ideo firmiter plantatum. Quod autem timore in lege eſt, violenter eſt lignum intruſum & non plantatum. Voluntas enim & non vis facit firmum propoſitum. Recte quoque premiſit qui meditatur in lege eius, & nunc proſequitur ſecus decurſus aquarum Nam iis qui in lege meditantur. ſcaturit ipſa petra Scrip. abundantes riuos & decurſus aquarum Scientie & Sapientie. inſuper & gratie & ſuauitatis. Sic enim promittit: Querite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis. Igitur meditari. eſt pulſare cum Moſe hanc petram, decurre [*so*] autem aquas, eſt erumpere multos ſenſus. & copiam intelligentie. Ideo Qui meditatur in lege domini, ſimul neceſſario eſt fixus. ſecus decurſus aquarum & fluenta pleniſſima Dicit autem decurſus, quaſi de ſurſum currens. Vnde & Iordanis: a deſcendendo dicitur. Quoniam Scrip. ſancta eſt ſuper nos & de ſuperioribus. ideo eſt aqua, non ad quam nos deſcendimus (niſi dum de ſuperbia ad eam deſcen-

dimus.) Sed nec aſcendere ad eam poſſumus, Quia confortata eſt non poſſumus ad eam, Ideo eſt decurſus. & deſcendit ad nos & ſuper nos. Sic Iohel. 2. deſcendere faciet ad vos hymbrem ſerotinum ꝛc Dicit autem & decurſus. Quia ſermo eius velociter currit, neſcit enim tarda molimina ſpiritusſancti gratia. Et fluminis impetus letificat ciuitatem dej. Et lingua meus calamus ſcribe velociter ſcribentis. Expertus nouit Quod qui in lege dominj meditatur. breuiter & ſubito plurima docetur. ac velut diluuium invadet intelligentiarum. in voce cataractarum eius, ita vt ſit vere curſus. vbi humanum ſtudium vix eſt repere ac claudicare. ad eandem veritatis copiam. Igitur Qui cupit abunde erudiri, ac velut, inũndari curſibus aquarum ſcientie. tradat ſe ad meditationem in lege dominj die ac nocte. Et experientia docebitur. verum dixiſſe prophetam in hoc verſu

Dicit tercio Secus .1. iuxta vel prope. Quia in futuro ingrediemur & abſorbebimur in iſtis aquis. hic autem interim, ſumus ad eius decurſum, preterfluit enim nunc Sed tunc influet totaliter. Quomodo autem Scientia & gratia ſit aqua. alibi notum eſt. Niſi Quod Scientia Scrip. ſingulariter aqua eſt. quia lauat, irrigat, & fecundat. Eſt enim diffuſa gratia in labiis eius: ita vt ſit mollis, liquida, mitis & pura. & ſi que alie ſint aquarum proprietates, Igitur. hic riuos de libano fluentes. poſthec fontem ipſum bibemus aquarum viuentium.

Blatt 4b: Quod fructum ſuum (.1. opus fructuoſum.) ꝛc hoc magnum & ſingulare donum dej eſt. Scire inquam, quando opus quodlibet facere debeas. ſcilicet vt ſuo tempore. & oportune quodlibet facias. Hoc eſt donum conſilij. & Iudicium quod diligit honor regis. prouer. 25. Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo. Econtra eiuſdem. 26. Quomodo ſi ſpina naſcatur in manu temulenti. Sic parabola in ore ſtultorum. Et. infra. Quomodo pulchras fruſtra habet claudus tibias. Sic indecens eſt parabola in ore ſtultorum Hec eſt prudentia. virtutum dux & auriga. Iudex temporum, Multi faciunt fructum, tempore alieno. ſcilicet ſui capitis & ſenſus: & non tempore fructus. vt qui ſtudet quando debet alijs prodeſſe in opere, aut econtra, qui vult regere & currere, quando debet orare vel

ſtudere. Sicut in ſecularibus prudens eſt, qui metit in meſſe & non ante vel poſt meſſem. Vel qui emit dum forum eſt & nundine ſunt. Sic enim prudentiores ſunt filii huius ſeculi ꝛc.
Hoc tempus autem oportunum apud religioſum facile eſt. Quia obedientia ſola: ipſa eſt prudentia eorum que quando requirit aut prohibet. tunc tempus eſt fructibus ſuum & oportunum. Sed multi etiam hic inſaniunt & ſibi tempus definiunt, Sed hoc ſine dubio ſemper alienum eſt & importunum operi ſuo ideo & ipſe fructus. potius ſpina eſt in manu eius. quam fructus aut vua ꝛc perforat enim conſcientiam eius. & inutile facit opus & manum ſimul.

Et folium eius non defluet folia ſunt verba. hec autem verba Chriſti quomodo non defluxerunt patet. quia in Euangelijs & cordibus fidelium, precioſiſſime. ſcribuntur. Verba enim que loquitur. vita ſunt & ſpiritus. ideo non in lapidibus & mortuis libris. Sed in viuis cordibus digna ſunt ſcribi. Non defluet ergo minus dicit. & plus ſignificat: quia celum & terra tranſibunt verba autem eius non tranſibunt. Ipſe igitur. lignum vite, plantatum in domo dominj firmiter. qui fructum ſuum ſuo tempore dedit. primitie omnium lignorum eum in hiis imitantium. Adam & Eua Conſuerunt folia fici. (.1. texuerunt verba excuſationis in peccatis, vt ſuam turpitudinem velarent & excuſarent: ideo defluxerunt iſta folia. Et Maledicta eſt hec ficus a domino, que talia tulit folia. & mox aruit. Sed quam perfectus vir eſt qui non offendit in folio. perfectior certe cuius folia ſunt florida & abundant Sed perfectiſſimus. cuius non defluit folium, Qui dignus eſt cuius ſententie & dicta eternam memoriam & auctoritatem mereantur. Sic Eccleſiaſtes vlt. Verba ſapientum quaſi ſtimuli & claui in altum defixi. que per Magiſtrorum conſilium data ſunt a paſtore vno.

Et omnia quecunque faciet proſperabuntur (omnia que inſtituit & ordinauit fierj in Apoſtolis & diſcipulis, in ſacramentis, myſterijs. Non enim ſolum ipſe factor proſperatur ſicut ps 44 dicitur. intende. proſpere procede. Et ps. 117. O domine bene proſperare ꝛc. Verum etiam ea que facit proſpera erunt, proficient, procedent, & non impedientur ab omnibus reſiſtentibus. Quia porte inferj non preualebunt adverſus eam. Quia proſperabuntur

ea que facit? Que? Celi noui, terra noua: immo omnia noua facit qui ſedet in throno Hic enim eſt orbis terre futurus, quem non ſubiecit angelis deus. de quo loquitur Apoſt hebre. 3. Sed filio, iſto Beato viro. Hec ergo opera dominj Magna & mirabilia, exquiſita in omnes voluntates eius. Ipſa ſunt que hic proſpera futura dicuntur. & impleta ſunt, Sicut videmus Quia impleuit Eccleſia que eſt opus magnificentie eius. totum mundum. Confeſſio enim (.1. Iudea vel Iudith.) & magnificentia opus eius. Et iterum facta eſt. Iudea ſanctificatio eius (.1. Eccleſia.) ꝛc.

Blatt 5a: Non ſic impii Ampla eſt iſta negatio. & tam ampla: quam fuit affirmatio omnium precedentium vt Impiĭ non beati, non viri, Non voluntas eorum in lege domini. Nec meditantur in lege eius vts. Nec ſunt lignum plantatum ſecus decurſus, quod fructum ſuum dat in tempore ſuo Nec proſperabuntur, quecunque fecerint. Deſyderium enim peccatorum peribit. Quid ergo? Non ſic ſunt impii Sed tanquam puluis puluis enim non habet radices, nec poteſt plantari Sicut nec ipſi voluntatis radicem in lege. Sed eſt terra comminuta & ad nihilum redacta & ab vſtione ſolis arefacta ideo enim viliſſimum omnium eos vocat: Quia comminuti ſunt & viliſſimi omnium facti Sicut per [*Ausgestrichen:* Edom] Abdiam dicit. Ecce paruulum dedi te in gentibus, Contemptibilis tu es valde. Vnde & ipſi quidem faciunt fructum. Sed tempore non ſuo: immo prorſus Importuno opera legis ſcilicet tempore gratię. quod non eſt tempus talium operum. Vnde & [*Ausgestrichen:* Edom] Abdias. Non eſt prudentia in eo. Sic non ſecus decurſus ſunt aquarum. Quia poſuit ſtagna in ſitim & terram fructiferam in ſalſuginem a malitia habitantium in ea [*Pſ. 106 = 107. V. 33 f.*]. Sic folium eius defluit. Vt Iſaie. 2. [*Jeſ. 1. V. 30.*] Cum fueritis ſicut quercus defluentibus folijs & velut hortus abſque aqua. Quia que hodie docent. cras falſa conuincuntur. omniaque que faciunt non proſperabuntur. Sed omnia que ordinant fruſtra ordinant. Quem proijcit ventus a facie terre Ventus eſt impetus ire dej & ſpiritus furoris eius, qui fuit in Romanis. per quos diſperſit eos & proiecit. a terra ſua. vſque in hodiernum diem. Quia de terrę facie (.1. ſuperficie Iudee) omnes ſunt expulſi, valido iſto vento ire dej Ipſi autem

vt infirmus puluis, ſine virtute reſiſtendi fuerunt. Et bene puluis Quia Sicut puluis eſt terra minutim diuiſa. & nulla parte ſibi coherens: Ita tunc temporis fuit maxima & intima diſſenſio inter Iudeos. & nulla coherentia aut concordia ideo diſperſi ſunt. Diuiſum enim fuit cor eorum. ideo nunc perierunt.

Eodem modo. Myſtice. Tentationis ventus ſemper deijcit de ſtatu & poſſeſſione ſeu pace ſua ſuperbos, ſingulares, diſcordes ꝛc. Quia ſicut frater a fratre adiutus eſt ſicut ciuitas firma, ita frater contra fratrem Eſt ſicut nullus lapis ſuper lapidem. Ac ſicut puluis ſuper faciem terre.

Ideo non reſurgent impij in Iudicio Non dixit in die Iudicij. Sed in Iudicio Iudicium autem nunc eſt mundi. licet nondum reuelatum quod fiet in die. Iudicat ergo dominus iam populos in equitate. diſcernens per gratias ſuas bonos a malis. & tranſfert eos de tenebris in admirabile lumen ſuum, diuidens lucem a tenebris. In hoc Iudicio reſurgitur reſurrectione prima ſecundum animam. cuius figura & cauſa eſt reſurrectio Chriſti Sicut theologiſat in multis locis Apoſtolus. Sed non Iudej in iſto Iudicio reſurgunt. Quare? quia nolunt. Quia excuſant ſe in peccatis. & Iuſtificant ſemetipſos ac ſic reſiſtunt. Eſt autem multiplex Iudicium, 1 primo paſſiuum quo a domino Iudicamur. ſcilicet ſeparando de medio malorum. Et hoc ſecundum corpus fit per diſciplinam & caſtigationem. Secundum animam autem per gratiam. Sic Apoſt. Cum autem Iudicamur a domino corripimur vt non cum hoc mundo condemnemur. [*1 Kor. 11, 32.*] 2 Secundo quo noſipſos Iudicamus. hoc fit ſeipſum accuſando & confitendo peccatum ſuum, Quo agnoſcimus quod digni ſumus pena & morte. Sic Ro. 2. Qui Iudicas eos qui talia agunt. ꝛc Item Eadem facis que Iudicas (.1. agnoſcis & diſcernis malefacta & non facienda: Talia ergo in nobis agnoſcentes, & pro eis penam nobis inferentes. exercemus Iudicium in nobis. Non ergo reſurgunt impii in Iudicio. Neque peccatores in conſilio Iuſtorum (.1. Iudej. in Eccleſia Chriſtianorum qui ſunt ſoli Iuſti a ſolo Iuſto domino noſtro Iheſu Chriſto. Quoniam nouit dominus Viam Iuſtorum Quia amen dico vobis neſcio dicit ad impios Nouit ergo: quia placitum eſt ej in illis. Sed Iter impiorum

peribit, vna cum ipſis quia diſperdet illos dominus benedictus in ſecula Amen.

[*Nun den Rand herüber:* Iudicium poteſt intelligi etiam ipſa fides. per ipſam enim dominus Iudicat & diſcernit. Ipſa equitas & veritas. in quam Iudicat dominus Ipſum Iudicium non quod facimus, Sed quod pati debemus tanquam ſuperius ad nos & ſententiam latam ſuper nos, cui ſtandum ſit.]

Blatt 5b: Sequitur tandem ex predictis. quod Scriptura ſancta aptius & melius vtitur verbis quam Curioſi diſputatores in ſuis ſtudijs. Immo Niſi quis eorum imaginationibus renuncians velut calceos ſuos cum Moſe exuerit, non poterit ad iſtum rubum flammeum appropinquare terra enim ſancta eſt, Nam Ecce Si dixeris: Sed in lege domini voluntas eius .1. actus voluntatis vel potentia actus in lege Domini: dura, inſipidaque eſt intelligentia. Et iſti tamen ſic dicunt. Si autem dixeris cum ſpiritu ſic .1. Qui ſponte et voluntarie legem domini facit iam Ecce ſanior eſt ſenſus. [*Am Rande links:* .q.] Sed queſtione dignum videtur. Cur non dixit voluntas & Manus in lege domini? Nam fides ſine operibus mortua eſt. Et dicunt ſed non faciunt Reſpondeatur Quod 2da cauſa ſolam voluntatem expreſſit, prima Quia non poteſt arbor bona malos fructus facere & omnis arbor bona fructus bonos facit. Ideo voluntas que eſt arbor vel radix arboris bone, non poteſt facere niſi bonum. & facit fructum bonum tempore ſuo Ideo hic mox, comparauit hominem ligno plantato, cum premiſiſſet radicem eius ſcilicet voluntatem. habita enim voluntate bona. totus homo bonus eſt. Sic radice bona, arbor bona eſt. Que vtique facit tunc, non niſi ſecundum genus ſuum, fructum bonum. & ſi non ſemper tamen tempore ſuo: poſtquam hiems tranſierit. Etenim. hiems eſt tempus legis & ſynagoge. Ver autem ameniſſimum tempus annj. eſt primitiue Eccleſie tempus: vbi Spiritusſanctus ameniſſimum fecit tempus. in floribus, fructibus ꝛc Vnde & eductio de egypto primo menſe facta eſt & in vere, hoc enim tempus, eſt principium germinantium. Amos. c. 7. tunc enim hiems tranſijt Eſtas autem eſt plenitudo & profectus Eccleſie. in qua claritas maior facta eſt. & in notitiam omnium vulgata veritas fidej. Autumnus iam reſtat & nunc inſtat,

in qua [*so*] meſſis & vindemia agetur nouiſſimi Iudicii. hic rurſus incipit frigus charitatis. ps. [*d. i. 73=74, V. 17.*] Eſtatem & ver, tu plaſmaſti ea. ꝛc.

2 Secunda cauſa eſt. Ad erudiendum nos. Quod opus bonum non ſic eſt de neceſſitate ſalutis. Quin ſi fieri non aliter poteſt, voluntas ſufficiat. Hec enim neceſſaria eſt. quam nullus impedire poteſt perſecutor. a qua nullus excuſatur. Quoniam hec omnino in nobis noſtraque libertate poſita eſt. poteſt tyrannus. manus & pedes ligare: poteſt in exilium mittere & carcerem, vt neque lingua nec manu, nec verbo nec opere poſſis facere ſecundum legem dominj. Nunquid poteſt voluntatem? Igitur Beatus vir. etiam ſi non plus quam voluntas eius in lege domini fuerit. Verum Vbi copia faciendi adeſt, non ſufficit voluntas. immo nunquam eſt voluntas, niſi in verba & opera prodeat. & incarnetur (.1. in carnali verbo & opere appareat.) Quare cum dicit. In lege dominj voluntas eius. vtique vera & plena & perfecta voluntas intelligitur. Inde enim Iacobus in ſua Canonica c. 1. appellat legem hanc. perfecte libertatis .1. voluntatis: Quia ſemiplena & languida voluntas, non eſt voluntas. horum certe voluntas eſt diuiſa & non tota in lege. Sed in legibus ſcilicet duabus contrariis. partim in lege domini, partim in lege membrorum & carnis. Vnde non fruſtra hic. vnicam legem domini adducit dicens. In lege dominj. in ſingulari, & vnius dominj in ſingulari. & vna voluntas in ſingulari. Quia non omnis (.1. nullus.) qui dicit mihi domine domine (.1. 2ꝫ eſt corde & voluntate diuiſa.) intrabit. in regnum celorum Sed qui facit. ꝛc facit autem voluntatem. qui ſecundum vnam voluntatem totam & plenam facit opus dej & mandatorum. Si quidem. & ipſa tua voluntas perfecta eſt patris voluntas, a quo omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens. ꝛc.

[**Blatt 6** und **7** sind nicht vorhanden, aber nur weil nicht beziffert.

Blatt 8. 9. 10. 11 sind leer.]

Blatt 12a: Sed gradus tres oppoſiti & ad celum eſt non abire in conſilium impiorum: (.1. maxime reſiſtere refugere & ire in conſilium piorum. [*Am Rande links:* declinare conuenticula

illorum de ſanguinibus Idumeorum [*Pſalm 15=16. V. 4.*]
2us Non ſtare in via peccatorum (.1. non ſtatuere ſuam **Iuſtitiam.** non ſe excuſare, non Iuſtificare, non ſibi tribuere. Sed **magis.** ſtatuere & ſubijci Iuſtitie dej, induere confeſſionem: in **principio** accuſare ſeipſum, Iudicare ſe ipſum, Iuſtificare deum **gratias** agere paratus audire & acquieſcere: & ſenſui ac monenti **alteri** cedere. hoc eſt ſtare in via ſanctorum. Stant enim ſancti: quia humilitate & confeſſione nituntur 3us eſt [*Ausgestrichen:* mali] non docere malum (.1. maxime docere bona.) Quos tres gradus in Aug. adeo eximie videmus lucere. vt iſte verſiculus mira proprietate & [*Ausgestrichen:* accomodat] accomode: videatur repreſentare, exprimere ac delineare. totam vitam S. Aug. Nam pro primo gradu quam non abierit Sed pleno corde iuerit in conſilium impiorum. ipſe teſtis eſt li. 8 confeſſion. In 2° autem pre omnibus ſanctis. fecit nouum & ſingulare ſcilicet ſtatuens non ſuam Iuſtitiam, neque ſeſe Iuſtificans aut ſibi quid attribuens, Sed Confeſſionem bonorum & malorum totius vite. toti mundo ſtatuit hoc eſt [*Ausgestrichen:* eximie] egregie ſtare in via ſanctorum. immo & ire & proficere. Non fecit ſibi ſeipſum in corde idolum. Sed pleniſſime dedit gloriam deo: in conſpectu omnium hominum. [*Am Rande links:* ſicut Ezechiel arguit Iudeos Sic] In 3e gradu, ſcilicet non docuit malum: Sed maxime bonum: quis hec neſcit? Aut quis hoc tam diu, tam ſedule, tam feliciter [*Ausgestrichen:* exegit ex] eſt executus Igitur Singulariſſima laus eſt Aug. In hoc verſiculo. Et vere Beatus vir. qui non abiit in conſilio impiorum ꝛc Breuiter hos item tres gurgites ad dicendum pleniſſimos per compendium declino: quia iam finem facere debeo. Igitur patres & fratres vt ſermo qui a vobis incepit, in vobis etiam finiatur. Audiſtis

[**Blatt 12b** leer. **Blatt 13** nicht vorhanden. **Blatt 14a** leer. **Blatt 14b** s. vorn S. 1.]

Blatt 15a: Vocabularium ſuper ps. ps. 1°.
Vir dicitur tripliciter, primo eſt nomen etatis, & diſtinguitur contra puerum. Alio modo eſt nomen relatiuum & officiale vt ſponſus vel maritus, Tercio eſt nomen ſexus. ſcilicet contra mulierem diſtinctus. Nota ſunt iſta

Conſilium. Eſt diſpoſitio mediorum, vel via: quibus ad finem peruenitur in moralibus & practicis. & eſt quadruplex. primo eſt: Conſilium bonum ad finem bonum. vt ſunt Conſilia Euangelii. lex dej. que dirigit hominem per debitum medium ad deum, Et hec eſt virtus & charitas vt orare, miſereri proximo, propter deum Secundo eſt conſilium malum ad finem malum, quale fuit conſilium achitophel contra dauid. & Saũlis contra eundem. vt eſt omne peccatum & vitium maxime ex deliberatione, de Induſtria, & conſulto factum, vt Conſilium Iudeorum contra Chriſtum Et ita poteſt hic etiam ſumi Tercio eſt Conſilium bonum ad finem malum. Et hec eſt proprie hypocriſis, ſimulatio, & dolus: Vt qui bonis medijs vtitur, Exempli gratia, orare ieiunare & omnia, que bona ſunt facere pro gloria, mundi, aut lucro aut alia vanitate. Tali conſilio iterum Iudej viuebant vtpatet in Euangelio. Quarto eſt Conſilium malum ad finem bonum, & hoc eſt demonium meridianum. Eſt autem, quando quis dimiſſo eo ad quod tenetur, aliud ex ſuo ſenſu agit, bona intentione & ſancto fine. Sic enim Angelus ſathane in angelum lucis ſe tranſfigurans, tollit obedientiam. ſub ſpetie maioris boni, cum tamen obedientia nihil maius ſit ſub deo. Et contra hoc vitium ps. iſte loquitur. in quo Iudej olim figuratiue & vere, Nunc autem multo magis errant: Quia abeũnt (.1. deſerunt conſilium dej & fidem que ſola eſt via & conſilium debitum, ad deum.) in conſilio ſuo ſtatuentes ſuam Iuſtitiam & Zelum dej habent ſtultum
Ex abitione autem fiunt Impii. Sic vſque hodie diabolus. quando vult facere inobedientes, tunc abſcondit obedientiam. & facit ſubditos. de preceptorum & faciendorum vtilitate Iudicare. Et frequenter minus vtile apparet, quod preceptum eſt. tunc illi ſtulti, obedientiam non conſyderant in vili arripiunt vtilius & maius ſine obedientia & contra. Sic fecit. primis parentibus in paradyſo oſtendens ejs maius bonum eſſe in non ſeruando quam ſeruando precepto. & ſic tulit obedientiam. Sic olim Dominus prohibuit ſibi fieri altare de lapidibus ſectis (.1. viam ad ſe colendum, noſtra induſtria politam & ornatam. Sic Iudej dimiſſo templo & altari: in excelſis & lucis immolabant. & ſtulti nobis videntur fuiſſe. veruntamen multi nimis eos imitantur, maxime

religioſi Nam & Iudei olim. ſe verum deum, in vitulo ſamarie & excelſis colere putabant: quo ritu tamen deus noluit coli. Sed eo qui erat in Hieruſalem. hoc conſilium ſic Iſaias deſcribit. 59. Telas aranee texuerunt Et 30 Ve filii deſertores vt faceretis conſilium & non ex me. & ordiremini telam & non per ſpiritum meum vt adderetis peccatum ſuper peccatum

Impius Eſt Recedens a deo & omittens cultum dej: peccator proprie: qui pertinaciter in ſuo errore & impietate, Inobedientia perſiſtit, Et hec eſt vera idolatria olim figurata, negatio contra altiſſimum & oſculari manum, ſuum ſenſum ſtatuere, ſua opera & facta Iuſtificare & defendere ideo eſt duplex peccatum Sed confunduntur iſte differentie. Vnde hic pulchre primo dicit Impiorum: ſecundo peccatorum: Et primo abijt, ſecũndo ſtetit, Item primo in Cõnſilio. ſecundo in via (.1. firmato & quaſi trito & habituato conſilio vbi de conſilio facta eſt via.) Vnde patet Quod Conſilium hic capitur. pro deliberato & electione precedente malo facto. Conſilium enim dicit Electionem Ideo Eſt Conſilium Impiorum. Electus & voluntarius & agnitus error precipue in primis Iudeis tempore Chriſti Sedere Eſt Iũdiciũm in tribunali, Regum in throno [*Darüber geschrieben:* ſolio], doctorum in Cathedra. Vnde hic doctores iſtius coſilii Impiorum & vię peccatorum reprehendit, quales ſunt vſque hodie Iudej. [*Am Rande rechts:* Super Cathedram Moſi ſederunt .1. legem Moſen docebant ideo ſequitur quecunque dixerint facite] Vnde & doctrina eorum peſtilentia vocatur. que eſt mortifera. & tamen occulta: quia velant eam ſuis mendacibus gloſis, vt non appareat: quam ſit falſa Et ſic in prophetis. numeratur vna de plagis dej. ſcilicet peſtis, fames, gladius, beſtie, peſtis. mortifera doctrina. Beſtiarum dentes Zelus carnalis, fames ſpiritualis cibi, gladius poteſtas diaboli.

Blatt 15b: Volũntas in lege domini facit Chriſtianum, non autem manus. Vnde Euangelium dicitur cohibere tam manum. quam animum lex autem Moſi ſolam manum. Verum Nec Euangelium eſt lex Chriſti: niſi fide capiatur lex enĩm domini viua eſt & efficax: ideo non eſt litere vel verba. Sed fides verborum alioquin ſemper ſub lege eſt: quamdiu non habet fidem Euangelii.

vnde ps. 4. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tũi domine: Non ſufficit quod ſit ſignum, niſi ſit impreſſum ſignum & ſignatum. hoc autem eſt, eſſe fidem ſcilicet Euangelium ſũſcipere & fide [*Darüber:* credendo] imprimere. Sic Chriſtus per Hiere: dicit ſe ſuam legem ſcribere in cordibũs eorum, non in mortuis membranis Quia Verba Euangelij bene Scribunt & loqũũntur. Sed non fidem, fides autem eſt lex dominj immacũlata. purificans corda eorum vt infra ps. 18.

puluis. eſt terra comminuta, arida, leuis, omni vento mobilis. & expoſita. Quo nomine aptiſſime Iudej exprimuntur. qũi ſunt aridi in ſpiritu, & humiliati vnde & infirmi ad reſiſtendum. diſperſi per omnes terras, & omni momento incerti in ſedibus ſuis. Sunt etiam in conculcationem vt lutũm platearum. & pũlũis viarum. Et Maledictio deutero. 28. in eis ad oculum videtur Eccleſia autem petrea ſuper petram firmam & lapides electi & precioſi

Iudicium Eſt ſententia damnationis & eſt proprie: quando quis ſeipſum accuſat, deteſtatur & condemnat. ſicut noſtri theologi dicunt, de actibus penitentię. [*Am Rande links:* Iraſci ſibi dolere vt pudere deteſtari vindicare] hos vocat Scrip. Iudicium Iuſtus enim in principio eſt accuſator ſũi: Ideo etiam ſi ſepties cadat in die, toties tamen reſurgit, eo quod non excuſat ſe in peccatis. Sed mox confitetur & accuſat ſeipſum: quo facto mox dimiſſa ſunt ej peccata & reſurrexit. Sicut 2 Reg. 12. in Dauid patet: qui cum dixiſſet peccaui Mox Natan. tranſtulit dominus peccatum tuum. Sic publicanus in Euangelio cito Iuſtificatus eſt. Et ipſe ps. 30. dixi, confitebor Iniuſtitiam meam domino. & tu remiſiſti. Confeſſio enim & accuſatio ſui, eſt Iudicium hoc, quod amat dominus & correctio ſedis eius: Anima enim que ſic ſine intermiſſione ſeipſam deteſtatur, odit ſe in hoc mundo, diſplicet ſibi, & odit opera ſua. hec eſt que portat Iudicium hoc & ſemper reſurgit Econtra. qui ſtatuunt ſuam Iuſtitiam, & excuſant ſe in peccatis [*Darüber:* Sicut Saul. Sicut Adam & heua.] non Iudicant ſeipſos, non accuſant

Sed ſe bene facere putant, & placent ſibi: Et amant ſeipſos & animam ſuam in hoc mundo Ideo Impii non reſurgunt in Iudicio, quia non confitentur Iudej ſuum errorem, non ſe accuſant. Sed ſicut Iuſtus eſt in principio accuſator ſui. Ita Impius eſt in principio defenſor ſũi Ita Iudej Impietatem ſuam non accuſant. Sed defendunt. Ideo impoſſibile eſt eos reſurgere ſtante iſta defenſione. Vnde Non dixit ps. Ideo non resurgent homines vel omnis caro Quia omnis caro reſurget in fine mundi ſicut Iob dicit In carne mea videbo ꝛc. Sed impii (.1. ſpiritus eorum ſecundum quod ſunt Impii, non ſecundum quod ſunt caro. [*Am Rande links:* Aliud eſt reſurgere homines vel carnem aliud Impium, quia carnis reſurrectio eſt omnium vniuerſaliter. Impiorum autem nulla. quare? quia ſunt in principio defenſores ſui Iuſtus autem ſepties cadit & toties reſurgit. quare? quia eſt in principio accuſator ſũi: Impoſſibile eſt enim. quod qui confitetur peccatum ſuum non ſit Iuſtus, cum dicat veritatem Vbi autem veritas ibi Chriſtus eſt Sed & cum remiſſio peccati. ſit ipſa eorum reſurrectio patet quod non remittitur eis peccatum. quia non accuſant ſe. ergo nec reſurgunt aut Iuſtificantur. De prima enim loquitur reſurrectione & Iudicio primo licet etiam neque in ſecunda reſurrectione reſurgant. quia qui ſecundum animam non reſurgit, nec ſecundum corpus glorificatum. certe quaſi non reſurgere videtur. Et hoc innuit. quod non ſimpliciter ait non reſurgunt. Sed in Iudicio & concilio (.1. inter eos non reſurgent]

Voluntas hic non vt in Scolis accipitur. Sed pro libentia, ſpontaneaque promptitudine [*Darüber:* Vide in vocab hhapetz.] & voluntario beneplacito non provt diſtinguitur contra intellectum. vel actum voluntatis Sed omnino pro voluntate omnium virium: Ita quod omnes vires, omnia membra volenter ſint in lege domini & libenter. Scilicet vt diſtinguitur contra Inuoluntarium. licet hoc voluntarium vere ſit primo in ipſa potentia ſcilicet voluntate. Nam ſi dicas. Sed in lege domini voluntas eius .1. actus voluntatis: arida & Ieiuna eſt intelligentia, immo obſcura, cum & nolle ſit actus voluntatis licet hoc repugnet grammatice. Immo poteſt quis actum volendi elicere in lege domini violenter. quod tamen voluntas eius non ſit in ea: Et

forte hinc multi ſe decipiunt. putantes ſe ſtatim habere bonam voluntatem, quando actum volendi eliciunt. Et non conſyderant. quod eſt violenter extortus actus. & imperioſe elicitus: quod ex hoc patet. quod tranſeunte actu, relabitur ad ſolita & non eſt ibi perſeuerantia. Et Hec eſt conſcientia cauteriata (.1. violenter facta & extorta.)

Blatt 16a: Igitur voluntas hic ſicut voluntarium neutro genere. Sicut Ro. 1. [*Ausgestrichen:* Quod] ita quod in me promptum eſt (.1. promptitudo). Et. infra. 2. Ignoras quoniam benignum dei (.1. benignitas dej te ad penitentiam adducit. Sic ps. 111. Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius volet nimis (.1. voluntarius erit valde & libentiſſimus.) Et ps. 39. deus meus volũi (.1. voluntarius fui) Et legem tuam in medio cordis mej. non in ore & lingua Nec in membrana cordis. Sed intus in medio & intima cordis medulla. Sic ps. 53. Voluntarie ſacrificabo tibi. Et ps. 118. Voluntaria (.1. voluntatem.) oris mej beneplacita fac domine. Et ps. 20. Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum. quamuis hic pro deſyderio voluntas magis quam pro voluntario capiatur

Item Notandum Quod abire a conſilio & lege dominj Eſt tota impietas. Sed in Conſilio Impiorum Eſt ſic omiſſo conſilio dej, cũi tenetur. facere alia. & Inuentionibus ſuis niti ps 80. quod ſepius fit ſub ſpecie maioris boni, cum tamen deus noſtris bonis nihil egeat. Sed obedientiam tantum requirat. quoniam deus magnus dominus & rex magnus ſuper omnes deos ꝛc Item Cęlum mihi ſedes eſt Item domini eſt terra ꝛc Que omnia ad hoc ſonant. Quę eſt iſta domus quam edificabitis mihi? q. d. veſtris magnalibus nihil egeo, cum maiora poſſim facere. Sed obedientiam requiro

Item Quod noſtri Scolaſtici theologice vocant actus penitentię. ſcilicet diſplicere ſibi, deteſtari, condemnare, accuſare, velle vindicare, punire ſeipſum, caſtigare & cum effectu odire malum & iraſci ſibi. vno verbo appellat Scrip. Iudicium. Igitur quam diu nosipſos non condemnamus, excommunicamus, deteſtamur coram deo, tam diu, non reſurgimus nec Iuſtificamur. [*Am Rande rechts:* Quandoque autem. quia deus Infert

hoc Iudicium, dum homo negligit Et tunc Impii iterum non reſũrgunt Sed peius ruunt] Non erit nec oritur in nobis Iuſtitia dej. niſi prius omnino cadat Iuſtitia & pereat Iuſtitia noſtra Nec reſurgimus niſi prius ceciderimus maleſtantes. Sic vniuerſaliter. Eſſe, ſanctitas, veritas bonitas, vita dej ꝛc non ſunt in nobis, niſi primum nos nihil prophani, mendaces, mali mortui fiamus coram deo. Alioquin irrideretur Iuſtitia dej. & fruſtra Chriſtus mortuus eſſet. Et hec eſt diſputatio profundiſſimi theologi pauli Apoſt. noſtris hodie theologis an ſpeculatiue neſcio. practice Scio quod ignotiſſima. Sic enim ipſe optat Inueniri in Chriſto non habens Iuſtitiam ſuam. Sic ipſe dicit ſe primum omnium peccatorum. que eſt magna & felix ſuperbia Nam tanto magis abundat gratia & Iuſtitia Dej in nobis. quantomagis abundat delictum (.1. quanto minus nos habere Iudicamus Iuſtitie, quanto magis nosipſos Iudicamus & execramur & deteſtamur. tanto abundantior influit in nos gratia dej. Et hoc verbum Apoſtoli multi male intelligentes dixerunt facienda mala vt venirent bona [*Röm. 3, 8.*]: cum potius Apoſtolus ibi velit docere, quomodo magnificetur Iuſtitia dej. Scilicet per magnificationem Iniuſtitię noſtre. & abundantiam peccati. Quia vere tantum abundat peccatum, quantum agnoſcitur abundare. In ſe enim eſt Infinitum malum. & non eſtimabile. ſicut & gratia dej. Ideo Abundantia eius eſt eius agnitio ſecundum magis & minus. Et hoc eſt Iudicium quod diligit dominus. Sed impii non reſurgunt in eo quia non magnificant peccatum ſuum. Sed Iuſtitiam ſuam ſtant enim & excuſant ſe. Vnde ps. 41. Memor ero tũi de terra Iordanis. & hermonijm (.1. excommunicatorum, damnatorum qui ſunt Chriſtiani. excommunicati a mundo, a ſeipſis coram deo.) Sed tamen ideo deſcendit Ros hermon, (.1. matutina gratia in eos.) proſperabuntur omnia que Chriſtus voluit. quod tamen contrarium apparet ſtultis. quia Eccleſia eius perſeuerat. contra omnes Impetus hoſtium. Iudej autem quomodo contrarie ſint Infelices ſatis experientia docet. Quia quicquid attentant pro ſua erectione perit. vtpatet. domino autem dixit pater. Intende proſpere procede & regna Sed & Maometh proſperatur. & dirigitur dolus in manu eius ſicut daniel. 8. dicitur.

Ps 2°

Blatt 16b: Virga ferrea Sanctum eſt Euangelium, quod eſt ſceptrum regale Chriſti in Eccleſia ſua & regno ſuo. quod heſter deuota fide oſculatur. Dicitur autem virga. quia dirigit, arguit corripit & ſuſtentat ꝛc. Dicitur autem ferrea triplici cauſa. Prima Quia dura eſt & aduerſaria carni: quia Indicit crucem & martyrium ſecundum carnem vt confringatur ſicut vas figuli vt paupertatem hũmilitatem (contemptum, *ist ausgestrichen*) patientiam. quae ſunt tria cornua crucis contra Auaritiam concupiſcentiam oculorum. contra ſuperbiam vite, contra voluptatem & concupiſcentiam carnis. Non enim mollia vel plumas concedit Sed omnia dura, fortia & aſpera & ferrea vnde Matt. Eſto conſentiens aduerſario tuo in via Vnde & gladius ſalutis vocatur Et non eſt dubium quin ferreus Iſaie. 27. Viſitabit dominus In gladio ſuo duro & grandi & forti ſuper leuiathan ſerpentem. Secunda .Quia Eſt inflexibilis & rectitudinis inuincibilis. Quia per nullos hereticos aut deprauatores potuit Euangelium detorqueri in prauitatem. licet multi fuerint fruſtra conati. Sed perſtitit rectitudo eius ferrea, fidelis & inuicta Non enim eſt Arundinea virga aut baculus. [*Am Rande links:* Sed ſolida .1. *dichte*, non caua ſcilicet nudis verbis ſicut vanitas] cuiuslibet opinionis vento dimobilis, aut cũi innitens poſſit ruere fracta. Sed fida eſt, & ferrea. vt omnis qui ej innititur· infallibiliter dirigitur ad ſalutem. Ideo ipſa Non mouetur vllis violentis detorſionibus. Sed econtra omnes nos fluxi & mobiles vagi Erroris. in illam fundemus nos ſicut in ſtabile ferrum. Eximia itaque laus Euangelii in iſto breui verbo colligitur. Et virtus eius fortis & inuicta contra omnes deprauatores eius. Quare non habet naſum cereum Sed omnino ferreum, quia ferrea eſt virga Tertia*) Quia ſicut ferrum omnia conterit, comminuit, domat & figurat Daniel. 7. Sic Euangelium diſtortos componit, .1. indiſciplinatos diſciplinat, magnos conterit (.1. ſuperbos humiliat,) [*Am Rande links:* erecta Incuruat .1. elatos inclinat] aſperos planat (.1. iracundos mitigat) breues elongat (.1. puſillanimes facit

*) Vgl. Erl. lat. Tom. XIV. 75.

longanimes) econtra longos decurtat (.1. preſumptuoſos conterret. Rubiginem pellit (.1. accidiam fugat ꝛc opera ferri facile eſt applicare ad propoſitum. Michee. 4. Surge tritura filia Zion quoniam vngulas tuas ponam ereas. & cornu tuum ferreum Et Iſaie. 5. Sagitte eius acutae & omnes arcus eius extenti ꝛc [*Am Rande links:* Sed tamen hoc loco ideo ponitur ferrea quia percũtit & occidit in bellum enim ſonat Sicut dominus ait Non veni pacem mittere ſed gladium, quod Indicat ſequens verbum Et confringes tanquam vas ꝛc] Corol. patet Quia iſte verſus non poteſt intelligi de ira dej. Quia Regere hereditatem ſuam. non conuenit niſi amanti. Eos enim qui non ſunt Hereditas eius. conturbabit in furore ſuo vts & in virga indignationis corripiet & non reget neque paſcet

Dicitur autem Virga quia dirigit ſecundum ſuam rectitudinem Eſt enim recta. Secundo Quia eſt gracilis & leuis vt manu poſſit geſtarj Quia Iugum domini ſuaue & onus eius leue Non ſic Iudej. Qui olim magnas tabulas tabernaculi cogebantur in humeris portare .1. onera legis grauiſſima: quae manu portare non potuerunt vt act. 5. [*Am Rande links:* numerj 4. Hec ſunt onera eorum]

Tertio quia Nuda & publica. quia eſt lex Euangelii reũelata veritas: illi autem ſuas tabulas inuelatas (.1. legis onera magis ſignificatiua quam expletiva ꝛc

Vas Figuli Eſt corpus noſtrum. 2. Cor. 4. portamus hunc thezaurum in vaſe fictili ꝛc. Et Iſaie. 64. Tu Deus fictor noſter. nos autem lutum tuum. Et Iob. 4. In angelis ſuis reperit prauitatem. quantomagis qui habitant domos luteas. qui terrenum habent fundamentum conſumentur velut a tinea Et hic eſt homo .1. Chriſtus deus Amphora aque, humanitatem, baiulans in cenaculum Domini, ſicut conſtituit illis Iheſus. Et hee ſunt hydrię vini in Nuptijs Et Hydria. quam Rebecca De Scapulis ſuis depoſuit. ad adaquandum Camelos ſerui Abrahe (.1. Eccleſia predicatores depoſuit ꝛc.) Item hee lagene Gedeonis, que commotę ardebant & colliſe (.1. martyriſati ſancti ſecundum carnem & confracti, lucis & charitatis Exempla prebent. Iſaie 30 Et non Inuenietur de fragmentis eius teſta, in quam portetur igni-

culus de Incendio ſic pſalterium Cythara, organum non canit niſi tangatur

Blatt 17a: Reges Intelligite. Reges hic & ſepius Infra ps. 71. .67. ſecundum ethimologiam accipitur magisquam ſecundum vſitatam ſignificationem (.1. pro eis qui regunt populum. vt principes reges, prelati, Epiſcopi ꝛc. Intelligite autem hic eſt verbum tranſitiuum tertii vt ſi dicam Scriptifico vos gloſam ps. .1. ego facio vos ſcribere gloſam. Sic nunc Scriptificamini a me gloſam. (1. ſite ſcribentes gloram [*so*). Ita hic intelligite (.1. fiatis Chriſto intelligentes. ſeu Intellectificamini a Chriſto. ſcilicet illud quod ſequitur. Seruite domino. q. d. Ecce Chriſtus venit vos docere & intellectificare timorem domini ſicut ps 33 Venite filii audite me timorem Domini docebo vos. Ideoque vos ſuſtinete & ab eo intellectificamini. Seruire Domino in timore ꝛc Et iſta locutio Hebraica eſt frequentiſſima in Scripturis ſanctis Vnde & dominus Matt 4 Eris homines capiens .1. captificaberis homines Sic geneſ. 12. In ſemine tuo benedicentur. Semen tuum benedictificabitur (.1. Chriſtus mittet benedictores ad gentes ſcilicet Apoſtolos.

Apprehendite diſciplinam. Nuſquam ſic eſt tranſlatum nomen bar. pro diſciplina vt hic Ideo Sic debet haberi. Oſculamini filium, Naſqu bar. vt dicit Lyra.*) Et eſt ſenſus. .1. ſuſcipite Chriſtum filium Dej. cum omni reũerentia & humilitate in regem & dominum ſicut faciunt homagiũm agentes. Et in ſumma Dicamus. Oſculari primo eſt Signum ſumme reuerentie & adorationis. Ideo dicit b. Hiero. Adorate pure. Secundo eſt ſignum perfectiſſimum amicitie & charitatis. Ideo noſtra tranſlatio habet. Apprehendite. Tertio eſt adheſio & coniunctio proxima oris ad os faciej ad faciem. Ideo Intimam exprimit vnionem & perfectiſſimam & amiciſſimam, Minus enim dignamur quos pedibus

*) Nicolaus von Lyra † um 1340. Gottlob Wilh. Meyer, Geschichte der Schrifterklärung seit der Wiederherstellung der Wissenschaften. Göttingen, 1802. B. I. S. 109—121. Io. Georg Rosenmüller, Historia Interpretationis Librorum Sacrorum In Ecclesia Christiana. Pars V. Lipsiae, MDCCCXIV. 8vo. pag. 280—308. Erl. LXIII. 351. Archiv für wissenschaftliche Erforschung des alten Testaments von Merx, 1867. Bd. I. S. 428 ff.

tangimur [*so*] magis quos manu. Sed maxime quos facie & ore applicatis acceptamus. Ideo vult propheta in iſto verbo ſignificantiſſimo Hortari ad adherentiam, fidej vnionem & charitatem & Reuerentiam Chriſtj Quarto poteſt eſſe ſignum preſtite fidej vt in homagio. Sed quia hic abſolute ponitur oſculamini filium, non manum, pedem & os exprimens. Iuſtum eſt vt pro omni latititudine [*so*] oſculi accipiatur

Perire de Via. Eſt vtique venire in errorem. ideo fruſtra additur. Iuſta Cum de via perire non poſſit, niſi de Iuſta: qui enim in via iniuſta eſt, non perit Sed iam perijt de via

Exardet ira domini quandoque in breũi Iſaie. 54. Ad punctum in modico dereliqui te & in miſerationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abſcondi faciem meam parumper a te. & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tũi. Duo Modica addit. ſcilicet Ad punctum, quia breũiati ſunt dies quibus vexantur ſancti: quia hac vita tantum durant immo in martyribus cito finiuntur 2° propter tantum carnem paſſa. In modico. Impii enim in magno (.1. in ſpiritu puniuntur eterna punitione.) Eſt autem caro modicum ad ſpiritum Sic Exponit b. petrus. 1. pet 1. Modicum nunc ſi oportet contriſtarj in varijs ꝛc. Et Apoſt 2 Corint. 7. Hoc momentaneum & leue tribulationis noſtre. ſupra modum ꝛc. Aabacuk. 3. Cum iratus fueris miſericordię recordaberis. [Ad Veſperam demorabitur fletus .1. ſecundum carnem *Am Rande rechts.*] Quanquam iraſcitur dominus in longo & in multo Malach. 1. Et vocabuntur termini Impietatis. & populus cui iratus eſt dominus imperpetuum. Et patet ex verſu ipſo. Nam beati omnes qui ſperant in eo. non poteſt dici de illis. quibus iraſcitur in animam & ſpiritum. & fruſtra illis diceretur Beati qui ſperant in eo. Sed illis. quibus iraſcitur ſecundum carnem & tamen confidunt in eum. Sicut & dominus premonuit. d. Nolite timere eos qui occidunt corpus

Ideoque iſte verſiculus iſte [*so*] ex [*so*] exhortatorius & conſolatorius ad eos qui ſunt in paſſione Sicut ille Reges eos eſt Eruditorius & doctrinalis. Scire ſcilicet quoniam ſic oportet Chriſtum & Chriſtianos pati & ita intrare in gloriam ſuam. Ideo nolite diffidere Suſtine & beati qui confidunt in eo

Blatt 17b: Aliter quoque intelligitur ſecundum quoſdam In breui .1. ſubito dum non ſperatur. & tunc tamen de ira ſeueritatis. quam miſericordie intelligitur. Quia Malo ſeruo venit dominus cito & hora qua non ſperat Matt 24 [Lũce 21 *ist ausgestrichen.*] diuidens illum & cum hypocritis ponens. Bonis ſimiliter venit in flagellis & non cognoſcunt Sicut ps ait Congregata ſunt ſuper me flagella & ignoraui (.1. non preuidi & dum innoxium & immeritum me putaſſem.)

Item Singulariter notandum pro regula Quod multa dicuntur de deo in Scrip. que ipſe tamen non facit. Sed quia facit ea alios facere. ideo Scriptura reducens intellectum noſtrum in deum & docens gratiarum actionem. & omnia flumina reuocans in mare vnde fluunt. attribuit ej que faciunt creature. Vt illud. Tũnc loquitur ad eos in ira ſua: (.1. loqui faciet Chriſtum & alios ſanctos in ira ſua: quia & ira ſeu vindicta. quam faciunt creature ſunt dej. Non enim ira ſic eſt ſua, quia in ipſo ſit. Sed quia creatura in qua eſt ira. eſt eius. & ipſius nutu & imperio affligit impios. ipſe autem in ſe manens quietiſſimus & tranquillus. immo ſumme bonus & non turbatus. Nam tam eſt bonus deus vt quicquid ipſe immediate agit. non ſit niſi ſummum gaudium & delectatio & non affligit Sed magis reficit. Sed in Impijs ipſe ſe ſubtrahens & in ſumma manens bonitate applicat creaturas: quarum vna alteram affligit. Sicut fit cum ignis ligna comburit.
Corol. Non deus proprie affligit approximando. Sed recedendo & in creaturas relinquendo. Eodem modo & illud intelligitur. Et in furore ſuo conturbabit eos .1. furor qui erit in Chriſto, ſanctis, igne inferni & omnibus creaturis. eſt eius & facit illum conturbare eos. Sic & illud Irridebit eos & ſubſannabit eos (.1. faciet eos ſubſannare & ſubſannarj. Et hinc eſt apud Hebreos frequens loquutio per verbum tranſitum tercii Item Sic & hoc Exurge deus (.1. fac me vel nos exurgere. vel oſtende te tanquam exurgentem coram iis qui te putant dormire. & neſcire. Nam noſtra exurrectio eſt eius operatio. Sicut dicit per Iſai. omnia opera noſtra tu operatus es domine. & Dauid. Nunc cepi. Hec mutatio dextere excelſi Sic itaque Significantiſſima eſt Scriptura. que vno eodemque verbo nos monet, Hũmilitatis (quia

ex nobis nihil ſumus) gratitudinis & confeſſionis (.quia deo attribuere docet. & fiducie ſeu ſpei (quia prope eſt & promptus dominus

Blatt 18a: ps 4tus Cuius Titulus. Ad Victoriam in organis pſalmus Dauid Hebraice Sic la mnazeach benginoth mizmor le dauid. Et quia iſte titulus frequens in ps eſt & hic primo ponitur. libet paulo diligentius ipſum inſpicere. In primis autem nolo quis verum credat. quod Nico. lyra. ex ſuo Rabi Salomone*) recitat. Scilicet Quod ideo Dicatur ad victoriam. Quia hunc ps cantando. leuite Cantores vtrinque nitebantur vincere Chorus Chorum. Hoc enim figmento puerili ſimillimum eſt. Cur enim & alios ps°. non ita titulauit. quos eque cantabant vt iſtum & ſuos ſimiles? An forte. pro iſto ſtudio vincendj, non habuerunt niſi deputatos pſalmos? Prȩterea eo ne fine ſpiritus ſanctus tam ſancta myſteria voluit dictare: vt haberent, quo ſeſe leuite, incompoſito boatu fatigarent? quaſi hocipſum efficere non poſſint, niſi Spiritusſanctus eis ſingulari numine oſtenderet. in quo id facere deberent. Aut non potuit iſte. ps cantari aut non debuit forte. niſi cum tumultu: vt neceſſe eſſet. Hoc eius titulo preſcripto indicari? Igitur iſta expoſitio inepta & impertinens eſt. Siue enim illi ſic vel non ſic canerent. quid neceſſe erat. ad victoriam dicere. Inſuper cum rex Dauid deuotiſſimus: omnia inſtitueret magis pro deuotione quam clamore (.quia Scriptum eſt. Dauid autem ſaltabat & pſallebat toto corde. non ait toto clamore.) magis credibile eſt quod inſtitueret vt modeſte, equaliter & concorditer canerent. Pſalmi enim & Muſica ad excitandam deuotionem reperta ſunt, quae ſi nimis inordinato clamore agantur. magis extinguunt ſpiritum quam recreent Dicamus ergo pro prima dictione Scilicet la Mnazeah. Que venit a verbo Naza quod ſignificat vigere, incitare. prouocare. ſollicitare: Sicut per tympanum excitatur miles. & per ſonitum buccinȩ equus ad prelium ſicut Iob dicit Cum audit ſonitum Bűccine. Habet enim Natura Muſice, excitare triſtem,

*) Salomo Ben Jizchak, Raschi, Jarchi, † 13. Juli 1105. Meyer l. c. I. S. 90. Rosenmüller P. V. pag. 224. 284. Grätz, Geschichte der Juden. Bd. 6. S. 70 ff. 105.

pigrum, & ſtupidum animum Sic Helizeus vocauit pſalten. vt excitaretur ad prophetiam. Quare. Mnazeah Eſt proprie. incitabulum, inuitatorium, prouocatorium, ac velut calcar ſpiritus. Stimulus & Hortatorium. Qualia ſunt etiam Heroica poetarum carmina: & triumphales cantilene. quas grece. Epinicia vocant. vt li: paralip. Quia in Hijs omnibus, acuitur & accenditur animus ignauus. vt vigil & ſtrenuus eat ad opus Quod ſi iſta ſimul cantentur in Muſica artificiali. vehementius & acrius accendunt animum. Et hoc modo hic Dauid fecit hunc ps. la mnazeah. .1. pro inũitatorio, excitatorio & inflammatorio vt Scilicet haberet: quo ſeipſum excitaret ad deuotionem & affectionem cordis. & vt acrius hoc fieret. fecit in muſicalibus. Sic olim Eccleſia ſolebat pſalmos ante miſſam legere ſcilicet pro incitatorio cuius adhuc verſus reſtant de introitu. Et adhuc in matutinis habet inuitatorium pſalmum Scilicet venite exultemus. quo ſeſe mutuo Inuitant ad laudem dej. Et recte vocatur. ps. Sic Inuitatorium, Quia non ſolum ſe Sed etiam alios Inuitauit ad laudem Dej. Sicut Sanctus Ambroſius fecit. cum cantu. quo mediolanenſium triſtitiam depulit. & [*so*] leuius ferrent tedium temporis Sed & non vane poteſt Inuitatorium dici eo quod iſto modo etiam ſpiritus ſanctus Inuitetur. Quia cum nos ſumus prouocati. mox etiam deus excitatur. Ex iſtis igitur diſcimus. Quod Qui vult ſeipſum ad deuotionem excitare. apprehendat pſalmos. Sic paulus hortatur. loquentes vobismetipſis Cantantes in pſalmis ſpiritualibus cantantes domino ꝛc. Habent enim ps. vim excitatiuam ſingularem. quia ad victoriam facti ſunt

Pro Secunda dictione. Scz benginoth. non ſignificat ſpetiale organum Sed eſt nomen commune cuiuslibet inſtrumenti. vnde Recte dixi. in Muſicalibus. Negen, neginoth. prepoſito beth fit beneginoth .1. muſicale, muſicalia. in muſicalibus. Eſt igitur ſenſus Tituli. ps dauid pro Incitatorio in muſicis inſtrumentis. Hec ex Ioh. Reuchlin. Sed Notandum. Quod in le omnibus titulis preponitur Huic nomini dauid, articulus Datiui caſus. quod Iudej dicunt tamen eſſe genitivi

Blatt 18ᵇ: in ſuperſcriptionibus & titulis. Quod mihi non

placet. Sed volo quod ſit datiui caſus ſicut alias ſemper. ita etiam in titulis .ps. Et tunc ſignificat. pſalmum non eſſe ipſius Dauid proprie, Sed ipſi Dauid ſiue ad Dauid. per quod exprimitur. motus ſpirituſſancti qui fecit ps. & reuelauit dauidi ſeu ad dauid: quomodo In prophetis legimus. factum eſt verbum domini ad oſee. Iſaiam. ꝛc. Quod autem Datiuum magis quam accuſatiuum ponit. arguit excellentiam reuelationis: Quia non ſolum ad eum ſcilicet. Sed etiam ipſi (.1. ad intellectum, ad vtilitatem, ad intimiorem eius ſenſum.) factus eſt Mizmor .1. ps.

Hec iam de titulo ſatis. Quod autem alij habent. ad victoriam. alii in finem. quomodo concordabunt? Credo quod. quia per exhortationem & excitationem animantur ad victoriam bellaturi: Inde dicit ad victoriam. accipiens illud ad quod exhortatio intendit. pro ipſa exhortatione. Victoria enim ab eodem verbo venit. pro eo quod cantilene triumphales victorias narrando inflamment. Et ita accipit finem pro eo quod eſt ad finem. Incitatio enim ad victoriam vrget Sed non eſt victoria. Et Hoc forte ideo fit. Quod iſta Inuitatoria ſunt tam efficatia: quod a fine non fruſtrantur: Et ideo propter certitudinem non dicit Inuitatorium (.quod poteſt in multis falli.) Sed victoriam q. d. Iſte ps eſt tam efficax incitabulum, quod facit ipſum adeo: acrem quam victoriam ſine dubio aſſequetur. ideo recte ad victoriam eſt factus, ſicut ſi in bello tam ardenter animentur milites. quod ſine dubio victoria preſumatur poteſt dici. Non eſt hoc tympanum ſimpliciter incitabulum. Sed efficax & perfectum, faciens perficere ad quod incitat & finem attingere. Eadem ratione. alii habent in finem ſcilicet intentum per incitabulum. & oportet preintelligi vel ſimul vt Sic in vna dictione omnes tres comprehendantur Scilicet la mnazeah (.1. Inuitatorium Inuitans efficaciter vſque in victoriam & finem intentum. q. d. Sic Inuitat quod finis eius non deficiet. Ergo eſt Inuitatorium in finem & victoriam intentam (.1. efficax & pertingens. faciensque attingere finem Igitur omnia bene ſonant. ps. In finem ps in victoriam, ps in Inuitatorium. Eadem Dicit ergo ps.

Cum Inuocarem exaudiſti me deus Iuſtitię meę: in tribulatione dilataſti mihi. Non ſolum materialiter eſt iſte

ps. Inuitatorium in deum quomodo omnes alii ſunt. Sed etiam forma & modo. Optimus enim modus eleuande mentis in deum eſt: preterita bona agnoſcere & conſyderare. preteritorum enim exhibitio eſt futurorum certitudo. & fidutiam accipiendi preſtant accepta dona in preterito. Econtra tota demerſio mentis a deo. in infernum, eſt obliuio vel inaduertentia bonorum perceptorum Sicut Apoſt. Ro. 1. Non ſicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. Quare a gratiarum actione & confeſſione incipiendum eſt & Sic in iſto verſu Commemorat. bona percepta in proſperitate. & bona in aduerſitate. & breuibus verbis vtraque bona recolit. Sed latiſſimis ſententiis. Quia non omnia debuit ponere. Sed modum docere voluit inflammande: Doctrina autem facilis & breuis eſt prudentium, ait prouer. 14. Stultus verba multiplicat. primo ergo Bona recepta confitetur. in proſperitate & pace O Deus Iuſtitię męę exaudiſti me. cum Inuocarem, tibi hanc tuam miſericordiam & bonitatem confiteor. Et ſub iſto verbo omnes confeſſiones bonorum in proſperitate comprehenduntur. Sed vide quam vera & pia eſt iſta confeſſio que nihil ſibi de meritis arrogat. Non enim ait. Cum multa feciſſem, vel opere, ore aut aliquo meo membro merũiſſem. vt intelligas eum nullam Iuſtitiam allegare, nullum meritum iactare. nullam dignitatem oſtentare. Sed nudam & ſolam miſericordiam dej & benignitatem gratuitam extollere. que nihil in eo inuenit:*) propter quod eum exaudiret. niſi Quod inuocaret. tacitis omnibus aliis. Ecce talis debet eſſe qui velit dignus confeſſor & verus Iudeus coram tanta maieſtate apparere. Talis enim optime vacuus coram domino apparet. Quia ſibi vacuus Sed deo ipſi plenus Minime enim vacuus apparet coram domino. qui maxime vacuus apparet

Blatt 19a: Non ſic ille phariſeus qui non ideo gratias egit Quia dominus eum exaudiſſet Inuocantem. Sed multa merentem:

*) Zu diesen von Luther unterstrichenen Worten schrieb sein Enkel Johann Ernst an den Rand links: Locus illustris de justificatione. — — (Vgl. Augustinus De ſpiritu et litera c. 13. Colligimus non juſtificari hominem praeceptis bonae vitae, niſi per fidem Ieſu Chriſti, i. e. non lege operum, ſed lege fidei, non littera, ſed ſpiritu, non factorum memoria, ſed gratuita gratia.)

ait enim bis Ieiuno in ſabbato. Plenus hic erat Sed ſecundum Iſaiam vomitu ſordium. Vtinam vacuus ita fuiſſet. & humilitate plenus, Sicut publicanus Qui veritate plenus, non erat vacuus coram domino. Quia exaudiuit eum dominus Inuocantem. & nihil allegantem.

Dicis autem mihi. Quanquam vere tu dicis. Quod qui ſe exiſtimat aliquid esse cum nihil ſit ipſe ſe ſeducit & merito preter inuocationem iactare non poteſt. Quid autem is qui aliquid habet. etiam ſi nihil ſit? Multi enim multa habent & ſi nihil ſint. Nunquid iſta non licet allegare? aut omnino oportet negare? Nequaquam. Si habes. debes vtique confiteri. Sed non quaſi tua. Quia quid habes quod non accepiſti? Igitur Si ad Dauid dixeris. Cur tu ſolam Inuocationem allegas, & non etiam quia Iuſtus es & Iuſtitiam habes? Reſpondet mox tibi Iuſtitia mea non eſt mea Sed eius qui me exaudiuit. Quia deus Iũſtitię meę eſt. Nudum me & qui nihil ſum exaudiuit inuocantem. & non propter Iuſtitiam meam: que eius eſt. & de manu eius accepi eam Si autem eſt Iuſtitie mee deus. ergo et omnium bonorum meorum. Sed & mira ſunt iſta verba Cur non ait Deus meus, Sed Iuſtitię meę? Eſt ne alius deus tuus & Iuſtitię tuę? Aut cur non ait. deus miſericordię meę aut gratie & bonitatis mee? Quanquam vere poſſit dici alium eſſe deum verum Iuſtitie noſtrę. & alium noſtrum ſcilicet deum huius ſeculi. cuius ſumus cultores. quando extra Iuſtitiam ſumus & idolum colimus. Tamen pulchra & alia ratione hic non ait miſericordie. Sed Iuſtitie: quia vtreque ſimiles ſunt. Quod enim mihi miſeretur. eo ipſo me Iuſtificat Eius enim miſericordia. eſt mea Iuſtitia: Quia niſi ipſe miſereatur. ego non ſum Iuſtus Quid enim miſericordia eſt. ſi ego eam non percipio? Si autem percipio. iam Iuſtus efficior. Igitur Quia iſte ps vt dixi Inuitatorium eſt. debuit docere modum confitendi & laudandi. Qui vt dixi optimus eſt: ſi ponat percepta Intueri dona. Ex donis enim acceptis inflammamur Nunc autem nomen Miſericordia ſignificat datum miſerentis. Iuſtitia autem mea. ſignificat acceptum a miſerente. & ideo ſignificantius ponitur in Inuitatorio quam illud. licet ſint idem in re Vides igitur quod propheta exquiſitiſſime agnoſcit

accepta dona Dei. que vt dixi omnia ſub Iuſtitia continentur. & miſericordia: ſaltem ſpiritualia: quibus homo coram Deo aliquid ſit. alia autem ſunt naturalia. potius bonitatis quam miſericordie ſunt que non Iuſtificant aliqũem. licet & ipſa gratis donentur. Sed vt dixi Hic ps eſt Inuitatorium. Ideo precipua aggreditur bona confiteri, vt excellentius ſeſe & ſingularius inflammet preceteris. quibus hec non donantur. Audiſti ergo quia pura debet eſſe confeſſio & ſimplex & nihil ſibi inflectere. Nota quoque quia debet eſſe & ardens. Quia non loquitur ad alios. Sed ſine medio fertur in deum loquens in perſona ſecunda: que eſt locutio affectuoſiſſima omnium & eleuata coram tanta maieſtate Nota denique. Quod licet ad totam trinitatem loquatur. qui [*so*] eſt deus Iuſtitię eius. tamen prophetice loquitur de filio Qui proprie eſt deus noſter. Iuſtitie noſtre & ſaluator: in ipſo enim & per ipſum Iuſti ſumus in fide eius. Sicut Apoſt. multipliciter diſputat. Et in hocipſo occulte arguit immo rotundis verbis. Impios Iudeos. qui ſuam Iuſtitiam ſtatuunt. & non habent deum Iuſtitie ſue Sed volunt eſſe populus Iuſtitie ſue. ita & omnis ſuperbus & ingratus. quos infra magis taxat de induſtria verſu 3. & 4. 5. 6. Quibus ſine dubio voluit hunc ps eſſe Inũitatorium ad Chriſtum & ad fidem vt ſequitur. & ſupra dixi

Sequitur Alia pars verſus. In tribulatione dilataſti mihi. Ecce in aduerſitate quoque deus eius miſertus eſt. Vere pius & benignus deus: qui ſolum propter nomen ſuum. tantis nos dignatur bonis, indignos & malos. Et quis coram tanta maieſtate dignus eſſe poteſt: niſi quem ipſe dignum fęcerit? Hoc ſane ratio dictat. Quia ſummus eſt & nullius eget bonorum.

Blatt 19b: Igitur ſub iſtis verbis breuibus. intelliguntur omnia beneficia dei. que preſtat in aduerſitate: Recte autem primo de proſperis mentionem fecit. Quia prius deus ornat & armat. prius Iuſtificat & viuificat Et tunc mox ad pugnam applicat. vt virtus creſcat. Que alias cito rubigine & ocio conſumeretur. Quodlibet enim eſt propter ſuam operationem, tanquam finem. Operatio autem habet reſiſtentiam tribulationis & tentationis. Quare Concordat iſte verſus cum Eccleſiaſtico. fili accedens ad ſeruitutem domini ſcilicet per Iuſtificationem, prepara animam tuam

ad tentationem. Vide nunc bonitatem dei quam magna preſtat in aduerſitate. & quam pia Charitate tribulationem immittit. In tribulatione inquit dilataſti mihi. Quod ſic intelligo (.1. latitudines feciſti mihi.) Eſt autem triplex dilatatio quam Deus dat in tribulatione prima Eruditionis. Quia in tribulatione plurima diſcit, que prius neſciebat: plurima per experientiam certius cognoſcit. que etiam ſpeculatiue nouit. Et Scrip ſanctam melius intelligit quam ſine tentatione. vnde vocatur diſciplina domini Et ps Confitetur. Et diſciplina tua ipſa me docebit. Et Sap. Qui non eſt tentatus. quid nouit. Igitur per tribulationem Homo dilatat ſuas ſynthereſes [*so. d. i.* συντήρησις]. & elicit concluſiones practicas miro modo Et iterum ps. A mandatis tuis intellexi. Credo quod hanc eruditionem: quam lata ſit, ſoli intelligant experti. Opera enim & praxis exponunt & intelligunt Scripturas, figuras & creaturas. Et Hec latitudo appropriatur filio in diuinis cuius eſt ſapientia & doctrina

Secunda latitudo Eſt virtutis quo ad memoriam & Hec maxime in martyribus eluxit quia virtus in infirmitate perficitur. Et palma preſſa fortius ſurgit. & virtus conſtricta magis dilatatur Sic charitas fides, ſpes & omnes alie. dilatantur in perſecutione ſecundum illud Nimis confortatus eſt principatus eorum. Infirmi enim accincti ſunt robore. Sicut ergo iſta in martyribus fuit eximia ita prima in ſanctis doctoribus contra hereticos. Omnes enim iſti tribulauerunt eos. Sed ipſi hinc magis dilatationem a Domino acceperunt Scientie & virtutis. intellectus & memorie: que ſtabilitur per virtutes in bono ſuo. Et Hec proprie

Tercia Eſt latitudo conſolationis & gaudii) ad patrem ſpectat: cuius eſt virtus & potencia in ſpiritu ſancto. Sicut Apoſtolus. 2. Cor. 1. Benedictus Deus & pater domini noſtri Iheſu Chriſti pater miſericordiarum & deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra: Et hec conuenit ſpiritũiſancto qui eſt paracletus .1. Conſolator. Sic ps de tribulatione Inuocaui dominum. & exaudiuit me in latitudine dominus. Et Anna mater Samuel 1 Regum 2. Dilatatum eſt os meum.
Et ſic patet Quod benedicta trinitas triplicem dilatationem preſtat ſue imagini viuę, que eſt homo: Intellectus enim dilatatur per

eruditionem & intelligentiam. Memoria vel ſubſtantia ſeu natura animę dilatatur. per virtutem & robur gratię voluntas dilatatur per lętitiam & conſolationem. Econtra conſtringũntũr iſta vniuerſa. per peccatum per errorem, per triſtitiam. Sic hortatur Eſaias. 54. Dilata locum tentorii tui: & pelles tabernaculorum tuorum extende ꝛc. Eccleſia enim Allegorice ſimiliter dilatationem triplicem. Quia Multiplicati ſunt valde. pre [*so*] oppreſſionem pharaonis. & clarificata fidej veritas, & aucta letitia eius in ſpiritu. Vltimo Nota Quia addit: mihi: Hęc enim eſt Singularis gratia Dej. Quod iſtas dilatationes. non facit eſſe retributionem & mercedem in hac vita. Sed mihi inquit ad bonum meum, ad ſalutem meam, ad vtilitatem. Multos enim Deus dilatat & exaltat ad perditionem eorum, ad ruinam ad Iudicium, Non ſic quod in tribulatione dilatantur

Queritur autem Cur non ait in tribulatione prolongaſti aũt profundaſti mihi? forte propter viciſſitudinem. & imperfectionem, Quia in hac vita ſemper eſt viciſſitudo Harum dilatationum. & longa eſt nulla nec ſtabilis. ſic autem erit in futuro vbi erit perpetua. Sed nec perfecta eſt. Quia tunc perficietur quod hic ex parte eſt. tunc enim erit & profunda & abyſſalis.

Blatt 20a: Ex iſtis tandem Aduertendum. Quoniam mos Scripturę eſt ſepius verba abſolute ponere & illimitate vt hic non dicit quid dilatauerit. an cor: ſpiritum, animam ꝛc Sicut & ibi. ps perfeciſti eis qui ſperant inte, Et iterum. Veruntamen propter dolos poſuiſti eis. Et alibi ponam in ſalutari fiducialiter agam in eo. Hic vides. Quod non aſſerit, quid. Sed absolute ſolum ſignificationem verbi Quomodo & dominus in Euangelio Sermo meus non capit in vobis. In iſtis ergo omnibus locis debet vocabulum tam late quam poteſt extendi. & velut genus in omnes ſpecies diuidi, ac totum in partes. Quia Copioſa eſt ſemper talis & fecunda locutio. & etiam ideo ſic indeterminate poſita. Sicut ego modo feci. in iſto verbo Dilataſti: Non ſolum ad voluntatem. Sed ad omne quod capax eſt dilatationis in tribulatione.

Antequam autem ad ſecundum verſum accedamus Duo inſignia obiter hic infodere placuit, ne memoria excidant Primum Eſt Quod verſiculus iſte & multi alij. velut funiculus pulchre texitur

ſemper poſterius ex priori & dictio vel oratio ſemper ratio videtur eſſe & velut fons, origo que precedit. eius que ſequitur. Sicut ſi Cathenam fabrices, aut murenulas aut corollam Vt Exempli prima oratio eſt. Cum Inuocarem, que eſt ratio ſequentis. vt ſi queras: Quare exaudiſti me. optime ſequitur. quia Inuocaui. Tertia oratio Scilicet Deus Iuſtitie. Quare ſic appellas? Quia exaudiuit me. & niſi me exaudiſſet. non eſſet deus Iuſtitie Sed pene mee Item 4ta In tribulatione. Cur iſta sequitur illam terciam? Reſpondetur. Quia eſt Deus Iuſtitie mee. Qui enim pie viuere volunt, perſecutionem paciuntur & quem deus Iuſtificat, mox probat Vltimo Cur dilatauit te dominus? vnde ſequitur? aut qua conſequentia Hoc & non aliud ſequitur? Reſpondetur Quia tribulatus ſum. Deus enim cum eis in tribulatione ꝛc Et ex iſto patet mira dignitas conſequentie verborum & ordinis aptitudo. Dilatatus eſt quia tribulatus es. & hoc Quia ſecundum Deum Iuſtus es. Et hoc quia exaudiuit te in miſericordia ſua. & hoc. quia Inuocaſti eum. Ergo Inuocatio infert exauditionem, Exauditio Iuſtitiam. Iuſtitia tribulationem. Tribulatio conſolationem Simili modo poteris & in alijs verſibus te exercere. Hanc figuram que vocatur Gradatio apoſtolus Ro. 5. & .x. etiam ponit dicens Quod tribulatio pacientiam operatur patientia probationem, probatio ſpem Spes autem gloriam quia non confundit. Et .x. Quomodo Inuocabunt niſi credent? quomodo credent niſi audiant? quomodo audient? niſi predicetur? quomodo predicent niſi mittantur? Vides autem Quod in hijs tribus Gradationibus Nec citra nec vltra quinarium, numerus graduum conſiſtit. vt intelligas ſoli Quinario .1. Homini. qui per quinque virgines ſignificatur. iſta prodeſſe & conuenire.

Secundum. Quoniam Chriſtus eſt Caput omnium ſanctorum: fons omnium, origo omnium riuulorum ex quo participant omnes. & de plenitudine eius omnes accipiunt. Huic [Hinc?] eſt Quod in capite (.1. principali ſenſu.) libri (.1. totius Scrip. & precipue ps. de eo Scriptum eſt. Ac Sicut omnes ſui ſancti fluunt ex ipſo velut riuuli. Ita Scriptura conformiter ſeſe habens & ita repreſentans ipſum cum ſuis ſanctis, primo fontali ſenſu de ipſo loquitur. Deinde eundem ſenſum deriuat, in riuulos

(.1. particulares expoſitiones.) participatiue de ſanctis loquens eadem verba. Si enim in gratia cum eo participant. & hereditant omnia ex ipſo. igitur & verba Scripture de Chriſto loquentia. ſimiliter cum eo participant, & hereditant eaſdem laudes & deſcriptiones ex ipſo & cum ipſo & in ipſo qui eſt benedictus. Et hoc modo omnes 4or ſenſus Scripture in vnum confluunt ampliſſimum flumen Vt Exempli gratia iſte preſens ps. primo de Chriſto intelligitur. Qui Inuocat & exauditur. Deinde allegorice Eccleſia corpus eius. vltimo Tropologice quelibet anima Sancta. Et ſic poteſt in perſona Dauid & cuiuslibet intelligi. Ratio omnium Quia deus facit omnes ſanctos ſuos, conformes fieri imagini filii ſui, ideo eadem verba omnibus congruunt

Blatt 20b: Sequitur verſus ſecundus Miſerere mej: & exaudi orationem meam Que eſt tua? nempe que ex ſpiritu & mente tua procedit. quia tu es maxime Homo ſecundum animam Quis ordo queſo huius verſus ad primum. Qui paulo ante Dilatatus, mox miſeriam queritur. Sed dixi quoniam Dilatatio non diu durat. Sed viciſſitudo eſt in hac vita. Ac ſimul in multam & vtiliſſimam doctrinam talis ordo texitur. primo Quidem ne ex dilatatione iam velut certus ſis. & torpeas: que eſt peſſima tentatio Quia vbi incipis nolle fieri melior. deſinis eſſe bonus ait Bern. Hoc eſt ergo quod Apoſtolus. Non fratres arbitror me apprehendiſſe: Sed que poſt me ſunt obliuiſcens, ad anteriora extendo me ipſum. Qui enim Iuſtus eſt. Iuſtificetur adhuc. Et qui ſtat, videat (.1. ſit ſollicitus) ne cadat. Et iterum. Homo cum conſummauerit tunc incipiet. Qui enim putat ſe ſcire neſcit quomodo oporteat eum ſcire. Sic ſimiliter qui ſe putat apprehendiſſe. neſcit quomodo oporteat eum apprehendere. Modus autem non eſt niſi iſte qui hic ponitur. Scilicet ſemper recurrere ad principium. & a nouo ſemper incipere. ſecundum Monita apoſtoli & huius pſalmi. Quia ſemper relinquitur quo creſcas ergo ſemper es in motu & initio. Sic ergo nunc dicit Miſerere mej. Miſerum ſe vocat, qui prius Iuſtum & recreatum dixerat. Quare quia ibi de acceptis loquitur hic de accipiendis. Gratia enim dei accepta vt dixi eſt Iuſtitia. Accipienda autem eſt miſericordia, quia miſerum qui nunc eſt Iuſtificat. Quia ergo hic

accipiendam petit nondum acceptam. ideo miſericordiam nominat. Et hec eſt Conditio Iuſtorum, vt Iuſtitiam eſuriant & ſitiant magis ac magis. ideo ſemper Iuſtificantur. ſemper petunt miſereri Semper Iuſtitiam agnoſcunt acceptam prius Qui enim ſaturi ſunt & pleni Iuſtitia. non petunt miſereri ſibi. Et non ſunt tales, niſi hypocrite & phariſei tantum. Oritur autem iſta petitio ex fidutia preteritorum beneficiorum ſicut dixi, ex quorum memoria ſeſe accenderat. Et poteſt iſte verſus ſimiliter exponi de duplicibus bonis ſcilicet in proſperitate & aduerſitate. vt Miſerere mej (.1. Iuſtifica me adhuc magis. fiatque miſericordia tua. Iuſtitia mea. vt iterum paratior ſim ad futura mala. Et exaudi tunc orationem meam. tum deprecor in neceſſitatibus meis Et diligenter Nota Quod huius verſus finis non eſt. in dilatatione vt Sciamus non ſtare finem in hac vita nobis. Sed ſemper & vſque ad mortem miſericordiam petere & orare. alioquin videretur reliquiſſe tepidis patrocinium & preſidium, vt adepta conſolatione & delatione. quieſcerent a profectu. quaſi in vltimo quod hic poſſit attingi. ideo additus eſt iſte verſus cuius finis eſt oratio & non dilatatio. Si itaque iſtos duos verſus recte inſpicimus. Non ſolum nobis preſcribitur optimus modus laudandi dominum. Sed etiam viuendi & orandi tota ratio hic comprehenſa eſt. Vnde iam benigno Zelo & dolore conſyderans, impiorum ignorantiam in huius doctrine veritate. Iuſte eos arguit & Inuadit vt Inuitet & ipſos hoc ſuo Inuitatorio ps. ad ſanam ſententiam horum verſuum a qua eos quam maxime videt diſtare dicens Filij Hominum vſquequo graũi corde, vt quid diligitis vanitatem: & queritis mendacium? loquitur ad literam De Iudeis tempore Chriſti & allegorice de omnibus. qui imitantur illos. Credo certe Quod cum dauid ſic ex recordatione beneficiorum dej. & cantu Muſico fuit accenſus, vt in iſtis verſibus patuit. mirabiles in ipſa deuotione reuelationes acceperit. Et ideo vidit tunc in ſpiritu poſitus. iſtos filios hominum. & volens eos preuenire ac ad Chriſti obedientiam monere. arguit eorum duritiam, vanitatem & mendacium

Blatt 21a: Cum haberent ante ſe & inter ſe. Chriſtum vnctum, ipſam veritatem & ſalutem. & tamen nihil eum curabant.

poteſt autem vt dixi totus ps intelligi velut in perſona Chriſti dictus Sicut lyra eum exponit in perſona Dauid, ſatis violenter. Vel vt prophetia de perſona Chriſti tanquam tercia a loquente prima, quod magis ad literam accedere puto, quamuis vtrumque literam non deſerat. Dicit itaque. O filij Hominum, Ex quo Iuſtitia noſtra non eſt niſi quia exaudit deus, Nec vlla vera conſolatio niſi in tribulatione. Nec profectus & perfectio, niſi in continua huiusmodi perſeuerantia. vſquequo graui corde? quamdiu patiar vos? ait dominus. generatio incredula quamdiu non vultis & vos Iuſtitiam apprehendere & peccatum dimittere? Iuſtitia enim ſola liberat cor & leue facit. Et quouſque vaniſſimam queritis dilatationem extra tribulationem Scilicet carnalem & literalem tantum? Quouſque queritis mendacium & hypocriſim, vos iam adeptos exiſtimantes perfectionem. ac quaſi non egentes miſericordiam. Vide quomodo Impii preciſe contraria via incedunt. quam pii. preſertim in iſtis tribus Iuſtitia, conſolatione, profectu. Sed diſcutienda ſunt ſingula verba huius verſus. Et Graue cor dicitur quod ſubiacet iniuſtitie cuicunque. Et tota inIuſtitia vocatur hic grauitas cordis. que tamen poteſt diuidi per ſingulas ſuas ſpecies. procedendo ex radice. vt Cupiditas eſt radix & prima grauitas. ex qua pullulat ira, Inuidia, ſuperbia, malitia. dolus & omnia fere opera carnis que apoſt Gal. 5. enūmerat. Quodlibet autem eorum eſt grauitas cordis & infert ſuam vanitatem & mendacium, ſicut dicemus. Econtra leue Cor eſt Cor Iuſtitie totius, cum omnibus ſuis partibus. de quo in primo verſu dictum eſt Et recte Sane dixit Cor graue. non corpore, aut manu, aut carne aut ſenſu. quia in hiis ſunt nimis leues Qua autem ratione Iniuſtitia dicatur grauitas ſatis patet. Quia non ſinit eleuari in deum, Quia deiicit Spiritum ſub ſe indignioribus. ipſum meliorem. Stante ergo iſta grauitate Cordis ſequitur neceſſario Quod diligant vanitatem. Quia enim veritatem & Iuſtitiam non habent. & cor ſine amore eſſe nequit. ideo neceſſarium eſt. vt deum non diligant. Sed vanitatem (.1. bonum tantum apparens.) Que Vanitas quid ſit abunde docet. Eccleſiaſtes per totum. Et breuiter. Eſt Conſolatio que habetur in carne & hac vita, quecunque ſit illa. Sic dominus ait Ve vobis

qui nunc ridetis & habetis hic conſolationem veſtram. Non enim ſunt in labore hominum neque in tribulatione. quam odiunt Cum tamen beati ſint qui lugeant & ſunt in tribulatione. quia conſolantur & dilatantur. Igitur Hii dilatantur quidem Sed non in tribulatione immo in proſperitate ſtultorum & carnis. diligunt enim hanc vanitatem. Et Merito vocatur vanitas & cor eorum vanum eſt, quia Eſce non proſunt ambulantibus in eis. [*Am Rande links:* vniuerſaliter ergo Quicquid non cooperatur in bonum anime eſt vanitas: quia deficit in carne & non pertingit vſque in bonum ſpiritus ad quod tamen omnia ordinata ſunt. Et ſic vanitati ſubiecta eſt omnis creatura per hominem vanum,] Omne enim quod homini ſeruit & vtile eſt: ſine fructu & ſalute ſpiritus, vanitas eſt ſecundum Eccleſiaſten. Quia Spiritus eſt maior & dignior pars hominis eterna & immortalis cuius bona ſunt vera & ęterna Caro autem vilis & fluxa ſicut fenum quod cito exiccatur. Igitur Sicut figura vana eſt. cuius figurata plenitudo non ſequitur. Aut fruſtra Medicina, que nihil efficit ſanitatis & [*so*] vana. Ita omnia viſibilia Sunt vmbra & figura Spiritualium bonorum. ſicut Apoſtolus de lege dicit Vmbram habens lex futurorum .1. Spiritualium. Sine quibus ſine dubio non ſolum vana Sed & vanitas ſunt. Nunc vide quam certo ictu feriat ad literam Iudeos Carnales. Qui hanc vanitatem tunc & vſque nunc diligunt, omiſſo ſpiritu quem eis dominus paratus erat dare, & ipſi noluerunt. Nam vſque hodie expectant iſta carnalia vanitatis a deo & ſuo Meſſiah, nihil reputantes fidem celeſtium & Spiritualium bonorum Ideo propheta ad eos. vt quid diligitis vanitatem? Dixi autem Quod cuilibet Iniuſtitie ſua

Blatt 21[b]: eſt vanitas. Quia qui habet grauitatem cordis cupiditate. Hic diligit vanitatem que eſt Diuitie. Qui autem Inuidiam, Diligit damnum proximi. quod eſt ej vanitas quia non prodeſt immo nocet Qui Iram habet diligit vindictam Sed & hoc vanitas eſt. Qui habet grauitatem cordis Gulam. diligit epulas. Sed nonne Hoc vaniſſimum eſt? Qui autem luxuria grauatur, diligit voluptatem carnis. Hoc vaniſſimum Iudico ait Sap Eccleſiaſtes. Omnia ergo Hec ſunt vanitas. quia ſpiritũi & vero homini nihil proſunt. Attamen filii hominum quia ſunt

graui corde non habent quid diligant aliud. cum tamen ſine dilectione eſſe nequeant. Sed vide quomodo & in Hoc ipſo verſu ordo orationum, aptiſſima textura, ex ſe inuicem ſequitur. Quare enim querunt mendacium? quia diligunt vanitatem. Quare autem diligunt vanitatem? Quia ſunt graui corde. Quare autem graui corde? Quia ſunt filii hominum (.1. in concupiſcentia nati & in adam mortui ac Iniuſti facti. trahentes graue cor ex priuatione prime Iuſtitie.) Igitur filiatio Hominum cauſa eſt grauis cordis. Graue autem cor. dilecte vanitatis. & hec mendacii. Quare oportet fieri filios dej. ex quo ſequitur alleuiatio cordis. Ex qua dilectio bonitatis vel plenitudinis. Ex qua inquiſitio veritatis. Que in primis duobus verſibus ſunt poſita licet ſub alijs verbis. Quia per Deum Iuſtitie noſtre efficimur filij dej & alleuiatur cor noſtrum, vt volet cum Cherubin & Seraphin ſurſum, .per dilatationem in tribulatione, apprehendimus vera & plena bona. per continuam inchoationem, veritatem inquirimus ſemper. & mendacium fugimus Quid ergo Eſt mendacium querere? Eſt ex vanitate velle veritatem & impletionem facere. Et ſic quod vanum eſt, fit etiam falſum & mendax. Exhoc enim quia diligunt vanitatem. volunt Hoc eſſe veritatem quod diligunt. Et ita ex vanitate faciunt ſibipſis mendacium. & quaſi idolum aliquod vanum & mendax. ornant ipſam & colunt. inſipientes. Sic Iſaias eos. 44 manifeſte arguit De imprudentia nimium craſſa. [*Am Rande links:* ſicut b. Aug dicit li. 8. conf. Sic Iſaie. 5. Ve qui dicitis malum bonum ponentes lucem tenebras. Et ex hinc ſequitur quod ſibi applicant verba Scripture. vt eam quoque mendaciter allegent: pro ſuo mendaci ſenſu: Et hoc eſt querere mendacium. ſcilicet patrociniũm Scripture mendaciter. Sic fecerunt & faciunt Iudei. Sic fecerunt heretici. Sic faciunt nunc diſſenſionum filii vbi quilibet pro ſuo ſenſu Scripturam torquet & iura & leges querunt ſonantes pro ſe Hec enim eſt Diſſenſio per apoſtolum prophetata, frigus ſcilicet charitatis. mors pacis, vaſtitas fidei. & abominatio Chriſtianitatis.] Sed & hocipſum mendacium eſt tottuplex: quottuplex vanitas & grauitas cordis. Quia ſicut ex qualibet grauitate cordis. ſequitur ſua vanitas. Ita quelibet vanitas fit mendacium, quando ſtatuitur & defenditur: tan-

quam verum & bonum & Iuſtum vt exempli gratia. Qui grauis corde in ira, vindicte vanitatem quottidie meditatur. & in Hoc ſe recte facere putat. & contrarium huius contemnit. Hic certe ex vanitate mendacium facit. Tale eſt autem omne ſtudium Iudeorum. & fuit etiam tempore Chriſti in hypocritis. Statuere querentibus Iuſtitiam ſuam (.1. vanitatem dilectam. querere facere mendacium, O quam multi hodie ſequuntur illos. Qui pleni Inuidia & vindictę felle: neſcio quod idolum Zeli ſibi fingunt & rigorem Iuſtitię mentiũntur querentes pertinaciſſimum mendacium Sicut Apoſt. prophetauit. in hypocriſi loquentium mendacium, Ideo enim illi querunt mendacium, quia ſibi iam Iuſti videntur. & animo non inter incipientes. Sed omnino conſtituti vt Iuſtitiam & Iudicium exerceant. & vindictam in peccatores. Nec iſti poſt dilatationem in tribulatione, (quam tamen non vnquam habuerunt.) cum Iuſtis dicunt. Miſerere mej. Sed omnino illud. ps. Iudica illos deus, Immo Nos Iudicamus eos deus. & faciemus vindictam pro honore tuo. & ſalute Iuſtitie ſancte. Nos enim non ſicut cęteri hominum peccatores ꝛc Vnde Hoc monſtrum? Non niſi quia non ſolum habent vanitatem. Sed diligunt eam Amor iſte excecat eos. vt hoc velint eſſe bonum & plenum. ac ſic querunt que ſua ſunt. non que Iheſu Chriſtj. Non ſequuntur Iudicium ſed affectum. Afficiuntur enim bono carnis ſue, honoris ſui, ſubſtantie ſuę, ideo iraſcuntur hijs. qui impediunt poſitiue vel priuatiue ac ſic recte videntur ſibi indignari ac vindictam expetere eo Quod ſibi iniuriam fieri

Blatt 22ᵃ: exiſtiment & digni qui non patiantur huiusmodi ideo in propria cauſa fiunt Iudices ſimiliter & pars accuſans. multum peruerſum genus & ſubtile diabolo ſeductum. Quo patet Quod ex cupiditate eorum procedit iſta vanitas & mendacium, .1. ex graui corde. pari modo ſequitur in alijs vanitatibus. quando diliguntur. mox excecant. & inducunt ad mendaciũm. Et ſic in tribulatione non dilatantur .1. eruditiuntur, roborantur, conſolantur. Sed artantur & excecantur, infirmantur, triſtantur ſecundum ſeculum. Sicut ps. eis prophetat. fiant vie eorum tenebre & lubricum. & angelus dominj coartans eos. Iuſti ex tribulatione magis Iuſti fiunt & meliores

.1. dilatantur. Quia autem non eſt deus Iuſtitie Sed deus ſeculi exauditor ex tribulatione fiunt peiores. vſque dum in mendacium ruant. & ſe Iuſtos eſſe proclament & ſuam innocentiam ſtatuant & non clament ad dominum in tribulatione. Miſerere mej. Sed ad ſuum mendacium, ſuam Iuſtitiam reſpiciunt. Quare ſic? quia idem ignis aurum probat & paleam vrit. Ideo iſti in tribulatione dilatati & vanitatem carnalis boni contemnentes. clamant miſerere mej. & deo Iuſtitiam tribuunt. SeSe autem dignos tribulatione. illi autem vanitatem querentes & in eius contrario ſcilicet tribulatione artati. ſibi Iuſtitiam deputant. & deum blaſphemant & Iuſtitiam eius. Satis itaque conſtat. quomodo iſte tercius verſus totam ſeriem impiorum vite expreſſit contrario modo agentis vite Iuſtorum. que in primis duobus expreſſa eſt. Sed nondum propheta contentus eos dulciter arguens, & eorum errorem reprehendens. Vltra proſequitur eos clarius eruditurus. & inſanias eorum falſas. opinionesque mendaces oſtendere, Iudej enim querentes ita mendacium & diligentes vanitatem, Chriſtum dominum omnino reprobauerunt. non alia cauſa. niſi quia. non ſicut ipſi: ſenſit: odit enim mundum & vanitatem. quem illi dilexerunt. Quare eum modo peccatorem, modo Beelzebub vocauerunt. & miracula eius non virtuti diuine attribuebant. Et huic blaſphemię: que eſt ſequela certa. ad mendacium queſitum occurrit pius propheta dicens Et Scitote quia mirificauit dominus Sanctum ſuum: dominus exaudiet me cum clamauero ad eum, [*Am Rande links:* loquitur de futuro exaudiet q. d. Talis erit Chriſtus quod ſi ibi tunc eſſem & clamarem ad eum: deus me exaudiret Sed tamen quod ego non facio exaudiet tamen ſemen meum poſt me,] poſtquam enim Impius mendacium ſuum queſierit. & iam ſeſe rectum & veracem putauerit: in ſuis verbis & factis. mox ruit in blaſphemias contra Iuſtum, eum Iudicando & condemnando. Eiusque quantuncunque ſancta, mira, vera ſint verba & opera, non deo. Sed diabolo tribuunt: quia ſuam ſententiam contrariam ei: ex Deo eſſe ſtatuerunt. Dicentes Nos ſcimus quia hic homo peccator eſt. Ideo duo potentiſſima motiua eis opponit propheta contra hoc malum. primum. Quod Sit mirabilis factus a Domino. contra quod ipſi dixerunt Quod eſſet

mirificatus a Beelzebub quia in nomine Beelzebub inquiunt eijcit demonia & per conſequens omnia ſua opera & verba Secundum Quod ipſe ſit vel deus vel deus in ipſo. Quia Clamare ad eum ſcilicet Sanctum Domini. eſt adorare eum vt dominum, Ad ſolum enim dominum clamandum eſt. Sicut in multis locis ps. Vt Ad dominum clamaui, cum tribularer ꝛc In Hoc enim Quod dicit. dominus exaudiet me. cum clamauero ad eum, idem eſt ſine dubio ac ſi ad dominum ipſum clamaret. Quia ſi eſſet Sanctus iſte aliud a Domino: dominus non exaudiret clamantem ad eum. Sed potius damnaret clamantem & fieret oratio in peccatum. Nunc autem Clamor ad ſanctum Dominj. meretur exauditionem a domino. ergo idem eſt ad quem clamatur. & qui exaudit. Alioquin que eſt ratio verborum? Cur non dixit. Sanctus domini exaudit me. cum clamauero ad eum vel ad ſe? Sed diſtinguit perſonas. & tum opera vnit vtriuſque in exauditione. Quod ſi Iudej iſta tam clare forte non potuiſſent capere ex iſtis verbis. Hoc tamen Scire poterant. deum eſſe in illo: Quia Si deus exaudit clamantem ad ſanctum ſuum. omnino ſequitur Quod ſit in & cum ſancto ſuo. Voluit ergo Dauid

Blatt 22b: eos a blaſphemia iſta retrahere. per hoc quod teſtimonium dat Chriſto Quod ſit dominus. & dominus cum eo & pater in filio. Si enim hoc teſtimonium accepiſſent. ſine dubio eum non blaſphemaſſent: Efficaciſſimum ſane contra blaſphemiam eſt. dominum conſyderare. & preſentem formidare, etiam ſi non appareat. Sed primum latius ſumamus. Mirificauit deus Chriſtum ſuum: Multipliciter Primo Sic .1. miracula facere fecit & ſic Iudeos reuerberat: qui hoc negabant. a domino eſſe Secundo Quod eius conuerſatio contraria fuit toti mundo. Vt ſcilicet fugeret. que totus mundus maxime querit. quereret. que maxime mundus fugit. Sic enim primo Sapientiam mundi ſtultitiam fecit. factus ipſe ſtultus mundo. deinde infirma (.1. paſſiones & penas.) elegit, vt confunderet fortia. (.1. ſuauia & pacifica:) Sic ignobilia & ea que non ſunt, paupertatem, contemptum, crucem, mortem. & vniuerſaliter, totam opinionem & prudentiam carnis & mundi Sic enim Sanctum eſt templum dominj .1. humanitas eius.) mirabile in equitate Hec enim miratur mundus &

caro, amari & queri. ſic & Iudej. qui in hoc iterum ſcandaliſati ceciderunt in blaſphemias: quia maxime talia etiam ſecundum legem putant querenda Neceſſe enim eſt Quod Carnalis blaſphemet Spiritualem: quia ſalſa reputat bona Spiritualia Sicut infra Sequitur. Multi dicunt, quis oſtendit nobis bona Tercio ſuperexcellenter eum mirificauit. Quia deum eſſe fecit. qui ſolus eſt admirabilis & auctor mirabilium Hec enim mirificatio eſt magna. Quod idem ſit deus & homo: mortuus & viuus. mortalis & Immortalis. & fere omnis contradictio hic conciliatur in Chriſto. Quare illi Iudej errabant blaſphemantes. Qui Chriſtum vt nudum hominem, non mirificatum voluerunt accipere. Qui .n. de aliquo non amplius ſentit: quam videre in eo poteſt: hũic nullus apparet mirabilis.

Sed & nunc quoque multi ſunt blaſphemi in fratres ſuos & ſanctos. Qui enim ſuum mendacium vt dixi ponunt. quantuncunque bona videant & audiant in proximo. non tamen hoc a deo eſſe concedunt. Sed hypocritam appellant. & ſimulare eum ſeſe fingunt. dicentes ſeſe ſcire, quis & qualis ſit. Et ita in faciem blaſphemant Iuſtitiam eius. Iudicant & condemnant eum, aut ſaltem adminus paruipendunt eius Iuſtitiam. & hocipſo eum Iudicant, dicentes. Nos ſcimus quia hic homo peccator eſt. & non eſt a deo. Ideo & illis obijcit propheta vt Sciant Quoniam, dominus mirificat ſanctum ſuum: ſemper in oculis impiorum & ſemper aliter eſt quam ipſi ſentiant. & illudunt ſeipſos temeritate propria. Quia Sicut in Chriſto occulte fuit deus, Ita Iuſtitia & gratia dej occulte eſt in proximo: ideo offendunt, qui eum Iudicant ſecundum faciem & Spiritui gratie contumeliam faciunt & blaſphemiam. Sequitur Nunc Quartus verſus. In quo, licet Impii ſemper proficiant in penis, non tamen deſerit ſpiritusſanctus eos. Sed ſemper ſequitur & monet eos. ne vltra proficiant. Sicut manifeſte patet ex dictis. Quia prima Monitio fuit ne eſſent graui corde. qua non obſeruata, addit ſecundam. ne Diligerent vanitatem. Sed & hanc tranſgreſſis. addit terciam, ne quererent mendacium. & quartam que maxima fuit ideo pluribus verbis addidit contra blaſphemiam in quam de mendacio per tranſitum tercie ceciderant. Iam Quinta eos monitione pro-

ſequitur. Ne Iraſcantur ne furiant. Poſtquam enim Iuſtus eſt blaſphematus. & omnino Diabolicus & cum iniquis reputatus. Iuſtum eis videtur. iraſci contra eum & querere mortem eius. & tollere de terra. Sic enim excecauit eos malitia ſua. & omnem perſecutionem in eum exercere. ac omnia meditari: que illum diſperdant Vnde eos Moderatur Dicens Iraſcimini & nolite peccare. Que dicitis in cordibus veſtris: & in cubilibus veſtris compungimini. q. d Si vultis Iraſci. iraſcimini vobis. & non huic Iuſto. Sed vt meum ſenſum ſine temeritate

Blatt 23b: tamen, ponam Quia vnusquiſque abundat in ſenſu ſuo. Quanquam verum ſit. quod dictum eſt. & multi ſic exponant. tanquam ſit redargutio tantum malitie eorum. Tamen Melius videtur Quod tam iſte verſus quam precedens. non ſit redargutio & increpatio. Sed potius eruditio boni: ſub qua tamen non nego. quin includatur iſta increpatio mali Igitur ſecundum iſtum ſenſum Dico. Quod tercius verſus fuit increpatio filiorum hominum. Sed quia dominus non ſolum vulnerat immo magis percutit vt ſanet, corripit vt erudiat quare poſtquam in iſto verſu malum percuſſerit. & vlcus ſecuerit. Hic in 4to. 5to. 6to addit emplaſtrum ſuaũitatis largius quam vulnerauerat. Quia copioſa apud eum dulcedo. lex enim ſolum occidebat. [*Am Rande links:* .1. oſtendebat quomodo eſſe quis debuit mortificatus. Sed non viuificauit .1. non oſtendebat. quomodo viuificaretur] Sed non viũificabat. & homo ſolum mordet ſed non lenit. deus autem vinum & oleum infundit. Si quis ergo audierit hanc vocem ſpiritus. vt quid queritis vanitatem & mendacium. & paciens fuerit huius correptionis & percuſſure: Dicatque ej. Quid ergo faciemus o propheta? quomodo graue cor eũadimus? quis nos liberabit a vanitate iſta & mendacio? Tunc propheta oſtendit eis verum ſaluatorem & redemptionem quam miſit dominus populo ſuo. d. Scitote. O. filii hominum cognoſcite quę dico vobis quoniam proderunt vobis. Ecce Quoniam mirificauit Dominus Sanctum ſuum, (q. d. illũm agnoſcite & Scitote ſanctum dominj (ſcilicet vt ſit ipſe Sanctus & ſanctificans vos.) quem videritis mirabilia facere. ſicut prophetauit Iſaias. 35. Tunc ſaliet ſicut ceruus. claudus. ꝛc. tũnc Scitote quoniam viſitaũit dominus plebem ſuam & mirificauit

vobis ſanctum ſuum.) Illum ſi credideritis ſalui eritis Si clamaueritis ad eum. exaudiet vos dominus. Quoniam ipſe eſt initium ſalutis & ſine ipſo non eſt in aliquo alio ſalus. Ideo ante omnia iſte vobis Sciendus & cognoſcendus eſt. Si vultis vanitatem & mendacium vitare. Cognoſcetis autem & Scietis. ſi mirabilia eius aduertatis. etenim opera ipſa teſtimonium perhibent de eo. & mirificauit eum dominus. vt ſciatis eum & clametis ad eum Exemplo meo quoniam exaudiet me cum clamauero. Sane quam verecunde allicit eos ad inuocandum Chriſtum Non enim dicit Quoniam exaudiet vos dominus cum clamaueritis ad eum: Sed ſeipſum ponit & a minori arguit. vt non dubitent ſe quoque exaudiri, cum ipſe exaudiatur ab eo. Poſſunt autem hec verba hic. ſimiliter etiam exponi vts. vt ſcilicet eis oſtendat Chriſtum eſſe deum in hiis verbis

Oſtenſo itaque filiis hominum vero ſaluatore. Sequenter inſtruit eos ad veram penitentiam & pulcherrime eam deſcribit Et ſi bene inſpexeris. Omnis qui cepit agnoſcere Chriſtum & veritatem. mox incipit deteſtarj ſuam vanitatem Sicut hunc locum egregie exponit b. Aug. li. 8. confeſs. per experientiam propriam: antequam enim Scimus Sanctum dej: in vanitate tranſimus. Sed cum illuxerit nobis dominus. tanto fedius deteſtamur vanitatem preteritam, quando clarius Scimus Chriſtum. Vnde dicit Iraſcimini Scilicet contra vos pro peccatis. Sic enim per Ezechiel dicit c. 20. Et recordabimini ibi viarum veſtrarum & omnium ſcelerum veſtrorum. quibus polluti eſtis in eis. & diſplicebitis vobis in conſpectu veſtro. in omnibus malicijs veſtris, quas feciſtis. & Scietis Quia ego dominus, cum benefecero vobis propter nomen meum, non ſecundum vias veſtras malas. neque ſecundum ſcelera veſtra peſſima domus Iſrael: ait dominus deus Ecce ergo cognito domino deo noſtro & Sancto domini mirificato, quod ſit potens exaudire & ſaluare, mox diſplicebimus nobis Et hoc eſt iraſci. & indignari. accendi & vri. ſancta ira contra vanitatem & mendacium Vnde poſſint hec omnia prophetice ſimiliter & denuntiatiue intelligi. Scitote .1. Scietis ſicut ſepius in prophetis. & Scient nomen meum Et ſcietis quia ego dominus. Ita Iraſcimini .1. habebitis iram & compungemini ꝛc. Vel certe. impijs

exhortatorie ſicut piis prophetice. q. d. Sicut audiſtis. quia dominus promiſit. quod Scient nomen eius ſancti ſui: Ita facite vt ſitis

Blatt 23b: & vos de numero illorum. quia Scient, qui iraſcentur, qui compungentur, qui ſacrificabunt qui ſperabunt in Domino. Nam vtique tales aliqui erunt & de illis prophetat Scitote, Scietis filii autem hominum mendaces. non ita. ideo ipſos hortatur. Scitote. .1. Eſtote ſimiles illis vt ſciatis vel fiatis ſcientes dominum. Sic enim verbum hebraicum ſepe actum tercium ſignificat ſecundum reuchlin: Sic Iraſcimini (.1. facite vos iratos fieri. vel recipite exhortationem que fit vobis vt prouocemini ad iram. Sic Scitote (.1. patiamini vos fieri Scientes. Non enim poteſt iſte modus loquendi: tam facile in latino exprimi ſicut in Hebreo. Sic. ps. 2. Et nunc reges intelligite. Hic non ſignificat .1. actum intelligendi facite vel elicite Sed ſic paſſiue .1. intellectificamini. q. d Eſt qui vult vos docere & intellectum vobis dare. vos ne repugnate. Sed ſuſcipite. & patiamini vos ita formari & doceri & vobis intellectum tribui. Sic credo hic poni hoc verbum precipue Scitote .1. Scientificamini vel ſinite vos fieri ſcientes. vel ſuſtinete. vt faciat vos Scientes. Quid? quoniam mirificauit dominus ſanctum ſuum, ipſe enim reuelabit vobis mirabilem filium ſuum ſi modo ſuſtinueritis & non renũeritis. [*Am Rande links:* Nonne ſic fecit Chriſtus Iudeis quod voluit eis ſemper oſtendere. quam mirabilis eſſet Sed noluerunt] Hoc autem cum feceritis. Ecce tunc Iraſcemini. Iſta eruditio docebit vos iraſci & penitentiam agere & ego hortor vt faciatis & iraſcamini & hoc quo ad preterita. Quo autem ad futura Nolite peccare. facite vobis nouum ſpiritum & cor nouum Ezech. 18. Vetus eſt enim velle peccare. Nouum autem nolle peccare. Que dicitis, in cordibus veſtris & in cubilibus veſtris compungimini iſta verba ſunt valde obſcura Hiero. Sic habet. loquimini in cordibus veſtris. ſuper cubilia veſtra. & tacete. Quorum ſenſus mihi videtur eſſe. Quod penitentia debet fieri intus coram deo. & in ſecreto. non coram oculis hominum ad vanam iactantiam Sicut Iohel dicit Scindite corda veſtra & non veſtimenta veſtra. [*Am Rande rechts:*

ps. 14. Quod loquitur veritatem in corde ſuo.] Ergo que dicitis (.1. dicite & loquamini & confitemini mala veſtra ex toto corde & in cordibus veſtris, non in ore ſicut hypocrite: qui labiis deum honorant. Cor autem eorum longe eſt a deo: Vos non ſic Sed quecunque dicitis (.ſiue ſcilicet oratis, confitemini, laudatis ꝛc. hoc totum in cordibus veſtris facite. per hoc tamen non prohibetur Quin etiam foris. orandum, confitendum, laudandum ſit. Sed ne ſolum foris. longas orationes orantes, aut cum ethnicis multum loquentes. damnemur. potius quam exaudiamur. Et recte poſtquam docuit iraſci contra peccata. & nolle peccare contra futura. iam erudit eos que ſint opera facienda. Scilicet dicere in corde, compungi. Sacrificare & ſperare ꝛc vt ſequitur. Vnde ſecundum noſtram tranſlationem videtur textus ſic diſtinguendus. Que dicitis in cordibus, ſcilicet dicite, veſtris.) vt ſi dixeris. Qui Scribitis, Ecce in papyro. ſcribite. Sub iſto itaque, Dicere, comprehenduntur omnes operationes potentie rationalis vt dixi. Scilicet legere, orare, loqui, meditari, confiteri, gratias agere. Et hec debent fieri in intimo cordis, vbi videt pater, qui videt in abſcondito. ſicut docuit dominus contra forenſes oratores. [*Am Rande links:* poteſt & aliter ſic intelligi vt ſimpliciter verba Iacent Quod loquatur non doloſe aut corde & corde ſicut ps. 11. deſcribitur. Sed ſimpliciter & ex corde cum proximo vt qui non egit dolum in lingua ſua: idem hic dicit. Et ſic eſt correctio oris. Aliud eſt correctio operis contra hypocriſim Scilicet compungimini in cubilibus veſtris: primum autem fuit correctio cordis. ſcilicet Iraſcimini & nolite peccare. contra prima tria ſcilicet contra graue cor: contra mendacium, contra vanitatem hypocriſim. gloriam vanam. Quod ſi iactatis ſacrificium Ecce ſacrificate ſacrificium Iuſtitie ꝛc] Et in Cubilibus non in tectis veſtris compungimini. per Cubile intelligitur potentia affectiua ſiue voluntas. quia in iſta ſicut in Cubili ſolent pollutiones fieri. & immunde concupiſcentie per compunctionem ergo intelliguntur. omnes affectiones illius potentie ſcilicet dolor, accuſatio ꝛc aſſumptio penarum. paſſionum, & alie cruces voluntarie aſſumpte. Sed & hec non coram hominibus fieri debet. Sed in cubilibus veſtris (.1. intimo cordium propter hypocritas

quia dilatant fimbrias. & exterminant facies ſuas. patet itaque quod in iſto verſu iſte tres vires rectificantur. Iraſcibilis. per iraſci & nolle peccare. rationalis. per gratias agere orare & dicere in cordibus. Concupiſcibilis per compunctionem in cubilibus Et hec veniunt ex iſto. Si Scire fiamus, quoniam mirificauit dominus ſanctum ſuum, Ipſe enim docet

Blatt 24b: nos iraſci. que prius dileximus, & compungi ſuper hiis que queſiuimus, & loqui veritatem Et hoc eſt mirabile in oculis hominum. Et iſta mirificatio nos non vinceret. niſi ipſe eſſet tante auctoritatis. niſi ſciremus. quia ipſe eſt. qui exaudit clamantes ad ſe .1. deus. Quantumuis enim iſta mira ſunt apud homines. ſcilicet vanitatem omnia putare. tamen cum Scimus. quoniam deus eſt. qui hoc in ſancto ſuo mirifice oſtendit. quis non credet? quis non odiet ea & iraſcatur ꝛc?

Iam reſtat amplius vt ſacrificemus domino, qui dedit nobis iſta. Tres enim vires vt audiuimus ſunt rectificate. Iam totum holocauſtum expetitur. & omnium virium, membrorumque ſanctimonia dicit enim Sacrificate ſacrificium Iuſtitie, & ſperate in domino. Iſte eſt ſextus verſus. Sacrificium inquit non pecorum aut vitulorum Sed Iuſtitie (.1. quod illis ſignificabatur.) hoc eſt beſtialia & animalia membra mactetis & concidatis. crucifigatis & mortificetis, vt non ſerũiant peccato ad peccatum. Sed per ignem charitatis totaliter abſumantur. & in ſpiritum tranſmutentur. vt ſeruiant deo viuenti. Hoc eſt enim Iugi igne. animalia cremare. ſicut Ro. 12. Exhibere corpora noſtra. hoſtiam ſanctam, viuentem, deo placentem. Tale eſt vtique ſacrificium Iuſtitie in odorem ſuauiſſimum domino. Quid enim eſt ſacrificare. niſi ſacrum facere. & ſacrificium. ſacrifactum. & ad ſacra oblatum & dedicatum? Tale autem debemus nos eſſe omnes ſimul vnum. & quilibet vnum ſuum. Hoc iterum contra Iudeos carnales eſt, cum ſuis pecoribus ſicut eos in multis locis per prophetas reprobat. Sed nota quod addit Sperate in Domino Differunt ſperare in domino. & in dominum: Quia ſperare in domino Eſt in Chriſto deo noſtro eſſe & participare ej ac ſic in ipſo exiſtendo ſperare in Dominum. In ipſo enim & cum ipſo & per ipſum audemus ſperare & omne opus offerre.

Quia ſine ipſo nihil poſſumus facere. Quantumuis ergo ſis ſanctus & Iuſtus. caue, vnquam per te vel in tua Iuſtitia ſperes in dominum. Sed spem habere potes. in Chriſto. Sicut Apoſtolus diſputat. per Ipſum habemus acceſſum & fiduciam: quantominus poſſunt Iudej in ſanguinem vitulorum ſperare aut in hoc quod ſunt filii abrahe. Sane & ipſi ſperant in dominum. Sed non in domino. immo in ſua dignitate & nobilitate generis. & ſtirpe patrum Sed hec gloriatio excluſa eſt. Ideo in domino ſperate. Sperate in eo omnis congregatio populi.

Multi dicunt quis oſtendit nobis bona? Signatum eſt ſuper nos Lumen vultus tui domine. Hic verſus .7. iterum Iudeorum ſuperbiam arguit. Qui tunc dixerunt. Quis eſt hic? tu nos doces? Nunquid nos cęci ſumus? Nonne bene dicimus. quia Samaritanus es & demonium habes? Cum itaque nos ſimus doctores & legisperiti. Scientes que ſint bona. Quis ergo iſte eſt qui nobis oſtendat bona? q. d. Nullus: quia nos ſcimus, nos ſapimus, nos non ſicuti ceteri hominum. & ſi alijs oſtenderet, non tamen nobis. Et ſic iſta verba ſunt intelligenda per tumorem & contemptum ab eis prolata. Quia Chriſtus eis oſtendebat ſpiritu ſeruire & facere bona. & ſacrificare Iuſtitiam. tunc illi furioſi. exiſtimabant eum velle legem deſtrũere, ſicut & Sancto Stephano fecerunt. Si enim iſta queſtio & inquiſitio bona eſſet, vtique laudaretur. Sed nunc hic reprobatur. & diſtinguuntur ab hijs. qui dicunt. Signum eſt ſuper nos ꝛc. q. d illi non ſunt nobiſcum ideo non querunt quis oſtendat eis bona. Sed dicunt cum ſuperbia & contemptu. Quis ꝛc Ideo dimiſſa iſta generatione ſuperba & incredula

Blatt 24ᵇ: que toties inuitata eſt. per multa ꝟerba & multos modos vt patuit in precedentibus. Et tamen ſemper contemnit. & dicit Quis nobis oſtendit bona? & ſic ſurda aure omnia percipiunt Conuertitur ad generationem bonam. & cum ea gratias agit, exulat [*so*] & laudat dominum Et conqueritur. Ecce Inuitaũi eos & volui eos congregare ſicut gallina pullos ſuos & noluerunt & dicunt multi & maior pars. contra dominum. Quis oſtendet ꝛc. Nos autem non ſic Domine. Sed confitemur tibi: quia indigemus oſtenſore bonorum. & ex nobis non videmus iſta

bona. Sed lumen vúltus tui (.1. fides per quam cognoſcimus faciem tuam, & gloriam tuam.) ſignatum eſt (.1. ſignum factum, nondum autem res, quia fides eſt argumentum rerum. non autem ipſe [*so*] res ſuper nos (.1. deſurſum: quia omne donum deſurſum eſt. & fides eſt ſuper omnem ſenſum ſurſum, Hoc eſt enim lumen. in quo oſtenduntur nobis bona. Sic enim oſtendis faciem tuam & oſtendis nobis omne bonum. Ex qua oſtenſione in memoria & intellectu facta, non poteſt voluntas continere, qũin gaudeat. Quia omne bonum letificat appetitum, cum ſit eius proprium obiectum. ideo ſequitur. Dediſti letitiam in corde meo: letatus ſum inquit in hijs que dicta ſunt mihi. Dicta ſcilicet per oſtenſionem huius luminis, Sic Zacha. audiuit verba bona & conſolatoria. quia oſtendit Dominus populo ſuo bonum. Sic itaque fides ſemper habet comitem letitiam in ſpiritu ſancto. Vnde hic dicit in corde meo .1. ſpiritu, non in carne mea. que eſt impiorum. qui diligunt vanitatem. Sic iam ſunt omnia ſalua in ſpiritu. Memoria, intellectus: quia lumen, quoad intellectus, Signatum (.1. firmiter impreſſiuum ſignum, Voluntas. quo ad letitiam. Non ſolum autem in ſe. Sed quia bonum eſt diffuſiuum ſũi. Si Mũlti ſunt qui dicunt quis oſtendit nobis bona? Cur non etiam multi ſint. ſũper quos ſignatum eſt hoc lumen boni oſtenſiuum, quibus brachium dominj reuelatum eſt? Igitur propheta gaudens cum generatione Iuſtorum. quam vidit in ſpiritu. & eis applaudens dicit. A fructu frumenti & vini ſũi multiplicati ſunt. [*Am Rande rechts:* verſus 8] loquitur iam in tertia perſona. prius in prima. Item Nunc in ſingulari Nunc in plurali: quia idem eſt dicere multiplicati ſunt. & multiplicati ſumus, Et dediſti letitiam in cordibus noſtris, & ſignatum eſt ſuper illos lumen vultus tuj domine. Quia ipſe nunc vt pars, nunc pro tota Eccleſia loquitur. Sic etiam contingit. in predicante aut cauſas agente aliquo, qũi ſimiliter nunc tanquam de ſe ſolo, Nunc velut de alijs. pro quibus loquitur Nunc cum illis in prima perſona plurali, nunc in tercia ꝛc Et tamen ſemper in idem redit Veruntamen Myſteria ſint in ſuo vigore ſalua. Quia tunc nondum potuit dicere, Multiplicati ſumus, Sed multiplicabuntur. quia fructus & frumentum nondum erant reuelata. potuit

autem dicere. ſignatum eſt ſuper nos, quia eadem fide Chriſtum noſcebat. & letabatur ſimiliter. hec enim potuerunt fieri in eo, antequam Euangelium & ſacramenta venirent, vnde publice multiplicati ſunt. Quomodo autem iſta verba ſint intelligenda vide ſer: de cena dominj ſuper eadem verba. Quia per fructum frumenti (.1. effectu Euangelii & ſacramenti corporis Chriſti) Multi facti ſunt Chriſtiani in diuerſis ordinibus, Multiplicati, in virtutibus, donis & gratijs, ſapientia & ſcientia. Sicut Apoſt. 1. Cor. 13. proſequitur. poſſunt autem Sicut ſupra dixi omnia iſta verba in perſona Chriſti dicta intelligi. Nam & eadem & ſimilia in Euangelio dicit. Vnde exultat in ſpiritu Matt. xi. & confitetur. Quod hec ſint abſcondita a ſapientibus & prudentibus (ſine dubio qui dicunt. quis oſtendit nobis bona & reuelata paruulis, ſine dubio ſuper quos ſignatum eſt hoc lumen. Et ſic ipſe loquitur nunc in ſingulari nunc in plurali cum ſuis, nunc in tercia nunc in prima perſona

Blatt 25a: verſus. 9. In pace in idipſum, dormiam & requieſcam. In pace ſpirituali, que non eſt impiorum In idipſum (.1. ſimul cum aliis ſanctis de quibus iam dixerat Signatum eſt ſuper nos lumen ꝛc Et ſic eſt oratio optatiua prophetę, vt dormiat cum ſanctis in pace ſcilicet eterna. Dormire enim Hic pro morj accipitur & requieſcere pro quiete ſpiritus Dormit caro & quieſcit ſpiritus Impii autem non dormiunt Sed moriuntur. Et ſi dormiunt, tamen non requieſcunt. nec in pace dormiunt

Verum magis proprie de morte & ſepultura Chriſti hic prophetat vt quid enim Dauid ſuam mortem & ſepulturam Hic tam ſignanter exprimeret? niſi quia De Dormitione mirabili vult loqui. Eſt ergo ſenſus & verba Chriſti. In pace ſimul dormiam (.1. moriar in pace ſpiritus ſimul .1. ſicut alii moriar & vere. Sed tamen in pace. & requieſcam in pace. Quia corpus meum & caro mea, non corrumpentur a vermibus. Sic ps. 15. dicit, qui pene cum verbis non ſolum ſenſibiliter incidit cum iſtis verſibus ps. dicens. Proūidebam dominum in conſpectu meo ſemper (.1. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine) propter hoc letatum eſt cor meum (.1. dediſti letitiam in corde

meo.) inſuper & caro mea requieſcet in ſpe. Sic In pace dormiam & requieſcam. Igitur. Dominus quidem In pace ſimul cum aliis dormiũit, Mortũũs eſt ſicũt alius homo vere & reqũieũit. Sicut Iacob Genes. 49. .Qũieſcens accubũiſti vt leo. Sed Singulari ſpe pre omnibus Quoniam tu domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me. Singularis ſpes fuit hęc. quoniam caro eius non vidit corruptionem, & in ſpe requieuit caro eius, expectans reſurrectionem multo aliter quam alii: ideo ſingulariter in ſpe conſtitutus eſt. Et ex hoc verbo ſatis apparet quod de ſolo Chriſto loquatur. Nam licet Dauid etiam in ſpe dormiat, non tamen ſingulariter Sed communiter cum alijs: Nam omnes dormiunt in ſpe reſurgendi Sed hic vnicus ſingulariter.
preterea. quid fuit neceſſe. Dauid profiteri, ſeſe dormiturum in pace ſimul cum alijs (.ſaltem prophetice loquendo.) quaſi non certiſſimum fuerit eum moriturum aut dormiturum? Vt quid ſibi ſoli hoc arroget: quaſi non & alij ſic dormierint Igitur de Chriſto dicit. Qui non neceſſitate Sed voluntate obdormiũit non coacte Sed ſponte igitur, Dormiam (.1. ſponte. &ſi poſſem euadere, moriar.) Sonat enim taliter loquens quaſi. potens non dormire. & tamen volens facere. Nam ſi Dauid aut alius dicat. Moriar in futurum prophetando. ſtulta & ſuperflua videtur prophetia: quaſi quid noui dicat, cum ſiue nolit ſiue velit, neceſſe ſit eum Mori & dormire. Quod ſi dicas Et ſi neceſſe ſit eum mori, non tamen in pace dormire. quia poteſt mori & non in pace Reſpondeo Hoc ipſum non eſt in poteſtate eius: ideo de ſe non poteſt profiteri. quod in pace ſit dormiturus. Quare recte dixi quod totus ps. optime poteſt poni in os Dominj Iheſu. de ſe dictus. Vt Cum Inuocarem exaudiſti me deus Iuſtitie mee (.Sciebam inquit. quia ſemper me audis.) Iohan. 12. In tribulatione dilataſti mihi (.1. paſſione conſolatus es me.) Miſerere mej & exaudi orationem meam. Hec oratio frequens eſt in ps. in perſona dominj. filii hominum vſquequo graui corde? Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis. Vt quid diligitis vanitatem. & queritis mendacium, vide ſer: dominj in monte, an non hec & ſequenti verſiculo doceat contenta. Scilicet vt non ad literam tantum Sed ſpiritu etiam ſeruent legem Scitote quoniam

mirificaüit dominus ſanctum ſuum, Si mihi non vultis credere operibus credite: opera enim, que facio in nomine patris mej teſtimonium perhibent de me, vt cognoſcatis quia ego in patre & pater in me eſt

Blatt 25b: Dominus pater, exaudiet me cum clamauero ad eum (igitur non ſum reprobus ab eo ſicut vos me creditis qui me tamen mirificat (.1. miraculis notificat & declarat. Vos autem diligentes vanitatem litere & carnalia. & me dimiſſo qui ſum veritas, queritis mendacium & ſtatuere veſtram literam contra veritatem. Iraſcimini & nolite peccare. (.1. iraſcimini non ſecundum carnem Sed ſecundum ſpiritum. putant enim Iudej ſe, non peccare ira cordis. ſi non foris occiderint. Quę dicitis (.ſupple dicite.) in cordibus veſtris & non in dolo & inſidijs ſicut fecerunt in tentatione de cenſu Cęſaris. & in cubilibus veſtris compungimini non in angulis orantes, non exterminantes facies veſtras. vt appareatis hominibus Ieiunantes Sacrificate ſacrificium Iuſtitie & ſperate in Domino, non in vos & veſtra merita, aut quia eſtis filii & Semen abrahe ꝛc

Blatt 26a: loqui in corde Eſt non doloſe loqui non dupliciter Sed ſimpliciter. ps. 14. Qui loquitur veritatem in corde ſuo in abſcondito loqui. Sicut compungimini in cubilibus eſt in occulto .1. nec verbo nec opere. oſtentare ſeipſum Sed coram deo loqui & operare. Non quod non fiat coram hominibus. Sed ne videamini ab eis dicit dominus.

Loqui in ore & non in corde. fit 2r. Primo Eſt gloriari & iactare & omnino. Et contra hoc dicit Iob 31 & digitum ori ſuo ſuperponebant me loquente (.1. ceſſabant gloriarj.) Et Eſaie. 41. Taceant ad me Inſule ꝛc & eiusdem 30. In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra. Hoc eſt ſalutare ſilentium. Scilicet non velle audiri, aut coram hominibus loqui. & os aperire 2° Eſt

loqui doloſe ps. 34. Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autem in cordibus eorum. Et ſic ſemper Eſt veriſſima ſola locutio foris. coram humano die, quoniam intus coram deo nihil eſt, Ideo loqui Corde Eſt ſimiliter 2x. primo confiteri & coram deo loqui. non iactare, non gloriari Sed intrare in Cubiculum ſecundum verbum Domini Secundo eſt loqui ex ſimplicitate cordis, vt os & cor conſonet. ps. 14. Qui loquitur veritatem in corde ſuo. Quia & Iudej vocantes Chriſtum Magiſtrum veracem. veritatem locuti ſunt. Sed non in corde In vtroque autem Iudej plurimum abundabant. quos hic reprehendit

Dilatatio ad literam Eſt Chriſti in corde ſuo. in paſſionibus. Allegorice eſt verbum Eccleſie: Que ſemper creſcit in perſecutione Sicut b. Hilarius dicit in li trinitate Sicut palma Surgit contra pondus premens. Quia multiplicati ſunt & Dilatati per orbem Chriſtiani. ex paſſione Tropologice Quelibet anima. Dilatatur tam in moralibus quam intellectualibus virtutibus. vt Apoſt 2 Corinth. xi. ps. 17. diſciplina tua ipſe [*so*] me docebit. & virtus in infirmitate perficitur proprie tamen ad propoſitum videtur arguere. locutionem hypocriſis quam Supra vocauit vanitatem qualem ille phariſeus egit qui dixit. Ieiuno bis in ſabbato. & longas orationes predicabant. & ſeipſos magnificabant Et vt dominus dicit omnia faciebant vt viderentur ab hominibus. Et ſic non compungebantur in cubilibus abſconditis. Sed in *foro* & angulis coram hominibus. extenuantes faciem ſuam. dilatantes philacteria ſua. & canentes tuba ante ſe . . . Hec & ſimilia opera penitentie & virtutum. Hic per verbum ſpeciale compungimini exprimitur Eodem modo de locutione eorum ſentiendum eſt. Quod ad hominum conſpectum iactabant ſancta verba, doctrinas, traditiones & legem. Et cor eorum non ſic loquebatur Nota Sunt iſta ex Euangelio Hec autem omnia ſunt vanitas. *eo* quod non ſunt ſpiritualia & vitalia. Sed quia dilexerunt iſta. & Domino talia reprehendenti reſtiterunt & defenderunt & vſque Hodie ſtatuere conantur Ideo factum eſt de vanitate mendacium. quod querunt vſque Hodie, quomodo ſtabiliant. Et ideo contra dominum Zelauerunt & irati ſunt: qui vias iſtas hypocriſis arguebat Vnde Nunc eos leniter inſtruit Iraſcimini

(.1. Zelate pro vijs veſtris ita vt non peccetis.) & nolite peccare. Iſte enim Zelus eorum ſtultus eſt. Quod pro ſua Iuſtitia zelant & iraſcũntur Cum debeant loqui in cordibus & compungi in cubilibus. ipſi iraſcuntur Quod prohibentur loqui in ore & lingua: & compungi in angulis Vſque hodie iſte verſus arguit plurimos In Eccleſia. Qui certant pro ſuis ceremonijs & Zelant pro vanitate obſeruantie exterioris. loquuntur & iactant titulos magnos. & compunguntur in habitu & ſpecie tantum. Noui & multo pertinaciores hypocrite. Sic contra eos Iohel. Scindite cordia veſtra & non veſtimenta veſtra (.1. non foris penitentiam oſtendite tantum. Sed ex corde

Querimus autem. quid ſit Hoc tam ſingulare: quod ſanctum ſuum mirificauit, vt ſi clamet exaudiat eum? Nonne & omnibus id facit? Sed quia Exaũdire diuinum, nulli conceditur niſi ſolo Chriſto vt infra ps. [*55=56, 20.*] Exaudiet & humiliabit illos ꝛc. In quo manifeſte ſeparatur ab iſtis phariſeis, & omnibus literalibus Iudęis, quoniam iſtos deus nunquam exaudiuit

Ps. 5.

Blatt 27b: Aſtabo [*Am Rande links:* Aſtitit regina a dextris tuis] .1. ſociabor & videbo mane. Quare Mane? Quoniam non deus volens iniquitatem tu es (.1. perſonarum acceptionem. q. d. in fide & gratia Eſt ſalus mea. & non in lege. vel ex carnis hereditate Alioquin deus eſſet iniquus, Qui ſuſciperet omnes qui ſunt ſecundum carnem filii Abrahe & Heredes eius. Cum tamen inter eos multi ſint impii & mali. ideo eos ſic indiſtincte ſine diſcretione eligere & aſſumere eſſet manifeſte iniquitas. Sed Nunc dominus venit Iudicare terram. & in Iudicio regnat. Quia Nec ſecundum carnem. nec ſecundum perſonam acceptat. Sed qui credit ſaluus erit. Vnde Petrus Act: 10. In veritate comperi: quoniam non eſt perſonarum acceptor deus. Et hoc laborauerunt oſtendere multum Apoſtoli. contra Iudeos, Qui omnino nimis pertinaciter volunt ideo eſſe Iuſti & aſtare & videre. quia ſunt ſemen abrahe & ſecundum carnem. & non quia credunt vel mane. Vnde contra eos multis verbis Hic propheta in ſpiritu vtitur. & repetens inculcat ſexies. Neque Habitabit iuxta te

malignus, ꝛc Et vide quomodo paulatim creſcit peroratio prophete. Primo ait Non Habitabit, neque permanebunt: ſecundo odiſti & perdes. 3ꝯ abominabitur Item primo ait ſimilis malignus & Iniuſti: Secundo: addit. omnes qui operantur iniquitatem & omnes qui loquuntur mendacium, Nullum excipiendo. Etiam ſit ſemen vel ſeruus Abrahe Et Hoc eſt Iũdicium Chriſti quod dedit ej pater facere, in equitate verbum conſummans

Vir ſangũinum Eſt effuſor ſangũinis qui multos occidit. Qualis fuit & Dauid. Sed quia Hoc quanquam licite fit. ideo hic additur doloſum. Qui proprie eſt detractor. quia alius in facie. alius in dorſo eſt. & hic quidem aptiſſime dicitur Non vir ſanguinis Sed ſanguinum, Quia plurimos occidit. & multarum animarum ſanguinem fudit. quorum tamen ſangũis vnus cum Chriſti ſanguine factus eſt quo redempti. & cui incorporati ſunt
Nota itaque Quoniam detractor ſolus. pre omnibus dicitur. abominabilis coram deo. quia fetet multorum cede & ſangũine.
Ad literam autem de Iudeis dicitur. Qui Chriſti ſanguinem ſuper ſeipſos Imprecati ſunt. quem quoque occiderunt & adhuc in eius ſanguine abominabiles ſunt Ponitur autem ſingularis pro plurali. Virum ſangũinum, (.1. quicunque eſt vir ſangũinum. Sed & ipſi vſque Hodie Chriſti ſanguinem fundunt in ſeipſis, dum ei detrahunt ꝛc

Quod autem dicit omnes qui operantur: perdes omnes. Eos percutit iſto verbo. qui ſtulta fiducia putant ſe ſaluari. Quia ſunt in numero populi dej. baptiſati & credentes. & ſine operibus, Sicut aliqui Dicunt Quia tam multe ſunt gentes que pereunt, ſperandum Quod pauci Chriſtiani peribuut quaſi ideo neceſſe ſit Chriſtianos ſaluos fieri: quia gentes pereunt. Sed Hic dicit. Omnes ſine exceptione omnino. Et ad idem Dominus accedit luce. 13. putatis Quod Hij ſoli preceteris peccatores fuerunt in Hieruſalem. quia iſta paſſi ſunt. Amen dico vobis niſi penitentiam habueritis omnes ſimiliter peribitis. Quoniam dicet illis in die Iudicij, taliter confidentibus Diſcedite a me omnes. qui operamini iniquitatem. Scilicet quicunque fuerint Idem Ro xi.

Ps. 6.*)

Blatt 26b: Inueterauit dominus inter inimicos. Primo in perſona ſua. (.1. Diu inter eos ſeſe perſequentes fŭit & paſſus. Et eſt tunc eſt hyperbole. Quia amor facit, omnem moram longiſſimam apparere Sicut vulgo dicitur. Hei ich byn schir graw darvber worden. [*Am Rande links:* Vel Ich mocht wol graw. druber werden Eſt igitur verbum exprimens mire intenſionem affectŭŭm] Dominus autem affectuoſiſſimo amore expectauit ſalutem noſtram & inimicorum ſuorum: ideo miro modo longi viſi ſunt illi Dies dilationis eorum. Item ipſe dicit in Euangelio in eodem affectu. Baptiſmo habeo baptiſari & quomodo coartor donec perficiatur. Et ſic in crŭce maximo gaudio dixit. Conſummatum eſt Cruciabant itaque animam eius. & longam faciebant ei expectationem ſuam: propter eorum incredulitatem ſuam. [*so*] ſicut dicit Mar. [*Cap. 9, 19.*] O generatio incredula quam diu patior vos. In huius ſignum non dicit abſolute. Inueteraui. Sed inter inimicos meos. q. d. quod inter inimicos meos ſum. longiſſimum mihi eſt. & quaſi ſenium, Secundo in perſona membrorum ſuorum. Hii enim nimis Inueterauerunt inter demones. Diu poſſeſſi ab eis & nimis profunde ſubiecti ej Sic ergo pro eis plorat. quaſi ipſe ſit. & ſibi contigerit. quod illis contigit. pre nimia Charitate. Quare totus ps. eſt. queſtus & vox. huius galline noſtre affectuoſiſſime. & vox dulcis. dulces lachrymas prouocans. niſi lapides eſſemus. & Duritia duriores Eſt ille totus pſalmus. velut Impetuoſus ignis. & impatientiſſimus Zelus ex corde Chriſti erumpens

Diſcedite a me. omnes qui operamini. Hoc fit dupliciter. Primo diſcedite. (.1. agnoſcite. vos diſceſſiſſe a me. quia operamini iniquitatem. Et Hoc ex eo Agnoſcite. quoniam dominus exaŭdiŭit vocem fletus mej. & non vos. Vel diſcedite (.1. nolite mecum velle comparari. & ſuperbe mihi pares eſſe. quoniam non eſtis. quos exaudiat Dominus ſicut me Tercio in ſeueritate ſcilicet vt deſiciantur poteſtatis ira. & auferantur a perſecutione

*) Vgl. Riehm, Initium theologiae Lutheri pag. 9 sqq.

Chriſti Quia Dominus eum ſic exaudiuit. vt eum a perſecutoribus liberaret. Vel poteſt prophetice intelligi Diſcedite .1. diſcedetis

Eodem modo pro illis. pro quibus orauit, Diſcedite a me (.1. meis ſanctis) Scilicet agnoſcite primo vos diſceſſiſſe. 2°. Diſcedetis ab eis. vt animo ceſſetis eos perſequi. quoniam dominus exaudiuit me & eos per me

Erubeſcant ꝛc Similiter poſſunt 2ꝫ intelligi Primo in ꝑbonitate 2° in ſeueritatę Erubeſcunt, qui agnoſcunt ſeditatem iniquitatis ſuę. Conturbantur autem. qui dolent & triſtantur pro ea. Conuertuntur autem quando nouam uitam emendatam arripiunt vel vt alii textus aũertuntur Scilicet a ſua via mala. Et vt hoc non differatur. petit vt Velociter confundantur. Sic ps. 82 Imple facies eorum ignominia & querent nomen tuum domine. Alias. Erubeſcunt (.1. fiunt confuſibiles penaliter tantum ſine fructu emende & conturbantur (.1. quatiuntur conſcientia & corpore Similiter Conuertuntur a via recta magis ad Infernum & Erubeſcunt velociter Sicut In Iũda & Iudeis peccatum eſt: Et qui primo modo nolunt, cogentur 2°.

Infirmus ſum (.1. reſiſtentiam non facio, non vindico. Sed ſolum patior. Sicut ps. 67. Infirmata eſt, tu vero perfeciſti eam Et apoſt. 2. Corinth virtus in infirmitate perficitur Eſt itaque infirmitas iſta: quando qũis non poteſt a ſeſe malum repellere. & reſiſtere

Lauabo lectum meum licet iſta locutio ſit hyperbolica: tamen reſpiciendo affectum domini. tantus fuit ardor animi eius. quod ſi tantum habuiſſet in capite lachrymarum. quod pro lecto lauando ſufficerent, ipſe eas fudiſſet vtique. & tanto animo fleuit: quanto fieret, qui tantas lachrymas effundere poſſet. Quocirca iſta locutio & ſi hyperbolica tamen vera eſt, eo

Blatt 27ª: quod exprimit lachrymarum tantarum &ſi non effectũm, tamen cauſam ſufficientem & affectum Et quod deeſt veritatis in re. ſuperabundat in intentione. Quod & ipſa locutio videatur ad vſitatum modum loquendi reſpondere. Vbi dicitur de nimium lachrymantibus quod poſſent manus & pedes ſuos lauare. mocht hentt vnd fuſs dar mit waſchen Hoc autem domi-

nus ad lectum tranſtulit, quod nocte fleuit. quando quieſcitur in lecto. [*Oben am Rande quer herüber:* Ideo non dicit lauo & rigo. Sed in futuro lauabo. rigabo. q. d. paratus ſum ſi poſſem lauare & rigare ꝛc]

Tũrbatũs autem eſt a fũrore oculus meus Non ait Ego. Ad exprimendum. Quoniam propter clariſſimam viſionem qua peccata noſtra vidit. ſeſe turbatum eſſe. ideo. dicit Oculus. & meus. q. d Ego ſingulari & clariore. omnibus. agnitione Mala Hominum agnoũi. & ea odiui & indignatus fui

Inter omnes inimicos meos. poteſt Sic conſtrui primo. Quod Inueterauerit inter eos. qui ſunt omnes inimici eius (.1. inter eos. vbi nullus fuit ej amicus. [*Am Rande links:* Et hinc conſonant Heb. Inueteraũit in omnibus tribulantibus me .1. quod omnes tribulant me] Hoc enim eſt magnum incrementum doloris. eſſe inter multos. & qui omnes ſunt inimici eius Quia Chriſtus perſonaliter non fuit inter omnes ſingulos inimicos ſuos. Sed quia inter eos. qui fuerunt omnes Hoſtes eius. Secundo. Quia Inimici ſuorum etiam ſui ſunt. Quia qui me tenet digito vtique me tenet Et qui tangit vos, tangit pupillam oculi mej.

In ira & furore corripiunt, qui ſolum puniunt. ſolum vinum Infundunt ſine fructu & emende [*so*] caſtigant. Scilicet ad vindictam explendam, ſecant vulnus & non Emplaſtrant. Hoc eſt Diabolicum. Ideo dominus hic petit. corripi quidem Sed in miſericordia & pietate. oleum cum vino optat miſcerj, fructuoſeque caſtigari, tam in ſe quam in ſuis

Iam Nunc Collige aggrauantia affectuum in iſto ps. & videbis, ipſum nec audirj poſſe ſine multis lachrymis. primum. Quod omnis correptus timet ne ſit ira dej ſuper eum Et iſte timor multum anxiat valde. & longus videtur. ideo petit non in ira corripi Sed in miſericordia (.1. Hocipſum notum ſibi fierj Item 2° quod timet ne ſine fructu caſtigetur. Dum ſola ira eſt Et ideo forte geminat eandem orationem propter iſta Duo. Quia durum eſt ab irato percuti. & ſolum penaliter percuti ſine fructu 3ᵘᵐ Quod Infirmus eſt: non potens reſiſtere aut repellere illos. 4ᵗᵘᵐ. Quod nec facile ferre tamen Et hec iterum duo grauia ſunt. Scilicet non poſſe fugere. Et tamen non etiam ferre

ideo Hic ſe infirmum dicit Et conturbata oſſa ſua. 5tum. Quia anima ſuper iſta non ſolum turbata eſt. quod ſit in iſtis omnibus Sed propria quoque paſſione ſeorſum turbata eſt & valde. 6tum. Et Iſte timor & tremor. nimis diuturnj videntur omni. qui habet eos. ideo dicit. Vſquequo? Iſta mora Eſt omni illorum intenſio. 7mum. Conuertere ait. Quia flebile eſt dominum eſſe auerſum. 8vum. vt miſericordia dej non pereat vel glorificetur. Iterum hic aliud genus affectus charitatis in deum & latrie. 9num. Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui (.1. qui clarificet te coram alijs 10mum. In Inferno autem nullus confitetur. etiam ſi ſit memor eius. Sed maledicit. Et iſte verſus mirabilis eſt. Quod ſancti plus horrent blaſphemiam dei quam infernum, ſicut quidam petijt, ſi damnaretur, vt tamen non minus deum laudaret & glorificaret ideo non dicit hic. Ne ſim inferno [*so*]. Sed ne non ſit memor eius. quod ſit in inferno. Et non ideo petit non in infernum venire, quia Infernus eſt. Sed quia non eſt ibi laus Dej Quare a morte carnem, ab inferno animam petit ſaluarj 11mum. Quod laborauit in gemitu ſuo ſingulariter. 12mum. Quod lauat per ſingulas ꝛc 13mum. Quod lectum ſuum rigat ſuis proprijs lac, .14mum. Quod peccata quia magis ſunt que eum mouent deteſtatur furore ſancto & Zelo. 15mum. Quod omnes eum tribulant. & ſolus eſt inter eos omnes

ps. 7.

Blatt 28a: Si feci iſtud ꝛc Non ſufficit malum non agere, ideo addit. Si eſt iniquitas in manibus meis. Sed nec hoc ſufficit coram Deo, quod quis. benefaciat bonis & amicis tantum, niſi rotunde & vniuerſaliter ſit idem omnibus bonis & malis. amicis & inimicis. Quia Hęc eſt Chriſtiana pietas, ęquum eſſe ad omnes, ſine electione ſecundum hominem & fauorem carnis Sicut ficũs. profert ficus, ſiue inter ſpinas ſiue inter roſas ſtet. ſic vitis. Non enim poteſt arbor bona fructus malos facere. Qui autem amicis ſunt amici tantum. ſunt mixti. De quibus Dominus. Nunquid colligunt de tribulis ficus. Sic nec de ficubus ſpinas. quia illi ſunt ſpinoſi inimicis. Sed ſuaues amicis. Ideo non ſunt Integri & rotundi & iidem ad omnes Vnde addit Si reddidi retribuentibus

mihi mala. Sic docet dominus Copioſe Matt. 5. Eſtote perfecti. (.1. rotundi & integri. velut circulus. Illi autem ſunt ſicut ſemicirculus vel arcus rotundi ad alios & rupti ad alios Et Hoc nomen Equitas illud ſignificat. Quia ſcilicet ſine acceptione & differentia perſonarum omnibus idem eſt, qui ęquus eſt. Sic vulgo dicitur. Es gilt myr glich eyner wie der ander. .1. eque mihi eſt de omnibus. Sic Sic [*so*] ps. 110. facta in veritate & ęquitate (.1. qui ea faciunt. fiunt ęqui ſunt ęqui. & faciunt ęque vni ſicut reliquo. bono & malo. benefaciendo. nec minus vel magis parcendo bonis amicis quam inimicis Et iterum Iudicabit orbem terre in ęquitate (.1. quod erit equus omnibus ſicut vinum bonum, eque ſaporem ſuum dat. Dignis & indignis. Sic vitis ſemper eſt mitis. & erga omnes. Sic deus & dominus eſt Ęquus tam in bonis largiendis quam in malis inferendis. per contrarium eſt Iniqũs & iniquitas

Rapit Diabolus animam hominis. vt tentator. ſicut Matt 4. Aſſumpſit eum diabolus in ciuitatem ſanctam ꝛc. Et ſic non nocet Sed prodeſt. Alio modo vt leo Scilicet quando deuorat & abſorbet. in damnationem. Sed de Chriſto ſic intelligitur, non quia poſſit eum rapere in damnationem. Sed ne diu permitteretur in inferno Sicut in alijs ps orat, ne aſſimiletur deſcendentibus in lacum Exaltare ꝛc. Myſtice de Chriſto. qui Exaltatur in finibus inimicorum quando exurgit in ira, Exaltatur autem in medio amicorum. quando exurgit in gratia. Hoc eſt quando Inimici ad ſenſum foris, coguntur concedere quod eſt exaltatus & glorioſus. licet intus in corde nollent, fines enim eorum ſunt ſenſus eorum. Medium autem eſt cor quia intimum. Sic Exaltatur in medio amicorum (.1. Amici in corde exaltant & glorificant eum volenter & Hoc eſt exurgere in gratia. non in ira Et ſynagogam tribubum [*so*] circumdare eum (.1. in medio eorum eſſe. & exaltari propter hanc .1. in ea ꝛc quia propter alios non exaltatur nec regreditur in altum

Vaſa Sunt Inſtrumenta cuiuscunque artificii

Vita in terra Eſt ſubſtantia huius mundi: qua conſeruatur vita corporalis. Et vita in celo Eſt verbum Dej & gratia. qua vita ſpiritus conſeruatur. Imprecatur Ergo hic Dauid ſibi tria

damna. ſcilicet vite corporalis, bonorum corporalium. & fame ſine glorię vel vitam triplicem naturę gratie glorie. ꝛc

Cor & renes. Cor ſignificat actus rationis vt cogitationes, Inuentiones, ſpeculationes intelligentias ꝛc Renes autem motus appetitus, concupiſcentias, deſyderia. Et breuiter Corda & renes ſcrutatur, Deus. (.1. omnes cogitationes & affectiones.) Renes enim partes ſunt officiales carnalis voluptatis. vnde dicitur Splen ridet. Ren luxuriat ꝛc

Blatt 28b: Gladium ſuum, arcum ſuum, ſagittas ſuas. plena verba. & proprie magis prophetice dicuntur de extrema vaſtatione Iudeorum per Romanos. vbi dominus. per. 4°. annos. vibrauit aptauit, parauit, arma ſua contra eos, & minabatur eis. Poſſunt autem iſta verba multipliciter exponi. primo ſicut ſonant. Quia gladius Romanorum. erat gladius dominj (.1. voluntate eius applicatus. Sicut Iob. 41. qui fecit eum applicabit gladium eius. Et ſine dubio tunc Romani ardentes & igneas etiam ſagittas habuerunt, & paraũerunt Allegorice autem Sunt vſque hodie contra eosdem. gladiũs arcus, ſagitte. totus mundus, Quia metaphorice ſagittantur. vexantur occidũntur aſſidue Iudej, etiam ab ardentibus (.1. iratis quanquam & acũtis hominibus. contra eos. indignantibus. [*Am Rande links:* Sic Eſaie dictum In gladio viues] Quia poteſtates ſeculares ſunt quaſi arcus in manu dej. ex quibus mittuntur miniſtri contra eos. quaſi ſagitte & tela. Et horum aliqui ſunt igniti & iracundi. Tropologice ſic. Gladius & arcus ſunt eorum peſtilentes doctores. qui eos. vulnerant ſagittis acutis & ardentibus (.1. amaris blaſphemijs & incitationibus contra Chriſtum & Chriſtianos. Et talis gladius vel arcus ſimiliter eſt domini (.1. a Domino eis immiſſus) Sunt autem tales arcus in manu Diaboli. Qui per eos, tam mala verba. ignita & ſulphurea mittit inter eos. vt ſeſe mutuo confodiant ſuis peſſimis dogmatibus [*Am Rande links:* vt figura eſt in philiſteis. 1. Reg. 14. Et Iũdicum. 7.] Anagogice autem adhuc eſt prophetia iſte ps. Quia deus minatur vſque hodie. horribiles ſagittas Iudicii ſui vbi contra Impios fulminabit & iacũlabitur totus mundus & omnis creatura. Sicut Sapientie. 5. pulcherrime deſcribitur. Gladius itaque poteſtas Iudicii. quo diuidit

impios: arcus poteſtas penarum inferendarum. Sagitte & tela. ipſa ſunt tormenta & pęnę.

Concepit dolorem (.1. Inuidiam.) Inuidia enim tortura eſt ſui & dolor Iuſtiſſimus ſolus omnium, qui affligit Inuidiam. Inuidus alternis rebus marceſcit opimis. Vnde Bethauen Samarie. dicta eſt domus Zeli, idoli, doloris ꝛc quia Beth domus Auen autem dolorem ſignificat, qui eſt Zelus & Inuidia

Lacum Aperuit ꝛc Hec eſt mira ſapientia dej. Qui impios non punit, niſi ſuis proprijs machinis, ridet ſuis irriſionibus, confodit ſuis Iaculis. Sicut Dauid Goliam & Chriſtus diabolum. Sic enim Iudej parauerant, omne malum Chriſto Et Ecce venit ſuper eos ipſos. Et Semper deus ſeruat iſtam Regulam. lex non eſt ęquior vlla. quam necis artifices, arte perire ſua. Et b. Aug. Inſiſte Domine & ita factum eſt, vt pena ſuiipſius. ſit omnis animus inordinatus. Et hoc loco. Conuertetur dolor in caput eius ꝛc Sic Saul, abſalon, contigit & multis alijs, qui alijs dum nocere voluerunt, ſibiipſis nocuerunt. & figura huius eſt Quod Saul in proprium gladium ruit & armiger eius poſt eum

ps 8.

Blatt 29a: Infantes & lactentes Hic non ad literam accipiuntur. Sed hij ſunt, qũi rudiore & infirmiore fidej notitia ſunt in Eccleſia. quales erant pueri iſti. qui Matt 21. dominum in templo laũdabant. De quibus & huius psi hunc verſum contra phariſeos dominus allegaũit. Non enim erant vere ſugentes & infantes, quia loqui & currere poterant [*Am Rande links:* .1. pe. 2.] Myſtice autem Sunt omnes humiles. & qui neſciunt iactantiam Sed ſunt infantes ſpiritu (.1. voluntate ſpirituali) & lactentes (.1. mites & ſuaues, Sicut Magiſter ipſe qui dicit Mitis ſum & humilis corde (.1. lactens (.ſine dentibus mordacibus ire, & infans. ſine tumultu iactantie. Ex talium ore (.1. aperta confeſſione & publica predicatione.) perficit deus ipſe laudem propter inimicos ſuos. Hoc eſt, eligit infirma vt confundat fortia. ſtulta vt confundat ſapientia ſcilicet vel ſuauiter. vel fortiter in miſericordia vel ira

Os ſignificat publicam & foris erumpentem promulgationem ad aures hominum. Sicut ſupra ps. 4. de loqui corde & ore

dictum fuit. Sed & ipſum preconem ſignificat ſeu predicatorem vt Exo. 4. Aaron erit os tuum (.1. ſacerdos ſit predicator legis. Et ps. 80 Dilata os tuum (.1. predicationem tuam in multos extende & ego implebo illud (.1. incrementum dabo. ſcilicet voci mee vocem virtutis. vel Ego implebo. & dabo quid loquamini

Homo hic collectiue capitur. ſicut & inimicus & vltor. qui eſt modus loquendi frequentiſſimus in diuinis ſcrip. Quia deus loquitur ad multos. tanquam ad aliquid vnum. Sic ergo quid eſt homo .1. Homines vel humana natura. quia memor es eius. & non oblitus ſicut demonum. Aut filius hominis (.1. ſingularis ille filius virginis. q. d. tamen eſt multo inferior angelis. quoniam viſitas eum. ſcilicet per filium tuum hypoſtatice aſſũmendo. Minuiſti eum filium tuum videtur enim hic mutare locutionem & tranſire de Chriſto, de vna humana natura ad aliam: que tamen eſt vnus & idem. [*Am Rande links:* ſicut ſepe alias in ſcrip. vel per anticipationem, potius de homine aſſumpto quam de filio dej minorato,] Ab angelis (Scilicet per incarnationem, Exinaniuit enim ſemetipſum ꝛc Phil. 2 Et iterum tranſit ad aliud ſcilicet exaltationem eius gloria ꝛc

Celi dicuntur Hic Apoſtoli. noue & celeſtis legis predicatores: quia celeſtia & que deſurſum ſunt predicant. Vnde Bern ſer. 27. ſuper Cant. Habet Eccleſia celos ſuos, Homines ſpirituales vita & opinione conſpicuos, fide puros, ſpe firmos latos charitate. contemplatione ſuſpenſos. & Hii pluentes pluuiam verbi ſalutarem tonant Increpationibus, choruſcant miraculis enarrant gloriam dej Hii extenti ſicut pelles ſuper omnem terram. Et apoſt Conſonat. dicens. Si portamus imaginem terreni portemus & imaginem celeſtis. Dicit Ergo. videbo (.1. credam & fauebo. Non Inuidebo ſicut vltor & inimicus. Et eſt meo Iudicio ſenſus iſte quod deſtructo vltore & lege ſua, noua lex & celi eius nunciatores ſint ſuſcipiendi. quam deſtructionem non virtute tumultuoſa, Sed Humilitate ſuorum perfecit. Et ex predicatione Humilium & Euangeliſatione pauperum Alio modo Celi dicuntur libri ſanctorum Apoſtolorum & doctorum ꝛc

Senſus ergo eſt. Quod dominus deſtruxit literam litereque defenſores & emulatores. vt celeſtis ſpiritus & noua Eccleſia digitis

dej donis ſpiritus ſancti ornata & fundata ineternum Inſtitueretur. Igitur Iam non videbo terram & literam. Sed celos tuos in ſpiritu. poſtquam deſtructi fuerunt

Blatt 29b: obſeruatores literales: Sed hanc deſtructionem non ferro nec poteſtate fecit. Sed omnino contrario eius. Quia poteſtas non contra poteſtatem. Sed elegit Infantes & lactentes, contra Magnos & loquaces legiſperitos & ſcribas. Et humilitate pugnauit & proſtrauit. quicquid erat altum. Elegit enim Infirma vt confunderet fortia Et vniuerſaliter quicquid in mundo abiectum eſt elegit. & per hoc deſtruxit. quicquid in mundo eſt aliquid ideo Exore infantium Iſta fecit. Sed non eorum virtute, niſi fierent celi & digitis Dej firmarentur fruſtra ergo Iudei Expectant Meſſiam ſuum deſtruere inimicos eorum per virtutem & potentiam carnalem. Nam militia Chriſti talis non erat. Nec per equalem cum equali virtutem. Nec per ſuperiorem cum Inferiori. Sed omnino per contrarium Quis enim audiuit virtutem per Infirmitatem deſtrũi? Quis vidit gloriam per ignominiam conculcari. & non potius per maiorem gloriam? At ſic fecit Chriſtus Qui in humilitate, infirmitate ignominia, ſpoliauit totum mundum. virtute, honore & gloria & omnino annichilauit. & in ſeipſum tranſtulit [*Am Rande links:* quia hoc fit voluntarie: illud violenter Sed nunc Serui Chriſti ſunt voluntarii] Hoc eſt ergo miraculum quod miratur iſte propheta Vnde & Dauid 2 Reg vltimo de Chriſto dicit. Dominator Hominum Juſtus (non ait potens & bellicoſus quia in Iuſtitia dominatur) Dominator in timore Dej, non in timore armorum & violentia. Sic lux aurore oriente ſole. & ſicut herba de germinat ꝛc

Dicit autem in ſingulari: ore. & tamen Infantium pluraliter. ad Inſinuandam vnanimitatem fidelium laudantiũm Chriſtum Sicut & apoſt vt vnanimes vno ore glorificent ꝛc Quia idem ſentiunt, docent & predicant

Queritur Quare dixit de piſcibus maris, qui perambulant ſemitas maris & tamen volucres celi non dixit. que peruolant ſemitas aeris, Nec pecora campi, que peruagantur ſemitas campi. per oues quidem & boues Domeſticas animantes & obedientie humane ſubditas ſignificat ſanctos In Eccleſia merito

& numero Oues Inferiores Boues ſuperiores predicatores.
Sed per ea que ſunt in aere, campo, mari quia ſunt extra obedientiam hominum. Significat peccatores in Eccleſia numero tantum non obedientia nec merito

Difficilis mihi eſt iſta queſtio. dicere volo tantum queſitiue. primo. forte vult de omnibus tribus intelligi: quod vltimo addidit. vt intelligas tam de pecoribus & volucribus ijs que vaga & inobedientia ſunt. & perambulant quanquam ſuo appetitu, vias & deſyderia libertate propria ſicut piſces in mari Alioquin & oues & boues ſunt pecora campi. Sed non vaga & perambulantia ſũa licentia. Sed directa & ducta & reducta: ſub ductu hominum & obedientia. Secundo Sic. Quia & piſces quedam [*so*] ſunt in mari & flumine capti in viuarijs. Hij non perambulant & ad excludendum illos ſic poſuit, quia ſunt boni Et ne putetur Quod ſolum illi ſint ſub Chriſto. addit etiam malos & vagos
Sed contra ſic ferę ſic volucres quoque ſunt Ideo tercio. poteſt eſſe exaggeratio: quia ſub Chriſto ſunt etiam ij. qui vagiſſimi ſunt & lubrici in profundo

ps. 9.

Blatt 30a: Alma Hebraice in ſingulari ſignificat primo virginem ſeu adoleſcentulam Secundo abſconditam vel quaſi intus occultatam. Vnde Almoth plurale eiusdem ſignificat virgines vel abſconditas. Vel Iuuentutem. quaſi collectiue capiendo. Componendo itaque vtrunque ſignificatum in vnum, Almoth eſt nihil aliud quam myſtica vel arcana Iũentus, ſeu Spirituales virgines & adoleſcentule. que ſunt omnes fideles Chriſti. vt ps. 44. adducentur regi virgines. Cant. 1. adoleſcentule dilexerunt te nimis. Eiusdem. 6. .60 ſunt regine & octoginte concubine. & adoleſcentularum non eſt numerus. Vocantur autem myſticę arcanę vel abſconditę virgines ad doctrinam exterioris & carnalis virginitatis quia ſunt in tabernaculo fidej. vt ps. 19: [*Ps. 30=31, 21.*] Abſcondes eos in abſcondito tabernaculi tui (.1. in fide Eccleſie tuę, a contradictione Hominum. Senſus itaque tituli eſt. ps iſte Dauid reuelatus Eſt Epinicion ſeu carmen triumphale vel exhortatorius myſtice Iuuentutis ſpiritualium virginum filii Dej Chriſti.

Vnde Quia fides eſt ſpiritualis virginitas per quam deſponſamur Chriſto ſicut In Oſee dicit Sponſabo te mihi in fide. Ideo Iudej & mali Chriſtiani in prophetis ſemper arguuntur de fornicatione (.1. incredulitate.) — [*Am Rande rechts:* Sed melius hic capitur in ſignificato 2° pro occultis. quia in iſto ps fere omnia Verba non literaliter Sed ſpiritualiter ſunt intelligenda Et ſic ſunt de ſpiritu & non litera]

Confiteri vnum verbum eſt in Hebreo. quod apud eos tantum ſignificat. quantum apud nos iſta omnia. laudare gratias agere & benefcium acceptum referre & agnoſcere. A quo verbo venit Iuda & Iudeus (.1. confeſſor talis ſeu laudator ſeu agnitor beneficiorum dej. Et talium Iudeorum eſt rex Iheſus Nazarenus ducens eos in titulo ſuo glorię

Aliqui Confitentur in labiis tantum. Hii ſunt qui aliud in corde aliud in ore loquuntur vt qui peccator eſt & in propoſito malo: pſallens nihilominus deo. De quibus ps. 77. [= *78, Vers 36 f.*] lingua mentiti ſunt ej. cor autem eorum non erat rectum coram eo Alii. Confitentur quidem corde. Sed non toto. Hii ſunt qui dimidio corde confitentur & non faciunt vel pigre faciunt, que dicunt & intelligunt, Toto autem corde confitentur: qui omnibus viribus parati ſunt facere & pati. ſicut eſt in corde eorum.

Omnia mirabilia inquit. quod non eſt poſſibile Sed Amoris & vehementis affectus eſt hec natura. vt quia promptiſſimus eſt & quantum ad promptitudinem pertinet nihil deeſt, quin Impoſſibilia faceret. Amanti enim nihil difficile. immo Impoſſibile videtur poſſibile. Sicut de Maria Magdalena dicunt doct. que dominum voluit tollere ab hortulano ſola. tali locutione & ſupra ps. 6. vſus eſt. lauabo per ſingulas noctes lectum meum ꝛc (.1. promptiſſimus ſum ad ſic faciendum ſi fieri poſſit. Spiritus quidem promptus eſt Caro autem infirma (.1. non tantum poteſt, quantum eſt promptus ſpiritus facere. quia excedunt naturam eius. Et ſecundum hunc modum multa ſunt Intelligenda in pſalt & biblia. que ab alijs hyperbolice exponuntur ſecundum literam occidentem. Sed ſecundum ſpiritum viuificantem ſunt veriſſima

Mirabilia iſta ſunt Quod dominus per infirma deſtruxit fortia.

per ſtultitiam crucis ſapientiam mundi. per ea que non ſunt. e
que ſunt, per ignobilia glorioſa. Quia Sic ait Dominus Ma
[*Iſt Luc. 16, 15*] Quod altum eſt coram hominibus, abominabil
eſt coram deo. Vnde Quia iſte ps eſt in ore Spirituum
myſtice Iuuentutis. ideo hyſtoricus eius ſenſus, omninc eſt ſpi
tualis. Spiritus enim loquitur myſteria ſeu myſtica & abſcondit
ſicut ps. 77. Matthe allegat loquar abſcondita a conſtitutio
mundi. Quia iſta myſteria fuerunt & ſunt occultata principi
bus mundi Et Hec eſt ſapientia. quam Apoſtolus loquitur
myſterijs

Blatt 30b: Quare caueas in hoc ps. Exponere voc.bu
ſecundum literam occidentem & carnem

Inimicus itaque hic non ſecundum carnem capitur. qui ca
& ijs que carnis ſunt nocere ſtudet. Sed omnino. qui ſpiri
nocere cupit. vt fuerunt & ſunt omnes qui Eccleſiam a fide
Chriſto ſeparare volunt, Iudej. heretici, caro. Demonion, mu
dus. Quia almoth dicit non abſolute. Inimicum. Sed meum
q. d. occultum & myſticum. ſicut ego ſum

Sic Infirmabuntur non de carnali infirmitate intelligendum eſt vllo modo, quia hoc non fuit verum. & ſic intelligere eſt mortuam literam ſequi. Sed Infirmitate ſpirituali .1. qui ſibi fortes videbantur & ſuperbierunt. iam ſunt humiliati & agnoſcentes ſeſe eſſe omnino infirmiſſimos Eodem peribunt, non ſecundum carnem. Quia & ſancti ſic pereũnt. Sed ſpiritu (.1. perdunt animam & ſeipſos. videntes ſeſe nihil eſſe omnino. qui ſe aliquid eſſe putabant. [*Am Rande links:* Aug. Iſaie. 41. Gal. 6. [*Gal. 2, 20.*] Viuo iam non ego. Ro. 8. [*Röm. 6, 5. — 2 Tim. 2, 11.*] Si commortui ſumus ꝛc] Et Hoc a facie tua (.1. reuelatione veritatis euangelice. vts ps. 4. Signatum eſt ſuper nos. Qui ſic dicit: confitetur ſe non habere lumen: illi autem. Quis oſtendit nobis bona? q. d. nos lumen habemus

Verum hec ſecundum viam miſericordie & bonitatis & ſuauitatis dicta ſunt. In eodem autem ſpiritu Intelligitur etiam. de Infirmitate ſpirituali mala. & perditione ſimiliter. Quia aliqui ex Euangelio reuelato. fiunt meliores. alii autem peiores. quia eſt ſignum poſitum in ruinam & reſurrectionem multorum. Et

ue : ſs quidem. eſt odor vite in vitam, alijs autem odor mortis in
De: rtem. Eſt enim verbum Euangelium verbum Iudicij
s, a Phramea Caſſio.*) dicit hebraicum eſſe Et tunc a verbo
Sp ram quod Scidit ſignificat Vocantur autem hic tyrannj framee
nin gladij Quia ſunt arma & inſtrumenta inimici vel diaboli [*Am*
t a *Rande links:* quia diũidũnt & percutiunt regiones & homines]
'on t Rex Gottorum aiebat ſe eſſe flagellum dej Et ſimiliter Rex
a tharum Tropologice autem Eſt mala lingua. que diuidit
qu cordes & amicos. Item animas & fidem. virum & bonos mores.
s. infra. 56. Lingua eorum gladius acutus Sicut ita-
voc Infirmabuntur. peribunt ꝛc ſpiritualiter intelliguntur Ita &
entia. Scilicet. Defecerunt, deleſti, deſtruxiſti, perijt memoria.
ii ca e ſunt. comprehenſus eſt Conuertantur in infernum. Iudi-
ſpiri r in conſpectu tuo. Non confortetur homo
fide Omnia ſecundum ſpiritum ſeu ſecundum affectum intelligenda.
mu quod fieri localiter vel carnaliter debeant. Sed infixe ſunt
men t & comprehenſi in corde ſuo intus coram deo. [*Am Rande*
links: Equitas porte mortis 2ꝛ capiuntur.]
ndu Exultare in plus eſt quam lętari. Quia eſt foras in ſenſum
e rumpere verbo laude cantu. & hylaritate totius corporis. vnde
citur Exultare q. ad extra ſaltare
Equitas & Iuſtitia ſic in Scripturis fere differunt. Quod
Equitas reſpicit perſonas Iuſtitia autem cauſas. Vt equus eſt.
qui omnibus idem eſt & equaliter ſe habet. nec odio nec amore,
nec diuitijs nec paupertate flectitur ad vnum plusquam ad alium.
Sic Deus dicitur ęquus. quia non tantum Iudeis. Sed omnibus
hominibus indifferenter ſuam gratiam exhibet. licet Iudej velint
eum fierj iniquum, & acceptorem perſonarum ſuarum. Sic &
Euangelium eius dicitur verbum abbreuians in ęquitate Eſaie. x.
Quia omnibus eſt idem eiusdem rigoris & lenitatis: [*Am Rande*
links: Diuiti ſicut pauperi. Iudeo ſicut gentibus] & nulli plus vel
minus. leges autem humane ſepius ſunt ſicut tela arane. [*so*] &
iniquę. vitio iniquorum Iudicum. Iuſtitia autem dicitur redditio

*) Magnus Aurelius Caſſiodorius, † nach 562. Sein Commentarius in pſalmos. Rosenmüller l. c. pag. 30—53. Meyer I. 60. (s. S. 27.)

vnicuique quod ſuum eſt. Vnde prior eſt equitas quam Iuſtitia & quaſi prerequiſita. Et equitas Merita diſtinguit. Iuſtitia premia reddit. Sic Dominus Iudicat orbem terre in ęquitate (.quia omnibus idem eſt. vult omnes ſaluos fieri.) & Iudicat in Iuſtitia quia reddit vnicuique ſuum premium. vtriuſque Exemplum in parabola Euangelij vbi accepto denario diũrno a ſingulis. quidam de iniquitate murmurabat

Blatt 31a: Portę Ad literam dicuntur reſidentie poteſtatum & magiſtratuum in re publica vel ſenatorum. prouer .1. Nobilis in portis vir eius, quando ſederet cum ſenatoribus terrę.
Sunt autem porte mortis. ſenatoria ſynagoge primum. & gentium Et hoc ideo. quia ibi litera occidens & defenditur. & poteſtas demonum exercetur ideo Dominus in Euangelio vocat eas portas inferj. Que contra Eccleſiam pugnant Sed non preualent. ducunt autem ad mortem omnes qui ſedent in illis. Econtra porte Zion ſunt poteſtates in Eccleſia. per quorum auctoritatem ingrediuntur ad vitam. Et quorum eſt Iudicare & ſedere in cauſis Eccleſie. Tropologice autem porte mortis. Sunt ſenſus carnis. per quos intrat mors. mortali illecebra peccati ad animam & exeunt opera mortis Econtra porte Zion iidem ſenſus. diſciplinati. per quos exeunt opera vite. & intrant verba & exempla vite Alia etiam tropologia Eſt omne medium, ſtudium, conſilium per quod quis ingreditur vel ad mortem vel ad vitam.
Item Alia. allegoria Eſt fides & articuli fidej Item Alia Eſt quilibet prelatus vel doctor ſuper ſuum populum Qui eſſe debet eis Ianua & oſtium ſicut Chriſtus cuius eſt vicarius ad vitam. Omnibus iſtis modis poteſt illud intelligi ps 46. Diligit Dominus portas Zion ſuper omnia tabernacula Iacob Item poſſunt porte mortis etiam de deſperatione intelligi & infirmitatibus ad mortem. peccatis ad Mortem.

Omnium Inimicorum ſuorum dominabitur: Heb. omnes inimicos ſuos deſpuit. Si De Iudeis intelligitur Senſus eſt. quod pre nimia ſecuritate & preſumptione etiam inimicos non formidant. Sed ſe facile illis dominaturos & ſuperiores futuros preſumunt: eo quod filii Iſrael eſſe videntur & populus dej viui

Os plenum eſt ꝛc per os ſignificatur. aperta locutio & que

foris procedit ad homines. Sed ſub lingua labor & dolor. ſignificat Quod cum labore & anxietate fucum mendacii ſui fingunt Super lingua enim eſt mel. ſub lingua autem venenum, & ſic malum & ſuas peſtiferas doctrinas docent velatas pietatis ſpecie & veritatis. [*Am Rande links:* leua linguam & videbis quid ſit ſub ea] falſitas autem ſemper multis eget, vt veritas videatur ſecundum b. Hiero. Ideo iſte conatus. iſtud ſtudium quo nituntur peſtilentes. errorem ſuum, ſtatũere, vocatur labor. vt alio ps. labor labiorum ipſorum operiet eos .1. comprehendet & opprimet eos. Vnde b Aug. preſenti ps verſu. Nihil laborioſius Impietate maxime ſcilicet quando ſeſe defendere & ornare debet. Similiter dolor eſt iſte Zelus qui oritur ex iſto labore impio. Ideo vide quam ſignatiſſime loquitur Scrip. Sub lingua eorum labor & dolor (.1. anxium ſtudium Inuidum. colorandi erroris.) ps. 54 & labor in medio eius & Iniuſtitia. Vocatur autem iniquitas labor maxime. que eſt in ſpecie pietatis. quia laborat tantum & non percipit fructum. Iuſti autem &ſi laborant, non laborant quia in ſpiritu premiantur

Sedet in inſidijs cum diuitibus, in occũltis. Hoc multipliciter poteſt intelligi. primo In occultis (.1. doctrinis & ſuaſionibus occulte & velate malis & mortiferis. Secundo interficit innocentem in occultis (.1. in ſpiritu ſanctum) illi enim ſunt ſancti in propatulo & foris 3º Sedet cum diuitibus in occultis. quod magis puto ad propoſitum. quia ſic verſus ſequens etiam habet Inſidiatur in abſcondito (.1. in corde & intus vbi nemo videt, foris oſtendendo bonam ſpeciem. vel abſtinendo a facto.
Sicut Iudej Chriſtum non opere, manu, Sed voluntate occiderunt. Sic & illi. cum gentes occiderent Chriſtianos. in corde conſentiebant & optabant. Sicut Abdias de eis prophetauit dicens Cum diriperent alieni exercitum Iacob fratris tui. tu eras quaſi vnus ex eis, quod opere non potuerunt: voto ſemper queſierunt. vt videtur in actibus Apoſtolorum. Vnde hic dicit Sedet cum diuitibus in occultis. (.1. cordibus conſentiunt gentibus & romanis.

ps. X. [Hebr. XI.]

Blatt 31[b]: Oculi & palpebre ſecundum Aug. ſignificant hic aliquos paſſos [*so*] in ſcripturis, apertos, & clauſos Oculi ſunt ij qui clare intelliguntur. palpebre autem que obſcure ſunt Secundum Caſſiodo autem. Oculi ſignificant claram cognitionem Dej ſuper Iuſtos: palpebre autem quaſi dormitionem & ignorantiam ſuper Iniuſtos. Non quod deus vtroſque non eque clare videat. Sed Quia ipſis Hominibus talis eſſe apparet. Quia Iuſti ſemper agunt in timore. ac ſi Dominus eos videat. Impij autem ſecure ambulant quaſi deus clauſis palpebris eos non videat. Cum tamen etiam ſic eos interroget & pulſet in ſynthereſi monendo Iuxta illud apoc. 3. Ego ſto ad oſtium pulſans ꝛc. Quia nullus eſt tam Malus. quin ſentiat rationem murmurum & ſynthereſium. Iuxta illud Ratio ſemper deprecatur ad optima. & iſta expoſitio eſt pulchra valde

Cur autem non dixit palpebre eos vident aut reſpiciunt Sed interrogant? Scilicet Quia & ſi coram Impijs deus videatur non videre. Non tamen poſſunt negare: quin ſentiant ſe argui conſcientia. & queri a ſynthereſi. cur male faciant. Qui ergo nondum vbique & ſemper deum timet & prouidet. Hunc nondum reſpiciunt oculi dominj. Quia dormit ej deus. qui tamen dormire non poteſt. Oculi enim dominj ſuper Iuſtos. Ecce non dormitabit neque dormiet qui cuſtodit Iſrael. Aperti ſunt oculi eius. quando facit nos oculos habere apertos & vigilare. palpebre autem ſunt ej. Quando dormitare & ſtertere ſinit. aut permittit nos nihil de eo cogitare ꝛc

Puſillanimitatis tentatio hic pulchre deſcribitur. primo. Quia ſuadet fugam in aduerſitate dicens. tranſmigra. Magnanimitas autem dicit. Expecta dominum. viriliter age. confortetur cor tuum & ſuſtine dominum. Et iterum Dominus. Eſtote fortes in bello & pugnate ꝛc Non ait fugite. Quia Iraſcibilis non triumphat fuga Sed pugna. Econtrario autem Concupiſcibilis raro vincit vel nunquam, pugna. Sed tantum fuga. Vnde fugite fornicationem. ita & omnem concupiſcentiam, gulam, auaritiam. Ideo iſte omnes virtutes ſunt priuatiue ſcilicet paupertas caſtitas, abſti-

nentia, humilitas, ꝛc Ille autem poſitiue, vt fortitudo Magnanimitas, ꝛc Secundo ſuggerit & fingit eximiam alibi quietem dicens. In montem (.non in vallem, non in cauitatem. Sed omnino in locum vbi non ſit tentatio. ita enim fingit. licet ita fierj non poſſit, vnde Expreſſio hic. quod dicit. In montem. ſignificat quod puſillanimitas detineat ſibi certum locum tranquillitatis. Alias ſufficeret dictum. tranſmigra Tercio feſtinandum ſuadet & non differendum. Sed ſicut auis velociter migrat (.1. volat) ita & tentatus debet quaſi volare a loco tentationis: Vnde non ait. Vola in montem ſicut paſſer. Sed migra quia volatum non poteſt imitari: Sed bene velocitatem volatus Sic enim vulgo dicitur De velociter eunte. Ipſe volat. Vnde & aues a velocitate volucres dicuntur Et volucris dicitur velox. quaſi volax.
Contra iſta Duo dicit Scrip. Eccleſiaſtes x Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te. locum tuum ne dimiſeris. Quia curatio faciet ceſſare peccata maxima. Quarto oſtendit & aggrauat perſecutorium [*so*] potentiam, malitiam & aſtutiam. dicit Quoniam Ecce peccatores Quinto Quod iam aliquo modo preualuerint & fecerint. quaſi non dubium ſit & reliqua perfecturos dicens. Quoniam que perſęciſti deſtruxerunt

Quid laqueus. Calix. ignis Zulphur. Spiritus procellarum ſignificet. infra patebit in alijs ps

ps XI. [Hebr. XII.]

Blatt 32a: Linguam noſtram magnificabimus. Nota hoc verbum. Quod eſt verbum pertinacie. verbum ſuperbie & hereſis. Nunquam tam doctus ſis: qūin ſemper paratus ſis audire & aliorum Iudicium. etiam ſi tu vera dixeris. maxime autem cum dubia dixeris. Inde enim veniunt Hereſes & contentiones: inter quas ipſa etiam veritas amittitur. Quoniam veritas non eſt Contentioſa Ro xij. Nolite eſſe prudentes apud vos metipſos, Inde enim fiunt incorrigibiles. Nota Exemplum Ieremie. 28. Et Moſi. Exo. 18. Et apoſt. 1. Corinth. 14. Quod ſi alteri ſedenti reuelatum fuerit prior taceat. Deus enim mirabilis eſt in ſanctis ſuis. & ſuperbos contentioſoſque mirabiliter irridet

Eloquia Domini ꝛc probatio ignis efficaciſſima eſt & fideliſſima

omnium. Ideo Euangelium vocatur examinatum argentum per ignem vt exprimatur puritas eius & ſpiritualitas. Ideo autem vocatur probatum, purum, purgatum. Quia ſolum ſpiritualia docet. & nihil carnalitatis admittit Sicut lex permittebat libellum repudij, pluralitatem vxorum multaque alia que ſpiritum Impediunt. vt diuitias, honores, voluptates. Inſuper nec ligabat animum amore. Sed tantummodo manum exterius te....*) Vnde iſta locutio probatum terre. Eſt ſimilis huic Integer vite ſcelerisque purus. Sic purum ſeu probum & ſyncerum terre dicitur Euangelium . . . non ſapit terram neque literam aut carnem Sed perfectionem ſpiritus, vt paupertatem, humilitatem, miſericordiam.

Vocatur itaque Euangelium argentum, primo quia eſt precioſum (.non ſecundum carnem). Sed quia facit precioſam animam coram deo. Secundo quia ſolidum eſt, (.1. quia facit ſolidos & plenos neque teredinoſum. ſicut Iuncus & Scirpus non ſicut Arundo vana & litera. carnales. 3° Quia eſt ſonoroſum. Sic Euangelii ſonus per totum mundum exiuit & facit ſonoroſos & eloquentes diſcipulos ſuos. Quarto eſt graue. quia non habet fabulas aut leuitates. Et facit graues & maturos Homines, vt infra. In populo graui laudabo te ꝛc. Quinto Eſt album & candidum. quia pudicum & caſtum. Docens verecundiam. verecunde loquitur & Ideo ab Hac proprietate cum dixiſſet Eloquia dominj caſta. mox eam totaliter argentum nominauit Mementote ergo Infra. ps. 67. vbi dicitur pennę columbe deargentate quid ſignificet. Veruntamen iſta probatio & Examinatio eius videtur inſinuare. contentionibus Hereticorum eam eſſe magis elucidatam & confirmata [*so*] Debet autem & predicator verbi dej eſſe talis ſcilicet primo precioſus & authenticus 2° ſolidus & plenus ſcientia. non vanitate opinionum. 3° eloquens. Quarto grauis & conſtans Quinto candidus. arguens ſine liuore & furia ꝛc

ps 15. [Hebr. XVI.]

Blatt 32b: Michtham ſecundum Hiero. componitur ex Michach. & Thamam quod ſignificat pauperem. humilem ſeu atte-

*) . . . Loch im Papier.

nuatum. Et ſimplicem. integrum ſeu perfectum. Vnde ipſe vbique interpretatur Michtham. Humilis & ſimplex Sed Hęc ſententia videtur Burgenſi*) minus rata quia eſt pura ethimologia. Michtham Michach & thamam, Sicut petra ſecundum quoſdam grammatiſtas dicitur pede trita Lyra autem dicit quod ſit nomen ſingulariter cuiusdam Cantilene decentioris. quam ipſe vocat Mottetam. Vnde ſecundum eum ſenſus tituli eſſet. Muteta ſeu electa Cantilena vel carmen Dauid

Burgenſis autem dicit. ſecundum proprietatem nominis. idem ſignificare: quod ex auro: ſeu compoſitum vel ornatum auro & venire a nomine chetem. quod ſignificat aurum optimum, cui prepoſita ipſa prepoſitione. litera ſcilicet. M. fit Michtam. ſic ſenſus tituli ſecundum eum eſt. aureum vel optimum aurum Dauid. quod intelligit de precioſiſſima paſſione & reſurrectione Chriſti. Veteres Inſuper. vt Aug. Caſſiodo: Interpretantur ſic. Michtham .1. tituli inſcriptio. vt videtur in ps veterj. Et hoc ſimiliter ex radice Hebraici ſermonis Nam Chethem ſignificat etiam notam vel ſignum vel titulus. Inde Michtham (.1. inſigne vel nobile. poteſt ſic**) [*Am Rande links:* p intitulatio].... tituli inſcriptionem. pro inſigni vel nobili. Vnde quidam hebrej vtrunque ſ... vnum componentes. dicunt. Quod Dauid ſit dictus Michtham. quia aureo titulo inſignis, ſicut modo equites auratj dicuntur

Et ſic ſecundum lyram Michtham ſignificat genus Carminis, Secundum Burgenſem materiam ſecundum Hierony. & Hebreos. auctorem pſalmj. Vtrobique aureum. Aureus pſalmus lyra: De aurea materia Burgenſis, Ab aureo Authore Hiero.

Voluntates Chriſti ſunt. Mortificatio & crucifixio carnis. & contemptus omnium viſibilium. Similiter ſanctificatio ſpiritus. & amor Inuiſibilium. Hec autem fieri. ſunt magna dej mirabilia. Ideo ſolum in eis .1. ſanctis ea mirabilia facit. Et etiam ipſis ſeu adipſos. Quia ſoli ſpirituales & ſancti intelligunt iſta mira-

*) Paulus Burgenſis † um 1435. Seine Additiones notabiles ad poſtillas Nicolai de Lyra in totam ſcripturam. Meyer I. 121—124. Rosenmüller l. l. pag. 308—321. Erl. XXXII. 182. 192 ff. 302.

**) Loch im Papier.

bilia. Inſipientibus autem Viſi ſunt mori & vita eorum inſania. ſicut Apoſt. dicit. Gentibus ſtultitia Iudeis ſcandalum. ꝛc Hec enim ſunt mirabilia: quod ea que ſunt infirma coram mundo ſint fortia coram deo & econtra per ſingula quod eſt altum coram hominibus abominabile eſt coram deo ꝛc In hijs autem eſt omnis voluntas Chriſti. quam pater fecit per ſpiritum ſuum, in ſanctis & ipſis ſanctis ad gloriam & intellectum

Infirmitates licet hic ad literam pro corporalibus accipi poſſit. tamen ad precedentia & ſequentia reſpiciendo capitur pro infirmitate ſpirituali: que multiplicata eſt. non quia prius non fuerit multiplex. Sed quia ignorabatur. ideo reuelata eſt per Chriſtum quam multiplicata fuerit Sic Ro. 5. lex ſubintrauit vt abundaret delictum, vbi autem abundauit delictum abundauit & gratia (.1. vt agnoſceretur abundare delictum. per legem enim cognitio peccati Ro. 7. Sic ſupra ps. 9. Infirmabuntur & peribunt a facie tua Et hanc intelligentiam teſtatur Hebraicum. Et multiplicabuntur Idola eorum poſt tergum ſequentium, licet hoc ipſum de Iudeis in contrario ſenſu exponant. veruntamen. vt diximus. Voluntates Domini in ſanctis ſunt infirmitates multiplicate. quia per hoc accelerant & glorificant meritum paſſionis ſue, dum ſciunt ſeſe nihil eſſe. Ideo tales. qui hoc nolunt. iam conſequenter tangit. quibus non ſunt multiplicate infirmitates. Sed ſibi ſalui & fortis videntur. dicens Non congregabo conuenticula eorum ꝛc. Quia populo meus. qui te beatum dicunt ipſi te decipiunt

Nota ergo Auream doctrinam hic. Qui non accelerat (.1. feruide penitet.) ſignum dat. quod non ſint ſibi multe infirmitates. Sicut B. Bern. ait. Qui non continue ad penitentiam feſtinat. facto dicit Se penitentia non indigere

Blatt 33a: Non congregabo. non quia non velit Sed quia non poteſt illis reſiſtentibus: Sicut dominus Matt 23. Quoties volui congregare: ideo ſenſus eſt non congregabo: non eſt defectus in me Sed in illis. Alioquin ſi abſolute intelligeretur. de quibuſcunque: cũm nullus hominum non fuerit de ſanguinibus, nullos omnino congregaſſet. Sed quod dicit hic. Conuenticula ſignificat oerum conſultam rebellionem & reſiſtentiam. Sic nec memor eſt

eorum. ſcilicet bona de eis recitando coram deo. quia nulla habent. Iudej bona. ſuper quibus eorum memor eſſet. Reproba enim ſunt illorum omnia vtpatet eo quod carnalia tantum ſapiant & ſperent. Sed non ipſe. vnde Sequitur. Dominus pars hereditatis mee. (.1. Spes & merces mea. & paſſionis mee. non eſt quid carnale & temporale. Sed ipſe dominusmet (.1. Spiritualia [*Am Rande links:* quia dominus non habetur niſi in & cum ſpiritualibus bonis,]

Et Nota. Deus in hac vita eſt pars ſanctorum. ſeu merces partialis. Vt apoſtolus 1 Corinth. 13. Exparte cognoſcimus ꝛc Sed in futuro erit deus omnia in omnibus, vt eiusdem. 15. cum euacuatum fuerit quod exparte nunc eſt. Ideo vocat hic chriſtus dominum. partem ſortis ſue & calicis ſuj Quid autem ſit calix vide ſupra [*Am Rande rechts:* Vel ſic dominus pars hereditatis mee (.1. merui vt dominus ſit merces meorum & pars in hac vita. itaque omnia ex me ſunt ſpiritualia etiam bona] Et ſi bene Inſpiciatur textus. Allegat hic dominus duplex ius quod habet ad deum. Primum Eſt hereditarium, quia innocens & filius dej. merito habet omnia velut' hereditarie. & ſecundum hoc dicit. dominus pars hereditatis mee. quia vts in hac vita Chriſtus etiam non omnia habuit, que iure hereditatis ad eum pertinebant Secundum eſt ius meriti. & ſic dicit Dominus pars calicis mej. Sed Hoc totum noſtrum eſt. quia & nos participamus dominum in hac vita in calice & paſſione Chriſtj. Ideo ſequitur tu es qui reſtitues hereditatem meam mihi (.1. populum fidelem Eccleſiam meam.) vts ps. 2. Dabo tibi gentes hereditatem tuam. Vnde Melius in hebreo. primum: hereditatis. loco: ſortis ponitur. Quia Pars Chriſtj vel ſors Chriſti in terris fuit deus Sed partialiter. Hereditas autem non pro ſorte vel gloria corporis. ſeu alijs perſonalibus Chriſti bonis. ſicut ibi. Sed pro Eccleſia ſua recte capitur. Immo vtrobique in iſto verſu, debet ſtare ſortis & non hereditas, Et ſic confitetur dominus mercedem ſuam eſſe. ſpiritualem. contra carnales Iudeos & hoc primum. quo in ſe. Secundo quo in alijs dicens. funes ceciderunt mihi in preclaris

Non (.dicit.) ſicut veſtri funes ceciderunt ſuper terram Canaan, melior eſt diuiſio mee hereditatis. Quia funes ceciderunt mihi in

preclaris vel pulcherrimis. (.1. in ſpiritualibus vbi eſt tota & perfecta claritas & pulchritudo. ideo mihi contigit hereditatis aſſignatio in preclaris funes enim hic ſignificant diſtributiones vel deputationes hereditatis

Benedicam dominum qui tribuit mihi intellectum (.1. vt ſic dicam Spiritualitatem vt ſapiam & intelligam que ſpiritus ſunt. vel vt intellectualiter non ſenſualiter viuam ꝛc Abſolute ponitur hic. Intellectum. & non exprimit. cuius. vnde oſtendit ſeſe vniuerſaliter eſſe in omnibus intellectualis Non in ſenſu & exteriori claritate. Quia hereditas Chriſti eſt preclara & illuſtris intus in intellectibus (.1. in Myſticis & occultis) que non videbantur in figuris Sed intelligebantur tantum. [*Am Rande links:* 2 Cor. 3.] Quia figuralia erant ſenſibilia. & clara quidem Sed foris ſynagoga. Eccleſia autem Chriſti eſt pre illa clara. & excellentius clara. cuius rationem dat. quia intellectum habet. & non ſenſum. Et hoc non ſolum. Inſuper & renes eius erũdierunt noctibus .1. & infirmiora & mala etiam cooperantur Chriſtifidelibus in bonum. Quia Renes in die ſunt ſenſuum voluptates libere & vigentes & vigilantes, Renes autem in noctibus ſunt voluptates ſenſuum dormientes & ligate: iſte autem ſic crucifixe & mortificate ſunt adiutorium efficax ad eruditionem ſpiritus

Non Congregabo ꝛc etiam aliter exponitur de bonis ſic ſcilicet. Non congregabo eos in Eccleſiam virtute ſanguinum pecudum. Sed paſſionis mee. Nec memor ero nominum eorum per labia mea quia amplius ceſſabunt vocari gentes idolatre. vts. ps. 9. Nomen eorum deleuiſti ꝛc

Blatt 33b: Vſque ad noctem (Caſſiod.) ad mortem ſignificat. Renes parentelam declarant. per quos ſolenniter generatio humana ſeminatur. ac ſi diceret Supra mala que mihi fecit omnis cognatio Iudeorum. inſuper & de tribu Iuda me increpaſſe noſcuntur

Aug autem Sic. Renes mej, .1. inferior pars, carnis aſſumptio, erudiunt me vſque ad mortem. vt experirer tenebras mortalitatis. Et ſic ſecundum ſenſum hunc. idem eſt hoc verbum. & illud apoſt Heb. 5. Didicit ex hijs. que paſſus eſt obedientiam Et huic con-

ſonat Hebraicum quod ſic habet. Et noctibus erudierunt me renes mej

Secundum alios vero. Renes .1. ſenſualitas & affectus carnales erudierunt Chriſtum. [*Am Rande links:* ps. 137. Quia tu poſſediſti renes meos:] Ita quod priuilegium Eſt in Chriſto, ꝛc Renes eum ad meliora ſemper inclinaſſe que tamen alios in peccato viciatos. miſere cupiditate voluptatis. inclinant ad peccatum Et ſic Cum in alijs etiam Intellectus ſit ſenſualis pene factus totus. In Chriſto non ſolum Intellectualis manſit. Sed etiam Senſus & renes eius totaliter Spirituales & intellectuales fuerunt. Quales in futuro erunt omnes beati Et hoc noctibus .1. aduerſitatibus. talibus enim caſtigantur renes ad bonum, Et ſic Eſt Ambidexter ſicut Aioth. [*Vgl. Richt. 3 V. 21. Ehud, Aod, Aioth.*] Quod etiam ſenſus eius Dextri ſunt

Aliter poteſt ſic intelligi vt ſit conforme ej quod ps. 18. infra dicit. Si mej non fuerint dominati ꝛc Vbi ſimiliter dicit. Qaod Iudei alieni conati ſunt ſeducere & erudire populum ſuis Iuſtitijs. auertendo a lege domini que eſt immaculata. vnde petit ibi vt ab illis liberetur. & emendetur a delicto maximo quod illi non curant. De quo dicit delicta quibus intelligit (.1. intellectualia peccata in corde ſcilicet ſecundum legem Chriſti. nolunt intelligere Sed ſolum delicta ſecundum Iuſtitias carnis & litere. que ſunt ſenſibilia Ideo & hic de eodem dicit Benedicam dominum qui tribuit mihi intellectum. ſcilicet quod ſpecialiter legem intelligo. & peccata & merita etiam interna eſtimo. quod illi nolunt. Et noctibus ſuis .1. erroribus me voluerunt erudire ſimiliter illi carnales ipſi renes mej. volentes mihi perſuadere. hec tantum eſſe peccata que lege Moſi mandantur. & non indigere mandatione legis Chriſtj Sed nꝙctes ſunt iſte & tenebre ignorantie. & ipſi vere tantum renes & caro. quia carnem ſapiunt.

Quia lata Eſt frequentia Calicis in Scrip. paulo diligentius declaremus illum: Igitur Calix eſt omnino Sacra ſcriptura. ſeu liber Scripturę. [*Am Rande links:* Conſequenter & liber naturę] Maxime veteris legis. In qua eſt duplex ſenſus ſcilicet velamen & claritas, litera & ſpiritus. figura & veritas. vmbra & ſpecies.

Vnde ps. 74. dicitur plenus mixto & tamen vini merj. Quia vere. ſi Intelligatur Spiritualiter. eſt merum vinum: Alias in ſe eſt mixtus fece literę Igitur habet duas partes iſte Calix: Vna eſt litera. altera ſpiritus. Sic dicit Nunc. Dominus pars calicis mej (.1. de Chriſto eſt mihi Intellecta ſcriptura. Vnde.): benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum. Sed Impijs pars calicis eſt nix glacies ſulphur (.1. litera ꝛc eſt illis in anima talia: Sicut illis Iuſtis eſt vinum merum in Anima Sed Nunc Quia Scriptūra commendat miſericordiam & Iudicium. (ſpiritualiter intellecta vt fiat idem cum Euangelio.) Ideo ſic in ſpiritu quoque habet duas partes. Quia miſericordiam propinat animabus in ſpiritu. & pacem & ſalutem & omnino optimum vinum ac non niſi bona. & ſuauia in ſpiritu. Sed cum hoc in carne propinat crucem Iudicium & paſſiones Chriſtj. Quare recte dicit Calicis mei dominus (non totum.) Sed pars eſt. Quia ſimul Chriſtum habet ſalutem. & bibit eius bona. Et nihilominus bibit mala mundi. Et vtrunque ex Scriptura habet. Quia docetur bona habere. & mala ſuſtinere. Sic. Ierem. dicit Bibentes bibent quibus non erat Iudiciūm. Sicut econtra Iudęi partem habent diabolum calicis ſūi Quia ex eo bibunt bona carnis & mala ſpiritus. [*Am Rande links:* Bibere ergo calicem Eſt aſſentire verbo Chriſti. ad ſalutem animę & cruces carnis. Sed hoc durum eſt aſſentire Et primo offertur Sed bibens dic dominus eſt pars calicis quia non eſt mera crux Sed ſalutaris ſimul eſt animę propter dominum qui in illo bibitur ſūb bibitione crucis Et hereditatis]

Item An ne hoc ſic poſſit intelligi. Quod hereditas hic, non pro populo. Sed pro diuitijs accipiatur Vt ſit idem hereditas & calix vt ps. 118 hereditate acquiſiui teſtimonia tua Inęternum ꝛc Quia pauper non habet pro hereditate aliquid. nec eſt heres niſi fidej & veritatis & euangelii. Sic b. paulus filijs ſūis thezauriſare ſe dicit velut hereditatem Et Chriſtus legem hereditauit. Sed preclara eſt ei licet illis ſit obſcura. Et calix quam preclarus eſt

ps. 16. [Hebr. XVII.]

Blatt 34a: A Reſiſtentibus dextere. Dextera eſt filius Dej Chriſtus: vt ps. 117. Dextera dominj fecit virtutem: quia filius

Dej virtus potentia & ſapientia dej .1. Corinth. 1. Secundo dextera dej Eſt gratia ſeu fides ſeu opus Dej. Sic Recte b. Aug dicit & exponit. Dexteram pro propitiatione & fauore dej. vt ps. 44. deducet te mirabiliter dextera tua. Siniſtra autem Eſt adminiſtratio ſeu gratia gratis data dej. que eſt omnibus communis. Tercio Eſt retributio glorie in futuro. vt matt. 25. Statuet hos adextris. & illos a ſiniſtris tunc dicet ꝛc. Igitur. dextera primo Eſt Chriſtus 2° Eſt meritum Chriſtianorum 3° eſt premium eorundem. Manus autem dej eſt indifferens ad omnia opera eius. Siniſtra autem tantum huius vite largitio Quare dextera dej eſt gratioſa virtus Dej: qua electos Iuuat

Vmbra alarum dej. Myſtice Eſt fides Chriſti. que eſt in enygmate & vmbra in hac vita. Ale autem Chriſti. ſunt manus eius extenſe in cruce. Quia ſicut corpus Chriſti in cruce efficit vmbram. Sic facit ſpiritualem vmbram in anima: ſcilicet fidem crucis ſue. Sub qua protegitur omnis ſanctus. Secundo Vmbra alarum Eſt protectio & cuſtodia ſanctorum angelorum vel hominum contemplatiuorum. qui ſunt ale dej. quia in ipſis volat & habitat affectuoſis raptibus mentibus Tercio Vmbra Alarum Eſt Eruditio Scripturarum ſub qua requies eſt ſtudentibus in ea Sic ſub vmbra illius dicit ſponſa quem deſyderabam ſedi ꝛc

Adeps eſt nomen Anceps. Primo in bonum. ſignificat plenum & pinguem & exuberantis deuotionis affectum. ps. 62. Sicut Adipe & pinguedine repleatur anima mea Secundo in malum Eſt exuberans & craſſus ad nocendum affectus. vt ps 72 prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum. tranſierunt in affectum cordis ꝛc Sicut enim Macer & tenuis tenuiter agit. Ita pinguior & craſſior, robuſtius, & pinguius vnde & vſu dicitur pinguis minerua, .pingui ceruice .1. Craſſa & obſtipa

Abſcondita dej ſunt triplicia. Primo ſecundum approbationem. Quia ſic ea nouit que approbat. & ea neſcit. que reprobat. ſic capitur Hic. [*Am Rande links:* ſic ps. 10. ꝙquitatem vidit vultus eius Supra: oculi tui videant ꝙquitates, Abacuc .1. mundi ſunt oculi tui. ad iniquitatem reſpicere non potes] Secundo ſecundum punitionem. Sic nouit & videt. que punit aut punire vult.

ps. l. Auerte faciem tuam a peccatis meis. Et ſupra ps. 9. Auertit faciem ſuam ne videat in finem, Ignorat autem vel abſcondita ſunt. que dimittit ps. 32. Beati quorum tecta ſunt peccata Manifeſta autem dicuntur per contrarium. Tercio magis ad propoſitum vel idem cum primo Abſcondita ſunt. que foris ſecundum Hominem geruntur. & in conſpectu hominum patent. Talia enim que ſunt coram mundo aliquid ſunt nihil coram deo. vt. 1. Corin. 1. Infirma mundi elegit Vnde Hic ſubdit. Ego autem apparebo in conſpectu tu In Iuſtitia. vbi non ſunt abſcondita tua Sed clara tua. Igitur Abſcondita Coram deo. ſunt clara coram mundo & econtra. de iſtis autem Iudej totos dies & noctes ſomniant. vt ſecundum carnem ſint ſublimes

ps. 17. [Hebr. XVIII.]

Blatt 34b: Cornu (.1. virtutem hoſtes diſpergendi. ps. 43. In te inimicos noſtros ventilabimus cornu. .1. Euangelio ſeu verbo dej peccatores vincemus virtutem potentiam vaſtatricem & expugnatricem Cornu in ſcripturis frequenter ſignificat regiam poteſtatem principalem vel regem ipſum principem, maxime victricem & bellatricem. Vnde & Eccleſia dicitur cornu Chriſti. ps. 111. Cornu eius exaltabitur in gloria. Et. 74. Exaltabuntur cornua Iuſti (.1. regna & Eccleſie Chriſti. Omnia cornua peccatorum confringam. Sic luce .1. Erexit cornu ſalutis .1. Chriſtum. ſalutem victricem. nobis in domo Dauid pueri ſui. Sic ps. 113. facta eſt Iudęa ſanctificatio eius. Iſrael poteſtas eius (.1. regnum.) Et. 77. Et edificauit ſicut vnicornium ſanctificium ſuum ꝛc. Dicitur autem Regnum Chriſti. cornu eius. vnde & ipſe vnicornis quaſi vniregnis quia vnius tantum Eccleſie dominus. Quia ſicut per cornua velut arma ſua pugnat & bellat Beſtia cornuta [*Am Rande links:* ſecundum Caſſio.]. Sic Chriſtus pugnat & debellat mundum & principem eius per Eccleſiam que eſt cornu eius fortiſſimum & inuictum. Econtra Eccleſia vocat eum Cornu ſuum. quia & ipſum regem ſignificat vt dixi. quia Chriſtus eſt fortitudo Eccleſie ſue. per quem triumphat mundum. Ipſe enim eſt virtus & ſapientia omnibus credentibus in eum. Sic vlterius deus Eſt virtus & fortitudo Chriſtj inuicta. in quo vicit omnia. vnde hic

dicit Cornu ſalutis meę. quia Deus eſt fortitudo victrix Chriſtj ad ſalutem. Ergo ſicut Eccleſia Eſt Chriſti Chriſtus autem Dej Et econtra Deus eſt Chriſti. Chriſtus autem eccleſie. Sic Eccleſia eſt cornu Chriſti. Chriſtus Cornu Dej Et econtra Deus Cornu Chriſti Chriſtus Cornu Eccleſie. Quia mutua ibi eſt poteſtas, & in vnum. Primo tamen deus ex quo habet tam Chriſtus quam Eccleſia virtutem & quod ſit cornu. Sed deus ex ſeipſo tantum. Ideo in Iſto ps. qui totus eſt anagogicus. Deo tribuit. quod ſit cornu ſalutis eius Tropologice autem Eſt fides Dej Chriſti & Eccleſie. Quia hec eſt victoria veſtra. fides veſtra. Igitur cornu Bellacem & victorioſum regnum vel regem ſignificat. Et verbum Dej ſeu Euangelium.

Econtra In Malo ſimiliter. Cornu primum Eſt Diabolus omnium impiorum regnorum & precipue antichriſti. Antichriſtus Cornu populi ſui. Econtra. Regnum antichriſti Eſt cornu eius. Ipſe vlterius eſt cornu diaboli. in quo cornu maxime conculcabit Eccleſiam vt Dan. 7. & apoc. 13. Sic Turcus eſt cornu Turcorum ꝛc Tropologice ſignificat perfidiam. vel quamcunque hereſim, iniquitatem. qua quis fretus & nixus. pugnat contra fidem & Iuſtitiam. ſicut de Iudeis propheta dicit. Nonne in fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis cornua? Amos. 6.

Circundant, dolores: quando quis in medijs doloribus relinquitur ſine auxilio. Et hoc idem exprimit: infra. preoccupauerunt. preuenerunt me. & illud, Inimicis meis fortiſſimis. Non quod reuera fuerint fortiſſimi vel preuenerint ſua virtute. Sed quia ipſe ſubtraxit omnem virtutem ſuam. qua poterat reſiſtere eis. & omnimodam ſubijt infirmitatem. Et ſic quantominus ipſe reſtitit tanto magis illi vtique in eum preualuerunt. Et Ideo quia tunc fuit infirmiſſimus & maxime reſignatus in manus eorum. conſequens eſt, vt ipſi tunc fuerint in eum fortiſſimi. Vnde Hoc verbum fortiſſimis non tam exprimit eorum poteſtatem. quam ſuam maximam voluntariam infirmitatem reſiſtendi. licet forte quo ad deſyderium eorum nihil defuerit, quin ſi potuiſſent fuiſſent in eum preualidiſſimi & fortiſſimi. Vnde in hanc ſententiam. preoccupauerunt. (.1. viribus me forcioribus occupauerunt debet intelligi quanquam & aliter intelligi poſſit vt in gloſa Sic preue-

nerunt (.1. pre me fortes venerunt. quia fortiores me venerunt ſuper me ꝛc [*Am Rande links:* Sie ſein myr zcu uor geweſt ſcilicet viribus. Sic dicitur du haſt das myr zcuuohr gethan .1. preualuiſti & preŭeniſti me in iſto]

Sane quod nos habemus. Dolores mortis & dolores inferni. Heb. habet funes mortis. funes inferni Sicut & infra ps. 114. funes mortis circundederunt me & pericula inferni inuenerunt me. Quod aliqui intelligunt ſicut verba Iacent. funes mortis (.1. retinacula quibus Chriſtus triduo fuit in morte, & funes inferni (.1. quibus fuit triduo in inferno anima eius. vt ps. 15. ſonare videtur. qui dicit animam eius in inferno fuiſſe. Hic autem dicit. quod etiam dolores mortis ſuſtinuerit. quod & idem ps teſtare videtur dicens Adimplebis me letitia: q. d iam ſum in dolore mortis. aut ſaltem ſimul vt dicunt Doct. gaudens & dolens. Sed cum notas mihi feceris vite reſuſcitande. tunc totaliter adimplebis me lętitia. illos etiam dolores ſoluendo. Hoc & petrus in actibus

Blatt 35a: in actibus teſtatur dicens. Quem deus ſuſcitauit. ſoluens dolores mortis vel Inferni Ergo in morte etiam doluit quos deus ſoluit ſuſcitando eum. Quia Dolores Huius vite non videntur dici debere dolores mortis. Et ſecundum iſtos. Senſus eſt. Circundederunt me funes mortis. (.1. tenuerunt & fortiores me fuerunt,.) & torrentes Belial ſeu Diaboli conturbauerunt (.1. penę diaboli fortes terruerunt me in morte,) funes inferni circundederunt me (.Ecce non ſolum mors preualuit & tenuit eum. Sed & infernus ſuis funibus.) & preoccupauerunt me laquej mortis. ſcilicet quos ſupra funes ſeſe circundediſſe dicit hic ſibi preualuiſſe confitetur. quia eum velut impotentem reſiſtere tenuerunt. quod tamen ſic voluit Et Hanc ſententiam neſcio quomodo poſſit quis ſoluere. Bene credo quod Chriſtus Damnatorum pęnas & dolores non ſenſerit. qui ſunt deſperationis filij. At Chriſtus ſemper ſperauit. Et tamen omnino ſine dolore non fuiſſe. iſta verba teſtantur Et ſi nulli fuiſſent dolores alii: Tamen Quid in funibus & poteſtate mortis & inferni fuit, hoc ipſum nobiliſſimę animę eius ſine dubio tedium & moleſtia fuit. qui ſine dilatione ſumme deſyderabat. libertatem & claram ſui glorificationem Quam tamen hic negare fuiſſe captiuam in in-

ferno. mire temerarium eſt. contra tam apertam Scripturam incedere

Qui autem iſta nolunt.

Poſſunt dicere primo Cum b Aug. Qui dolor ..... exponit dolores carnis ſcilicet paſſę. que erat mortalis Torrentes autem iniquitatis ..... perſecutrices intelligit. Dolores autem Inferni. Dolores Inuidie vn ..... to Sed in Iudeis perſecutoribus, laqueos mortis. ſimiliter Homines ..... vt Iudęos & hereticos. Et ſic verba horum verſuum modo ad perſonam ..... refert

Secundo cum Caſſio. Dolores mortis .1. dolores ſanctorum ..... & perditionem humani generis. Torrentes iniquitatis (.1. inũndationes & abundan ...*) peccatorum. quibus mors venit in homines. iſte enim cruciant pios & ſanctos homines & Chriſtum maxime. Dolores inferni. dicit dolores. quos pagani in inferno patiuntur & paſſuri ſunt. laqueos mortis. originale peccatum. quod multos ligat & multiplex laqueus eſt. & preoccupat. quia in ipſo concipiuntur. Sed nec ſic adhuc eſt Euacuatus textus. Quin & adhuc alijs modis plurimis intelligi poſſit

Commota eſt terra ꝛc Iſta quidam exponunt de ſignis. que facta ſunt in paſſione domini ſcilicet motu terre, tenebris, ꝛc Sed hec in Euangelio non ponuntur. que hic ſcribuntur. & ſatis extorte neceſſe eſt literam exponere Multo magis autem ſicut lyra. ſuum Rabi Salo: poeticantem adducit. de terra egypti in eductione filiorum Iſrael. quia abſurdiſſime diſtorquetur textus. Sed Recte Aug. Terra (.1. peccatores precipue in terra Iudęa.) commota eſt. ſcilicet in die penthecoſtes predicantibus apoſtolis & deinceps, & contremuit: quia cognouerunt tunc iram dej, quam incurrerant crucifigendo Chriſtum, vt act. 2. Hiis autem auditis compuncti ſunt corde. & dixerunt ad petrum & reliquos apoſtolos Viri fratres quid faciemus? ꝛc Auguſtinus autem generaliter illud exponit de omnibus peccatoribus. quibus per Euangelium innotuit. quoniam omnes ſumus filii irę. & tunc compuncti ſunt com-

*) ..... Grosses Loch im Papier, das hier sehr morsch ist.

moti ſunt & contremuerunt in ſalutem. Fundamenta montium conturbata ſunt & commota ſunt. Hoc Aug tropologice (.1. diuitie. honores. & gaudia mundi. in quibus confidunt homines per euangelium nota facta ſunt. quoniam ſunt infida. damnabilia & qui amicus mundi fuerit. inimicus dej conſtituatur. Et ſic ipſa conturbata ſunt (.1. homines in eis confidentes & ſuperbientes montes conturbati ſunt. Vel etiam ſic. fundamenta (.1. populus inferior. montium (.1. principum Synagogę. conturbatus eſt. Quia montes pre ſuperbia non ceſſerunt. populus autem inferior motus eſt. vt in act, vbi magnificauit apoſtolos omnis populus [*Am Rande links:* quia populus eſt pes prelatorum ſubſtantia & fundamentum in politia] Quoniam iratus eſt eis (.1. iraſci deum ſuper ſe audierunt. Ira enim dej magis in homines quam in inanimata reſpicere intelligenda eſt.

Blatt 35b: [*Oben am äussersten Rande quervor:* Sic fumus elicit lachrymas. Sic compunctio ſimiliter in ſpiritu]

Poteſt. & forte melius etiam. intelligi. econtrario. Quod populus Iudeorum & principes qui ſunt montes Iſrael ſecundum Ezech. ſunt commoti ad iram & Inuidiam contra Chriſtum & Chriſtianos. Et ſic ſunt de loco ſuo moti. & ceciderunt a fide & promiſſione patrum, Et ſic vere ſunt exturbati. Et in hunc ſenſum multe alie auctoritates ſcrip. concordant in verba huius verſus, ps 46. [*Ps. 47=48, 6.*] Ipſi videntes ſic admirati ſunt. conturbati ſunt commoti ſunt ꝛc. Et ſupra. 14. qui facit hec non commouebitur inęternum, Commotio enim in malum ſepiſſime ſonat. rarius in bonum, vt. pene moti ſunt pedes mej. Non commouebitur donec deſpiciat ꝛc Et hec exturbatio. commotio Iudaici populi facta eſt: quia iratus eſt eis deus. Quia ira Dej manet ſuper illos. eo quod non credunt

Et tunc Aſcendit fumus (.1. ira & indignatio eorum. quibus etiam contra deum pugnant & loquuntur & ſemper aſcendit ac magis creſcit ſuperbia iracunda eorum. qui oderunt Chriſtum. [*Am Rande links:* fumus ante iram aſcenſus ſuperbiam. Vnde propheta [*Ies. 65, 5.*]. Iſti erunt fumus in furore meo, Apoc 14. & fumus tormentorum eius aſcendet in ſęcula ſeculorum.] Et ignis, ſcilicet Inuidię ardentiſſime exarſit ſicut in ſpinis qui vſque

hodie ardet. a facie eius a reuelatione dej. quam odierunt [*so*]. Et Carbones ſuccenſi ſunt ab eo. Sic enim predictum eſt multipliciter. quod ad aduentum Chriſti Inimici eius igne accenderentur & a facie eius dolerent & turbarentur. vbi ſancti a facie eius exultarent & letarentur. Igitur ipſi ſunt Carbones ſunt ligna Arida & obuſta, quia viuunt ſine fide & gratia, in peccatis nigerrimis Et nunc ſuperuenit ignis ille Zeli: qui eos magis perdit & conſumit. Gloſa autem Aug. patuit in textu Incli..... nis cęlos dominus. & tunc ad eos deſcendit. non ſubſtantia Sed effectu. Scilicet ..... quia humilibus dat ſuam gratiam, & humilibus apparet. Qui autem ad eum..... nis deum melius agnoſcit. quanto humiliorem & econtra. [*Am Rande links:* 1° deſcendit 2° faci .. dere ...] Vt b. Aug..... in te. & vbi noui te Inueni me. Quia aliter deus non deſcendit.....*) tando. Sed tunc Caligo ſub pedibus eius (.1. per fidem tantummodo cognoſcitur Eſt expoſitio deſcenſus dej. pedes eius ſtant in anima. Sed in fidej nebula & caligine: tunc autem aſcendemus ad eum in futuro per ſpeciem. Nunc autem deſcendit ad nos per fidem & iſte primus ſenſus. 2° vt in glo: Quod Caligo operit impios. qui ſunt terra & ſcabellum pedum eius: quando illuſtrat cęlos inclinatos.
3° Caligo operit carnem peccati & excecat, vt non videat concupiſcibilia: & Iacet ſub pedibus (.1. affectibus dej.) qui ſunt dej habitantis in cęlis .1. animabus. Et iſtis ſic factis & humiliatis animabus. & carne conculcata Sequitur Et Aſcendit ſuper Cherubin. Deus Aſcendit non in natura. Sed in noſtra cognitione & amore. quando cogniſcitur [*so*] eſſe altiſſimus & incomprehenſibilis & ſuper amabilis. Et ſic quanto magis proficimus in cognitione eius. tanto magis aſcendit. quia ſemper clarius ac clarius cognoſcitur eius altitudo. Sed hoc aſcendere non contingit, niſi vbi prius deſcenderit Sicut Chriſtus prius deſcendit & poſtea aſcendit. Quia nemo aſcendit in cęlum, niſi qui deſcendit (.1. nemo peruenitur [*so*] ad diuinitatis cognitionem, niſi qui prius humiliatus fuerit & in ſui cognitionem deſcenderit ſimul enim

*) Loch im Papiere.

ibi & dej cognitionem inuenit Vnde Cherubim ſignificat hic cognitiuas potentias. ſuper quas omnes aſcendit deus. in humilibus penne ventorum autem ſignificat proprie affectiuas virtutes. Et ſic volat. [*Am Rande links:* Volat .1. in volatu ſanctorum eſt & amatur. Aſcendit .1. in proficiſcenti cognitione ipſe eſt vel Volatus enim ſignificat raptus, Iubilos & affectus diligentium & deuotorum ſpiritũũm, Vel eſt o] Vnde ſuper eas non dicitur aſcendere. Sed volare: quia tantum manet amabilis. quantum cognoſcitur. Non enim altius volat (.1. amatur.) quam aſcendit (.1. cognoſcitur Igitur volatus eius eſt ipſum eſſe obiectum Dilectionis, Aſcenſus autem eius. eſt ipſum eſſe obiectum cognitionis. Aſcendit non natura Sed cognitione ſũi noſtra, volat non natura. Sed affectu & amore ſũi noſtro.
Et notanter cum dixiſſet. Volauit, addit volauit ſuper pennas, vt intelligas. quia non abſolute in ſe volat. nec aſcendit. Sed quia amantes eum volant. & ſuper eos tamen adhuc eſt ſemper. & plus quam comprehendere poſſint

Latibulum dej Eſt tenebre: primo quia in fidej enygmate & caligine habitat: 2° Quia habitat lucem inacceſſibilem: ita quod nullus intellectus ad eum pertingere poteſt: niſi ſuo lumine

Blatt 36a: omiſſo. altiore leuatus fuerit. Ideo b. dionyſius docet Ingredi in tenebras anagogicas & per negationes aſcendere. Quia ſic eſt deus abſconditus & incomprehenſibilis. 3° poteſt intelligi myſterium Incarnationis. Quia in humanitate abſconditus latet. que eſt tenebre eius. in quibus, videri non potuit Sed tantum audiri 4° Eſt Eccleſia vel b virgo. quia in vtraque latuit & latet in Eccleſia adhuc. que eſt obſcura mundo. deo autem manifeſta. 5to Sacramentum Euchariſtie vbi eſt occultiſſimus Vnde & illud poteſt intelligi de incarnatione Chriſti

Inclinauit cęlos & deſcendit (.1. angelos celeſtes humiliauit & deſcendere fecit Dum eos adorare fecit dominum in infima natura Sicut figuratum fuit in Scala Iacob Genes. 28. Caligo autem ſub pedibus eius (.1. incomprehenſibilis eſt deſcenſus eius in carnem neſcitur quibus pedibus deſcenderit in carnem. vel quomodo ſtet in carne iſta maieſtas tanta Rurſus aſcendit:

quando poſt mortem ad celos aſcendit. & volauit ſuper omnes angelorum virtutes in aſſumpta natura Et hoc modo ſunt verba prophete ab illo verſu. Commota eſt vſque ad illum. Miſit de ſummo ꝛc Colligamus itaque in ſummarium,

primo Inclinat cęlos & deſcendit (Scilicet per incarnationem vt iam dictum eſt) & aſcendit ſuper omnes Choros angelorum. Secundo Cęlos inclinat & deſcendit Quando omnes intellectuales naturas ſiue angelicas, ſiue humanas facit ſeſe contemplarj. in natura omnibus Inferiori. Et aſcendit. quando idem ipſe ſe facit contemplarj in natura omnibus ſuperiori. Aſcendunt ergo in eo. quando eum verum deum agnoſcunt. deſcendunt quando verum hominem agnoſcunt

3° deſcendit. Quando ſeſe manifeſtat humilibus & infimis vt peccatoribus. Aſcendit autem quando eos clariſſima notitia celeſtium & diuinorum illuſtrat. Et ſic fere idem eſt deſcendere & aſcendere. In hijs omnibus Cęlos (.1. animas oportet inclinari & humiliari) quia humilibus ſolis dat gratiam & lucem ſuj.
4° etiam in Sacramento altaris deſcendit. ibi iterum celos inclinarj. & captiuare intellectum oportet. & ſic poteſt aſcendere in cognitione ſpiritali [*so*] In omnibus enim requiritur. vt inclinetur intellectus noſter. & fiat caligo in eo (.1. captiuetur in obſequium Chriſto. 5to deſcendit & inclinat cęlos. quando apoſtolos & prelatos facit ſuis ſubditis condeſcendere in vita actiua. Aſcendit autem quando eos ſurſum eleuat in vita contemplatiua. vtrobique caligo & tenebre ſunt. Quia in fide iſta omnia finiunt in hac vita

Fumus in bono ſignificat deuotionem orationis aſcendentis ad thronum dej vt apoc. Data ſunt ej incenſa multa. que ſunt orationes ſanctorum. Et aſcendit fumus aromatum .1. orationum deſyderia. De manu angeli ꝛc. Sic in Canticis. 3. Que eſt iſta que aſcendit ſicut virgula fumi. ex aromatibus myrrhe & thuris. Quia oratio precipue affectuoſa eſt aſcenſio mentis in deum. In Malo econtra. Eſt blaſphemia & indignatio contra altiſſimum & ſuperiores, vt apoc. 14. 19. Et fumus tormentorum (.1. blaſphemia damnatorum aſcendit. Sic ps. 103. Qui tangit montes & fumigant (.1. ſuperbos corripit & furiunt & iraſcuntur. Sic iratus

ſpirat fumum naribus. & ſternutat Sicut ęquus iratus. Et ſic puto Hic accipi ſcilicet de ira Iudęorum: qui ex ira dej ſunt traditi in īram contra chriſtum vt Moſes Deuter 32 [*V. 21.*] predixit prouocabo eos in non populo, Dedit enim eis deus ſpiritum compunctionis (.1. fumi. irę, & indignationis

Sagittas & fulgura Hic myſtice intelligenda ſunt Quia de myſtico celo loquitur quod eſt Eccleſia apoſtolica

Fontes aquarum Sunt libri prophetarum & veteris legis, quorum os fuit obſtructum grandi lapide (.1. dura litera) & paſtores eum amouere non potuerunt. Sed Iacob vt figuratum fuit Genes 29. Hij ſunt fontes quos fodit Iſaac Et paſtores philiſtijm repleuerunt eos terra (.1. ſenſu carnali Scripturas ſuffocant Scribe

Blatt 36b: Cum ſancto ſanctus eris. Primo effectiue quia ſanctificat, non nocet, eligit & peruertit peruerſo omnia. ita ſcilicet quod deus & omnia cooperantur ad ſanctificationem ſanctis ad innocentiam innocentibus. ad electionem electis. ad peruerſionem peruerſis. [*Am Rande links:* Tropolo] Quia ſancti vtuntur tota creatura. & omnia eis cooperantur in bonum ad fruendum deo. Econtra Mali frūntur tota creatura & vtuntur potius deo & ſic omnia ipſi peruertunt Non quod deus & creatura aliud fiant. Sed in corde peruerſi aliter quam ſunt habentur Et hanc vocat Eccleſiaſtes vanitatem Eccles. 1. Item Qū̃o ad premium & penam ſimiliter [*Am Rande links:* Anagogice] Quia in omnibus delectantur ſancti. ſicut ait. ille delectaſti me domine in factura tua Econtra pugnabit totus orbis terrarum contra inſenſatos. omnia eis peruerſa ꝛc Vnde etiam mala huius vite. ſunt ſancta, innocentia & electa bonis, Quia ſanctificant & augent merita eorum. Sunt innocentia. quia expediunt potius quam impediunt. Sunt electa .1. volita & grata. Quia crucem Domini amanter ſuſtinent & paſſiones Chriſti cum gaudio portant,
Mala autem econtra malis multo peius nocent, Quia per ea ruunt in blaſphemias & maledictiones, Impacientiam & ſemper peiores fiunt. Ex bonis mali, ex malis peiores, ideo peruerſa ſunt illis omnia Quia quando habent proſpera abutuntur Quando aduerſa indignantur, Secundo obiectiue vel occaſionaliter.

quod eſt ſubtilius. immo & formaliter .1. quando ſunt cauſa. quare ſibi ſancti videantur peccatores nocere &.....*) Quod faciunt ſoli perfecti in humilitate Quando ſcilicet omnia vident creatori ſuo melius ſeruire quam ſe. Semper ſeſe minus facere putant quam alij homines. & omnia creata. vnde humiliantur vſque ad nihilum ſubter omnem creaturam Eo modo loquendi dicit b Aug. Arbor ſeruauit quod creata eſt, & omnia laudant deum ſiue cęleſtia ſiue terreſtria. etiam ex omnibus viribus, Solus Homo deleuit quod erectus eſt, ideo ſolus homo non laudat Dominum ſuum, vel ſaltem non ex totis viribus. Et hec eſt vtilis ſapientia ſanctorum qua ex qualibet creatura inſpecta ſumunt materiam gemitus ſuper ſe & motiuum humilitatis [*Am Rande links:* Vnde Apoſt. quorum primus ego ſum. & b. virgo ſub omnibus ꝛc Quare quotiens aliorum memores ſumus malorum tacitis noſtris Hic ſemper ſumus peruerſi quia ſecundum b Gre: nos deflere debemus in aliorum calamitate prius] Vnde valde confundunt nos iſti ps laudatorii Benedicite, laudate, In quibus recitatur laus omnium rerum. ad excitandum nos quoque. Cum nos deberemus potius illa excitare. Sed inferiores. & peiores omnibus facti ſumus Sic ergo in Comparatione ſũi. etiam mala aliorum non reputant magna Sed quaſi ſancta Econtra peruerſi putant totum mundum temeritate regi & errore. Hic deum dormire Hic Iniuſtum eſſe & omnium vitia vident acutiſſime, etiam feſtucam in oculo proximi, trabem autem que in ſuo. eſt non vident.

Tercio. deus dicitur talis .1. Spiritualiter Quia nos tales facit. ſecundum Bern. Quia cum dormiente dormit, cum vigilante vigilat, cum ſollicito eſt ſolicitus, cum diligente diligens, cum orante orans, cum vacante vacans, Eo modo quo Apoſtolus dicit Quod Chriſtus [*Am Rande rechts:* 2 Gal vlt] habitat in cordibus noſtris. Quia tunc loquitur in nobis, & omnia opera & qualitates noſtras in nobis operatus eſt dominus ſecundum Iſaię Cum peruerſo autem peruerſus, quia cauſa prima ſemper cum cauſa 2da ſecundum philoſophos. Quia peruerſores non derelinquit in ſuis actionibus Iſta autem Intelligentia eſt

*) Verblichen.

extranea ad ſenſum literalem textus 2da autem eſt magis ad propoſitum quia ſequitur. Quia tu populum humilem ſaluum facies, & oculos ſuperborum (.1. peruerſorum humiliabis que tamen includit primam Quarto poteſt ſic intelligi Quod cum peruerſo qui omnia peruertit, [.1. qui carnalia querit, ſpiritualibus priuabis: & cum his qui ſpiritualia querunt pro veris bonis. Hos ſanctificas eligis & non perdis *über die Zeile und an den Rand rechts geschrieben.*] etiam deus illum peruertet vertendo omnia ej in contrarium, quam ſperauit. Sicut Sanctis in bonum contra quam timuerant vt ſcilicet ea que ſanctis videbantur eſſe mala & aduerſa. probentur fuiſſe ſumme proſpera Et ea que malis ſunt proſpera & dilecta. poſtea conuertat in ſumme aduerſa & contraria quam ſperabant Iuxta illud ps. 111. deſyderium peccatorum peribit. Et Iſaie 47. Quia ſpiritualia bona contemnit & corporalia diligit [*Unten am Rande quervor:* peruerſus eſt qui literam pro ſpiritu: Sanctus qui ſpiritum pro litera vt Spiritualis vt Iudeus & carnalis]

*) [Hebr. XXVII.]

Blatt 37a: Tabernaculum Eſt Eccleſia Vel Corpus Chriſti. quod tamen myſtice etiam eſt Eccleſia. Et in iſto abſconditur quilibet fidelis. Quę abſconſio non debet intelligi carnaliter. Quia ſancti vtique ſunt poſiti ſuper candelabrum. Sed nec ſic Quod omnis gloria eius ſit in ſola anima. Sed Sic Quia homo dicitur interior & abſconditus. eo quod non viuit ſęculariter & carnaliter. Scilicet Quod ſubtrahit ſeſe a vita moribus & conuerſatione mundi. Ita ſane vt ſecundum Apoſtolum. Etſi in carne ambulent, non tamen ſecundum carnem militant Et 1. pet 4. In quo admirantur non concurrentibus vobis ꝛc Igitur Abſcondi eſt nihil aliud niſi non concurrere cum viuentibus carnaliter. quod vtique Carnales bene vident. Sed tamen quomodo viuant ſpiritualiter non viuunt

Abſconditum ergo Eccleſie. Eſt ipſa fides ſeu ſpiritus. quod idem eſt. Quia in fide & ſpiritu viuunt (.1. in cognitione

*) Die Ueberschrift ps. 26 hat Luther ausgelassen.

& amore Inuiſibilium. Sicut carnales non in fide. Sed in re viuunt & non in ſpiritu. Sed in carne. ideo non ſunt in abſcondito. Sed in manifeſto. voluuntur in rebus viſibilibus. Et Nota Quod Eccleſia protegitur. non in manifeſto in rebus viſibilibus. Immo in illis derelinquitur ad voluntatem tyrannorum & malorum licet nunc pontifices. maxime defendi velint in manifeſto tabernaculi Diaboli .1. mundi in viſibilibus rebus) Sed in ſpiritualibus defenditur. Ita Quod illa non poſſunt ej auferri aut noceri in eis Quia ſunt Inuicta & ęterna bona ſpiritualia fidej

facies noſtra Eſt mens noſtra (.1. ſecundum Ioh. Gerſon,). Anima per intellectum & affectum ad deum conuerſa [*Am Rande links:* quod ſit proprie per fidem veram Vnde ſecundum prophetam facies Iudęorum redacte ſunt in ollam Iohel. 2. Et facies omnium ſicut nigredo ollae. Naum 2. quod de Chriſtianis nomine tantum. dictum] Econtra dorſum noſtrum eſt Anima per intellectum & affectum a deo auerſa quod ſit per ĩncredulitatem. Sic ergo facies noſtra exqũirit deum. quia non poteſt Deus queri. niſi per intellectum & affectum ad eum conuerſos. Eodem modo & facies dej Eſt agnitio eius & beneplacitum ad nos, Dorſum autem eſt Indignatio & Ignorantia noſtri coram eo. Sicut per Ierem dicit. Oſtendam eis Dorſum & non faciem. Et Matt. 25. Amen dico vobis neſcio vos. Quia ſolent facie auerſa dorſum auertere & velut nolle agnoſcere, qui indignantur Et contra faciem oſtendere. & agnoſcere. qui amant & propicii ſunt Sic & b. Gre: Exponit faciem pro Notitia. omilia .1. ſuper Ezechie.

Mentitur Iniquitas ſibi Vbi ſequitur regula iſta. Quod Quicunque Imponit alteri aliquid mendaciter. eo ipſe ſe talem proprijs verbis ſignificat Et ſic verbum eius quod de alio eſt mendacium ſibi .1. in ore eius. ipſum eſt veritas contra eundem in ore alterius. & non mendacium alteri Sed tantum ſibi. vtpatet de Iudęis Qui Chriſto Impoſuerunt quod demonium haberet Hoc Chriſtus vere de illis. illi autem mendaciter de eo. Sic Inuenimus hunc ſubuertentem gentem noſtram

Terra Viuentium Eſt Eccleſia Mundus autem terra morientium, Sed Celum Eſt terra non viuentium (.1. incipientium viuere)

Sed & vitalium ſeu viuificatorum perfecte Sicut Infernus. non morientium Sed mortuorum. terra operta mortis caligine. Dicitur autem terra. propter humana corpora. que ſunt de terra. & tamen ſempiterne viuunt

Hoſtiam vociferationis, ad cordis Cantabo ad oris, pſalmumdicam ad operis confeſſionem & laudem referri poteſt Vel eſt expreſſio cultus ſancte trinitatis in vnitate

pater meus & mater mea ſecundum carnem debet intelligi quia qui docent ad Chriſtum venire Sunt potius ſpiritualiter patres

Vnum petij a domino. Hic docemur: non petere multa. porro vnum eſt neceſſarium Martha enim ſollicita eſt circa plurima. (.1. temporalia non ſpiritualia Sunt petenda. Quia temporalia diuidunt hominem in multa. Spiritualia autem colligunt diuiſum in vnum, Sicut Apoſtolus 1. Cor. 7. Qui adheret domino. vnus ſpiritus eſt .ſ. Spiritualis & vnus eſt non temporalis. ꝛc

ps. 27. [Hebr. XXVIII.]

Blatt 37b: Silet deus. Quando non reſpondet verbo ſuo primo Quia per verbum ſuum omnia facit. Ergo ſilere, eſt non facere, non adiuuare 2° Quando non conſolatur intus: vbi vere loquitur verbo ſuo inuiſibili vt Audiam quid loquatur in me ꝛc [*Am Rande links:* Vocaui & non reſpondit mihi] 3° Metaphora eſt Quia qui non Iuuat & non exaudit, licet audiat: Silet tam verbo quam opere

Extollere manus. Aug. dicit. Dum crucifigor pro eis qui templum tuum fieri debent 2° Sic Quia ad literam leuantur manus ad cęlum inter orandum Quod ſignificat 3° Quod opera debent eleuata, ſpiritualia & celeſtia & in deum directa eſſe. Et talibus & cum talibus eſt efficax oratio Econtra Manus demiſſe ſunt opera terrena ꝛc

fruſtra ergo orat, qui non eleuat manus: myſtica & non ficta eleuatione. Quia opera Debent verbis reſpondere. & geſtus corporis affectui mentis.

Diſtinguit propheta Hic opera Iudęorum & opera manuum eorum. Similiter & opera dej & opera manűűm eius [*Am Rande*

links: Vide infra ps. 63. & ps. 191. de eadem materia] Opera Dej ſunt que Deus vult a nobis fieri. & ſunt ſecundum deum [*Am Rande rechts:* Gal. 5 opera ſpiritus et fructus] vt, Ezre. 4 Vrgerent opus domini Ioh. 6. Quid faciemus. vt operemur opera dej? Et ſic more philoſophorum opera dej ſunt opera cauſę ſecundę volita a cauſa prima precipue hominum. Sic Exo. Bellum Dominj contra amalech. Et de Dauid Tu bellas bella dominj ꝛc Opera manuum autem dej ſunt creature ipſe ſeu facturę vt more philoſophorum: ipſe cauſe ſecunde: talia enim ſolus Deus facit. vt ſunt opera creationis. Iuſtificationis. redemptionis ſcilicet quando facit creaturas, ſanctos & beatos.

Econtra opera Iudęorum ſunt primo eorum peccata & opera diaboli & opera carnis Gal. 5. opera autem manuum eorum ſunt idola & ſculptilia facta manu. dum in Scripturis ſepiſſime arguuntur adorare opus manuum ſuarum vt Iſaię. 1. [*Am Rande links:* figmenta in Scrip. falſe exponendo de ficto meſſia panificantes panem idolorum] Quę idola hodie myſtica adorant. Et ſunt nunc idola ſeu opera manuum eorum: opera illa. que faciunt ſecundum Iuſtitiam ſuam: ignorantes Iuſtitiam dej Et ſic erigunt opera ſua contra deum & fidem Chriſtj. Et hec eſt idolatria eorum vſque hodie. & olim multipliciter prophetata per omnes literales idolatrias. Vnde raro dicitur adorauerunt idola. Sed opera manuum ſuarum

Arguit ergo eos hic propheta. Quod Intelligentiam operum Dej non habent (.1. ignorant & ignorare volunt Iuſtitiam dej. & ſuam ſtatuere querunt. Similiter opera manuum eius, Eccleſiam que eſt noua creatura Dej, non intelligunt .1. non credunt. Sed nec opera prioris creature Intelligunt. Sic Iſaię. 66. Que eſt iſta Domus ꝛc facta ſunt hec dicit Dominus. Et Stepha: q. d. Ipſa creatura mundi debet vos docere, quoniam deus non curat magnitudinem operum veſtrorum neque indiget operibus veſtris. Sed ſolum obedientiam & fidem.

Horum ſtudia & idolatriam imitantur omnes heretici. Quia ignorantes veram Iuſtitiam ſcilicet pure fidej: ſuam ſtatuunt ſibi in idolum ſpirituale. & Iuſtitie dej non ſubijciuntur: Et ideo deſtruit eos deus. quia non Intelligunt (.1. intelligere nolunt opera

dej & opera manuum eius 2° Imitantur eos & eiſdem verbis huius pſalmi arguuntur omnes qui faciunt contra illud verbum b. Hiero: Ingratum eſt ſpiritũi ſancto quicquid obtuleris: neglecto eo ad quod teneris. Quia omnes tales relictis operibus domini & Iuſtitia eius. multa & magna ex propria adinuentione faciunt. Sicut Eſt Expreſſum Exemplum in Saule Quia leuare feſtucam ex obedientia placet: Econtra etiam montes transferre extra obedientiam peccatum eſt. Immo Oſeas ex obedientia fornicatur: & obedit & meretur. Econtra Saul offert victimas. & irritat magis deum quia non obedit

Quecunque ergo quantacunque qualiacunque quis fęcerit opera. Si obedientiam alibi debitam relinquit huic dicitur hic: Non Intelligit opera Dominj Sed ſentit opera ſua. inflatus ſenſu carnis ſue

Blatt 38a: Tales Hodie eſſe timendum eſt omnes obſeruantes & exemptos ſiue priuilegiatos Qui quid noceant Eccleſie nondum apparuit: licet factum ſit. Apparebit autem tempore ſuo

Querimus autem Cur ſic eximi ſibi & diſpenſari. in obedientia velint. Dicunt propter vitam regularem. Sed Hec eſt lux angeli Sathanę Quia cum obedientia ſit ſimpliciter indiſpenſabilis & non eximibilis: quam magnam queſo cauſam eſſe neceſſe eſt, vt diſpenſetur Indiſpenſabile Sed mentitur iniquitas ſibi Et protegunt vmbre vmbram Behemoth. Ve illis

Quod autem quidam exponunt, opus manuum dej: ipſam incarnationem. Ad idem valet: Quia vere non Intelligunt Quod in ſolo Chriſto: non in ſuis operibus Iuſtificentur. Qui enim ſine Chriſti ſalui eſſe querunt. Hij non intelligunt opus hoc dej. In quo fiunt opera dej .1. Iuſta opera & miracula Sed & incarnatio tropologice ſumpta idem ſignificat. Quia eſt nihil aliud: niſi obedientia in opere Sicut diũinitas in carne Omne opus eſt ſicut humanitas. in quo obedientia incarnatur Sicut diuinitas in humanitate: quoties operatur obedienter Sic ergo omnia ex fide eſſe oportet & obedientia fidej

Recte ergo dicit Non Intellexerunt, Quia Intelligere (.1. ſpiritualiter intueri) neceſſe eſt opera iſta alioquin nunquid non viderunt opera dominj? vtique immo ſenſerunt & cognouerunt.

Sed non ſicut Apoſtoli de quibus Annunciauerunt opera dej & facta eius intellexerunt (.1. intelligentiam habuerunt. quod eſſent opera intelligibilia .1. fidelia ſeu ſpiritualia per fidem CEli enim annunciant opera manuum dej.

Sic ergo nunc Intelligitur Nequitia adinuentionum. Quia eſt deſertio Iuſtitie & adinuentio proprie que eſt vere nequitia. abire ſcilicet a lege dej. in conſilio impiorum. Hoc eſt malignari de quibus infra. ps. 37. Noli Emulari vt maligneris. pro quo orat prophe. infra. Non veniat mihi pes ſuperbię: & manus peccatoris (.1. Iuſtitia.) non moueat me: Ibi ceciderunt ꝛc Et puto quod non ſit authoritas & figura immo nec vnum iota aut apex. in quo hoc teterrimum monſtrum: non tangatur & arguatur per totam Scrip.

Et recte dicit opera. & opera manuum. Quia opera manuum ſunt que manu fieri ſolent vt figuralia & artificiata & effecta ſeu facta [*Am Rande rechts:* 1] Opera autem etiam aliorum organorum ſunt vt oculorum pedum. Quare ſola manuum opera exprimunt factibilia. Alia autem ſunt agibilia Sic ſimiliter ad deum eodem modo. Opera dej ſunt: agibilia vel acta ipſa. opera autem manuum ſunt factilia ſeu facta Quia deus omnia facit & [*Am Rande rechts:* infra. ps. 63.] cum omnibus agit, & opera eius ſunt vſus factorum. quia illis vtitur in operibus ſuis in factis autem nullo vtitur Sicut & homo factis vtitur ad operandum. Et aliud eſt agere & facere in Homine. [*Am Rande links:* ideo facta dicuntur opera manuum eius Et alia tantum opera eius quia ibi manus noſtra ej cooperatur] Corol. Manus in ſcripturis frequentius ſignificat facta quam acta. vtraque tamen opera ſunt. pedes autem ſignificant acta vt. pes enim meus ſtetit in via recta Et in factis manuum tuarum meditabar [*Am Rande rechts:* 2°]

Eſt & alia doctrina illorum Quia acta tranſeunt & ſunt nullius exiſtentie facta autem preſtant, vnde Recte Eccleſia & Incarnatio Chriſti ſunt facta dej. & opera eorum Seu acta eius ſunt opera dej. vts. Annunciauerunt opera dej. & facta eius intellexerunt

4ᵒʳ optat finaliter. Primo Salutem. (.1. redemptionem ex

peccatis.) dicens Saluum fac. Secundo perfectum augmentum dicens. & benedic: 3° perſeuerantiam. dicens Et rege eos ſcilicet ne peccatum & concupiſcentia eos regat vel potius ſeducat 4° coronam & gloriam Et extolle illos vſque in ętternum. ſcilicet exaltando in patria

ps. 28 [Hebr. XXIX.]

Blatt 38b: Arietes dicuntur apoſtolj & eorum ſucceſſores quia ſunt duces gregis Chriſtj. Et Quia cornibus & fronte pugnant. Sic Apoſtolj vtroque cornu .1. teſtamento nouo & veterj. in manifeſta conuerſatione pugnauerunt contra diabolum. De ijs ps. 113. Montes exultauerunt vt arietes ꝛc

Gloria & honor ſic differunt. Quod Honor Eſt Reuerentia exhibita honorato. Gloria autem effuſio & dilatatio talis honoris in multos. ſcilicet vt multi ſciant honorandum & honorem illum Et ſic differunt per modum receſſus & acceſſus: fluxus & refluxus. Quia inquantum honoratur: conuertuntur ad honoratum. Inquantum autem glorificatur diffunditur iſte honor ad eos qui honorant vt magis & plures honorent

Nomen Eſt diuinitas maxime autem in perſona filij. Quia ipſe eſt nomen & verbum patris Vnde Hic, filii perſona exprimitur. Gloriam nomini eius Sic Exo 23. Et eſt nomen meum in illo ps .8. quam admirabile eſt nomen tuum. phil. 2. Dedit illi nomen. quod eſt

Aque dicimur nos homines. apoc. 17. aque. quas vidiſti populi ſunt maxime propter fluxam & tranſitoriam vitam noſtram. 2 Reg. 14. omnes morimur & quaſi aqua dilabimur in terram 2° Quia mobiles & inſtabiles ſumus ſicut aqua. Et non ſumus petra aut ſolidum aliquid. 3° propter turbationum procellas: (.1. affectuum & concupiſcentiarum impulſus. quod & poęte ſciunt. Hijs tamen non obſtantibus. Sicut radij ſolis ſtabiliter radiant ſuper inſtabilem aquam. Ita vox dominj & Euangelium ſuper aquas manet in ętternum,

Vox dominj in magnificentia. Varium eſt hoc nomen in tranſlatione Scilicet Heder Nam modo. magnificentia. modo. decor,

modo honor. modo gloria. Hic autem proprie pro decore vel gloria capitur. que oriri ſolet ex magnificentia

Sciendum Quod libanus In prophetis fere ſemper ad literam ſignificat populum veteris legis Vt Eſaie 35. Gloria libani data eſt ej & gloria & decor Carmeli & Saron. Cantic. Veni de libano ꝛc Zach. xi. Aperi libane portas tuas. & comedet ignis cędros tuas [*Am Rande links:* ps. 71. ſuperextolletur ſuper libanum fructus eius] forte ideo: Quia ſicut in libano abundant cędri. Sic in ſolo iſto populo magni & excelſi viri & ſancti floruerunt. 2° Quia libanus venit a nomine laban. quod ſignificat Candidum. Et ſic ſolus ille populus erat candidus per veram fidem vnius dej. Sed poſtea retento nomine degenerauerunt, Vocatur itaque Chriſtus vitulus libani .1. filius ex Iudaico populo, non ſolum quia homo & caro factus ſit Sed quia offerendus & victimandus homo factus eſt. Senſus ergo eſt. vitulus (.1. caro victimanda. vel homo ex Iudęis natus. offerendus. & ſic confracturus cędros.

Cędri autem accipiuntur quanquam in bonum: Sed frequentius in malo vt ſignificent. altos & prelatos & ſuperiores in communitatibus & rebuspublicis. Iuſtus vt palma florebit, ſicut cedrus in libano multiplicabitur.

Secundum Hiero autem Sic habet. tanquam [*darüber geschrieben:* quaſi] vitulus libani Et Sarion quemadmodum [*darüber:* quaſi] filius vnicornium [*darüber:* rhinocerotis] Vbi ſi ſic conſtrueretur: Quaſi vitulus libani & ſarion: Quaſi filius ꝛc. conſonaret cum illo Eſaie ſupra: Decor Carmeli & Saron

Populus Iudeorum in ſcripturis nomina locorum retinet: in quibus aliquid inſigne geſſerunt vel in quibus Morati ſunt. [*Am Rande links:* manſiones habuerunt] vt Aabacuk. 3. Sanctus de monte pharan. Sic vocatur Sinai. gal. 3. Cades. libanus, Carmelus, Saron, Silo ꝛc Et ob hoc deſcribuntur nomina manſionum filiorum Iſrael Vel propter mores & facti ſimilitudinem tempore Chriſti factos: quales in ea manſione fecerunt Vt quia in Cades fornicati ſunt cum filiabus Moab. Ideo vocantur Cades nunc. quia fornicantur a Chriſto in perfidia

Blatt 39ª:

Doct 1

filii Heręticorum: & ſingularitatis vitio viuentium, non ſunt filii arietum (.1. oues ſimplices apoſtolorum. Sed potius Hędorum .1. principum hereticorum: nec afferuntur domino Sed auferuntur potius, afferuntur autem Diabolo Hoc autem afferre ſit verbo & opere & oratione

2

Non ſufficit afferre gloriam domino niſi & nomini eius afferatur. Quia qui non glorificat filium non glorificat patrem. filius autem eſt nomen domini & hoc eſt contra Iudęos & Arrianos

3

Adorare dominum in atrio ſancto eius. nec Hęretici, nec Iudęi, nec ſuperſtitioſi .1. ſingulares volunt. Sed in ſuo atrio. quod ipſi ſibi conſtruunt, non quod Deus conſtruxit ſcilicet Eccleſiam. Quia extra illam volunt deo placere

.4.

Cedros .1. ſuperbias: non potentia. Sed humilitate & pacientia vincere debemus. Sicut Chriſtus Sapientiam mundi, non per ſapientiam Sed per ſtultitiam: & potentiam eius per infirmitatem. non malum in malo non vitam vita, non amarum amaro. Sed contrarijs Sed vitam per mortem, & malum in bono Quia tanquam vitulus libani, non tanquam rex & tyrannus. Sed infirmus in oblatione carnis. & exemplo humilitatis vſque ad mortem. Sic vitam carnis vicit morte. vt iam nemo ſibi viuat in carne. Sed ej. Sic Herculi extorſit clauam (.1. Diabolo potentiam & vitam & ſapientiam. Sic & nos facere debemus Quando malitiam vincere volumus. Et effici vituli debemus. .1. pacientes & humiles

.5.

Verbum dej vtile eſt ad omnes tentationes & paſſiones deprimendas. Quia eſt vox diuidens flammas ignis. Igitur huc confuge. tentatus. & liberaberis. Heb 4 Viuus eſt ꝛc

.6.

Hinnuli & Capreę Ceruorum ſunt filii arietum .1. fideles ſtudioſi in ſaltibus .1. libris diuinis: veloces meditationibus & contemplationibus Cantic. fuge dilecte mi & ſimilis eſto hinnulo capreęque ceruorum [*Am Rande links:* ſuper montes bether. vel. aromatum] Vnde Apoſtolus paulus fuit Cerua iſta. 1. Corinth. 4. quando ait. per Euangelium enim (.Ecce vox.) in Iheſu Chriſto (.Ecce Domini Qui obſtetricauit & adiuuit eum in partu.) ego vos genui. Ecce filii ceruę. Quibus & condenſa reuelauit per Euangelium .1. libros prophetarum. Sic & alii Apoſtoli

Vnde Ex Hyſtoria fetus exercent curſu, docent meditari fugam ad prȩrupta ducunt & ſaltus monſtrant. Et Hęc omnia in ſpiritu faciunt & apoſtoli ſuis filiis. per doctrinas & exempla

7.

Et Comminuet eos ꝛc poteſt etiam intelligi Vitulus: ipſe populus Eccleſie ex ſynagoga [*darüber geschrieben:* libano] natus vt apoſtoli & diſcipuli reliquię Iſrael: Quia ſunt ſacrificium viuum deo & vere vitulus. vt ps. l. tunc imponent ſuper altare tuum vitulos (.1. homines caſtigatos & mortificatos ſecundum carnem. Et Sarion (.1. dilectus) idem populus iam dictus. (Quia ſicut ſynagoga. libanus. Hermon ꝛc Ita & Sarion: Quia deut, 3. Sarion Sanir Hermon eſt idem mons„) quemadmodum filius vnicornium .1. ſuperborum Iudęorum: ſicut vitulus libani dixerat Vnde certe Bene poteſt in Acton [*so, mit dem Abbreviaturbogen über* cto. *Ob Actor. VII. 42?*] vitulum ſtare. Quia Chriſtus comminuit eos ſicut vitulum libani (.1. ſicut mortificatos carne vt viuerent ſpiritu.

ps 29. [Hebr. XXX.]

Blatt 39b: Ego autem dixi in abundantia mea) poteſt etiam ſic intelligi: ad modum illius Apoſtolici. Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur. Et ſic in abundantia (.1. reſurrectionis gloria vbi abundauit in eo omnis ſalus. pre vita priore: Et pro iſta abundantia dicit Quod non mouebitur inęternum (.1. amplius non morietur. Et hoc ideo quia dominus deus in bona volun-

tate preſtitit decori ſuo (.1. decore per reſurrectionis gloriam humanitati) virtutem. vim non moriendi Sicut ps 92. Dominus regnauit Decorem indutus eſt, indutus eſt dominus fortitudinem ꝛc

Ps 30 [Hebr. XXXI.]

Odiſti obſeruantes. ꝛc Quia deus veritatis eſt: Iuſte odit vanitates .1. vacuitates veritatis quales ſunt omne quod eſt extra Chriſtum. qui .1. cuius fides & verbum eſt veritas. olim promiſſa in lege Superuacue autem eſt plus quam vacue: quia poſt tantam Euangelij claritatem adhuc pertinaciter obſeruant ſuum Meſſiam ſuper omnem vacuitatem vacue & ſuper omnem vanitatem vanitatis. Quia ſperant in carnalibus Meſſiam. Ego autem ait ſperabo in domino (.1. in Spiritualia. cum quibus eſt dominus veritatis. quia & illa vera ſunt & veritates. & letabor non in Iocunditate mundi) Sed miſericordia tua

Miſerere mei domine. Ab hoc verſu .per. 12. ſequentes. tropologice pulchra eſt oratio: trepidantis conſcientie. & peccaſſe ſe agnoſcentis Qualis eſt & iſta. ps. 6. Domine ne In furore per totum. Immo pro tropologia. Hęc regula eſt. [*Am Rande links:* Canon] Quod vbicunque Chriſtus in ps. conqueritur & orat in afflictione corporali ad literam, Sub eiſdem verbis. queritur & orat omnis fidelis anima in Chriſto genita & erudita. & in peccatum ſe tentatam vel lapſam agnoſcens. Quia Chriſtus vſque hodie, conſpuitur, occiditur, flagellatur, carnifigitur in nobis ipſis. Item inſidiantur ej vſque modo ſine intermiſſione caro cum ſenſibus, mundus cum voluptatibus ſuis. & diabolus cum ſuggeſtionibus ſuis, & tentationibus ſicut Chriſto Iudęi: ſecundum carnem

Caro tamen & ſenſus proprie repreſentantur per Iudeorum perſecutores. quia caro & ſenſus, Sunt domeſticj hominis interioris & ideo inimici eius ſicut Iudęj Chriſto, Et ſicut Iudej tradiderunt Chriſtum in manus gentium, Ita Senſus animam in opera & obiecta ſeu in mundum & vſum eius: quia obiecta ſunt extra ſenſum & carnem Sicut gentes extra Iudęos. Et tunc gentes occiderunt Chriſtum. Quia opera in obiectis & materijs extra

facta. occiſum declarant. licet iam Iudęi eum intus in corde occiderint .1. ſenſus. ſicut Iudęi Chriſtum. per voluntatem & conſenſum. Ideo Videamus aliquot monſtrandi gratia, talium orationes ps. 6. Sic. Domine ne in furore tuo arguas me. Hoc dicit trepida conſcientia. que ſemper timet ne cęlum ſuper ſe ruat: & in infernum deſcendat. Durus enim peccator non ſic dicit: quia nondum ſentit malum peccati. Miſerere mej domine, quoniam Infirmus ſum, Infirmitas iſta eſt. cordis in fide & ſpe: quia peccatum vehementer fidem & fiduciam in Dej bonitatem eneruat: quia ſemper facit iram dei plus quam bonitatem eius inſpicere. Ideo omne peccatum ad deſperationem valde inducit. & difficulter ſperare ſinit & credere.
Sic etiam Hoc ps dicit Miſerere mihi domine quoniam tribulor ſcilicet inquietudine conſcientie. & metu omnium penarum. Quia tota creatura videtur ej inimica vt leuit. 16. terrebat eos ſonitus folii volantis & Conſcius ipſe ſibi de ſe putat omnia dici immo & omnia fieri & agi. Ideo turbatus eſt in ira oculus meus. ſcilicet in ira [*Am Rande rechts:* que tamen etiam poteſt ira Zeli intelligi in anima] tua oculus fidei & ſpej turbatur vehementer vt videre nequeat ea que fidem & bonitatem tuam ſperare exhortentur. Sic ps. 37. (.qui & ipſe pulcherrime exprimit miſeriam peccatoris agnoſcentis peccatum ſuum.) Conturbatum eſt cor meum & dereliquit me virtus mea (.ſcilicet fiducia in Chriſtum.) & lumen oculorum (.1. fides.) & ipſum non eſt mecum ꝛc Anima mea & venter meus (.1. tota vita ſpiritus & memorie

Blatt 40a: Infirmata eſt in paupertate (.1. peccato.) virtus mea ſcilicet fidej & ſpej) Quia per peccatum quaſi ſautiantur & eneruantur vires anime ad ſperandum & credendum in bonitatem dej ideo & oſſa mea conturbata ſunt .1. vires, Defecit in dolore vita mea. q. d. morerer pre dolore & gemitu & deſperarem tandem ac deficeret tota vita mea in fide. & anni mej in gemitibus (.1. ſpirituales anni virtutum & gratiarum per gemitum abſorbentur in deſperationis mortem
Super omnes Inimicos meos opprobrium ſum vicinis meis valde (.1. diaboli me Chriſto & ſuis ſanctis pro opprobrio

obijciunt, qui ſunt vicini mej: quia per peccatum Chriſti fides & nomen blaſphematur & vituperatur valde. Et timor notis meis (.1. eiſdem ſanctis: qui a me vt a ſcandalo, ſibi timebant & Iuſte. quia vna ouis morbida omnes Inficit. Vel quia horrent me: ne ſimiles mej fierent: adeo horribilis ſum in comparatione eorum. Qui videbant me foris fugierunt [*so*] a me (.1. mej vicini Qui me foris in operibus fedatum viderunt, auerſati ſunt me: & deteſtati: quia meam conuerſationem oderunt Vel quia non ſenſi eorum ſuffragium vt ante cum eſſem cum illis. Obliuioni datus ſum tanquam mortũũs a corde. quia extra communionem ſanctorum poſitus. qui ſunt vnum cor in domino factus ſum ſicut vas perditum (.1. vas perditionis, in deſperatione ex eo maxime quia.) audiui vituperationem multorum commorantium (.1. diaboliter me vituperantium & ad deſperationem inducentium & dicentium. Si eſt filius dej ſaluet eum. Non eſt ſalus ej in deo eius. Et in eo dum ſic conuenirent, animam meam accipere cogitauerunt. Scilicet per deſperationem in infernum Ego autem Hic emergit & exurgit anima, in te ſperaũi domine. dixi Deus meus es tu in manibus tuis tempora mea: tu me potes ſaluare: quia adhuc ſunt tempora mea mea [*so*] nondum tradita illis. Sed in manu tua: ante Iudicium & mortem.
Eripe ꝛc vſque infra. Et facilis eſt textus Poteſt autem iſte verſus & aliter intelligi. Qui videbant me foris. (.1. qui me foris diligebant & libenter videbant .1. ſecundum carnem amabant. vt eſt mundus & omnia que in mundo ſunt, fugierunt [*so*] a me: quia in compunctione, & miſeria conſcientię: omnia illa recedunt. & auxiliarj & conſolari nihil poſſunt Et ſic coram illis. datur obliuioni tanquam mortuus a corde. Quia mundus cito obliuiſcitur mortuos vel a ſe recedentes: quia etiam vt dixi coram deo ſaluari non poteſt Sic ergo ps. 6. vt incepi dicere Infirmus ſum. Sana me domine quoniam conturbata ſunt oſſa mea: fides enim eſt lumen, virtus & ſubſtantia rerum ſperandarum. que edificatur ex auctoritatibus & exemplis Chriſti: tanquam ex oſſibus, Et tamen peccatum omnia iſta infirmat & conturbat. Velut os vnum eſt. illud verbum Chriſti: venite ad me omnes qui

laboratis. Sed Hoc ſic peccatum conturbat. vt homo illius vix recordetur. aut vix credere audeat: & accedere. Item illud ſimiliter. Non veni vocare Iuſtos Sed peccatores, Et alia verba & Exempla. quibus cum peccatoribus conuerſarj dignatus eſt: ſunt oſſa credentis anime

Et anima mea turbata eſt valde. Sed tu domine vſquequo: Anima eſt prout viuificat, corpus: Et ſic conturbato oculo fidej: tota ſenſualitas etiam turbatur & omnes ſenſus Et taliter diſpoſitus Homo. fęlix eſt & vere ſpiritus contribulatus & cor contritum in ſacrificium deo. Alii enim: qui adhuc peccant, non poſſunt iſta dicere nec intelligere Talis fuit ſanctus Aug li. 8 confeſſ: Vnde timendum Quod rara ſit vera contritio Nimis cito confiditur de gemitu & compunctione

patet Igitur Quod iſta Infirmitas & turbatio oritur ex intuitu irę dei Quia dicit Turbatus eſt in Ira ſcilicet abſente que eſt ira dei futura. Et item. Turbatus eſt a furore oculus meus Ex Hinc cogitur dicere: Domine ne infurore tuo arguas. Sic canitur etiam in vigilijs Tremens factus ſum ego & timeo. dum diſcuſſio atque ventura ira. Quare videtur Quod ira abſolute poſita: iſtam futuram ſignificet

Blatt 40b: Turbatus eſt in ira oculus meus. ꝛc. Quę ſit doctrina illorum trium, obſcurum eſt

De Chriſto quidem omnia ad literam poſſunt intelligi. ſimiliter & myſtice. Nam oculus carnis cum tota facie turbata fuit: que tamen turbatio magis in oculis lucet Sicut econtra Serenitas. Anima eius ſimiliter turbata: & venter (.1. omnia interiora corporis & exteriora Myſtice autem Oculus Chriſti vel in ſpiritū. Eſt intellectus eius, Memoria venter anima voluntas & affectus. que ſimiliter omnia turbata ſunt in ira vel ſua. vel Iudęorum affligentium Eodem modo fit in quolibet ſuo ſancto. licet non extinguantur tamen conturbantur Maxime ſi de peccantibus intelligitur qui non in ira Zeli ſicut ſancti. Sed in ira Iudicii turbantur

Allegorice Oculus Chriſti. eſt ordo doctorum & rectorum: quorum eſt ſuperintendere & dirigere & oculum eſſe aliorum. [*Am Rande links:* Et ſic eſt planctus Eccleſie vel Chriſti pro ea.]

Anima autem eſt ordo adminiſtratorum in ſacramentis & verbo dej. Qui viuificant Eccleſiam ſicut anima corpus. immo ſunt ipſa vita Eccleſie. per ſpiritum ſanctum eam viuificans, Venter autem Eſt totus ordo populi. in quo generantur fideles. Vel etiam ipſi ſacerdotes & plebani Qui parturiunt & in ventre portant. donec forment Chriſtum in eis De quo ventre in Canticis. Venter tuus ſicut aceruus tritici Iſta omnia turbantur in ira dej Quia deus iratus permittit illa Hodie: quaſi fruſtra & ſine efficatia. Quia traduntur in ſenſum reprobum. vt omnia que officii ſui ſunt non faciant, faciant autem que non conueniunt, Non enim vt oculus dirigunt. Sed ſeipſos excecant. Neque viuificant vt anima eorum Sed occidunt influxu vite mortifere. Non enim influunt vitam Sed mortem exemplis. Deinde Nihil minus cũrent [*so*]. quam parturire & generare illos. Sic ergo idem ordo poteſt omnia tria dici propter diuerſa officia Eccleſiaſtica Immo quelibet perſona poteſt alteri eſſe oculus, anima & venter, quando eum dirigit, viuificat & conſeruat in vita. & ſollicite portat in vtero Iob. 31. oculus eram cęco & pes claudo

Labia doloſa fiunt muta Primo quando agnitis peccatis ſuis & Iuſtitia Dej: ſuam Iuſtitiam tacent: quam ante mendaciter & inique pretulerunt & extulerunt contra eam & fiunt Confeſſores Iuſtitie Dej. & peccatorum ſuorum. & negatores Iuſtitię ſuę & mendaciorum & iniquitatis dej. Quia qui ſtatuit Iuſtitiam ſuam: negat Iuſtitiam dej: & mendacem eum facit

Secundo Quando per mortem aufferuntur & in ira vindictę tolluntur. vt ammodo non poſſint latrare contra Iuſtitiam dej. Sic ps. 62. obſtructum eſt os loquentium iniqua & ps. 106. omnis iniquitas oppilabit os ſuum. Et. 74. Nolite loqui aduerſus deum iniquitatem. Hec autem Iniquitas quam loquuntur aduerſus deum, quia contra Chriſtum Iuſtum & Iuſtitiam eius. quaſi non ſit neceſſaria nec vtilis. quaſi ſua ſibi ſufficiat. Hoc enim eſt iniquum & contra deum: qui vult hanc Iuſtitiam Chriſti & reqũirit. Vnde Iohannes 1 Cantic. 3. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus. deum mendacem facimus, Et ratio eſt. quia ipſe aſſerit nos peccatum habere mittens filium in mortem pro pec-

catis noſtris. [*Am Rande links:* quia exquo Scrip. Vbique Iuſtitiam & veritatem promittit, ſequitur quod nulla fuerit in terra] vt teſtantur omnes prophete. Iſaie. 53. propter peccata populi mej percuſſi eum. Illi autem dicunt quis oſtendit nobis bona? in ſuperbia & contemptu. Sed Iuſtificeris in ſermonibus tuis. & vincas cum Iudicaris. Iudicatur enim deus: & mendacii arguitur ſecundum Iohannem: quando nos veraces & ſine peccato eſſe volumus. & Chriſto non indigere putamus. qui propter peccata tamen mortuus eſt

Abſcondes eos in abſcondito faciej tuę: (.1. fide diuinitatis tuę.) a conturbatione hominum. Quia fides deitatis cuſtodit ab omni perſecutione & in iſto verſu tangitur perſecutio tyrannorum proteges eos in tabernaculo tuo. a ꝛc .1. in Eccleſia ab Hereticis. Qui ergo vult cauere hereſim maneat in tabernaculo & vincet & protegetur. Qui vult vincere perſecutores Abſcondat ſe in fide diuinitatis Chriſtj:

Exceſſus iſte mentis improprie pro expiratione anime Chriſti exponitur Magis autem pro extaſi illa in qua poſitus ſecundum Hila li. 9. in ſumma exultatione patiendi clamauit. vt quid dereliquiſti me & Hoc eſt proiectum eſſe a Deo. Tropologice autem ſignificat. Quod omnis qui ſe proijcit & humiliat coram deo. Ille magis auditur. Hoc autem nemo facit, niſi in extaſi mentis .1. in puriſſima illuminatione mentis .....*)

ps. 31**) [Hebr. XXXII.]

Blatt 41a: Beati quorum remiſſę. Hoc mox contra Hypocritas: qui remiſſione non Indigent & velut ſani medico non Habent opus. Quoniam iniquitates ſe non Habere putant Sed confidunt in ſe tanquam Iũſti: & cum publicanis & peccatoribus non manducant: Quia non ſunt ſicut cęteri Hominum. Et ſic phariſej Chriſtum a ſe reiecerunt: qui tollit peccata mundi: quia ipſi nulla habent: Et dicunt. Nunquid nos cęci ſumus.

*) Eine Zeile vom Buchbinder weggeſchnitten.

**) Abgedruckt in den Theolog. Studien und Kritiken 1875 S. 566—572. Vgl. Riehm, Initium theologiae Lutheri p. 11 ſqq.

Et ipſe ad eos Iohannis. 8. Si cęci eſſetis peccatum non haberetis Sed quia dicitis: videmus peccatum veſtrum manet

Audiamus itaque, quid hic Conclŭdat. Nullus eſt beatus, niſi cui remiſſe ſunt iniquitates. Ergo Corol: Nŭllŭs eſt ſine iniquitate: Nullus eſt non filius irę Et itaque eget vt ſibi remittantur: Hoc autem non fit niſi per Chriſtum: Ergo Nemo ex ſe Sed per ſolum Chriſtum ſaluus erit. Et Hec eſt etiam concluſio totius Epiſtole b. pauli Roman: ad quam ſingula eiuſdem pene verba ſonant. vt videtur inſpicienti. dicit enim. Reuelatur enim de celo. ira dej ꝛc Item Iuſtitia dej reuelatur in eo ꝛc Senſus eſt Nullus hominum Sciuit. quod ira dej eſſet ſuper omnes: & quod omnes eſſent in peccatis coram eo: Sed per Euangelium ſuum ipſe de cęlo reuelauit. & quomodo ab iſta ira ſaluj fieremus: & per quam Iuſtitiam liberaremur ſcilicet per Chriſtum.

faciunt autem Heretici idem quod illi phariſej: quia licet credant quod per ſolum Chriſtum peccata auferant. & in eum credant: tamen quia non habent eum vere, eo quod ſuſtineant conſilium eius. ideo manent in peccatis. Alio enim modo reijciunt eum quam Iudej Scilicet per apoſtaſiam & inobedientiam Eccleſię ſue .1. Chriſti myſtici. Sicut illi Chriſtum in perſona ad literam. Similiter & Superſtitioſi ſeu Schiſmatici abijciunt per ſuam ſingularitatem: ſuum prelatum in quo Chriſtus ej preficitur: quorum Hodie eſt maior numerus.

Eſt autem in Hebręo hic dictio que pulchre exprimit Hanc remiſſionem eſſe ſine meritis dicens. Beatus fiens leuatus crimine: fiens opertus peccato: Ecce mere paſſiue ponitur Quia ſine penitentia ſunt dona & vocatio dej.

Iniquitates remiſſe & peccata tecta, poſſunt dici ſic differre. Quod iniquitas eſt qua homo conuertitur ad creaturam preferendo amorem eius amorj Dej: quod eſt iniquum, peccatum autem quo homo auertitur a deo: quod eſt tranſgredi preceptum & legem dej Secundum Caſſio: & b Hierony Iniquitates ſunt que ante fidem & baptiſmum commiſſa ſunt. peccata autem que poſtea. Sed hec ſententia non eſt vtilis: quia ps. l. dicit. Ecce enim in iniquitatibus conceptuſſum & in peccatis concepit me mater ...

[*verloschen*] Originale enim peccatum, Vocatur multa peccata 1º Quia eſt primum & caput omnium 2º in quo multi immo omnes Inuolũũntur Sicut ſalus Chriſtj vocatur. ſaluationes. & miſericordie. quia multos ſaluat & multiplicem ſalutem cuilibet tribuit. 3º [*Am Rande rechts:* 3º quia multis penalitatibus ſubijcit quaſi pro multis peccatis] Poſſit etiam Dici. quod iſta geminatio exprimit ſucceſſionem omnium. quibus In fide Chriſti remittuntur peccata. quos Hic Deſcribit

Secundo dicit Beatus cui non Imputauit peccatum, ſignificat Quod quilibet eſt Iuſtus: cui deus reputat Iuſtitiam ſicut Abrahe ſecundum apoſtolum: tali enim non imputat peccatum, quia reputat ej Iuſtitiam. Et non in ſpiritu eius dolus (.1. qui non vult confiterj peccatum. Sed defendit ſe: & negat Iuſtitiam Chriſtj. Iſta eſt enim hypocriſis in corde. Nolle confiteri peccatum & tamen ſcire ſe habere peccatum, Vt Iudęj. quia peccata cordis nihil curabant, cum ea ſola ſint Vide Caſſio:
Sequitur deſcriptio miſerie peccantis. Quoniam: q. d Hec adeo nunc commemoro quia expertuſſum Quod qui tacet ꝛc

Primo Qui tacet (.1. non confitetur.) mox inueterant oſſa eius (.1. vires eius quibus prius ſtetit in bonis. ſemper magis ac magis per peccata minuuntur. Quia peccatum quod per penitentiam non diluitur. mox ſuo pondere ad aliud trahit. vtpatet in Dauid. Qui primo adulterium, deinde Inebriauit Vriam vltimo occidj fęcit Et ſaul primo parcens Amalech poſtea arcum erexit ꝛc poteſt autem aliter intelligi. Sic Quod oſſa que ſunt fidej & ſpej firmitas minuuntur ad confidendum in deo. per hoc. quod differt confiterj. Et ideo rugit. quia ſentit & timet vindictam & manum dej Non enim iſta orat, niſi qui tumultum conſcientie ſentit [*Unten am Rande quervor:* quomodo tacuit qui clamauit tota die? *Darunter eine Zeile weggeschnitten.*]

Blatt 41b: Duo Docet principium ps. primo Quod omnes ſunt in peccatis [*Darüber geschrieben:* nullus Sit Iuſtus] & nullus beatus. 2º Quod peccatum remittj nullus promererj valuit. Sed ſolum Dominus gratuito non imputando remittit [*Am Rande links:* quod nullus Iuſtus fieri ex ſe poteſt] Hec autem duo totus mundus ignorauit Et ideo Apoſtolis predicantibus iſta. repugnauit &

Chriſtum qui Hęc duo abſtulit recuſauit vt pulchre Bern: in quodam ſer: meditatur. Vnde dicit Beati quorum remiſſę ſunt iniquitates: 2° Beatus cui non imputauit dominus peccatum, quia non ſufficit quod nobis ipſi non imputemus, aut non conſcij ſimus. Non enim ait Beati quorum nulle ſunt iniquitates. Cum tamen & quorum remiſſe ſunt nulle iam ſint, remiſſe enim ſunt Sed fuerunt. Quia nullus eſt ſine iniquitate. Et nulli ſunt. quorum nulle ſint iniquitates Sed aliqui tantum ſunt quorum remiſſę ſunt ꝛc Et Hoc vult Titulus dicens Eruditio Dauid. Quia intellectu per fidem de iſtis docemur. Et non ſenſu aut ratione

Intellectus in ſcrip. ſanctis. potius ab obiecto quam potentia nomen habet. contrario quam in philoſophia. Eſt enim intellectus: cognitio vel notitia ſenſus Chriſti. de quo Apoſtolus .1. Corinth. 1. & .2. excellenter docet. quoniam Sapientiam loquimur inquit abſconditam in myſterio quam nemo principum Huius ſęculi cognouit. Et eſt breuiter nihil aliud niſi ſapientia crucis Chriſti. que gentibus ſtultitia & Iudęis Scandalum eſt. Scilicet intelligere. Quod filius dej eſt incarnatus & crucifixus & mortuus & ſuſcitatus: propter noſtram ſalutem. De Huius ſapientie Intellectu intelligitur titulus ps. quando dicit Eruditio Dauid. vel Intellectus dauid ſcilicet ipſi datus. Sed quia totum Hoc eſt in fide: & non in ſenſu: neque ratione Ideo Etiam Intellectus hominum: in ſcrip. dicitur. Senſualitas. eo quod non niſi ſenſibilia capiat quantuncunque ſit ſubtilis & acutus & prudens. Sic Apoſt. ait. Prudentia carnis .1. carnalis hominis. qui vtique habet intellectum in quo ſit prudentia) mors eſt. Quare Hic dicit Sicut equus & mulus ſic ſunt omnes: qui Hunc intellectum non Habent: qui eſt de Inuiſibilibus. diuinis & celeſtibus: eo quod ſolum viſibilia intelligant & ſentiant, quod etiam equus & mulus facit Intelligere itaque eſt Spiritualia & myſteria ſalutis & gratię Dej agnoſcere. vnde vſus loquendi obtinuit Dicere, myſteria redemptionis & incarnationis, eo quod non niſi myſticis pateant & ſpiritualibus, Non autem hominibus. quibus eſt potius ſtultitia. quia ipſi ſunt ſtulti equi & muli: ideo primum illos oportet mutarj. vt ſic myſteria: que ſunt ęterna cognoſcant Qualis enim quiſque eſt taliter Iudicat. Sed ipſi ſunt equi & muli: ideo

iſta pro nihilo Iudicant, quia non ſentiunt ea Tales ſunt qui de immortalitate anime. de Inferno & celo. & Deo. de Chriſto. fabulas eſſe putant. Et Iudęi precipue. de Chriſto. Et poſt illos Heretici ſimiliter

Verum Maxillas eorum freno & chamo conſtringe ſcilicet illorum equorum & mulorum Quod ſit primo ſuauiter. Quando freno & Chamo (.1. authoritate verbi dej ex vtroque teſtamento conuincuntur & dūcūntur ad fidej obedientiam vt ſic appropinquent

2° quando per aduerſitates abſtrahuntur a proſperis. & ſic per flagella & vincula violenter ducuntur (Sicut freno equi & muli capiuntur.) ad fidem & Eccleſiam Sicut fecit Carolus Magnus. Sanctus Bonifacius & alij

Tropologice autem ſignificat ſenſuales motus & appetitus: Ieiunijs & caſtigatione a luxuria comeſſatione & ocio cohibere. iſti enim ſunt. qui non appropinquant ad deum & impediunt animam & bonos motus appropinquare. Que caſtigatio myſtice. ſecundum Apoſtolum ſignificata in lapſu qui contigit in Iſrael Ro. xi· Vnde totos iſtos verſus ad literam intelligo De Iudęis: qui ſecundum Scrip. ſunt facti in Exemplum & prouerbium omnium. Senſus ergo eſt Quia Iudej facti ſunt ſicut equus & mulus, quibus non eſt Intellectus fidej: Ideo non poſſunt ad eum appropinquare Sed & alios impediunt appropinquare. Ideo Hic petit vt conſtringantur in freno & Chamo (.1. ſub Iugo & poteſtate ſęculi Humana ſicut Bruta

Blatt 42a: vtpatet Hodie in Iudęis. qui vbique ſubiecti ſunt Hominibus. ſicut Bruta & canes Et ideo huius peccatoris ſcilicet populi Iudeorum. multa ſunt flagella. per que tamen non emendatur vtpatet Amos. 5. Tales ſunt omnes qui eos imitantur. Heretici pertinaces ꝛc Sperantem animam in domino (.1. populum fidelem.) gratia ſuſcipiet Igitur letamini in Domino ꝛc

Veruntamen in diluuio aquarum multarum ꝛc Hunc verſum ſanctus Hiero. ſic tranſfert in Heb: Vt cum inundauerint aque multę. ad illum non accedant. Cuius ſenſus eſt. quod ad Sanctum hominem multę tribulationes Iudeorum paſſiūe non accedent [*Ausgestrichen:* ſcilicet vt ſanctitatem & fidem eius auferant: licet

bonum vt perſequantur.] Iuxta ps. 90. Non accedet ad te malum & flagellum non appropinquabit tabernacũlo tuo (.1. Eccleſie tue.) Et ſic Aquę iſte multe ſunt ipſa flagella, ipſa mala. potiſſimum ſpiritualia: que venerunt in ira magna ſuper populum Iudęorum vſque Hodie. de quibus. infra. dicit Multa flagella peccatoris. De quibus omnes prophete ante lamentati ſunt & ipſe dominus ſuper Ciuitatem flens. Vnde Iſaie 28. ad eos Audite verbum dominj. Viri illuſores, qui dominaminj ſuper populum meum. qui eſt in Ieruſalem. Dixiſtis enim. Percuſſimus fedus cum morte: & cum inferno fecimus pactum, flagellum inũndans cum tranſierit, non veniet ſuper nos. Sequitur Infra. Idcirco Hec dicit dominus Aquę inundabunt. & delebitur fedus veſtrum cum morte: & pactum veſtrum cum inferno non ſtabit. flagellum inũndans cum tranſierit, eritis vos in conculcationem. Et tantum vexatio ſola dabit intellectum auditui. Hoc eſt conſtringere in freno ꝛc Iudęj enim ſemper ſibi impunitatem preſumebant vtpatet in multis prophetis. Vbi dixerunt pax pax. & non eſt pax. Non veniet ſuper nos malum. Sicut autem hoc de Iudęis Dicitur. Ita de Hereticis. ꝛc Quia Vt ſepius ſupra dictum eſt.,

[*Am Rande links:* Canon] Quicquid de Iudęis Dicitur ad literam Hoc allegorice percutit Iudęos & omnes ſuperbos Chriſtianos. Tropologice autem carnales motus & vitia & peccata Ergo primus ſenſus eſt. Quod Diluuium iſtud malorum ſuper Synagogam: non appropinquabit ad eum ſcilicet ad omnem ſanctum. Quare? Quia pro impietate peccati ſui orat in tempore oportuno. Delictum ſuum non abſcondit, Illi autem non ſic impii non ſic. Ideo ꝛc

Alius ſenſus. Quod ad eum .1. deum non appropinquabunt ſcilicet Iudej. in tali diluuio malorum. Sed magis ac magis indurantur: & dicunt ſe penitentiam agere & mererj in illis. ſic etiam Heretici. & ſuperbi faciunt.

Tertius ſecundum Aug & Caſſio. diluuium iſtud aquarum eſt multitudo errorum & Hereſium: quo impediti Homines non appropinquant ad deum. Et iſte ſenſus eſt pars ſecundi ſenſus. Quia inter mala ſuper Iudęos & Hereticos irrũentia. Hoc vnum

& maximum eſt. falſe & erronee Doctrine: quarum multe ſunt apud eos. per iſtas enim ſuam impietatem defendunt & excuſant. & in miſeria ſua omnium malorum. perſeuerant Et ſic vere multa flagella peccatoris [*Am Rande rechts:* Chriſti autem doctrina vna eſt vna fides ꝛc]

4tus poteſt eſſe. Quia Diluuium ſit baptiſmus vtpatet ps. 27: Et in iſto Iudęj ſimiliter non appropinquant ad Deum. cum tamen aquę multe (.1. populi multi in ipſo appropinquent ꝛc

Notandum Quod ſanctus in ſcrip. ſignificat quem theologi Scolaſtici dicunt, in gratia gratificante conſtitutum: Sic Eſaie. 54. Dabo vobis ſancta Dauid fidelia (*d. i. 55, 3 und Actor. 13, 34.*). Vel Miſericordias Dauid fideles. Quia multos ſanctificaũit. Vnde Apoſtolus ſemper nominat Chriſtianos Sanctos,

Beatus Homo cui non Imputauit: peccatum & dolus ita differre (me Iudice) videntur. Quia Dupliciter facimus malum: primo aperte: Et Hoc vocat Hic peccatum 2° ſub ſpetie & intentione bona. Et Hoc dicit propter rudes: dolum: quia forte peccatum non reputant quando malum faciunt ſub ſpecie boni: vt orare pro ſuperbia, gloria auaritia ꝛc

ps. 32. [Hebr. XXXIII.]

• **Blatt 42b:** Exultant alii in domino: qui gaudent in bonis ſalutis ſpiritualis. quos apoſtolus Hortatur dicens fratres In Domino gaudete iterum dico gaudete. Et hij ſimul triſtantur in mundo. Quia ſunt Beati qui lugent. Sicut ſimul in mundo Habent preſſuram & in domino Chriſto pacem Vnde. 2. Corinth. 1. Qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra Alii autem exultant in mundo in carne, in diabolo. in rebus peſſimis & lętantur cum male fecerint (.1. in faciendo malum.) quod non debet intelligi: quia de male facto gaudeant. Sed quia eorum gaudium eſt non in bonis operibus. Sed in malis quia gaudent in carnalibus Et de hijs dicit dominus. Ve vobis. qui nunc ridetis. Amen dico vobis quia flebitis Et iterum. Ve Vobis. qũi habetis hic conſolationem veſtram ꝛc

Rectos decet ꝛc. Quia &ſi praũi & increduli vt Iudęi laudent Deum tamen laus illa eſt indecora & indecens laudatio:

Deo autem noſtro ſit Iucunda Decoraque laudatio. Recti itaque ſunt qui non preuaricantur a fide recta, vt Iudęi, Heretici Superbi & tepidi fideles. Verbum enim Domini rectum vti ſequitur.

Cythara Eſt inſtrumentum muſicum a pſalterio differens. Sic Quod ſunt eiusdem prope figure qualis eſt litera, delta, in modumque eius triangulum. Niſi Quod Cythara [*Ausgestrichen:* Eſt Delta erecta. &] reſonantiam Habet ex inferiori parte ſcilicet ipſum concaũm in quo Chorde ſunt confixę. Pſalterium autem [*Ausgestrichen:* eſt delta Conũerſa] habet eadem ex ſuperiore parte & fortius meliusque ſonat quam Cythara. Licet autem hoc loco. ad literam poſſit vtrunque intelligi. Quia deus a Chriſtianis laudandus eſt & laudatur hodie in vtroque & multis alijs inſtrumentis muſicis: tamen aptius eſt vt myſtice intelligantur: vt ſcilicet ſolus deus in illis laudari poſſit: & non homo: Sunt autem myſteria vtriuſque infinita

primo Cythara Eſt ipſe Chriſtus: ſecundum humanam naturam: Qui expanſus in cruce pro nobis ſicut corde in Cythara Sic Cythara Confiterj: Eſt meditari in actionibus & paſſionibus Chriſti. ſecundum carnem, Quia talis meditatio ab infra habet reſonantiam, ab humanitate ad diuinitatem: Digiti cytharizantes ſunt vires & potentie meditatrices in anima [*Am Rande links:* Hec Aug ps. 56.] pſalterium Eſt idem ipſe Chriſtus ſecundum diuinitatem Qui in decem Choris angelorum reſidet Et ſic in pſalterio confiterj Eſt de Diuinis & celeſtibus & angelis meditarj: que meditatio deſurſum reſonat ad infra: Sic ergo in vna eademque perſona Chriſti ſit deſcenſus meditatiuus a Diuinitate ad humanitatem: & aſcenſus ab humanitate in diuinitatem. ſicut Angeli in Scala Iacob aſcendunt Genes. 28. Confiteri ergo in Cythara & pſalterio: breuiter Eſt Credere, confiteri & laudare. Chriſtum eſſe Deum & Hominem, Habita autem iſta ſententia Iam facile eſt Allegoriam. & tropologiam Inuenire. Scilicet Animam. Eccleſiam, cęlum angelorum Item fidem, Sacram Scripturam. Et totum mundum ſecundum Aug. Immo quelibet res mundi Eſt Sanctis, Cythara & pſalterium & omnia in Chriſto

[*Am Rande links:* D] Caſſio. pſalterium eſt ad modum Delte

literę (vt b. Hiero. ait.) formati ligni ſonora concauitas, obeſum ventrem in ſuperioribus habens vbi Chordarum fila religata diſciplinabiliter plectro percuſſa, ſuauiſſimam dicuntur reddere cantilenam [*Am Rande links:* quod corpori domini aptatur ſecundum eundem. c. 4. prologi] Huic Cythare poſitio contraria eſſe videtur. Dum quod iſta in imo continet illud conuerſa Vice geſtat in capite Et myſtice ſecundum eundem ſignificat Cythara opera terrenę proſperitatis vel aduerſitatis ex quibus laudatur tanquam ex inferioribus deus pſalterium autem ipſa precepta decalogi: que de ſuperius venientia ſuſcipimus. & inde facimus Eadem Eſt ſententia Auguſtini.

Qui etiam Hoc quoque addit. Quod Cythara ſignificat carnem mortificatam. exhibendo corpora noſtra Hoſtiam viuam ſanctam ꝛc. Idem per pſalterium Sed clarius idem exponit ps. infra. 42. ibi Confitebor tibi in cythara

Hec omnia myſteria Scriptura inſinuat Quando 1 Reg. 16. & 18. de Dauid dicit. Dauid autem pſallebat manu: quaſi vero pedibus pſalluiſſe [*so*] putarj poſſit. niſi adderet manu: Et iterum Et percutiebat Cytharam manu. Cur manu? niſi quia opere cythariſatur deo in veritate

Blatt 43a: Canticum nouum non poteſt cantare niſi Homo nouus: Eſt autem homo nouus, homo gratię, homo ſpiritualis. & interior coram Deo: Homo autem vetus Eſt homo peccati homo carnalis & exterior coram mundo. Nouitas enim gratia eſt. vetuſtas peccatum Vnde Serpens antiquus vocatur Diabolus: Et Chriſtus nouum quod fecit dominus ſuper terram. per quem Deus pater. Noua fecit omnia apoc. 21. Quare patet quod hic Canticum Nouum: non ſecundum tempus Dicitur. Sed De nouo ſancto, quia Scriptura Sancta eſt. & de ſancto loquitur. Sic etiam. Cythara Sancta, pſalterium Sanctum,

Corol Cantica vetera ſunt omnes turpes & Scurriles & carnales & mundiales cantilenę: etiam ſi Hodie primum cantentur. aut componantur. Cantica autem noua ſunt omnes pſalmi. Cantica honeſta, ſancta, pia & ſpiritualia etiam ſi a tempore primi Hominis fuiſſent: immo illa ſunt noũiſſima. Sic ait Dominus Erunt nouiſſimi primi. & primi noũiſſimi. Sic Cantica noſtrę

ętatis ſunt certe vetuſſima [*so*] cum tamen ſint nouiſſima ſecundum tempus. .2. Quanto quis in anima eſt nouior ſeu recentior. tanto poteſt idem & vnum canticum facere noũius & recentius: Et econtra de vetuſto. .3. Quę ſunt indifferentia vt in Eccleſijs. vel in figuratiuis: poſſunt ad vtrunque duci: ſtante bona vel mala circumſtantia

Verbum Dominj Rectum: in ſeipſo: primum, Deinde quia rectificat. Quia erigit curuum Hominem in ſe ipſum ad Deum ſurſum cognoſcendum & amandum in fide.

Opera autem eius in fide: primo vt in gloſa (.1. fidelia ſiue in fidelitate facta vt promiſit.) Et ſic comparatiue ad verbum rectum: Verbum Domini Eſt rectum. quia promittit non ficte: aut oblique. Sed ſimplici intentione & plana. Et ſic opera promiſſa in verbo ſunt in fide. vt rectum fuiſſe verbum probent. vt quod ſimpliciter promiſit, fideliter. ſeruauit & fęcit Secundo Opera Dominj. (.1. que dominus fierj vult & ſecundum eum, cum eo & in eo fiunt per nos, ſunt in fide. (.1. credulitate: Quia per fidem viuimus & operamur Vel etiam in fide (.1. fidelitate) que eſt fructus vnus ſpiritus ex. 12 Gal. 5. vt ſcilicet non Iuret in Dolo proximo ſuo: vt imitetur Dominum. cuius verbum. rectum. & opera fidelia: fidelis in omnibus verbis ſuis. & ſanctus in omnibus operibus ſuis Tercio In fide (.1. fidelia ſeu ſolida. quibus fidendum eſt, contra opera hypocriſis: que ſunt arundinea. fucata & ſpecietenus recta: infida & ficta. ſicut lupus ouis pelle tectus: Et Huic iterum reſpondet rectum [*Am Rande links eine gänzlich verblichene Bemerkung:* ..... Caſſ .1. ...]

Congregans ſicut in vtrem. aquas maris: quod ad literam exprimit potentiam diuinam: qui ſic continet: quod eſt fluxiſſimum & inſtabiliſſimum omnium creaturarum Et in abſconditis abyſſos (.1. aquas ſine fundo: omnibus abſconſis.) Quare Homines dicuntur aquę ſupra habitum eſt ps. 28. Sunt enim aquę iſtę collecte in vtrem. 1. vnam Eccleſiam: ſicut aquę in vnũm vtrem Abyſſi autem ſunt aquę profundę. que viderj nequeunt. Eſt enim ipſa profunditas ſeu altitudo aquarum. Sunt autem ipſi fideles Chriſti: quia ſunt ſpirituales & profundi & abſconditi coram Hominibus mundj vt ps. 92. Mirabiles [*Darüber geschrieben:*

.1. magni] elationes maris. [(.1. mirabiles ſancti eleuati ſ] Mirabilis in altis dominus (.1. abyſſis ſeu profundis .1. ſanctis.) Abacuk. 3. Altitudo manus ſuas leuauit Et dedit abyſſus vocem ſuam. Quia ergo etiam profunda dej per ſpiritum ſanctum ſciuit ſecundum apoſtolum. 1. Corin. 2. Recte vocantur abyſſi ſeu profunditates aquarum. Has ergo abyſſos ponit in thezauris (.1. occultis vel abſconditis quę ſunt myſteria fidej & ſacramenta Eccleſię. ponuntur (.1. fide fundantur in illis Nam Ecclefia & bona eius ſunt thezaurus appellata a Chriſto Matt. 13.

Blatt 43b: Et ſi aduertas. ponit propheta diſtinctionem inter aqũas & abyſſos. Similiter inter loca eorum. quia illas in vtre. iſtas in Theſauris (.1. abſconditis.) Vbi videtur ſignificare Sanctos appellari. aquas ſecundum corpus, Et ſecundum animam abyſſos. Et ſecundum corpora quidem congregari in vtrem Eccleſiam ſcilicet velut certum locum & cognitum & viſum: Quia vtique ſanctorum congregatio ſeu Eccleſia: manifeſta eſt ſecundum carnem vbi & quando ſunt. Sed ſecundum ſpiritum: ponuntur in thezauris .1. occultis. ita vt nec ipſi adhuc videant ea. in quibus ponuntur. Sed tamen credunt: ponuntur enim & fundantur in Inuiſibilibus: que nullus Hominum videre poteſt: Credere autem poteſt Et Hoc eſt poni (.1. fide firmarj in Abſconditis .1. credibilibus. Illic congregantur ſecundum corpora. Hic autem ponuntur ſecundum ſpiritum. Vide quam mirabiliter loquitur Scriptura Sic Abyſſũs abyſſum Inuocat in voce Cataractarum tuarum Cataractę dej: ſunt predicatores Euangelii: qui illas aperuit dominus. & pluit in copia pluuiam ſalutaris Doctrinę. Et in talis. publica predicatione. multiplicati ſunt fideles. Hoc eſt abyſſum abyſſum Inuocare (.1. Quod ſemper vnus poſt alium ſequitur In Eccleſia & vocat intus ad interiora fidej Sanctus Sanctum, Sicut dies diem. & nox noctem. Hec ſunt abſcondita iſta quę abſcondit deus a prudentibus & ſapientibus. Hec Sapientia abſcondita in myſterio ꝛc Hec ſunt iſte Almoth de quo in titulo ps .9. & fere vbique in ps. per Hoc verbum Abſcondere Abſconditum notantur.

Vter Eſt exutum pecoris tergus, quod vſibus humanis ſeruit ad liquores aliquos congregandos. nunc hic rarus vſus eſt vel

nunquam forte fuit Et apte Significat Eccleſiam. & quemlibet Hominem. Qui exutus a carne & carnali vita non niſi pellis remanſit. in quo vinum & oleum Deus reponit. & aliis per ipſum adminiſtrat. Exuendus eſt ergo homo interior a veteri. & exuenda anima & Induenda Chriſto. & formanda in vtrem. Qui eſt tradux vini de vaſe in vaſa Sic Eccleſia a generatione in generationem tranſſundit vinum & oleum ſuum, verbum & gratiam Dej Sunt autem Vtres veteres & noūi. (.1. populi noui & veteris teſtamenti. Et vinum nouum non in vtres veteres. Sic ait dominus, quando voluit facere diſtinctionem inter conſolationem carnis & ſpiritus. Quia homo carnalis non capit conſolationem ſpiritus,

Quia finxit ſingulatim Corda eorum. Hęc mira dej potentia. Quod omnes regit vt ſingulos & ſingulos vt omnes. Et omnia intelligit ꝛc

Ps .33. [Hebr. XXXIV.]

Blatt 44a: In titulo ſit mutatio nominis Achis. regis Geth. & .1. Reg. 21. vocatur Achis & nuſquam Abimelech. Genes. autem. 20. vocatur rex Geraris Abimelech. Et eiusdem. 26. rex paleſtinorum ſimiliter abimelech. quos fuiſſe duos: non eſt obſchurum ex textu & temporis diſtantia intelligere Nam primus vxorem Abraham: 2us Vxorem Iſaac concupiuit. Quare patet fuiſſe Abimelech nomen regni. Sed Achis nomen perſonale Verum ſecundum Aug: Iſta mutatio nominis. quod 1 Reg 21. in hyſtoria non habetur. & hic in titulo de eadem hyſtoria ponitur. Myſterium monet querere. & par ratio de alijs. Vnde & totam hyſtoriam cum titulo longiſſimo & pulcherrimo ſermone diligenter deducit ad myſteria Nos breuiter ex ipſo defloremus

Propheta itaque myſtice intelligens hanc ſuam hyſtoriam (quia propheta fuit illuſtris.) De Chriſto fecit hunc ps. cui myſterium. Huius rej conūenire intellexit. [*Am Rande links:* Et Hoc patet. quia dicit Quando mutauit. Non enim tunc ps hunc fecit aut habuit Sed poſtea recolens ſuper eo facto,] Dauid ergo (.1. Chriſtus) mutauit os ſuum, in tempore paſſionis. Quia tunc cepit litera euacuari. & iam reuelari ſpiritus cum implerentur ſcripture: vt iam os prophetarum & figurarum Moſi iret in os

apoſtolorum & velamen moſi deponeretur. Et cepit crux Chriſti (.1. ſtultitia & Scandalum Iudeorum prodire Sicut enim Achis in Dauid fuit ſcandaliſatus. ſic Iudęi in Chriſti humili paſſione quaſi ſtultus eſſet. quam ſtultitiam ſponte ſubijt factus pro nobis Stultitia & inſania & maledictum. vt ſapientes eſſemus. Igitur in figura iſtius facti Dauid. paſſio Chriſti expreſſa eſt. per quam fugatus eſt a Iudeis Qui ſunt Abimelech. patris mej regnum. vel pater regis mej Et ſic abijt. vſque hodie per reſurrectionem ad gentes. Dicuntur autem regnum patris mej (.1. Dauid qui erat pater Chriſti ſecundum carnem. Sicut ait. Super ſolium Dauid & ſuper regnum eius. Et Angelus Gabriel Dabit illi dominus deus. ſedem Dauid patris eius Vel pater mej regis (.1. populus Iudeorum pater Chriſti ſecundum carnem. regis veri. vt ps. 26. dixit. Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me

Serui Achis. adducunt Dauid: & ille collabebatur in manibus eorum. Sic Iudeorum miniſtri Chriſtum captiuum duxerunt. Et ille fortitudinem & potentiam ſuam diſſimulabat: cadens in infirmitate in manus eorum. Dauidi fluebant ſaliũe in Barbam Et impingebat in oſtia porte. Chriſtus quaſi ſpuere. (.1. ſapienter eloqui & potenter dicere nequeat,) verba habet infirma: & inualida contra eos. quia nihil efficientia. Sed in barba ſua herentia. Immo & proprijs verbis (:quaſi ſaliua ſua) exprobratus Et fruſtra pulſabat oſtia porte. Duriſſimorum cordium aures & oculos: quia tante patiencie & mititatis & humilitatis exemplis, cum debuiſſent moniti. aperire cor ad eum ſuſcipiendum. magis inde eum miſerum & ſtultum & infirmum putabant. quaſi ſi ſanus aut potens eſſet. non ſuſtineret

Benedicam dominum in omni tempore. Duplex eſt tempus. Vt Eccles. 5. quattuordecies dicit Tempus pacis tempus belli: tempus proſperitatis tempus aduerſitatis. Multi ergo benedicunt dominum in vno. ſcilicet Iuxta ps 48 Confitebitur tibi cum benefeceris ej: Alio autem cum tentauerit ſicut Iob: & aduerſum quod acciderit. & aliter quam cogitant. ter centum tonant ore Deos Sed Chriſtianorum eſt. vt dicant. Benedicite noctes & dies. lux & tenebre Domino Et omnes beſtie & pecora domino. Quia

omnia cooperantur ſanctis in bonum, ideo in omnibus benedicendus

Semper laŭs eius in ore meo: Hoc fit Quandocunque loquimur bona & ſancta in hiis laudatur Deus. vt quando veritatem, ſapientiam, bonitatem loquimur. quia hec omnia eſt deus Vnde dicit Ad Moſen Ego ero in ore tuo: quia os Iuſti meditabitur ſapientiam quę eſt Deus ipſe.

In Domino laudabitur anima mea. Alij ſunt de quibus ps 48. dicit Quoniam anima eius in vita ipſius benedicetur: non in vita Chriſti, ſeu in Domino. Sed in vita ipſius ſcilicet ſecundum carnem & mundum in Diuitijs voluptatibus, Honoribus: Hec enim dicitur vita hominum: quia ſine illis: vitam ſe non habere putant

Blatt 44b: Audiant Hic abſolute ponitur, .Quia ſuperbi & iracundj audiri volunt: & non audire Mitium autem proprium eſt. patienter audire. & verbum acceptare. Et ideo ſicut Auditus & per conſequens eruditio ſolum eſt manſuetorum. ita & lętarj. vt ille ps. 121. lętatus ſum in his. quę dicta ſunt mihi. Illi autem volunt lętarj in his. que ipſi dicunt Quia doceri nolunt, Docere autem volunt. Magiſtri & Rabi. Non diſcipuli eſſe querentes. Sic Iudej act. 7. erga S. Stephanum, continuerunt aures & act. 21. de paulo ꝛc

Notabile ergo Epitheton Mitium. quod ſunt pacientes audire. ideo benedicuntur & lętantur. Alij autem, teutonice wollen yn nit laſſen ſagen. Quia nimium ſue prudentie innituntur corruunt in malum

Noſtro tempore. Hi optimi dicuntur. qui neminj faciunt malum, etiam ſi nulli faciant bonum, Sed certe non Hoc ſufficit. Nam Epulo ille in Euangelio non legitur feciſſe malum Sed quia non fecit bonum lazaro damnatus eſt vts ps. 14. Qui ingreditur ſine macula & operatur Iuſtitiam, ꝛc Hoc eſt Declinat a malo & facit bonum Hic autem Dialectica iſta Rana, non debet admitti: quę cauillatur. Idem eſt recedere a malo & facere bonum. ergo eſt Nugatio. Quia idem eſt motus a termino a quo & ad quem Sicut eadem via ab athenis ad Thebas Reſpondeo enim, iſtis argutijs cogitationum non vtitur ſcrip. Sed refert iſta duo

ad diuerſa. vt declinare ſit, ab omni peccato abſtinere. quod quidem eſt bonum, & facere bonum, Sed tamen Hic aliter accipit bonum facere Scilicet pro exercere in bonis operibus. Sicut & Dominus in Euangelio Sint lumbi veſtri precincti .1. Declinate a malo. & lucerne ardentes. ꝛc .1. facite bonum, Exempli. [*so.*] luxuriam Declinas & ſimul caſtitatem que bonum eſt facis. Non Hanc intendit quando dicit fac bonum Sed vt tunc iam caſtus & fugiens luxurie: agas elemoſynas, orationes, beneficia proximo ꝛc Sic declinas a malo & facis bonum,

Perſequere eam. Quia in hac vita non eſt finis ſequendi eam, Eo quod Hic nemo apprehendat vnde Apoſt. Philip. .3. Non quod iam acceperim aut iam perfectus ſim: Sequor autem (.Ecce ſequere ergo & tu.) ſi quo modo comprehendam, ꝛc

Diũerte autem Dicit. Quia in Hac vita ſemper ſumus in medio malorum Sicut lilium inter ſpinas. ſicut grana inter paleas. Ideoque ea fugere non poſſumus corporaliter. Sed ſpirituali voluntate Et ſic debet [*so*] illud Apoſtolj. 1. Corin. 5. Scripſi vobis in Epiſtola, ne commiſceamini cumfornicarijs (Et ne Hoc miſceri ſecundum carnalem cohabitationem intelligerent proſequitur.) Non vtique cum fornicarijs Huius mundi (.1. qui viuunt in Hoc mundo, in quo ſimul & vos viuitis cum illis) Alioquin debueratis de hoc mundo exiſſe (Scilicet ſi velitis Hoc intelligere quod omnino velitis vos ab eorum conuerſatione ſeparare. tunc non poſſetis in mundo Hoc eſſe. Quia vbique in mundo ſunt tales. Sed ſufficit. Quod non conſentiatis. vnde ſequitur. Nunc autem Scripſi vobis non commiſceri. Scilicet per conformitatem.

Vultus autem dominj ſuper ꝛc Hoc eſt verbum terribile. Quod ſi crederemus verum eſſe. ſicut eſt veriſſimum: quis dubitat, quin multo cautiores ambularemus: Multum deeſt nobis fides ad iſtud verbum valde: Quoniam omnia nuda ſunt oculis eius: & malefacientibus non tantum manu vel pede vel dorſo. Sed vultu preſentiſſimus eſt Sicut quod vultui applicamus vel cui vultu imminemus: preſentiſſimi ſumus, Horribile eſt cogitare. Quod diuina maieſtas. habet intentum & aduerſum vultum ſuper facientes mala. Et intelligit omnia opera eorum. Videns omnes filios

hominum, Nos autem putamus Quia vel dorſum habeat ſuper nos vel velum faciej. Ita ſecuri imus Sicut illi de quibus Iſaie. 39. Ve Qui profundi corde. qui dicunt quis videt nos? & quis nouit nos. facto iſta Dicimus &ſi non verbo: pre cordis profunditate in peccatis. Vnde Scrip. Monet nos ſepe viuere in conſpectu dej. Vt Exultent Iuſti in conſpectu Dej ps 67. Et. 5. Dirige domine deus in conſpectu tuo viam meam Et. 15. prouidebam dominum in conſpectu meo ſemper.

Blatt 45a: Et apoſt. prouidemus bona ad omnem conſcientiam hominum in conſpectu dej

Igitur principium ps plenum eſt humilitatis exemplo. Quia Nullus benedicit Dominum, niſi qui ſibi diſplicet & ſe maledicit & cui deus ſolus placet. Sicut Iob ſuam natiuitatis diem. Qui enim ſibi aliquid videtur. & non omnino deteſtabilis: Hic manifeſte habet etiam laudem ſui in ore ſuo. & non eſt ſemper laus dej in ore meo. Vnde Confeſſio peccati eſt gloria & laus dej Et Nunquam deum recte laudamus, niſi prius nosipſos vituperauerimus. Quia ſecum aliud laudari non patitur ſicut nec amari. Et ſic noſtra feditas: eſt dej pulchritudo. Noſtra confuſio eſt dej gloria: pudor noſter eius Reuerentia: peccatum noſtrum. eſt gratie eius commendatio. Et ſic debet Apoſtolus Ro. 3. intelligi. Quando dicit. Si ergo iniquitas noſtra Iuſtitiam dej commendat. Quid dicemus? ꝛc. Non commendat: autem eo modo quo illi intellexerunt, qui eius ſenſum corruperunt. Sed ſic Quia licet peccatum vere maximum ſit: & gratia dej maxima ſimiliter. vtrunque in ſe. Tamen quia vtrunque non cognouimus. & quanto peccatum eſſe grauius cognoſcimus. tanto gratiam abundare magis intelligimus. Sicut enim Apparitiones olim fiebant ad Diſpoſitionem eorum, quibus fiebant ſicut & dominus Duobus diſcipulis in Emaus euntibus: ita & Scriptura loquitur & apparet ad modum quo ſumus diſpoſiti. Quia peccatum in ſe quam magnum ſit, non dicit nec nos cognoſcimus. Ideo loquitur de eo ſecundum noſtram cognitionem. Et ſic peccatum ſcilicet cognitum & confeſſum magnificat & commendat gratiam dej: Quia niſi nos peccatum habere cognoſcamus, gratiam dej non honoramus. Sic Apoſt. dicit ſe primum peccatorem: quia maxime agnouit

peccatum ſuum & gratiam dej. Igitur deus vt dixi non honoratur niſi nos confundamur confeſſione Sic Daniel. 3. deo noſtro gloria, nobis autem confuſio ꝛc Sic ps. l. dicit Tibi ſoli peccaui & malum coram te feci. vt Iuſtificeris in ſermonibus tuis. q. d. ſi ego non peccatum haberem. & peccatum non agnoſcerem. tu non eſſes Iuſtificator meus. nec Iuſtus ſolus. Sed nunc etiam ſi coram Hominibus ſim ſine peccatis. tamen tibi adhuc ſum peccator, & agnoſco me peccatorem, vt tu Iuſtus ſis & Iuſtificans in verbo tuo ꝛc Et proſequitur. que ſint peccata eius ſcilicet. Ecce in iniquitatibus conceptus ſum. q. d. Si nullum Haberem peccatum aliud. tamen Hoc vnum ſatis eſſet quo confundor vt tu glorificeris. Et Hanc veritatem dilectam dicit deo ſequenter Et hec incerta & occulta ſapientie ſue ſibi manifeſtata: ſcilicet in caſu & facto quando venit ad eum Nathan. Quia Hanc ſapientiam: & veritatem ſcire Euangelium ſolum docet

Sed ſi Hoc ita eſt. quomodo ergo Hic ſequitur. In domino laudabitur anima mea? Quomodo ſimul coram domino vituperamur & laudamur? Sed ſane intelligendum Quia vtique licet in Domino immo oportet in domino laudarj, gaudere & complacere: Quia negocium dulce eſt cogitare & magnificare creatorem tui & dicere. Ecce tanti domini ſum factura. quam placet mihi quod talis eſt conditor meus. Quod talis mihi talia tantaque dedit. Multo magis placent quia tantus dedit: quam ſi ex me haberem. Sicut Si princeps ex gratia & amore daret tibi florenos. c. plus propter gratiam principis debent immo vere placent: quam ſi proprio labores [*so*] acquiſieris: quia in illis eſt annexus amor principis. Sic Nonne b. virgo. dicit Quod exultet ſpiritus eius in deo. & beatam dicunt omnes generationes. Et tamen Humilitatem allegat? Quomodo conueniunt. quod nihil habet: & tamen ſit Beata? Quia fecit Scilicet mihi magna qui potens eſt

In Hac igitur remotiore & intimiore philoſophia & theologia Audiunt .1. Sunt audientes & Habent auditum & credunt ſolum manſueti. alij autem ſurdi ſunt & non Audiunt nec credunt talia. Ideo laudantur in ſeipſis. Et anima eorum in vita eorum benedicitur. & in ſua Iuſtitia gloriantur

Blatt 45b:

ps 3·4. [Hebr. XXXV.]

Arma tropologice ſignificant virtutes, dona & gratię. Ro. 13. Induamur arma lucis Et Indũite vos armatura Dej [*Am Rande links:* .2. Cor. x. arma noſtra non ſunt carnalia]

Et hec ſunt arma munitionis, Arma autem expũgnationis ſunt verbum dej: predicationes. excommunicationes orationes. & fulminationes ſpirituales, Iob. 40. Deridebit (.ſcilicet diabolus vel obſtinatus Iudeus) vibrantem haſtam (.1. verbum dej minatorium, vel comminationes verbi dej [*Am Rande links:* Accipite gladium ſpiritus]

Arma vero tropologice & mala ſunt peccata, errores, aſtutie diaboli ꝛc Expugnationis autem ſunt. mala dogmata, verba Impudica. Quibus confoditur pura anima vt hereſes, ps filii hominum Dentes eorum arma & ſagitte. Et iterum. lingua eorum gladius acutus. Sic tradentur in manus gladij. (.1. Hereſum & ſeductorie doctrine Allegorice Arma: ſunt ipſa corpora vel membra: Sic ſancti dej ſunt arma dej: quibus expugnauit mundum. 3. Apoſt Ro. 6. Nec exhibeatis corpora veſtra arma iniquitatis. Sic Abacuk Suſcitans ſuſcitabis arcum (.1. Eccleſiam: qua Beſtiales homines confodiuntur. Et Zacha .9. aſſumam [*Darüber:* extendam] te [*Darüber:* Iudam] mihi in arcum [*Darüber:* & ponam te quaſi gladium fortem]: Sic ps. 126. Sicut ſagitte in manu potentis, ita filii Excuſſorum .1. apoſtoli. Diaboli vero ſunt omnes mali Iob 40. Corpus eius quaſi ſcuta fuſilia ꝛc [*Am Rande links:* Genes. 49 Vaſa iniquitatis bellantia] [*Im Texte ausgestrichen:* Sic ps. 7. Niſi conuerſi fueritis gladium ſuum vibrant.] Anagogice. Arma Dej ſunt angeli: ſancti. Vel etiam ipſe virtutes Dej infinite: Et ſic. Et contra. Diaboli ſunt arma principis demoniorum.

Aliter etiam deus habet arma ad ſeueritatem vindicte. Scilicet. quando tota creatura pugnat & percutit impios. De quibus armis ps. 7. Niſi conuerſi fueritis gladium ſuum vibrant arcum tetendit ꝛc

Senſus itaque ps. 1. eſt Apprehende apoſtolos & diſcipulos

meos tanquam arma tua & expugna per verbum & exemplum eorum velut per ictus quoſdam: Impios & errores eorum. Vel Arma (.1. diabolum, Romanum exercitum contra Iudęos exturbandos tam ab Eccleſia quam terra ſua

Abſconderunt interitum laquej ſui. frequens eſt huius ſententie in ps memoria vt ps .9. .16. .139. .141. Abſconderunt ſuperbi laqueum mihi. Sedet in inſidijs vt ſagittent in obſcūro rectos corde Et alibi vt ſagittent in occultis immaculatum Quod primo [*Am Rande links:* .1o. *Darunter:* Aug] ſic intelligitur. Quia Chriſtum fallere & capere in ſermone tentabant, vt eum traderent morti (:cum tamen ipſe corda eorum intelligeret. Sed erat ſimilis ignoranti [*Darüber:* loquitur ſicut qui ſalli poteſt.] qui ſalli poteſt. cum tamen ſalli non poſſet): Et Hanc machinationem Hic dicit laquei interitum. Quia per tales captiones in verbo, eum accuſabant coram pilato dicentes. Hūnc Inuenimus ſubuertentem gentem noſtram, & prohibentem tributa dari cęſarj Et dicentem ſe regem eſſe luce 23. Sed gratis & fruſtra Hoc fęcerunt, quia etiam pilatus eum in his innocentem inuenit [*Am Rande links:* Vel ſi purus homo fuiſſet, ſicut ipſi putauerunt: tamen ita eſſet. loquitur ergo ad ſenſum eorum qui faciebant, non ſecundum ſuum, qui patiebatur quia quantum ad eos & in eis erat: fuiſſet occultum. Nec per eos ſtetit: qūin occultum maneret, Ideo non ſecundum quod fuit Sed ſecundum quod voluerunt. loquitur Voluntatem eorum arguit, non poteſtatem, quam non habuerunt. Quia occultum eſſe non potuit, plus enim voluerunt quam potuerunt]

Secundo ſic: Quia mortem Chriſtj. vſque Hodie abſcondunt. ſcilicet negando ſe male fęciſſe & non confitendo peccatum ſuum: ſicut & tunc fęcerunt. vtpatet act 4 & .7. vbi Stephanus eos Homicidas vocauit. quod indigniſſime ferebant

Veniat illi laqueus quem ignorat? laqueus iſte ſecundum Aug. Eſt ipſa propria cuiuſque iniquitas. qua alterj nocere nititur: Et (quia peccatum tenebre eſt.) ineuitabiliter ſequitur. Quod ea ipſa iniquitate. qua alium impetit, neſcius ſibiipſi noceat. Sicut Iudęis factum. Quia dominus vicit eorum iniquitatem: illi autem iniquitate ſua victi ſunt, Ille reſurrexit a morte

Blatt 46a: quam parauerant ei: Et illi mortui ſunt in ſe & non reſurgunt. Quia omnis iniquitas prius nocet ſuo authorj: ſicut facula prius ardet in ſe. quam alium incendat. Quia poteſt fieri. vt malitia tua alteri non noceat, vt autem tibi non noceat fieri non poteſt

Que ignorabam. Quod alienum eſt ab opere, alienum eſt a conſcientia: Et quod alienum eſt a conſcientia: alienum videtur & a ſcientia: ideo Dominus qui ignorat peccatum, peccati non fuit conſciûs: quare ignoranter .1. inconſcienter paſſus eſt

Sterilitatem Animę meę. Animę poteſt Hic genitiui caſus eſſe vt in gloſa: Vel etiam datiui caſûs vt cum verbo retribuebant conſtruatur Et ſic aptior ſenſus eſt. Scilicet mihi retribuebant ſterilitatem: qui attuli fęcunditatem: In quo verbo myſterio ſingulari exprimitur Quod literam ſterilem. reiecto fructifico ſpiritu ſtatuerunt, mortem pro vita. pro anima interitum ꝛc

Diſſipati ſunt. ꝛc Subſannare ſubſannationem. eſt ex certa ſcientia & mera malitia ſubſannare: Vbi ſubſannatio non procedit ex ignorantia aut ſeductione alterius Sed ex ſubſannatione. Caſſio. dicit Quod Hoc genus loquendi tunc adhibetur, quando res aliqua copioſiſſime ſignificatur impleta vt Benedicens benedicam te. ędificans edificabo te Sed hebraicus aliter habet. Scilicet Collecti ſunt aduerſum me percutientes (.1. flagellantes.) & neſciebam (.ſcilicet in conſcientia non noũi meritum.) Scindentes (.1. lacerantes carnem meam) & non tacentes (.1. ſine ceſſatione irridentes & blaſphemantes.) Noſtra autem tranſlatio habet paſſiue. ſcilicet diſſipati nec compuncti: quod laborioſius ad eandem ſententiam ſic poteſt duci: Quia Scindentes Chriſtum in carne: eoipſo Sciſſi ſunt & flagellati in corde. Quia omnis iniquus vts. eo ſe affligit. quo alium nititur affligere. Nec compuncti ſcilicet vt tacerent a blaſphemijs Sequitur. Tentauerunt ꝛc pro quo heb. In ſimulatione verborum fictorum. ſcilicet dicentes. Aue rex Iudęorum: in quibus Illuſio eius poſt flagellationem ſignificatur. quod noſtra tranſlatio exprimit. Tentauerunt me, ſubſannauerunt me ſubſannatione

In populo graui: hic grauis non accipitur proprie licet poſſit ita capi. ſcilicet pro maturo & ſine leuitate & virili ac conſtanti.

Nam vere Hodie: facetia ſeu Eutrapelia quam Apoſtolus Ephe. 5. ſcurrilitatem que ad rem non pertinet appellat: in Eccleſia multum eneruat ſpiritum: & effundit corda. ſicut Ruben effuſus eſt vt aqua. vt non poſſint proficere. Capitur autem ſecundum Aug. grauis populus: pro eo qui viua fide eſt in Eccleſia Sicut granum in area. vbi cęteri vana fide ſunt leues paleę.

Quoniam mihi quidem pacifice ꝛc Secundum noſtram tranſlationem. Chriſtus Hic accuſat Hypocritas qui oderunt eum. Et tamen ſimulatorie: oculis ej annuebant: non corde: Quia loquebantur quidem pacifice vts ps. 27. Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autem in cordibus eorum dicentes. Magiſter ſcimus quia verax es ꝛc Et tamen in iracundia terrę loquentes (.1. in ira carnis ſue & ſecundum ſenſualitatem: quia toti erant terram ſapientes.) dolos cogitabant: Verum iſte verſus obſcuriſſimus eſt. & difficilis proprie & ſignate expoſitu Heb. Sic habet contrarium. Non enim pacem loquuntur (q. d. Ideo dixi. quod tantum oculis & non corde annuunt. Quia non ſtudent vt pacem loquantur. Sed querunt me capere vt litem & cauſam mortis contra me ſuſcitent ſubdole.) vnde ſequitur. Sed in rapina terrę verba fraudulenta concinnabant. Hec pars obſcurior eſt. Que ſit iſta rapina terrę. Meo ſenſu ſic caperem Concinnabant falſas accuſationes coram pilato: quaſi ego rex terre eſſe vellem. Et rapinam mihi imponebant. de Imperio cęſaris. Et ad idem reducitur Tranſ. noſt. In iracundia .1. Zelo terrę ſuę: quam timebant me auferre. cogitabant dolos contra me. Vel Quia timebant ne Romani tollerent locum & gentem. ſi me dimitterent. Hec autem omnia doloſa erant: Quia ſciebant. quod Romani Hoc non facerent

ps .35. [Hebr. XXXVI.]

Blatt 46b: Vt Inueniatur Iniquitas ꝛc Heb. ſic vt Inueniret iniqũitatem eius ad odiendum. Et ſic refertur ad deum: qui Inuenire dicitur iniquitatem: quando eam incipit punire Genes 44. Deus Inuenit iniquitatem ſeruorum tuorum. Sic ergo peccatum Iudę & Iudęorum Inũenit ad odium (.1. odio dignum. Vel vt propter ipſum: eos odio dignos Habet: ſicut patet in facto & experientia

Et Hoc vt fieret, dicit illum doloſe ęgiſſe. Vbj non debet intelligi: Quod neceſſe fuerit illum ſic agere, vt deus ſic Inueniret. Sed quia deus non Inueniret: ſi ille non ageret. Sic ſolet dici vulgariter. Eia rue in foueam vt frangas pedem. Curre in puteum vt ſubmergaris. q. d. Et ita fiet ſi ſic fęceris.
Et per ſequens vult abſtrahere a priorj. q. d Infallibiliter ſequitur. Quod Hypocriſis tua. Inuenietur ad odium. ergo dimitte eam potius Et Hoc peccatum ſingulariter legitur Chriſtus odiſſe in Iudęis. & conqueri de Iuda ps 40. Es Tu vero Homo vnanimis ps ꝛc [*Ist Ps. 54=55, 14.*] Quare optime. Hoc vnicum vitium pre cęteris ad odium dicitur inueniri. Quia odibilior eſt ſimulatus amicus: quam apertus inimicus

Nubes dicuntur ſancti & fideles. Primo Quia eleuantur a terra (.1. terrenorum amore & affectu: & non nituntur in illis Sed ſuſpenſi ſunt per fidem. Iob. 7. Suſpendium elegit anima mea. (.1. fidem Chriſti: & contemptum viſibilium. Sicut Chriſtus ſuſpenſus & exaltatus a terra in Hoc myſterium fūit) Quo autem ſuſpenditur anima? Chriſtus clauis ferreis (.1. anima inuictis preſcriptis & preceptis Euangelii.) Nubes autem vnde? Verbo dej & voluntate ſpiritus eius: ita & anima verbo interno ſuſpenditur per fidem ſurſum

Secundo Quia volant & tranſeunt (.1. mortales ſunt ſecundum Hanc vitam. 3º Quia ex terra & aqūa nati (.1. ex Hominibus ſecundum carnem geniti. ps 141 Educens Nubes ab extremo terrę (.1. ex terre Vaporibus & leuioribus eius partibus

4° Quia pluunt verbum ſalutis. Tonant increpationibus, Choruſcant miraculis. protegunt ab eſtu ſolis. ſuffragijs & interceſſionibus ꝛc Licet autem terra & aqua in Scrip. ſepius in bono capitur. tamen Hic Nubes dicuntur contra terram. Quia Quando ſcrip. vnum aſſumit. tunc relatiue ad aliud aſſumit, quod damnatos ſignificat

Iuſtitia tua ſicut montes, .1. fortis. excelſa & preclara:
Aliter ſic Iuſtitia tua .1. Eccleſia tua, per te & tuam Iuſtitiam Iuſtificata. ſicut montes (.1. magni & ſublimes viri vel ſancti. Sic enim Apoſtolus totam Eccleſiam vocat. Iuſtitiam dicens. 2. Cor. 5. Vt nos eſſemus Iuſtitia dej in illo Primum autem magis

ad propoſitum, aptum Quia ardua & Inuicta eſt Iuſtitia fidej: quę magna & mirabilia facit. Vnde & Matt. 5 vocatur Mons. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. vt ibidem exponit Auguſtinus Et ps 6. 7. Mons dej mons pinguis Montes ergo ſunt articuli fidej. Vel virtutes fidej. quia omnes ſunt per fidem ardue. Item ipſe auctoritates Scripturę ſanctę Quę eſt Mons Zion. qui eſt mons ſanctus. & pulchritudo Iuſtitię ſecundum Hierem.

Sic Iudicia tua poſſunt etiam intelligi: primo ipſa Eccleſia: ſeu fideles Iũdicati & condemnati ſecundum carnem. & concrufixi [*so*] Chriſto. qui ſunt abyſſi ſecundum ſpiritum vts ps. 32. ponens in thezaũris abyſſos. Aliter Iudicia ſunt precepta & decreta Euangelij: Que ſimiliter ſunt abyſſus (.1. ſpiritũalia. qualia carnales non intelligunt Sed ſtultitia ſunt illis 1. Corin. 2.

Homines & Iumenta. Gentes qui [*so*] ſecundum Iſaiam erant longe: & ſecundum Apoſtolum ſine deo & non populus dej: reſpectiue ad Iudęos. pecora & bruta fuerunt: Iudęi autem Homines Quia ſcientiam dej Habuerunt. & eloquia dej illis credita ſunt vt Ro. 3. apoſt dicit quod in hoc quid amplius & multum fuerunt. Recte autem Iumenta. Quia oneribus huius vitę tantum occupati de futuris nihil ſperabant

pes ſuperbię. Eſt pertinax ſuperbia que fęcit Iudęos perfidos. & multos Chriſtianos hereticos: Eſt enim pes ſuperbie. pater Hereticorum. ſciſmaticorum. ſectarum & rebellium & apoſtatarum. Deinde manus ſequitur. opera & vitę ſue merita: que ſtatuunt pro Iuſtitia ſibi: Hec inquit propria manus & Iuſtitia non moueat me, vt eos ſequar, relicta humili manu & Iuſtitia Chriſti in obedientia & fide

Blatt (47a): ſit autem Hoc Iudicium: ſicut quelibet virtus. ſcilicet actu interiore & exteriore. Interior eſt ſemper neceſſarius aut ſaltem non contrarius. Scilicet vt homo vero corde ſeipſum deteſtetur: & peccatum confiteatur. & intus ſaltem puniat. Vnde Iudęi. Heretici & ſuperbi ſpiritualiter. per omnes Scripturas prophetarum arguuntur. quod Iudicium non Habeant nec fecerint: quia ſe Iuſtos iam & ſanctos reputabant. Conclu. Igitur Iudiciũm Eſt nihil aliud niſi vilificatio ſũi ſeu humiliatio

ex corde. & agnitio ſũi. quia ſit vere peccator & indignus omnium Exterior autem eſt ſic ſe foris habere: vt amando contemptum, paupertatem, afflictionem. Ieiunium ꝛc. Qui enim talia fugit & contraria querit. nondum eſt in Iudicio & per conſequens nec in Iuſtitia dej quantumuis ſe peccatorem ore profiteatur. facto enim negat ſe eſſe peccatorem. vel ſaltem tepido corde ſentit illud.

Allegoricum Eſt Iudicium: quo ſimiliter regnat Chriſtus. ſcilicet Iudicium diſcretionis & inſcrutabile: quo perdidit Iudęos. Hereticos. & cunctos malos vſque Hodie. Hoc enim quomodo fiat nemo nouit. Sed quia fiat palam eſt. Qui ſic Iudicatur non Iuſtificatur. Iuſtificatur autem alius. aquo ille diſcernitur. Sicut caro condemnatur & motus eius & non Iuſtificatur. Iuſtificatur autem anima a qũa. illa ſecernitur. Sed quia caro & anima ſunt vnus homo: ideo tandem vtrunque ſaluatur. Sed totus mundus eſt etiam ſicut homo coram deo vnus. in quo mali ſunt loco carnis & motuum eius. Boni loco anime & motuum eius. Sed quia non ſunt perſonale vnum, ideo manet ibi Iudicium mundi inęternum,. Et ſicut caro Eſt manifeſta. ſpiritus autem occultus. Sic Eccleſia in hac vita occulta. Mundus autem in manifeſto. Et omnino figura eſt homo pulchra totius mundi etiam erga Iudicium & Iuſtitiam dei. Vt & econtra. Vnde Apoſt Ro. xi· Vocat lapſum Iudęorum eſſe myſterium: quia ceciderunt vt reſurgerent. Sicut caro cadit vt viuat: licet illi reſurgere nolint. Nam ſicut membra carnis crucifiguntur peccato vt ammodo viuant Iuſtitię. Sic etiam Iudęi debuerunt cum Chriſto cadere. a lege peccati. vt reſurgerent cum eo ad vitam gratie. Et ſic intelligitur illud apoſt ibidem. Nunquid ſic offenderunt vt caderent ſcilicet tantum. immo vt & reſurgerent. Vel non ſic offenderunt. vt ſic caderent in infidelitatem. Sed vt caderent a peccato & ſuperbia. & ſtarent in humilitate

Anagogicum Eſt Iudicium, quo omnis creatura Iudicabitur. angeli & homines Et ibi ſimiliter diſcernentur boni a malis. Et Iuſtificabuntur boni & damnabuntur mali .1. tales eſſe reuelabuntur: quia iam tales ſunt. Et per allegoricum ſic fuit Iudi-

cium. Vnde Ro. 2. non appellat ſimpliciter Iudiciũm. Sed Reuelatio Iuſti Iudicij dej. quod ſcilicet iam agitur.

Accipitur autem alias paſſim Sed raro in ſcripturis: pro eſtimatione rationis ſeu pro prudentie actu. Item ad literam. pro Iudicio vt in foro contentioſo & pro temerario & vero Iudicio hominis ad hominem. Sed illa de Iudicio & Iuſtitia Dej dicta ſunt Hec autem de Iudicio & Iuſtitia Hominum. Vnde Iudicium publicum in officialibus Eſt litera & figura iſtorum Iudiciorum dej ſupradictorum

Alia Vide ſupra ps 1 & ps. 25.

Multa motiua pro fugienda proſperitate mundi: ex iſto ps. colliguntur: & pro firmanda ſpe celeſtium, Primum Quod ſunt omnia tranſitoria cito verſu .2. Secundum Quod ipſe etiam eam habens cito perit. Et adhuc puſillum. & non erit peccator Tercium. Quod occaſionem habent ad multa peccata. Hoc per. 5. verſus ab illo Obſeruabit peccator. quia prodit quaſi ex adipe iniquitas illorum. Qũartum Quod multa recipit: & pro nullo deo ſatis facit dicens Mutuabitur peccator. Hinc eſt quod totus orbis terrarum pugnat contra inſenſatos. Quia debita congregat

Blatt (47b): Cum enim creſcunt dona etiam rationes creſcunt ꝛc omnia enim que hic habemus. ad vſuram habemus a domino alius quinque. alius duo. alius vnum talenta ꝛc Quinto quod nunquam benedicunt Chriſtum. Sed Iuſtos potius maledicunt Sexto Quod eorum via a domino eſt derelicta & non curantur ab eo. Apud dominum greſſus hominis ꝛc non autem illorum. Septimo Cum ceciderint, non habent ſubleuantem. Sed Iuſti ſubleuantur. quia illi in mortuas res. iſti in viuentem dominum: illi in ſe Infirmiora: iſti in omnipotentem confidunt

Octauo Quod in futurum Ęternaliter peribunt. Quia reliquię etiam eorum diſperibunt forte & alia ex illis colligi poſſunt

Econtra Iuſtorum. non pereunt cito bona. Sed Inhabita dicit terram: quod ſignificat durationem & fixam manſionem & cętera cum tribus verſibus ſequentibus. Scilicet. quod paſcetur diuitijs illius Quod exaudietur a domino, Quod omnia dominus faciet

que vult. Quod in futurum educet Iuſtitiam eius in gloriam. que omnia illis contraria fient proſperis ſcilicet in mundo. Vnde frequenter inculcat Quod manſueti inhabitabunt terram & octies vel decies. ſcilicet conſeruabuntur inęternum hereditas eorum inęternum erit, ſuſtinentes autem hereditabunt terram. Benedicentes ei hereditabunt terram. Inhabita in ſęculum ſęculi. Iuſti autem hereditabunt terram Item vt hereditate capias terram ꝛc Que omnia ſunt monitiones acres. & pia ſollicitatione repetite: quia ſunt abſentes: ne preſentia proſperitatis mundi abducamur Tu Vide cętera

Et Notandi ſingulariter iſti duo Verſus. Mutuabitur peccator & non ſoluet. Iuſtus autem miſeretur & retribuet. Malum eſt quod peccator eſt: quia in Chriſtum non credit vel non colit vere peius autem quod mutuatur: quia indigne accipit. & cumulat ſibi. debitum & rationes peſſimum autem quod non ſoluit nihil pro illis omnibus facit ideo cum ſit ſecundum Aug indignus pane quo veſcitur. quid putas erit dignus. totius creature vſu & miniſterio? Et ſi de ocioſo verbo ratio exigitur. quid de nocenti vſu vel abuſu aliarum rerum. que plures ſunt quam vna lingua? quid de ocioſo viſu: auditu, tactu?

Econtra Bonũm Eſt Quod Iuſtus eſt: quia in Chriſtum poſitus eſt. Melius autem Quod miſeretur ac non mutuatur Sed potius mutuat ipſe alijs imitatus deum Quia inquantum Iuſtus. per Chriſtum omnia ſua ſunt [Melius autem quod miſeretur *ausgestrichen.*] Optimũm autem quia retribuet. Quia deo abunde ſatiffacit. Vnde Regulam Hic tene Quia deus noſtris bonis non eget ſtatuit vt quicquid proximo retribuimus ſibi retributum ſit. Et ſic ſatiffactum

Sed quali conſequentia ſequitur. Ideo Iuſtus miſeretur & retribuet. Quia benedicentes ej hereditabunt terram? ꝛc. forte. Quia deo nihil retribuitur niſi gratiarumactio & benedictio. Et non benedicere: Hoc ipſum eſt maledicere: Ac ſic peccator non ſolũit. Et ideo Diſperibit: eo quod non benedixit Sed maledixit Vel ſit conſtructio prepoſtera ſic Quia peccator non ſoluit ideo peribit: pro iſta Quia maledicens peribit: ideo non ſoluet. Sicut ibi. dimittuntur ej peccata multa, quoniam dilexit

multum, cum potius econtra ſit Et illud domine clamaũi: quoniam exaudiſti me: cum potius exaudiret. quia clamauit.
Sic etiam hic Non ſoluet: quia ſic eſt maledicens & perdendus: Cum ſit potius perdendus quia non ſoluet

ps. 37.*) [Hebr. XXXVIII.]

Blatt 48a: Non eſt ſanitas in carne mea ꝛc Ad literam. de carne Chriſtj. in paſſione ſautiata & oſſibus concuſſis atque diſſipatis intelligitur: que ſic facta ſunt: a facie ire Dęj (.1. a preſentia & coram ira dej: Quę ira a facie peccatorum noſtrorum venit (.coram vel preſentia. Vnde hoc loco dictio Hebraica. Coram exponitur: que a facie: ponitur. vt etiam ſupra: A facie inſipientie meę .1. coram inſipientia mea. Dicitur itaque de eo: quod actu & preſenter eſt: & ante faciem poſitum: Sicut quod poſt tergum eſt, adhuc abeſt & remotum eſt. Quare hic de infirmitate ſua [*Ausgestrichen:* pro preſenti] preſenter ei inflicta intelligit

2° etiam intelligitur de infirmitate Humanę naturę: que ſic per peccatum infirmata eſt, vt ſit facilis & prona ad malum omni tempore a Iuuentute ſua: Et difficilis ad bonum: in omnibus viribus ſuis, [*Am Rande rechts:* Et ſic oſſa ſunt vires anime *Am Rande links aber:* Iſaie. 53. Vere languores noſtros ipſe tulit.] Et pro Hac quoque plangit Hic deuotiſſime dominus propter nos, vt eam auferat

3° De infirmitatibũs corporalibus. & paſſionibus, morbis ac malis. qꝝorum non eſt numerus quibus per peccatum ſubiecta eſt humana natura vt ad experientiam patet: Et pro ijs quoque Chriſtus doluit [*Am Rande rechts:* omnia enim mala noſtra portauit]

Quoniam iniquitates meę ſupergreſſe ſunt ꝛc. 1°. In Chriſto ſunt ſupergreſſe. ſecundum penam Sed non ſecundum conſcientiam. 2° In nobis autem ſeu humana natura (.pro qua orat:) ſunt ſupergreſſe caput (.1. animam que caput eſt in Homine: & fecit eam ſeruam peccati: Et ſecundum conſcientiam oppreſſit &

*) Vgl. Riehm, Initium pag. 13 sqq.

penam ſimul. Atque Sicut onus graue. ſcilicet ad malum ſemper trahens: Deorſumque impellens magis ac magis augendo peccatum: Sicut oppreſſor tyrannus: in re publica. Et de hoc dicit Dominus Matt xi Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis: 3° ſimiliter vts. de penis & malis corporalibus intelligi poteſt: que propter iniquitates, ſupergreſſe ſunt & grauant nos vnde Eccleſiaſtici. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam ꝛc Et in hec mala tria ſimul ſemper cadit homo. quociens peccat. Et tamen non perfecte ex eis liberatur in hac vita. precipue de tercia: De 2ª enim de die in diem liberatur. Quia pronitas ad malum tollitur & fortitudo roboratur Vnde de iſtis malis [Iſaie *ausgestrichen*] .x. Hiere: dicit Ve mihi ſuper contritione mea. peſſima plaga mea. Ego autem dixi. plane hęc eſt infirmitas mea & ego portabo eam: quod potiſſimum de 2da infirmitate dicit: ſcilicet difficultate ad bonum. de qua & ſequitur. quomodo ſit onus graue ſemper ad ampliora peccata trahens

putruerunt & ꝛc Heb. fetuerunt ſeu graueolere fęcerunt & tabefacti ſunt tumores mej. fetere enim eſt peccatum & malum alijs innoteſcere (.1. ſcandaliſare.) Sic autem totum genus humanum fetuit. [*Am Rande links:* alijs odor in mortem. alijs odor vite in vitam.] Quia in ſcandalis mundus totus erat: & ſeductionibus mutuis. Et ſic tabefacti (.1. putredine reſoluti & corrupti ſcilicet addendo peccata peccatis.) tumores autem ſunt: ſuperbia & naturalis morbus & reliquię originalis peccati. vnde Homo nunc naturaliter eſt tumidus & eoipſo fetet (.1. ſcandaliſat: & diſſoluitur putredine.

Alio modo fetuerunt ſcilicet coram deo & angelis (.1. abominabiles fŭerunt & odioſi) vt Exo. 5. fetere feciſtis odorem noſtrum coram pharaone & ſeruis eius. Et ps. 13. Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt ꝛc Corrumpi enim eſt per peccatum magis ac magis perire fetere autem eſt alijs ſcandalum eſſe: & deo odibilem ꝛc Et hoc a facie Inſipientie .1. ignorantie. gratie & Chriſti. Quia genus humanum ignorantia cęcitatis oppreſſum, etiam errorem putauit veritatem. vtpatet in idolatris & Iudęis, Ideo tumores eius: ex primo peccato orti ſemper iverunt in peius ꝛ

Iſtis autem tribus Infirmitatibus: adhuc duę addi poſſunt. prima ſcilicet eſt omnium martyrum & fidelium paſſio: quam in carne pertulerunt tanquam infirmi. Quia ſicut & Chriſtus paſſus eſt in infirmitate viuit vero in virtute: Ita Eccleſia cum eo ſimilia patitur ſecundum carnem paſſiones mundi. Sed tamen viuit in ſpiritu ps. 67. Et infirmata eſt. tu vero perfeciſti eam Quod autem Hanc paſſionem ſanctorum pro ſua reputet. patet Act. 7. Saule Saule quid me perſequeris

Blatt 48b: Et Matt. 25. Quod vni ex minimis meis feciſtis ꝛc. Secunda .1. quinta in ordine Eſt Infirmitas Eccleſię. Hodierna: in ſpiritu & omnium peſſima ac nouiſſima. In qua Caro allegorice & oſſa ſimiliter ſignificant. populum rudem & prelatos eorum tanquam oſſa & ſuſtentacula Eccleſie. Sed non eſt ſanitas in carne. Quia per Eccleſiam totam. ſpiritus infirmatur: & peccata abundant. Sed & oſſibus non eſt pax: pre diſſenſionibus: voluptatibus & aliis miſeriis: quibus inuoluti ſunt: qui fortiſſimi & ſuperiores ſunt in Eccleſia. Et in Hoc ſenſu deberet ille ps deuotiſſime cum Chriſto orari pro Eccleſia

Sic quoniam iniquitates mee ſupergreſſę ſunt caput meum (.1. ſtatum prelatorum) Et ſicut onus graue ꝛc Putruerunt inſuper & corrupte ſunt cicatrices: quia fetor ſcandalorum vndique craſſiſſimus eſt: & quottidiana in peius corruptio: Quia ſal ſapientie inſatuatum [*so*] eſt. a facie inſipientie: eo quod ſapiant nunc terrena. Hoc eſt, miſer factus ſum (auerſione a ſapientia & Dej veritate.) & curuatus ſum valde (ſcilicet amore terrenorum.) hec enim per totum populum eius nunc feruent. tota die contriſtatus ingrediebar. Quia triſtis eſt facies Eccleſię & miſeranda: eo quod fructus ſpiritus deſęcit ſcilicet Charitas gaudium, Quoniam lumbi mej impleti ſunt illuſionibus. Lumbi Chriſtj ſunt, ex quibus generat filios ſuos. (.1. Epiſcopi. ſacerdotes. Doctores,) Hii nunc non tantum carnalis morbi illuſionibus pleni ſunt. focarii [*so*], concubinarijque Sed & opinionibus & fabulis, merisque coniecturis fluunt proſemine ſancto & vero: in ſuggeſtis. .Non enim verum ſemen predicant, nec vero affectu vel vſu: Sed larüas opinionum & queſtionum & nugarum. Atque ipſum verum verbum, quandoque iocoſe

effundunt & infructuoſe, inter ridentes & contemptores Nonne Hoc tibi iam videtur eſſe. quod hic queritur. lumbi mej impleti ſunt illuſionibus?

Afflictus ſum & humiliatus ſum nimis, quia Eccleſia deiecta a prima ſua gloria: & afflicta certe Rugit autem a gemitu cordis ſui: quia hoc ſolum habet reliquum, Rugire de miſeria ſua. Quia dereliquit eam virtus ſua prima: & lumen oculorum (.1. prelatorum eruditio. iam non eſt cum ipſa. Sed cecitas oculorum adeſt. Amici eius & proximi eius eam maxime nunc perſequuntur ꝛc. Igitur In iſto ſenſu vehementiſſimus eſt ps: ſicut & in illo .pro humana natura ante Chriſtum, quia vtrobique par ratio ꝛc Sed hic magis.

Et in omnibus ps. vbi perſona Dominj inducitur pro nobis orare & plangere, cum affectuoſa & gratiſſima deuotione attendenda & ſuſcipienda ſunt, vt non tantum intellectus videat quid ipſe faciat. Sed etiam affectus recognoſcat & ex intimis medullis gratias ej agat.

Inſipientia Hic capitur pro ignorantia gratie & veritatis Chriſtj [*Ausgestrichen:* Sicut Econtra] Chriſtus enim eſt Sapientia & virtus dej omnibus qui credunt in illum .1. Corin. 1. Sic ps 13 dixit inſipiens in corde ſuo: Vbi eadem Inſipientia arguitur. Et ibidem ſimiliter quod hic dicitur Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt (.1. tabuerunt & fętuerunt ꝛc Hoc enim eſt ſal terrę quo putredo & tabes eius expellitur. Qui ergo veram fidem Chriſti non habet. ab huius inſipientie facie neceſſario fetet & tabeſit.

Miſer factus ſum ꝛ etiam ad perſonam Chriſti referri poteſt. quia amiſſa conſolatione derelictus ſuperius: & Incũruatus per penas inferius. & ſic tota die contriſtatus ingrediebatur ſcilicet die paſſionis ſue. Et lumbi eius impleti [*Darüber:* Heb.] ignominia & illuſionibus (.1. flagellis per Dorſum & lumbos: ibi enim ſolent magis percuti Homines virgis. quia carnoſior pars corporis eſt

Lumbi autem Eccleſie ſunt vts dixi. Parentes ſpirituales: plebani Epiſcopi de quibus in Canticis Iunctura feminum tuorum ſicut monilia: (.1. quando Epiſcopi cum Epiſcopis & ſacerdotes

cum ſacerdotibus mutua Charitate nectuntur ſuperiores cum Inferioribus.) Eſt ſicut Aurea Cathena & pulcherrimum monile ꝛc licet autem oſſa diſpergantur ſic per diſſenſiones & iniquitates. Non tamen confringuntur Quia officia manent in Eccleſia & nunquam auferentur. alias Eccleſia ceſſaret quod eſt impoſſibile

Blatt 49a: Nota autem quam proprie. dicit. Illuſionibus. Nam in veritate. Omnis concupiſcentia & voluptas eſt illuſio anime. ea cauſa Scilicet. Quia ſemper maius eſt deſyderium & anxietas illius quam experientia eiusdem. Sed econtra in ſpiritualibus. Quia in carnalibus. Deſyderium quanquam eſtuat per dies & noctes & horas: Sed experientia eſt momentanea. & mixta doloribus ſecundum illud. Riſus dolore miſcebitur: & extrema gaudii luctus occupat. Et ideo nonne vere illuditur anima: que deſyderijs & ſpebus vehementiſſime accenditur tanquam ad aliquid magnum & diuturnum, Et tamen cum venerit: eo ipſo recedit quo venit. Cum enim voluptas ſit in momento. idem eſt eius initium & finis: ſimul dum feruet ceſſat quando incipit tunc definit: Et tamen tantis eſtibus. in illam rapiebatur miſera anima: Quia Illudenda: Sic illuduntur Aues. in decipulis: Sic illuditur puer nummis aurichalceis pro aureis. Immo Hodie talis illuſio in auro & argento & alijs mercibus frequentiſſima eſt. & ſpecies omnis decipit. Specie enim inflammantur. Sed re comperta illuduntur. Et Hoc deus fieri permittit: vt nos ita erudiat in omnibus que ſunt carnis quia ſunt vanitas & illuſio animarum. Etiam quia digni ſumus. vt etiam literalem iſtam rerum illuſionem ab inuicem patiamur. quia nociuam illam & damnoſam anime illuſionem amamus vt ſic litera cum myſterio currat. Oſtendis mihi fuluum nummum. Et ego accendor tanquam in aurum, Sed das aurichalcum. nonne me illudis?. Sic Diabolus & mundus oſtendit delectabilia ſua: Et nos accendimur acriter. Sed Dat abſinthium & momentum Non illudimur. Siquidem verum eſt. Non omne, aurum eſt: quod fuluum eſt

Econtra in ſpiritualibus. Deſyderium minus eſt. & experientia maior. quia ſolidum eſt bonum. Sicut Nucem duram Inuenis. & contemnis. Sed aperi: & erit dulciſſima. Sic ſpecies vini. quanquam eſt nauſeoſa. Sed ſapor ſuauiſſimus

Non habens in ore ſuo redargutiones: Hic Exemplum ſume. vt cum diabolo & ſuggeſtionibus, ſeu accuſationibus & diſputationibus eius nihil diſputes neque redargues [*so*] Exemplo Chriſtj Sed taceas omnino auertendo & contemnendo Quia nullus vincit diabolum diſputando eo quod ſit incomparabiliter aſtutior nobis omnibus Si autem non cum diabolo. multo minus cum homine contendendum eſt. Sed ferendum. quia non ipſe Sed per ipſum Diabolus operatur

ps 38. [Hebr. XXXIX.]

Blatt 49b: Huius ps Titulus ſcilicet Idithum poteſt accipi & forte melius, non pro nomine proprio Sed appellatiuo: quod interpretatur. Tranſiliens: ſicut ſupra ps. 9. Almuth. pro Iuuentute: Et ſic ſenſus eſt: Quod ps iſte dauid oſtenſus eſt: pro Chriſto & populo eius: vterque enim eſt Idithum .1. tranſiliens: ſcilicet fluuium iſtum terrenarum rerum: & fluxum huius mundi: per contemptum mundi & [eorum? *Luther schrieb nur ein* q̃ omnium que in ipſo ſunt: & per amorem cęleſtium: Vnde & talis eſt quicunque poteſt dicere: quod infra ſequitur a. 5. verſu vſque ad. 13. Quia affectu ſentit Quod vniuerſa vanitas omnis homo viuens. Ideo ſubſtantia inquit mea apud te eſt. [*Am Rande links:* ..quoniam Aduena ſum & peregrinus] Vel ſi non capitur omnino vt proprie qualitatis tamen Dauid in myſterium huius nominis: tali cantori hunc ps deputauit: quia vidit quod materia psi ad eius nomen reſponderet

Dixi cuſtodiam ꝛc Non ſufficit proponere: ideo ſequitur. poſui ori meo cuſtodiam. Hec autem cuſtodia maxime intus eſt in corde: ſcilicet per aliquod verbum dej [*Am Rande links:* Quia cuſtodia ſi non additur propoſito cito propoſitum ceſſabit] vt ſcilicet proponendo illud ſibi: Vir lingũoſus non dirigetur in terra. Vel illud Eſaie. 30 In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra. Vel illud Iob. xi. Nunquid qui multa loquitur Iuſtificabitur. Et illud. In multiloquio non deerit peccatum. poſita autem ita cuſtodia maxime: quando irritamur & maledicimur Tũnc in opus procedit. & ſic ſe habet ſicut propoſuit. ſcilicet cum confiſteret peccator adũerſum me Qũi ſcilicet accuſat & malẽdicit:

Tunc dupliciter dicit ſe tacere Primum a malis. ſecundo a bonis. Vnde dicit obmutũi ſcilicet coram accuſantibus, irritantibus & maledicentibus: non reſpondendo maledictis, aut eos redarguendo Et per tale ſilentium hũmiliatus ſum: quia traditus in poteſtatem eorum ſine defenſione, [*Am Rande rechts:* Sic quando quis confunditur & tacet mũltum humiliatus & vilificatus Superbus autem non tacet quia non vult vilificari.]

Et ſilũi a bonis ſcilicet non improperando beneficia que contuli (.quod difficillimum eſt fieri quando Iniuriam patimur ab iis quibus benefecimus Quia cito ſolemus exaggerare & magnifacere beneficia noſtra & eorum ingratitudinem. ac ſic magnifice accuſare Et tunc dolor renouatur. Quia ſingularis & acutus eſt dolor: Iniuriam & malitiam ex eo pati cui benefecimus ac ſimul tacere ſuam beneficentiam ac permittere. pro malefico interpretari ſic Chriſto contigit Alio modo [*Am Rande links:* Aug. Caſſio] ſilemus a bonis. ſcilicet eos docendo vel ſuadendo: Quia ſunt indociles & indiſciplinabiles Et ſic iterum dolor eſt Zeloſis animabus 3° A bonis ſcilicet meis non me ipſum Iuſtificando allegando Iuſtitiam meam & bonitatem meam Quia enim ſimpliciter poſitum eſt. A bonis, facit amplam ſignificationem in ſpeties ipſam diuidendo.

Concaluit cor meum ꝛc Hic alia ſententia incipit Caleſcit autem cor intra ſeu in medio noſtri: quando inflammatur in ſpiritualibus bonis. Et Hoc idem eſt Meditatio (.1. in medio cordis cogitatio. Alias frigeſit adextra vagando per ſenſus, 2°. etiam caleſit ad extra nos, quando accenditur amore externorum & temporalium Et ſic frigeſit intra (.1. in ſpiritualibus.) & extinguitur ignis in euagatione contra meditationem, Videtur autem ſenſus huius verſus ſic Herere cum precedentibus, Quia quando quis non poteſt proficere foris: ſicut libenter vellet, magis ardet intus. Quia qui occulte ardet magis ardet. Sic Hierem: .xx. Et factus eſt mihi ſermo dominj in opprobrium & deriſionem tota die Et dixi. Non recordabor illius & non loquar vltra in nomine illius Et factus eſt: in corde meo quaſi ignis exęſtuans. & clauſus in oſſibus meis Et deſęci ferre non ſuſtinens Sic enim b. Hilarius, cum ſeſe fruſtra loqui contra Arrianos ſentiret.

maximo ardore fidej erumpit li xij ꝛc Sic omnis ſanctus maxime accenditur Zelo: quando verbum veritatis ab aliis non auditur: & ſilere coguntur Silent autem, quando non proficiunt neque audiuntur. etiamſi maxime vociferent, Et tunc tedio affectus ab illis incorrigibilibus. Loquitur ad dominum & pro ſe ſaltem orat dicens, Notum mihi fac domine q. d Ex quo illi Bona audire contemnunt, quia non preuident

Blatt 50a: mortem aut futura bona. Ideo ſaltem mihi notum fac: quomodo omnia ſint vanitas & breuitas, in quibus illi volentes remanent.

Hoc notum facere Hic: non tantum pro apprehenſiua notitia accipitur: ſic enim omnes ſciũnt finem ſuum, licet quando & quomodo & vbi ignorent. Sed de adheſiua cum affectu & ſentimento ſicut Apoſt Tit. 1. Dicunt ſe noſſe deum, factis autem negant. Sic Et illi ſciunt finem ſuum, factis autem negant. Sed ſic viuunt: quaſi ſemper victuri ſint ac non morituri. Ideo dicit Vt ſciam ſcilicet affectuali cognitione. [finem meum *ausgestrichen.*] quid deſit mihi (.1. ętterna bona.) Nam Nullus noſtrum ignorat, quin ętterna beatitudo ſibi deſit. Et tamen ſolus Idithum Hoc ſcit. quia non ſapiũnt nec vere ex toto corde ſciunt. quid deſit eis. Sicut ille qui dicit Ecce menſurabiles ꝛc Et eſt ſicut quando quis gladio leniter perſtringitur & non vulneratur. Sic illi per verbum dej: non occiduntur nec vulnerantur Sed leniter perſtringuntur ac vſque ad aures percipiunt tantum

propter iniquitatem. poteſt iſte verſus primo intelligi de humana natura. que propter primum peccatum ſic eſt punita: vt ſit ſicut Aranea infirma: & in ſeipſa tabeſcens tam in penis quam in peccatis. Et opera bona que facit: exigua ſunt & exilia: & ad ſalutem inefficatia ſine gratia ſic de Iudęis Iſaie. 59. Tales araneę texuerunt. Telę eorum non erunt in veſtimentum, neque operientur operibus ſuis, Opera eorum. opera inutilia ꝛc talia ſunt Iuſtitie proprię opera extra Chriſtum.

Alio modo. de conuerſis ad Chriſtum qui tabeſcunt bene & ſalubriter per contritionem ſemper: ſeipſos deſtruentes: & [peccatum *ausgestrichen.*] carnem peccati inutilem ad malum reddentes. de quibus prouer. 30. 4or ſunt minima terre Et ipſa ſunt ſapien-

tiora ſapientibus, formica, lepus, locuſta. Stellio qui manibus nititur. & moratur in ędibus regis (.1. Peccator penitens in Eccleſijs Chriſti. operatur manibus ſuis) .1. ſubtiliter operatur Quia ſicut fragilitas eſt myſteriũm mali, ita ſubtilitas myſterium boni Et in omni re actus eſt. myſterium boni, potentia autem mali Quia omnis res conſtat ex infirmitate & firmitate ex bonitate & malitia, ex potentia & actu: Et in qualibet eſt reperibile quid de potentia & infirmitate: qua machinatur ad maleficum ſicut de materia dicit [Apoſt, *ausgestrichen.*] philoſophus .1. phyſicorum Eſt autem ſubtilitas iſta. prudentia & ſpiritualitas. Quia caro facit craſſa & pinguia opera. Spiritus autem ſubtilia caſtigata & limata ꝛc

Et ſubſtantia mea tanquam nihilum ante te. (.Hoc ante te. Eſt quando quis a ſenſibilibus abſtractus. videt in ſpiritu: quam nihil ſit iſta vita: Cuius vna bona hora, multum videtũr eſſe carnalibus

Omnia vanitas. ſenſũs Quod omnia ſunt vanitas, non ipſorum eſt. Sed hominis vane vtentis Igitur eſſe vanitatis in illis: eſt eſſe hominis vani & vti eiusdem Et ſic vere. omnia exiſtentia vanitas inquantum vanitas ſunt. ipſe homo viuens: & non ipſa.

Doctri

In omnibus malis: deum authorem confiteri debemus. & dicere Quoniam tu fęciſti: ideo tacendum & obmuteſcendum ne murmuremus aut blaſphememus contra eum. Et ipſe orandus vt auferat. Quia qui neſcit. quis malum inferat, fruſtra fit impatiens & amouere nititur. Sicut ſi ex loco ignoto telum Iaculetur. & fruſtra Iraſcatur paſſus

2ª

Omnis Correptio eſt propter peccatum patet Hic. ſaltem propter primum: Igitur nullo modo alleganda eſt Innocentia, ne ſcripturam Hanc videamur redarguere: ſicut nec in alium retorquendum quam in deum. ne ſimiliter Hanc Scrip contrainpugnemus vt doct .1. dictum

Blatt 50b:

ps 39. [Hebr. XL.]

Pedes Chriſti ſunt primo affectus anime eius que [so] ammodo non ſunt. dolore & alijs paſſionibus moti. Sed in petra (.1. ſtabili gaudio firmati.) 2o Status ipſe glorificati etiam corporis: qui [so] ſimili metaphora ſtabilitus eſt ſupra ſtabilitatem ęternam. Petra enim tunc ſtabilitatem ſignificat Sicut de Eccleſia dicit ps. 103. Quoniam fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam. cum tamen ſupra petram alias edificata dicatur. 3o ſunt ipſi ſancti eius in carne viuentes. ps 67. vt intingatur pes tuus in ſanguine: Quia per ipſos ſtat & ambulat in mundo Chriſtus

4o ſunt affectiue virtutes cuiuslibet ſancti in quo Chriſtus habitat: Et tales ſunt pedes Chriſti tropologici fundati ſupra petram fidej: vt iam nullis affectionum ventis in temporalibus rebus moueantur Sed ſpe cęleſtium ſtant ſolidi. Et horum etiam dirigit greſſus & illorum in os mittit Canticum, Et ſic credo iſtum verſum dici a Chriſto pro ſuis. & fere ad literam. Quia communiter petra pro Chriſto & fide accipitur. ſupra quam non niſi ſanctorum anime ſtatuuntur & pedes ſpirituales

Aures autem perfeciſti mihi. Cur non oculos aut linguam? primo obedientiam commendat Secundo fidem: Quia ex auditu fides, non ex viſu. Et aureum verbum Hic eſt. vt diſcamus habere aũres. Et notandum per ſingula. Aures pluraliter, perfeciſti compoſitiue Mihi ſingulariter. Duas habemus aures primo vt ſemper promptiores ſimus diſcere quam docere audire quam audiri, loquenti cędere quam loqui. Quia vnam tantum linguam habemus. 28. dentibus & primis. 4. acutis. Et inſũper duobus labijs clauſam. cum tamen aures ſint patentes

Secundo vt detractori & accuſatori tantum vnam comodet [so], alteram ſeruet alteri parti. quia alias ſepe errabit & ſeducetur. vt factum fũit Dauid per Sibam detractorem

Tercio vt idem verbum bonum ſepius audire non pigeat nec tedeat: quia duę ſunt aures & bis idem audiri ac pluries oportere ſignificat Quarto ſiniſtra audienda mala opprobria vituperia propter Chriſtum ſunt, Dextera autem bona de Chriſto & cęleſtibus Alia quoque multa tu exquire

Perfeciſti: Heb fodiſti: quod dicitur contra inobedientes: quoniam velut non habeant aures non audiunt, aut certe ſicut Simulachra aures habent non perfoſſas Sed obſtruſas ideo non audiunt, Quare Hec ſumma laus Chriſti & omnium Chriſtianorum eſt: Habere aures perfectas & perfoſſas. Sicut econtra ſummum vituperium Iudęorum eſt inobedientia: quia per omnes prophetas arguuntur quod non audiunt vocem domini dej ſui: quod vſque Hodie faciunt. Et imitantur eos omnes heretici, ſciſmatici: & proprij ſenſus homines vnde ſupra ps. 17. de Eccleſia gentium dicit In auditu auris obediunt mihi In huius figuram Exo .21. precipitur vt cum Hebręus ſeruus .ſe ſponte tradiderit: dominus ſuus eum ad oſtium ſubula perfodiat aurem eius. Hoc fit quando Chriſto ſeſe quis deuouerit: & libertati renunciat vt ſit ſeruus Iuſtitie Opus ſumme eſt. vt acuto verbo dej obedientia ej commendetur. Quia in Hoc ſtat tota ratio & perfectio Chriſtianę vitę. Vnde ait Hic: Mihi: Quia ſoli Chriſto & ſuis hec perfectio aurium data eſt: Non autem Iudęis. quibus ſecundum Ezech. 23. Naſum tuum & aures tuas precident (.1. inobedientem) Chaldej fęcerunt

Sed Hoc nota. Quoniam Subula non in os Sed in manus ſumere oportet. Quia Diabolus verbi predicatores irridet vt Iob 41. ſcribitur. Sed ſi gladium in manus accipias, tunc videbit ſeriũm eſſe.

Inaures ſunt idem Quod ſubula aurem perfodiens: ſcilicet authoritates Scripturę diuinę: quibus aures ornantur Sunt etiam merita obedientię. vnde Iudęis ſunt ablate Iſaie. 3.

Ps 40 [Hebr. XLI.]

Blatt 51a: Beatus Qui intelligit. Sepe dictum eſt. Quod intelligere in Scrip. non dicatur de ijs: qui tantum viſibilia & ſenſibilia cogitant: quia in hoc Brutis comparatur Homo. [*Am Rande links:* quomodo in philoſophia capitur. Sed reſpectu Inuiſibilium] Sed qui ſpiritualia & Inuiſibilia cogitant, quod non niſi per fidem fieri poteſt in Hac vita. Vnde Ro. 1. Inuiſibilia dej a creatione mundi, operibus intellecta conſpiciuntur. Conſpiciuntur Inuiſibilia inquit, non viſa. Sed intellecta. & Hoc ex

operibus a creatione mũndi. Sic Ergo Intelligere ſuper Chriſto eſt Habere cognitionem de inuiſibilibus in illo: que in alio homine non ſunt: Et Beatus omnis ille. Alias omnes ſchandaliſantur in illo. [*Am Rande rechts:* vnde ps 31. Nolite fieri ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus] Sic certe vſque hodie Rarj qui intelligunt ſuper Chriſtum Habitantem in pauperibus & deſpectis: Quia enim non videtur Chriſtus in illis ſenſibiliter: non intelligunt neque conſyderant eum inhabitare ſpiritualiter Et ſic vſque Hodie Schandaliſantur. Similes ergo tales Iudęis. Quare ſemper Inuicem meliora preſumere de Inuicem debemus ſecundum Apoſtolum, Honore preuenire & ſuperiores arbitrari O quam ſepe loquitur Chriſtus de contemptibili corde & perſona. Et non aduertitur. Loquitur autem magnus & diues: & omnes mirantur

Notandum ſane Quod in Heb. non eſt: Egenum: Sed tantum pauperem. Et ea additio non parum adimit dignitatis & ponderis de ſententię maieſtate. Chriſtus enim Zach. 9. pauper vocatur. Et omnes Chriſtiani pauperes ps. 71. Quia pauperes tantum Euangeliſantur Et Beati pauperes quoniam ipſorum eſt ꝛc
Item hoc autem intelligere non debet tantum de actu interiori accipi. Sed etiam de exteriori. vt ſic foris agat erga Chriſtum & pauperes: ſicut intus ſentit & eſtimat, alioquin pro non intelligente reputabitur. & inſipiens erit. quj dicit in corde ſuo non eſt deus

Dominus Conſeruet eum ꝛc: Lectus doloris. primo Eſt conſcientia pre peccatis ſuis dolens, Quia In ſola conſcientia quieſcit anima: vel inquietatur. per gratiam vel culpam Non enim eſt dolor ſuper dolorem conſcientię. ideo eſt lectus doloris, in quo cogitur iacere peccator: poſt peccatum, Et deberet quidem eſſe lectus ad quietem. Sed nunc per peccatum eſt lectus doloris: Non enim poteſt fugere a conſcientia ſũa propria: ideo eſt lectus. Et tamen non quieſcere in ea. ideo eſt Doloris Sponſa autem in Canticis de ſũo lecto dicit. lectulus noſter floridus. Et iterum In lectulo meo queſiui illum Iſta habet lectulum gaudii quia ſecuram conſcientiam & quietam. 2° poteſt ideo dici Lectus doloris. Quia homo quando in conſcientia & delectatione

peccati quieſcit: Neſcit. quod delectatio iſta potius dolor ſit cordis, afflictio ſpiritus & vanitas

Stratum quoque infirmitatis dicitur. Quia per peccatum videt Homo ſeſe infirmum factum ad bonum & pronum ad malum. Et ſic eſt ibi Conſcientia peccati & infirmitatis que eſt pęna peccati. Ab vtroque liberat Intelligentia ſuper Chriſtum. (.1. viua & vera fides Chriſtj: tollit enim reatum peccati (.1. Dolorem.) & Iuuat infirmitatem ad bonum Et ſic mutat totum ſtratum, vt ſit ſtratum in fortitudine: Quia nihil fortius & audatius. quam ſecura conſcientia. Hec enim omnia ſperat, & omnia ſuſtinet

Aliam habet gloſam S. Aug. quę procedit ex hoc verbo. Verſaſti, Sed Hec propinquior eſt literę. Quia dolor eſt. peccaſſe & infirmum ſeſe videre ad bonum, Vtrunque autem dominus tollit. ſicut Matt. xi dicit Venite ad me omnes qui laboratis (.Hoc eſt ſtratum infirmitatis.) & onerati eſtis (.Hoc eſt lectus doloris.) Et ego reficiam vos. Hoc eſt opem ferre & vertere & mutare vniuerſum .1. totaliter. quod tamen ſit in fine vitę Semper enim in ſtabulo nos habet Samaritanus: In quo dolorem oleo gratie mitigat & infirmitatem cura ſtabularii ſenſim medetur

Blatt 51b: Et ſi ingrediebatur ꝛc Vt Videret. Hoc Ingrediebatur ad carnem intellige. Similiter Vt videret (.1. obſeruaret,) non ait vt diſceret, ſequeretur, laudaret, neque vt intelligeret. Sed tantummodo vt ſecundum carnem videret Chriſtum: hominem eum ſolum credens ac querens Inuenire quid: quod reprehenderet accuſaret. Et vniuerſis peruerſis & ſuſpicioſis idem eſt hoc ingenium, Ingredi ſcilicet vt videant & obſeruent. Quare autem vident? Quia non intelligunt (.1. non cogitant de proximo ſecundum ſpiritum & animam.). Nec quid ſit aut fierj poteſt intus coram deo (.Hoc enim non viderj Sed intelligi tantum poteſt fide pia:) Sed tantum vident foris quid ſit ſecundum carnem Et tunc ſequitur neceſſario quod Cor eius vana loquatur, Detrahendo ej & peruerſe interpretando eius dicta & facta Quia eius intentionem non conſyderat, omnia ſiniſtre vertit Et ſic de bono malum De vita mortem de ſuauitate amaritudinem colligit: ſicut Aranea Et ita iniquitatem congregat ſibi,

non ex illo Sed ex ſeipſo. Nec illi (.quia nulla ibi eſt.) Sed ſibi in perditionem.

poteſt Hoc verbum etiam ſic intelligi Congregat iniquitatem: ſcilicet quam mihi imponat accuſando ex mea conuerſatione. Et Huic Heret quod ſequitur Egrediebatur. & loquebatur, iniquitatem ſcilicet: quam de me congregauerat: Scilicet non mihi: immo ſibi congregauit (.1. ſibi in perditionem: ſeu ſibi (.1. que ſibi videbatur eſſe iniquitas: cum in ſeſe res eſſet equiſſima Quia Bona etiam mala ſunt malis. & videntur eſſe illis iniqua que tamen ſunt ęqua. Sicut Vita Chriſtj iniquitas illis videbatur. Et ideo collegerunt quedam ex ea que coram Pilato proponerent tanquam iniqua

Etenim Homo pacis meę. Singula Verba exaggerant. Quia Homo: quia pacis (.1. quia nihil ei fęci: pacificus ei fui & non nocui: & pacis mee participem fęci.) Quia ſperaui in eo. quia panes meos ꝛc.

Quod autem hic ſupplantationem poſuit: cum in Heb & Euangelio Planta ſeu Calcaneum ſit poſitum: ſit quia ab Ekeb quod ſupplantauit: Inde [Iacob *ausgestrichen.*] Iakob. 1. ſupplantator intelligitur. Et interpres effectum: Heb cauſam ſcilicet plantam poſuit.

Sic & modo in Eccleſia ſit: qui eius veſcuntur pane & fruuntur pace & vtuntur Bonis: ipſi eam maxime conculcant
Sed & Anima a ſuo Iuda (.1. oculo ſenſuque carnis proditur. & conculcatur: quando in pace eſt caro & otio

ps. 41. [Hebr. XLII.]

Blatt 52a: Eruditio iſta: actiue intelligi debet vt valeat idem quod intellectificatio ſeu faciens intelligere ita enim Maſchil: Hebraicum ſignificat: faciens intelligentes: Non autem qualiſcunque. Sed Sancta & ſpiritualis eruditio eſt ſcilicet ſpiritualiter & ſancte intelligere faciens: ſapientiam ſcilicet non huius mundi Sed in myſterio abſconditam. Et ps iſte quidem talis eſt: reuelatus filijs Core

Filii Core. poſt perditionem patris ſui [Exo *ausgestrichen.*] Numer. 12. [*16, ist falsch citirt im Texte*] qui fuit de tribu Leui

& De Domo Caath cognatus Moſi & Aaron: optimi & eximii prophetę fuerunt. & fere excellentiores pſalmos compoſuerunt vt infra patebit ac fere ſemper Cantica & Eruditiones

Myſtice autem Core interpretatur. Calũũs vel Caluitium: Et ſignificat Synagogam que Decaluata eſt ſacerdotio & regno ſicut prophetaũit Iſaias. 3. Et erit pro Criſpante crine caluitium (.1. pro electis principibus & proceribus & ſacerdotibus, ꝛc Idem .7. & Michee .1. Huius Calũi ſunt apoſtoli filii: Quia ſynagoga deſcendit & abſorpta eſt in terra viuens (.1. in litera mortua & terrena ſapientia perierunt. Eodem modo & Apoſtoli dicuntur filii excuſſionis ps. 126. quia ſynagoga excuſſa & abſorpta eſt Alii autem ſic myſticant vt Hiero & Aug. Quod Caluus eſt Chriſtus: quia in monte caluarie crucifixus eſt Ideo filii Core ſunt omnes Chriſtiani filii Chriſti patris ſũi Tropologice autem Calui eſſe debent [eſſe *ausgestrichen.*] omnes ſancti (.1. pauperes ſpiritu.) Quia luxus crinium, cupiditatem ſignificat Diũitiarum & alia deſyderia fluxa vaga & temporalia

Vbi nos ſalutare: Heb. habet pluraliter: ſalutares vultũs mej: & forte aliquis ineptus emendator. ſalutare poſuit remoto. s. In quo tangitũr trinitas diũinitatis Quia quelibet perſona ſalutare eſt. Sed addit tamen vnitatem dicens & deus & meus: Eodem modo infra. & ps ſequenti habetur in Heb. Sed quare dicit vũltũs mej? Quia tota merces Eſt viſio Et quoniam deus non eſt ſalutaris niſi ijs qui faciem ad eum vertunt: & dorſum ad temporalia Qui autem in temporalibus querũnt ſalutem. volunt deum ſibi facere ſalutare dorſi ſui Quia faciem ad temporalia. & dorſum ad deum vertunt. cum [tamen *ausgestrichen.*] duobus dominis ſerũirj non poſſit

Iordanis fluuius eſt terre ſancte per medium flũens Significat autem myſtice. Baptiſmum in Eccleſia & Sacram Scripturam. in quo laũantur omnes Chriſtiani. Oritur autem ad literam in radicibus Libani ſecundum Hiero duobus fontibus. Ior & Dan. Alii autem dicunt Quod ex vno fonte & quod dicatur Iordan a Deſcendendo: Iared enim Deſcendit: ſignificat Et ideo ſit dictus Iordan quaſi deſcendens a Dan: quia in ſorte tribus Dan oritur. [*Am Rande rechts:* Hiero. li. no .. Heb: locorum. lite .. Aũlon:

dicit Ior ... fluit oriens de ... libus pamead .. Sed in litt. D. Dan: dicit Quod Hebrej: vocant ... ŭiŭm & ſic Ior .... dicitur quaſi flŭŭius quia a Dan er ... qui eſt vicus prope pameadem *Und am Rande links:* Alij autem in radicibus Hermon Iuxta pameadem] Et Hinc conſonat Quod fere omnes Doctores exponant. Iordanis. pro deſcenſu vt etiam Bern: in ſer: de Naaman leproſo: Sic Scriptura Noui teſtamenti orta eſt in radicibus libani (.1. apoſtolis Eccleſie: qui ſunt fundamentum Eccleſie que eſt Libanus. 3° Iordan etiam ipſam Eccleſiam ſignificat. Iten quamlibet animam.

Hermon ſignificat anathema, excommunicatio: & eo nomine Chriſtus vocatur ps. 132. Sicut ros Hermon. Quia Chriſtus pro nobis factus eſt peccatum, maledictum, excommunicatio & anathema: Et ideo omnes Chriſtiani ſunt Hermonijm. quod eſt plurale Hermon: Quia & ipſi ſunt abiectio peripſima & anathema mundi. vt Apoſt. mundŭs mihi crucifixus eſt & ego mundo. Et Dominus. Abſque ſynagogis facient vos. Et Heb. Exeamus ergo cum eo extra caſtra improprium eius portantes Sed iſti Hermonijm ſunt de monte modico. Quia tempore Chriſti Eccleſia in apoſtolis & diſcipulis erat adhuc modica. Sed nunc impleuit orbem terrarum [*Am Rande links:* Mons qui Sarion a ſydonijs. Et Sanir ab Ammoreis dicitur deut. 3. Et exprimit tempus Chriſtj: quia ſicut Moſes vſque ad iſtum montem peruenit & mortuus eſt: Ita lex eius vſque ad Chriſtum & tunc defęcit. Et ſic memor eſt dej: in tempore Chriſti, & apoſtolorum ſuorum Vnde in C. [*Cantic. IV. 8*] intelligitur de Eccleſia Veni de libano, de capite amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum]

poteſt ergo ſenſus iſte eſſe huius verſus. Memor ero tui de terra Iordanis. (.1. vt ipſi tui ſint memores faciam: ipſi inquam de terra Iordanis: de illis & in illis memor ero tuj ɔc Vel ſic Quia Chriſto promiſſa fuit glorificatio & regnum in Eccleſia. Ideo in turbatione ſua: ſe dicit recordari illius promiſſi patris: De terra Iordanis & Hermonijm: Quia ſpes & promiſſio conſolationem dant tribulatis

Blatt 52b: Abyſſus autem abyſſum Inuocat: permutatim

intelligenda ſunt verba: Abyſſus eſt omnis Homo. 1. Corin. 2. Nemo noũit que ſunt hominis ſpiritus qui in Homine eſt: Abyſſus etiam eſt omnis ſanctus vts ps 33 & .34. factum ergo Hoc eſt quando act. 2. Compuncti Iudęi ex verbis petri Dixerunt. viri fratres quid faciemus? tunc abyſſus abyſſum Inuocauit. Et Hoc In voce Cataract. Quia Apoſtoli cum fiducia & copioſe effundebant verbum dej. Et virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium ꝛc Hic enim eſt fluminis Impetus, qui lętificat ciuitatem Dej Sic & Zach. 8. Ibimus vobiſcum: audimus enim quoniam dominus vobiſcum eſt

Et hec de vno ſenſu. Sed Nunc in perſona ſynagoge fidelis petentis iſta etiam poteſt intelligi. Item de Eccleſia vs [*so*] dixi & quolibet fideli Sed omnium propriiſſe [*so*]: in perſona humane naturę querentis a Chriſto ſaluari & ſperantis: que tamen idem eſt cum ſynagoga. & Eccleſia & qualibet anima. & Humanitate Chriſti Vnde ipſa dicit Tranſibo in locum. & in domum dei (.1. in Eccleſiam dej ibo:) Et in meipſo anima turbata eſt: Ideo tui memor ero: de terra (.1. cum fuero in terra Iordanis & Hermoniim De monte modico (.1. cum fuero in monte modico ſcilicet Eccleſia primitiua:) Et eadem verba etiam Chriſto competunt: quia ipſe pro humano genere loquitur & loquitur quod ſic faciat: quia natura humana ſic faciet & eam ſic facere faciet Eſt ergo ergo [*so*] totus ps. ſuſpirium Humanę naturę. petentis: intrare in Eccleſiam dej. Quia ſcit: quoniam non in morte qui memor ſit dej: Nec in Babylone quia ibi ſuſpenſa ſunt organa: Neque in ęgypto. Quia ibi eſt oppreſſio Sed in terra Iordanis ꝛc Quia laus dej in Eccleſia ſanctorum & non extra Natura autem humana, quando extra Eccleſiam eſt, talia dicere nequit, Ideo alius in perſona eius dicat. Sed nullus melius: niſi mediator eius Chriſtus. Ideo attributus eſt ps Chriſto loquenti pro hũmano generi [*so*] Et eſt ſumpta materia huius psi: Ex hyſtoria Eductionis de ęgypto & introductione in terram promiſſionis: Quia vſque ad Iordanem & montem Hermon Moſes eos perduxit Et ibi ceſſauit peregrinatio. Sic humana natura finito deſerto errorum & iugo Pharaonis: In Eccleſia memor eſſe poteſt dej: quod prius non potuit. Sed potius turbata fuit in ſe & ſuis miſerijs.

Tropologice autem Quilibet qũi in peccatis eſt: & penitere cupit, & gratiam dej querit: hunc ps orare poteſt: quia talis in ęgypto immo iam in egreſſu ęgypti eſt: in ſe quidem turbatus & ſuper ſeipſum & in ſeipſo ſibi iraſcens: ideo dej petit memorarj in terra Iordanis. Et ſic Intentio psi eſt ad literam: de egreſſu ſynagoge in Eccleſiam: de ęgypto & peccatis in gratiam: & de deſyderio ſic euntium Et tale deſyderium naturale quidem eſt in humana natura: Quia ſyntheresis & deſyderium boni eſt inextingũibile in Homine: licet impediatur in mũltis: Et pro tali ſynthereſi: & in perſona eius: factus eſt ps iſtę [*so*]: quod deſyderium vtique deũs audit: & precipue etiam exaũdit poſtquam Chriſtus pro eo ſe mediatorem fęcit

Sic ergo Eccleſia venit de ſynagoga & intrauit populus de ſynagoga in Eccleſiam. Et Hoc volunt iſta verba [*Am Rande links:* Cantic. 4.] Veni de libano, de vertice Sanir & Hermon ꝛc (.1. tranſi de ſynagoga: que eſt terra Iordanis, & hermonijm. & de monte iſto modico (.1. ſcilicet populo Iudęo: in montem magnum. Et ecce hic elucet verus intellectus huius verſũs. Synagoga enim vocatur terra Iordanis: quia ibi iſte populus morabatur. Et Hermonijm: quia ſimiliter ibi habitabit vbi eſt Hermon: Et fuit modicus mons, quia populus modicus. Regnum enim magnum mons magnus eſt. vt Babylon vocatur mons magnus Hiere. 52. Igitur ſenſus eſt Quod Eccleſia debet a ſynagoge paucitate oriri & tranſire in mũltitudinem gentium. & de terra Iordanis. in omnem terram. Et de Hermonijm. in fines orbis terre. Et de monte modico: in montem magnum & excelſum ſeorſum: vbi Chriſtus clarificatur: In iſto enim monte: Eſſe memor dei poteſt & debet: Quia in Eccleſia magna laudabo te. Synagoga autem Eccleſia parua fuit: quia vnus populus & vna tantum gens
Vnde Recte dicit non in terra Iordanis Sed de terra Iordanis: quaſi d. cum de ſynagoga incepimus ire in Eccleſiam: tunc erit tempus tui memorandi

Blatt*) 54a: laudandi & confitendi: quia tunc de morte in

*) Sollte Blatt 53 sein. Diess scheint zu beweisen, dass die Blätterzählung nicht von Luther selbst stammt, obschon sie vor dem Einbinden gemacht ist.

vitam ibimus: Et hoc idem eſt quod ſupra ait: Quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis vſque in domum dej: Et ita in Scrip ſepius filij Eccleſie vt apoſtoli. vocantur filij ſynagogę ꝛc vt ps. 28. Et Sarion quemadmodum filius vnicornium. [*Am Rande links:* Et vitulus libani] (.1. populus Apoſtolorum & diſcipulorum qui ſunt Sarion Hermon, Sanir vt deutero. 3..) ſunt filii vnicornium .1. Iudęorum ſuperborum. Item ps. 126. filii excuſſorum Item ps. 67. Dixit dominus ex Baſan Conuertam (.1. ex ſynagoga aliquos in Eccleſiam migrare faciam.) Synagoga itaque relicta eſt terra Iordanis & Hermonijm & mons modicus: immo expulſi ſunt ab ea Sed cur Nunc maxime Synagogam vocat terram Iordanis & Hermonijm ꝛc Quia ſcilicet loquitur de ea: ſecundum quod iam erat prope finem ſũi: Et iam inſtabat introĩtus in Eccleſiam. Qui introitus ſignificatus fuit per illum: quo filii Iſrael mortuo Moſe Iordanem tranſierunt, de terra vltra Iordanem & Hermon: tanquam ſi illi Hunc pſalmum cantarent, qui tunc introierunt terram Iſrael per Iordanem Sic Apoſtoli de ſynagoga per baptiſſimum [*so*], tanquam per Iordanem & de terra Hermon introierunt in Eccleſiam: Quodſi iſta expoſitio non placet, (.que myſteria tangit illius introitus. Et credo filios Core Hoc myſterium ſic intellexiſſe: & de eo hunc ps ceciniſſe.) Accipiat priorem. Quod terra Iordanis ſit Eccleſia Similiter & Hermonijm Nam poteſt vtrunque ſtare: Et Iordanis & Hermon & mons modicus. tam in bonum quam in malum accipitur in Scripturis Vnde Iordanis Superbia Zach. xi. Vbi ſignificat Synagogam veterem: [Alibi autem *ausgestrichen.*] Et ps. 13. Iordanis conuerſus eſt retrorſum Alibi autem ſignificat Eccleſiam vt Iob. 41. Et Habet fiduciam. quod Iordanis influat in os eius. Interpretatur autem deſcenſio. Quia vtraque deſcendit Eccleſia in humilitatem carnis de ſũperbia ſpiritus. Synagoga de gloria carnis in humiliationem ſpiritus Quia illa erecta hec cecidit Deſcendit illa de malo in bonum, deſcendit Hec de bono in malum Sic Hermon vtraque dicitur Quod interpretatur Excommunicatio: Quia Eccleſia Eſt Excommunicatio mundo. Synagoga autem excommunicatio deo: illa ſecundum carnem iſta ſecundum ſpiritum. vtraque ergo Hermon.

Sic Mons Modicus Eccleſia ſecundum humilitatem in carne Sed magnus coram deo & in ſpiritu. Synagoga autem in ſpiritu modicus tunc erat. Sed nunc nihil: Quia tunc Habuit aliquid & modicum lumen & gratie Sed occultum in myſterio. Vel. quia adhuc eſt modicus: quia habet ſapientiam litere: que modica eſt ad ſapientiam ſpiritus Sed iterum Cur dicit pluraliter Hermonijm & non Hermon? puto Quod propter habitatores. qui a [terra *ausgestrichen.*] Hermon monte ſic nominati ſint. ſimiliter & loca circumiacentia. vt ſit ſenſus Hermonijm .1. populi & prouintię Hermon. ſicut Nunc dicimus a Roma Romanos. Et ſic Hermonijm ſunt populus Synagoge ſicut & Iordanis & mons modicus. Dicti ſic: quia in Hermon & prope habitabant: ante tranſitum Iordanis: quando erant figura ſynagoge tranſeuntis in Eccleſiam per baptiſimum. [*so*]

Sic Synagoga multis alijs nominibus partialibus vocatur illius terre, vt Baſan, Eſebon Eleale, Carmelus. Saron, ꝛc Iſaie. 1. & 35. Item Galaad [*Num. 32, 3. Ies. 15, 4. 16, 9.*] Vnde & Lectus ille ferreus Og regis Baſan monſtratur Hodie. Eſt pertinacia Iudęorum in ſuo ſenſu quieſcentium vſque hodie

Blatt 54b: Lachryme dicuntur panes: Et verbum dej: & opera Iuſtitię. Et vniuerſaliter omnia quę ipſam ad virtutes promouent & ad bonum educant, confortant atque impinguant. Exquo ſequitur. Quod ſanctis totus mundus. Cibus & panis eſt: Quia ex omni creatura: eliciunt ſapientiam & eruditionem, Sapientia autem & veritas eſt panis intellectus: Sapientiam inquam de Chriſto. Vnde ſicut b. Hiero optime dicit Ad paulinum. [Totus *ausgestrichen.*] Credenti totus mundus diuitiarum. Infidelis autem etiam obulo Indiget. Ita certe. Totus mundus credenti cibus eſt. Quia omnia cooperantur ſanctis in bonum. Vnde prouer. .6. Docet nos hunc panem conficere. dicens. Vade ad formicam piger. & diſce ſapientiam. Et. 24. de eodem pigro. Quod cum vidiſſem exemplo didici ſapientiam Hęc forte inepta ſunt rudibus & ſtulta. Verum qui ſpiritualem cibum intelligit: ſatis cognoſcit que volo. Immo dico & Hoc Quod totus mundus, non tantum eſt cibus. Sed eſt omnis in omnibus crędentibus. Tam largam popinam Deus ſuis ſanctis

parauit. Verum adhuc in ſano & velamento fidej comedimus ſic dominum Lachrymę autem pre omnibus animam reficiunt: quia ex illis mirabiliter anima afficitur & impinguatur: & ex illis ad ſimilia ſemper fortius mouetur.

Effũndere animam. vide circa textum

Abyſſus vts exponatur. poteſt etiam aliter exponi vt ſcilicet vtrunque pro ſancto vt in gloſa. Eodem modo illud ps. 18. Dies Diej eructat verbum ꝛc. Aliter Caſſio. .1. nouum teſtamentum allegat vetuſtum in predicatione Apoſtolorum. 3º [*so.*] vnum malum inducit aliud. 4° Cognitio vnius peccati: addũcit cognitionem alterius. 5to. Vna virtus Inclinat & requirit aliam [*Am Rande links:* Sic Vna authoritas intellecta mox aliam illũſtrat & congrũũnt in vnum lumen omnia lũmina & conſonant teſtimonia Sic Aug factum fuit Quando apparũit ej vna facies... loquiorum caſtorum. Sic fit quando abyſſi abyſſos conſonanter vocant]

Cataracte autem ſunt proprię Cannalia, Implũuia vel aliqua his ſimilia. per que Inducitur aqua: Et Hic pro Apoſtolis capitur. Quia per illos deus velut torrentes Sapientie nobis effudit. vt ps. 45. fluminis Impetũs lętificat ciuitatem dej Et Cantic. 4. fons aquarum viuentium que flũũnt impetu de libano.

Omnia Excelſa tua: poteſt etiam in bono ſic accipi Quod excelſa (.1. gurgites profundi & fluctus aquarum viuentium. de quibus iam dixerat (.1. Euangelia tranſierunt ſuper Eccleſiam: & eam lętificauerunt. vt etiam ps. 92. A vocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris Vnde antiqua tranſlatio habet ſic Omnes ſuſpenſiones tuę: quod proprie exprimit proprietatem Euangelice Doctrine: quia non nititur in terra. nec in ſapientia humana: Sed ſuſpendit & captiuat omnem intellectum in obſequium Chriſti Et talem ſuſpenſionem Iob petiuit. dicens. 7. Suſpendium elegit anima Et iſti ſunt fluctus & gurgites. ſalutares Domini qui ſubmergunt carnem & concupiſcentiam elus [*so für* eius]: & natare faciunt ac ſuſpenſam vehunt animam ſeu ſpiritum.
Vnde & illud ps 92. Mirabiles elationes maris ſic habet antiqua. Mirabiles ſuſpenſiones Et Mirabilis in altis dominus ſcilicet in ardũis doctrinis ſcripture [*Am Rande links:* Iſaie. xi. Repleta

eſt terra ſcientia dominj Sicut aqua maris operientis ps 28. Dominus Dilũuiũm inhabitare facit Et M. percuſſit petram & fluxerunt aquę.]

In die mandaũit dominus: primo Quia difficillimum & rariſſimum eſt. vt in proſperitate: dej memor quis ſit ac bonitatis & miſericordie eius recordetur. Ideo Hoc mandatur 2° Difficile quoque eſt in aduerſitate deum laudare: In qua facile eſt dej meminiſſe: Sicut illic facile deum laudare: licet & hoc vtrobique vere vix fiat [*Am Rande links:* Impinguatus recalcitrauit: Et oblitus es [Domini? *Ausgestrichen*: dictum] creatoris tũi ꝛc [*Deut. 32, 15. 18*] Secundo. Sic In Die (.1. luce & reuelatione noui teſtamenti.) deus miſericordiam ſuam in facto oſtendit & omnibus mandat & denunciat: In nocte autem (.1. vmbra vet. leg.) Canticum (.1. prophetiam & pſalmos ac promiſſiones de ea: nũnciat. Tercio In die (.1. in ſpiritu coram deo miſericordiam ſuam mandat: In nocte autem (.1. foris in carne (confeſſionem & laudem illius mandat. Quia laudem Chriſti in fidelibus: totus mundus videt: qui tamen eſt in nocte: Sed ipſam miſericordiam non: niſi qui accipit & eſt in Die. Et ſic puto hic verſum debere intelligi. Quia ſic concordat cum precedentibus & ſequentibus. Vt ſit Reſponſio Siquis

Blatt 55a: querat. Quomodo & vbi Abyſſus abyſſum Inuocat? Quę ſunt iſte abyſſus? Et vbi excelſa & fluctus tui? Reſpondet videre hanc gratiam non potes. quia nox & in nocte es: Canticum autem & teſtimonia eius bene vides: Vnde antiqua traſ. Et in nocte declarauit ſcilicet foris. quod intus mandat (.1. verbo ſuo facit. Sicut ipſe dixit & facta ſunt ꝛc Similis eſt huic ille verſus. ps. 91. Ad annunciandum mane miſericordiam tuam & veritatem tuam per noctem.

In ps inicio. Quemadmodum Deſyderat ꝛc Heb. ſic. Sicut Areola preparata ad irrigationes aquarum, ita anima mea preparata eſt ad te deus, Et licet eadem ſit intelligentia Scilicet quod Chriſti gratiam & ſalutem vtrinque deſyderare exprimitur. tamen Hic aptius vt videtur. Quia Areola niſi viſitetur & irrigetur. per ſe non accedere ad aquas poteſt ſicut ceruus: Ita genus Humanum, aquas ſalutis non poteſt accedere. Sed

tantum preparari Quia ſic prouer. 16. Hominis eſt preparare animam Sic autem preparata fuit natura humana: per legem Moſi: Quia lex parabat quidem Sed non dabat Sicut puer a pedagogo paratur: ad hereditatem dignus. Sed pater illam dat. Ideo Chriſtus vel populus fidelis in lege petit iam intrare in gratiam & Eccleſiam Chriſti

In ps .43· [Hebr. XLIV.] Omnia facilia. Solum iſta verba tropologice exponendo. Auertiſti ꝛc (.1. auerti feciſti ſcilicet gratiam & virtutes ab anima ꝛc

Hoc tantum querimus. Vt quid dicit. Deus Auribus noſtris audiuimus? An poteſt quis audire ſine auribus? & ſine ſuis? Nunquid timuit propheta: ne putarentur audiſſe naribus vel oculis: vel non ſuis auribus, vt ſic neceſſe fuerit addere: auribus noſtris? Eadem queſtio & de illis eſt: Locutusſum in lingua mea: Et locutum eſt os meum Et Dauid pſallebat manu: Nunquid aliud membrum quam lingua vel os loqui poteſt? Aut Dauid pedibus vel ore ſuper Cytharam pulſauit quandoque? Reſpondeo. Myſteria ergo hic tanguntur. Quorum primum eſt. Quod Audire auribus. Eſt ſenſibilia tantum audire Et Audire abſolute ad vtrunque poteſt referri: Hic Igitur ad diſtinctionem ſpiritualium auditus: addit auribus: quibus ſpiritualia audiri non poſſunt Quia in ps recitare intendit ſenſibilia beneficia patribus exhibita. Secundo Ideo vt promptitudinem & obedientiam & perfectionem exprimat & hoc ſignificatiue. Quod ſcilicet non noſtri ſenſus eſſe debemus. tantum intus audire deum volentes Sed etiam humiliter audire foris auribus: vt miniſterium Eccleſie non contemnatur. vt Moſes ait Deut. 32. Interroga patrem tuum & dicet: Sic iſti fideles per obedientiam plus alienis narrationibus nituntur quam ſuo ſenſui. Malunt enim diſcere quam ſibi ipſis Magiſtri eſſe. Ideo alios Audiunt Similiter etiam humilitas ibi commendatur. Dum Nihil ſui allegatur. Sed totum aliunde ſcilicet ex patribus Sic & Iſaias dicit Quis credidit auditui noſtro: Nunc autem multi potius ſua quam audita iactant. Ac ſemper prompti docere quam diſcere magis eſſe volunt. Quod autem ait Noſtris ſignificat Quod liberis auribus. non peregrinis aut alijs vitijs occupatis audierint .1. ſpon-

taneis, humilibus, ſimplicibus Tercio Quod Nulla virtus ſufficit ad intra eſſe. niſi & foris prodeat in opus ſenſuum: Hoc vult. quod auribus audiunt. Quod ore loquuntur. Quod manu pſallunt, Quod oculis vident. Nam corde creditur ad Iuſtitiam, ore autem Confeſſio fit ad ſalutem. Multi audiunt intus. Et loquuntur & tractant ſecum. quod tamen foris nolunt oſtendere vt Qui Intus ſuperbus & Inuidus eſt, ſecum bene quandoque tractat. Sed cum opus [*so*]

Blatt 55ᵇ: In Iſto ps Omnia illa verba: que malum exprimunt debent Relatiue accipi: & ſub eis intelligi eorum contraria que ſunt in ſpiritu. vt Repuliſti & ſimul ſuſcepiſti: Confudiſti & ſimul Honoraſti. Non egrederis in virtutibus noſtris: & ſimul egrederis in virtutibus tuis ſecundum Regulam illam Deut. 32. Ego occidam & viuere faciam Ego percutiam & ſanabo Et Heb. 12. flagellat autem omnem filium quem recipit Et apoc 3. Quos amo. caſtigo & arguo ꝛc

Vnde Hoc eſt quod. 1. pe. 4. Tempus eſt vt Incipiat vtꝫ Cui illud Ezech. 9. Et a ſanctuario meo incipite Et Hiere. 49 Ecce quibus non erat Iudicium vt biberent Bibentes Bibent. Et tu innocens relinqueris? Non eris Innocens, Eiusdem. 25. Ecce In ciuitate ſuper quam Inuocatum eſt nomen meum: ego incipio affligere. Et tu Immunis eris. Non eris Immunis. Sed bibens bibes. Si ergo Sancti Apoſtoli. Martyres talia paſſi ſunt. quid erit Impijs? Et mirum eſt. quid nos cogitemus. Quando. S. Iohannes Baptiſta ſic perijt. ſanctiſſimus. Et nos peccatores. ſic Impune nos viuere ſperamus. Quod ſi de Iudeis deuaſtatis Intelligitur. pro vtroque debent Intelligi. Quia & coram deo & mundo ſunt repulſi & confuſi Et olim venditi ſine precio: quia. 30. pro vno Denario datj

Eruditio, in Hoc ſupra & ſequenti ps. poſitum aptiſſime tranſſertur pro hebreo [Maſchil *ausgestrichen.*] Meſchil. Quia Rudes ſignificat lignum craſſum & illaboratum robur, teutonice ploch. Sic vetus lex Eſt quaſi rude quid: Hoc rude euangelium. rude baptiſma. & omnia rudia. Sed per Euangelium ex illa ruditate in politiorem modum ducta. Ideo Erũdire. Eſt ſecundum nouam legem Docere quaſi extra ruditatem literę: in

ſpiritus intelligentiam ducere. Vnde propheta Erudire Ieruſalem ꝛc

Humiliata eſt in puluere anima noſtra ꝛc primo vt in gloſa metaphora eſt. Secundo ſignificat Carnis mortificationem: Quia ſicut Venter in Delitijs & in purpura viuens. eſt in peccatis Sic econtra. priuatus illis. adheret terre: Et ſic ſic [*so*] etiam anima Humiliatur in puluere: que alias in gloria & Diuitijs ſuperbit. & in proſperitate carnis luxuriat Vnde Iſaie. 47. Deſcende ſede in puluere filia Babylon Et. 26. Expergiſcimini & laudate, qui habitatis in puluere. Et ſic ſignificat eſſe in contritione. illa enim eſt puluis. quod tamen ſecundum carnem ſanctis contigit 3º exponit b. Auguſtinus myſterio contrario de illis. qui voluptate voluuntur corporis in terra. Quia venter eſt ipſa Gula vel appetitus comedendi ꝛc

Blatt*) 53a: Hermon Deutero. 3. dicitur Quod a torrente Arnon (qui eſt terminus Moab: diuidens Moabitas [*Darüber:* Numerj. 21.] & Ammorreos tulerunt filii Iſrael. terras regis Seon & Og. Regis Baſan vltra Iordanem: vſque ad montem Hermon qui eſt in fine terre promiſſionis ad aquilonem Habens ex oppoſito Libanum ſimiliter ad aquilonem: Appellatur autem Hermon A ſydonijs, Sarion. Et Ab amorreis. Sanir. Hec Moſes.
poteſt igitur Hermon dupliciter exponi primo de Synagoga circa tempus Chriſtj vbi incipiebat Eccleſia oriri quod figuratum fuit: per filios Iſrael tranſ iordanem De terra Hermon: ad terram Iudeę proficiſcentes Sicut enim ibi fuit mortuus Moſes. ita tempore Chriſti: lex Moſi Vnde Sic ad Eccleſiam dicitur Can. 4. Veni de libano ſponſa mea Veni de libano. de [vertice *ausgestrichen.*] capite Amana, de vertice Sanir: & Hermon ꝛc .1. [*Am Rande links:* .1. de paucitate Iudaici populi in multitudinem & latitudinem gentium, ſic ps. 113. Domus Iacob de populo barbaro tuo ſcilicet quando illud :de fiebat: facta eſt Iudea ꝛc. Sic Hic. Memor ero: quando illud. de: erit, ſcilicet de terra Iordanis] Secundo de Eccleſia: Et tunc illa propter: de: in textu debet pro. in. capi [Et ſic In *ausge-*

*) Ist ein einzeln eingefalztes Blatt.

strichen.] Eſt autem Eccleſia terra Iordanis & Hermon ꝛc vt in Collect

Allegorice autem Eſt mundus. Tropologice Caro cum concupiſcentijs ſuis. Quia ſicut Synagoga eſt modicus mons ad Eccleſiam: Ita Eccleſia huius temporis & militans, minor eſt Eccleſia triumphante. Et ſic totus ps: eſt ſuſpiriũm deuotę Eccleſie. optantis [ex hac vita *ausgestrichen.*] diſſolui & eſſe cum Chriſto: Quia ibi poteſt memor eſſe perfecte ac digne laudare deum. Cuius in terra adhuc viuens neceſſe habet quandoque non memor eſſe: ſicut Martha turbata, erga plurima turbata.

Tropologice Eſt oratio cuiuslibet fidelis anime: ſuſpirantis a peccatis ad gratiam conuertj. Vel ab imperfectione ad perfectionem venire. His omnibus apte conſonant interpretationes nominum. Iordanis & Hermonijm & montis modici. Imm etiam myſteria illius tranſitus olim per Iordanem & poſtea Synagogę ad Eccleſiam militantem. Sic enim Hermon eſt omne illud quod relinquitur ſimiliter Iordanis, mons modicus, (.1. vita priſtina, mundus, [Synagoga *ausgestrichen.*] imperfectio: & Huius temporis Eccleſia. Sic ſemper iſta prepoſitio: De: exprimit tranſitum de loco: qui relinquitur ad locum, in quo memoria de habetur. Et ille eſt mons magnus, littus Iordanis vltimum a tranſ Iordanem, Et non Hermonijm .1. Anathema. Sed ſanctificatio ſicut ps. 113. facta eſt Iudęa ſanctificatio eius

Quando autem iſta prepoſitio: De: pro in: capi debet: quomodo tunc etiam ipſe locus ad quem per iſta nomina ſignificetur. vide in collect. Et ſatis patent

Quando autem dicit de capite Amana ꝛc videtur etiam ad illud alludere Genes. 12. Vbi Abraham Iuſſus exire de terra ſua ꝛc qui egreſſus figura immo exemplum eſt: de peccatis exeundi: Quia Amanus eſt Mons Cilitię Abraham autem de terra Aram .1. Syria meſopotamia: cũi Amanus coniungitur: ad terram promiſſionis venit Sic Eccleſia de ſynagoge ꝛc. Idem vult ps. 44: Quando dicit obliuiſcere populum tuum & domum patris tuj ꝛc

Blatt 53b: Poteſt autem & totus ps accipi in perſona Eccleſie optantis de Hac vita ad cęleſtem migrare. Sitiens ad deum

De terra Iordanis & Hermonijm (.1. excommunicatorum quia ſunt abiecti ꝛc [*vgl. S. 154.*]

Ps .44. [Hebr. XLV.]

Blatt 56a: Vbicunque Canticum in titulis habetur: ſemper debet intelligi: talem pſalmum eſſe: gaudii & tripudij & cum affectu exultandi cantandum: Nam Canticum & cantus ex abundantia gaudentis cordis oritur. Eſt autem Canticum ſpirituale ſeu melodia ſpiritualis: ipſe Iubilus cordis Eſt itaque tituli ſenſus. Iſte ps ad triumphum ſeū triumphāle carmen ſuper Chriſto & Eccleſia. qui ſunt roſe vel lilia. Eruditio ſpiritualis. filijs Core reuelata. Et canticum dilectorum .1. Chriſti & Eccleſie qui abinuicem ſunt ſibi dilecti Vt Cantic. 2. ·Dilectus meus mihi & ego illi Ididoth enim quod hic tranſſertur dilectionum ſeu amatorium Eſt plurale huius nominis Idida: quo Salomon fuit vocatus 2 Reg. 12. quaſi dilectus & amatus ſeu amabilis domino Sic Ididoth ſignificat proprie dilectos & amabiles Quia vterque eſt dilectus Eccleſia & Chriſtus: Et ſicut Eccleſia a Salomone Sulamith: Sic ipſa hic cum cum [*so*] Chriſto Ididoth: quaſi duo Salomones nominatur Quare Ididoth ſunt ipſi duo in carne vna Chriſtus & Eccleſia Inuicem & mutuo dilecti. Et talium dilectorum eſt hic ps canticum Eſt enim Canticum Ididoth. Et eruditio ſuper eiſdem duabus roſis. Hoc eſt vt de illis dilectis & Roſis Nihil carnale. Sed omnia erudite & ſpiritualiter intelligamus. Ideo primum poſuit. Eruditio pro roſis & poſt. Canticum pro dilectis. Scilicet vt ſit nobis Eruditio & pro nobis: Sit autem idem Canticum & laus illis. Quare cum inter Eruditionem & Canticum: iſta copula & ſit ponenda ſecundum latinitatem: Hebreus tamen mos Habet. frequentiſſime, eam omittere

Vide ergo pulcherrimam diſtinctionem: Quoniam Idem ps Nobis eſt Eruditio: Chriſto & Eccleſie Canticum. vt in eodem & nos erudiamur: & ipſi laudentur. Sed & hoc vide Quia Eruditio ſuper Roſis: Quia Chriſtus & Eccleſia nobis ſunt lilia & Roſę. nobis odorem & Exemplum preſtant. ſibi autem ſunt dilecti. Ideo Eruditio nobis pro roſis ſeu ſuper Roſis. Sed Canticum

illis & ad laudem eorum. Sed ſicut Iſta Eruditio facta eſt filiis Core: Ita certe & nos eorum ſimiles eſſe neceſſe eſt. Si & nobis reuelari debet: Non enim fruſtra illis reuelata eſt: niſi quia ſignificat. Quod ſolum filij Core eam intelligunt Sicut ſoli tunc intellexerunt Quid autem Chore ſignificat ſupra ps. 41. patet

Nunc Notandum Quod per Hoc nomen Eruditio Hic exploditur omnis carnaliter ſapiens qui literam ſequitur. Quoniam Spiritualiter vult omnia intelligi in toto ps. Et nihil carnalitatis cogitari Quoniam de Ididoth caſtiſſimis ſermo eſt: Quare omnis (ait.) gloria filie regis abintus ꝛc quo verbo ſeipſum totus ps exponit & oſtendit quod non ſit ruditio Sed eruditio & ſpiritum ſapiat nequaquam carnem Similiter & illo. Specioſus forma: pre filijs hominum q. d. non ſecundum formam filiorum hominum. tu ſpecioſus es. Sed aliter & inęſtimabiliter

Antiqua autem tranſlatio habet In finem. pro ijs qui commutabuntur [*so*]: vbi alias pro Roſis ponitur quod ex eo accidit. Quia ſi iſta dictio Soſanim: diũidatur in duas ſcilicet So & ſanim: Significat primum, qui, que, quod. & alterum. commutatos Et ſic volunt: pro fidelibus intelligi Qui vere ſunt ſunt [*so*] commutati per Chriſtum & alterati: & renati ac iterum geniti: Idem enim ipſum verbum ſcilicet Sinah: alterauit, commutaũit, iteraũit ꝛc ſignificat: Ideo omnes non Immutamur Hic per gratiam de peccato in Iuſtitiam, de carne in ſpiritum: de litera & vmbra legis. in vitam & lucem Euangelii. Et poſt hęc de corruptione in incorruptionem: de ignominia in gloriam ęternam

Quid autem Infinem ſignificet ſcilicet lam nazeah: ſupra patuit ſcilicet vel in triumphum, vel inuitatorium Quia iſte ps Epinicion Eſt. Item quod illi habent: Ad intellectum: Hocipſo exprimitur Quod nobis iſte ps eſt Eruditio. & nobis ad intellectum ſcilicet ſpiritualem. Vltimo ipſi habent Canticum pro Dilecto in ſingulari Et in Hoc videtur ſignificari Quod Ididoth iſti ideſt Chriſtus & Eccleſia. ſunt vnum corpus, duo in carne vna. Duo Dilecti & vnus dilectus Quia Amor de natura ſua facit vnum ex amantibus: vt ſint vnum in amore Quare Dominus & Eccleſia ſunt vnum corpus. Caput & corpus vnus Chriſtus

myſticus. ac ſic vnus dilectus. Aptiſſime tamen in Hebręo. nomine ſingulari expreſſus eſt Quia multi ſunt ſancti & innumerabiles qui Hoc corpus Hunc dilectum conſtituunt, quorum quilibet tamen eſt dilectus Et vide nũm iſtud velit obſcuriſſimus ille verſus ps 67. Rex virtutum Dilecti dilecti & ſpeciej domus diuidere ſpolia

Blatt 56b: Exponunt itaque alij ps totum in perſona patris. vſque ad finem. Alii autem in perſona prophetę: vt Hiero: Lyra: Caſſio. in quo ſenſu & ego malo abundare. Quanquam ſecundum illos inter quos eſt b. Aug Anagogia optime procedat: Sed non litera: Nam ſi non in perſona prophete accipiatur: violento Ductu opus eſt in iſtis verſibus: propterea vnxit te deus Deus tuus, Et propterea benedixit te deus inęternum: Que verba de deo in tercia perſona ſonant: & de Chriſto in ſęcunda: ergo de propheta. in prima. ſicut ibi in ps. 109. Virgam virtutis tuę emittet dominus ex Zion. Dominare Nec illud ſatis mouet. [monet?] quod Apoſt. Heb. 1. hunc verſũm allegat dicens: Ad filium autem Thronus tuus deus in ſęculum. Quia non vult. quod pater ad filium iſta dixerit: nec Hoc probatur. Sed propheta ſit ad filium locutus. ſicut ſupra dixit Et ad Angelos quidem dicit (.ſcilicet propheta.) Qui facis angelos tuos ſpiritus: Sic Ad filium autem ſcilicet. Dej: dicit ſcilicet propheta. Et noſtrum ſenſum Confirmat hoc. quod Hiero. dicit Symmachum. pro Eructaũit: poſuiſſe. Commotum eſt cor meum verbo bono Non enim videtur iſte ps ſic abſolute a patre incipi: ſine prooemio prophete: maxime ſic & tali Titulo preornatus. Sic enim prophete ſolent magnum quid dicturi attentum reddere auditorem. Vt Iſaie .1. Audite cęli. Et ps. 48. Audite Hec omnes gentes Et. 77. Attendite populę meus Quare videtur mihi propheta. ſic proteſtari: ſe motum eſſe a ſpiritu ſancto: & verbum bonum audiſſe quo modo Zacha. 1. dicit Et Reſpondit Dominus angelo qui loquebatur in me: verba bona verba conſolatoria. Sic iſte Eructauit cor meum verbũm bonum .1. Nũncium bonũm & prophetiam bonam: de maximo illo bono ſcilicet Chriſto & Eccleſia: Quia iſte eſt ſermo domini bonus. ſuper genus humanum. Eructauit autem dicit (.1. de plenitudine interiori & ex corde intimo

affectuoſoque animo: ſignificaũi vobis.) Et minus ſignificaũi quam cogito corde: ideo non effudi. Sed eructaũi Quia effundi non poteſt: tantum quantum capitur: Eructaũit .1. ad extra ructauit: quia continere non potũi quin commune facerem. quod accepi. ex abundantia enim cordis os loquitur in carnalibus. Sed nonne multo magis in ſpiritualibus? Etenim In Ieremia ſit verbum domini ſicut Ignis clauſus in oſſibus, & ferre non valet: In Heliud autem Iob 32. ſicut muſtum nouum ſine ſpiraculo Verum quoniam temporalia exigua ſũnt: ideo effũndi poſſunt in alterum: Spiritualia autem incomprehenſibilia: ideo vix ad extra ructari & ſignificari per linguam poſſunt Quod ſi dixerit quis. Ergo quid prodeſt. quod eructes tantum: ſi non effundas: ex ructu nos non percipiemus quod tu ſentis: quia non effundis quod ſentis, Reſpondet & remittit ad eum ex quo & ipſe Hauſit ac ſi dicat: ad me os tuum non aperias: Sed ſcias. quoniam lingua mea per quam eructat cor meum tibi. Eſt calamus ſcribę velociter, ſcribentis: ſi ergo paraũeris te ad ſcripturam dej: lingua mea & ructus meus, verbum quod foris loquor: ipſe ſpiritusſanctus in te ſcribet per linguam meam velociter, vt non ſit neceſſe multa me verba facere. Sed ſolus ructus ſufficiet illi ſcriptori vt te in illo & per illum informet: Quia ex vnico verbo: poteſt totum cor tuum replere Ergo non in mea verba ſperes: quaſi illa ſufficiant: Sed nec de ſpirituſancto deſperes quaſi non vno ructu & verbo meo te poſſit velociſſime docere: Ad illum ergo cordis os aperias. quando me audis ructuare: Et ſic me audias, vt per me ex illo magis audire paratus ſis. Et in iſto verbo miro modo erudit nos: quomodo ſit verbum dej audiendum aut [ſcribendum *ausgestrichen und darüber geschrieben:*] legendum: Scilicet quod non ex noſtris viribus illud aggrediamur. Sed nec litera contenti ſimus: & foris audito verbo. Sed ſpiritum ipſum queramus audire: quia quantumuis verba foris multa ſint, non tamen ſunt niſi ructus. Et quantumuis modica ſint vel vnum, Eſt tamen velox & plenus doctor qui in illo totum docere poteſt. Ergo quid in me intendis? Quid indignaris breuitatem & obſcuritatem? Lingua mea, verbum meum foris prolatum, ructus meus non eſt illud: quo es erudiendus intus: Sed eſt calamus & inſtru-

mentum illius: qui intus velociſſime docet: Ipſe formabit viũas literas in te Ego autem per verbum meum, mortuum, mortuas in te formo. Nam ſicut Homo [verbis *ausgestrichen.*] lingua vtitur velut inſtrumento: quo fundat & formet verba: Ita Deus vtitur verbis noſtris, ſiue ſint Euangelia ſiue prophetię. tanquam inſtrumentis: in quibus ipſe viua verba in cordibus ſcribit. Quando enim Quis alteri verbum in cor miſerit & ſenſum verborum. Nondum eſt ſcriptura. Sed ſolum ſtilus poſitus in tabulam. qui tunc ducitur in literas viuas, quando deus incrementum dat. & afficere

Blatt 57a: & ſapere concedit: quod quidem poteſt velociſſime facere. Igitur Sicut qui rigat & plantat nihil eſt Sed qui incrementum dat deus: ita qui ſtilum habet vel eſt: vel ponit eum ad tabulam nihil eſt. Sed qui ſcribit. Scriba ſcilicet velociter ſcribens, ſpiritusſanctus. Quare Ructare. & calamum eſſe: tuum eſt o propheta: foris pronunciare potes. ex abundantia cordis & ſpiritus Sed non poteſt [*so*]: ipſum ſpiritum effundere foris, neque ipſum infundere ac ſic ſentificare ſicut tu ſentis Recte ergo dicit. poſtquam dixit Erũctaũit cor meum verbum bonum, q. d non enim poſſum amplius. quia Lingua mea vltra non poteſt Eſt enim Calamus ſcribe Ego autem non ſum ſcriba Eructare ergo. eſt per linguam proferre vocaliter: quod intus in corde tenetur vitaliter. Sed vocalis vox & ſermo. tam exile quid eſt: ad vitalem intus ſenſum, vt ſit vix ructus ad extra quidam. Vnde patet quod Hic lingua debet accipi: pro ipſa locutione: ſeu ructu verbi boni Item Eructare poteſt etiam alio myſterio ſignificare Quod ex litera ſpiritum pronunciet: Spiritus enim latet in litera: que eſt verbum non bonum: quia lex irę. Sed ſpiritus eſt verbum bonum, quia verbum gratię. Et ideo illud educere de litera. eſt ipſum Eructare Sed quia tunc non licebat ipſum palam effundere: quia lex adhuc vigebat: ideo ſolum Eructare licebat: quod nunc oportet ebuccinare & aperto ore & voce palam predicare: [*Am Rande links:* Vnde in titulo eſt. Eruditio] Eructat ergo propheta. Sed effundit euangeliſta & apoſtolus Et ſic lingua eius eſt Calamus ſcribę: Sed tunc nondum ſcripſit in Iudęis: Sed in Chriſtianis illum ſtilum duxit & ſcripſit Scriba. Portant

vſque Hodie illũm ſtilum Iũdęi ocioſum & Eructatur illis verbum bonum. (.1. pronunciatur tantum & prophetatur.) Sed effundi non patiuntur neque Scribi

Sed quid eſt Hoc? Dico ego opera mea Regi mihi ſenſus videtur eſſe Quod opera mea (.1. materia mihi deſumpta ſuper quę verbum bonũm eructuo.) loquor ad honorem regis Chriſtj. q. d. de Chriſto ſunt opera mea de quibus loquar. Et ſic eſſet expreſſa propoſitio de quibus ſit locuturus: Dicuntur enim opera eius: quia de illis locũturus ſit: & Hoc regi (.1. ad honorem regis.) Et iſte ſenſus fundatur in iſto verbo: Mea: Alio modo vt b. Hiero & Caſſio. exponit (.1. pſalmum ipſum dico ipſi Chriſto). Item Alio modo Sic eructat cor meum verbum bonũm. Quia dico opera mea .1. quę mihi placent. & que amo & que ſecundum ſpiritum operor Regi (.1. quod ex ipſo ſint & per ipſum q. d Intendo dicere de operibus Iuſtitię & non legis, quibus Iuſtificati ſumus: quoniam omnia opera noſtra (.ſecundum Iſaiam.) tu operatus es in nobis Domine Ergo opera que feci & quę mihi fęcit narrabo ad honorem Regis [*Am Rande links:* Aug aliter. poteſt etiam ſic: Dico opera mea regi (.1. confiteor regem Chriſtum dominum meum,] Vel opera mea (.1. opera Chriſti que per participationem etiam mea ſunt. dicam quod non ſint mea Sed Regi Ergo ej dicam & accepta referam. Quia in lege Moſi neque verbum neque opus bonum eſt. Ideo Cor Erũctat verbum bonum ſcilicet Quia futurum eſt Quod opera fiant que nunc ſunt verba. vt ſit impletio quod nunc eſt prophetia: Quod tũnc faciam opera mea Regi. Nunc autem ea dico & propheto Quod opera mea omnia ſint regi ad honorem. Vltimo ſic. Dico (.1. prenuncio.) quod opera mea Regi aſcribantur. hoc eſt [*so*] futurum eſt. quodammodo non ſeruiam diabolo Et opera mea non eius ſint neque ej obediam & ſubditus ſim. Sed neque legi Moſi. Immo Soli regi. Nunc autem verba mea ej ſunt Et nondum facio illa opera nouę legis. Sed Dico & prenuncio Tunc autem ero totus eius. cum opera mea ei ſeruierint: Colligamus ergo breuiter in ſumma Meo Iudicio ſenſus eſt iſte verborum. qualis ille Dauid 2 Reg. vltimo. 23 Spiritus Domini non litera locutus eſt per me non per alium ad

ne. Et ſermo eius per linguam meam dixit. Hoc iſte ſic dicit, Lingua mea Calamus Scribę velociter ſcribentis. Rurſus Dauid ibidem. Dixit vir cui conſtitum [*so*] eſt de Chriſto Dej Iacob. egregius pſaltes Iſrael. Hoc iſte ſic: Eructauit cor meum verbum bonum. Dico ego opera mea Regi. Et ſic mihi eſſe prooemium videtur Sunt enim iſti duo verſus difficiliores in toto ps. Maxime in iſta parte. Dico ego opera mea regi. quam ego nondum capio ſatis Lingua mea Calamus: velociter ſcribentis (.1. ſpiritum loquor & intellectum myſticum: per illum enim ſpiritusſanctus erudit corda: Spiritus enim loquitur myſteria Lingua autem Scribarum eſt calamus: tarde & per ambitum litere ſcribentis Moſi: Quia Spiritus eſt velox & directus, Litera autem circumiens & tarda per deſertum

Blatt 57b: Nunc Vide conſtructionem. Non ait Eructauit venter aut ſtomachus. ille enim eſt Crapule ructus: quare de ſpiritu iſte ructus venit ſine dubio. Sed nec ſic ait Eructauit lingua mea. Quia quicquid in lingua eſt: effunditur potius: quia non habet reſeruaculum: Ideo de plenitudine cordis & de ſpiritu occulto venit iſte propheticus Ructũs, Item Non ait Dico verba mea Regi Sed nec facio opera mea Regi: Quia illũd eſt officiũm legis. Hoc gratię. Lex enim non habet opera ſalutis. Sed tantum verba & ſigna: operum fũtũrorum. Quę cum Iudęi nolint eſſe ſigna: remanent in lege & peccatis. & dicunt ſolum ſigna & vacua verba deo: Chriſtiani autem faciunt deo & implent opera legis Deo. propheta autem medius inter vtroſque. dicit opera ſua deo. Igitur omnia dicta & facta legis ſunt velut verba & ſigna tantum: [opera autem & *ausgestrichen.*] verba autem & facta Euangelii ſunt opera & res ipſa ſignificata: Et illa prophetantur & dicuntur a prophetis. Diſtinguemus aliter

Dicere verba facere opera facere verba dicere opera. ſunt 4or

In heb. geminate dicitur. pulcherpulcher. pro illo. Specioſus forma. Et Hiero: Decore pulchrior: Iſta autem geminatio exprimit aliam eſſe pulchritudinem: pre filijs hominum licet ipſe ſit homo Que vtique eſt ſecundum animam & Hominem interio-

rem. Quia vts dixi nihil carnaliter nos ſinit cogitare eruditio iſta filiorum Core: in iſto Rege. Et ſane Notandum. Quod Chriſtus proprie ſecundum Humanitatem dicitur: rex. in ſcripturis Quia ſecundum diuinitatem ipſe eſt idem qui ſe conſtituit regem glorie vna cum patre & ſpirituſancto Ideo Quando dicit. Dico ego opera mea Regi: hic filium Dej ſecundum humanitatem intelligit: qua coronatus eſt a matre ſua in regem. Eſt itaque iſta pulchra pulchritudo regis: quod homo interior. Habeat pulchros oculos. pulchras aures labia genas dentes, totam faciem, manus, pedes venter ꝛc que omnia ſunt in homine ſpirituali per gratiam & virtutes Qualis Cant .7. & .6.

Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. Hoc experientia patuit & patet. Quia cum Chriſtus & Apoſtoli. predicauerint Inuiſibilia & incomprehenſibilia que oculus non vidit, ꝛc Et Iuſſerint pro iſtis omnia viſibilia contemnere tam bona quam mala: Niſi in verbo eorum fuiſſet gratia attrahens: nunquam preualuiſſent: Non ſic Moſes aut vllus legiſlator humanus Quia nec precipiunt niſi temporalia: Et ſi preciperent Inuiſibilia: nunquam perſuaderent: quia non eſſet gratia. Sed potius Indignatio & ira in labijs eorum. Ideo & Hic propheta dixit: Lingua mea calamus Scribe. Quia Moſi Lingua non erat talis Calamus: quando literam loquebatur: vnde quando Iudęis in Deſerto: aliqua ſuadebat abſentia futura aut difficilia: vt expugnationem Hoſtium, aut refectionem carnium: ꝛc Nulla erat gratia in labijs eius: quia non mouebantur niſi nudo verbo: In Noua autem lege: Lingua mea inquit: que loquitur ſpiritum. & cuius locutio eſt Eructatio cordis: ſemper eſt diffuſa per gratiam Quia vbicunque predicatur verbum ſpiritus: ſine fructu non predicatur. Quia diffuſa eſt gratia in labiis tuis Quare Hic diſtinguendum Labia Chriſti Sűnt preter perſonalia

{ primo vtrunque teſtamentum ſpiritualiter audiendo & exponendo.
Secundo omnia labia ſanctorum ſuorum: qui vere ſancti ſunt etiam ſi non publice predicent

Tercio omnium labia qui predicant vel ex quibus procedit Euangelium .1. ſpiritus veteris legis. etiam ſi non ſint ſancti per-

'onaliter maxime quando ex officio & auctoritate Eccleſie & ›ublice docent

In hijs omnibus labiis eſt diffuſa gratia. Quia talia predi-:ant: que niſi gratia ſimul cooperans auditori acceſſerit. nihil proficiant. proficiunt autem: quia non fruſtra Hęc prophetia poſita eſt. Quare iſta pro nomina: tuus tua, tue in hoc ps. ſemper ad ſpiritum referenda ſunt ſecundum Eruditionem in titulo poſitam. Et ſic ſunt ſemper lingue eorum calamus ſcribę: quia quando loquuntur iſta lingua ſimul ſpiritusſanctus per eam ſcribit in cordibus audientium. Quare Corol. notamus. Quod verbum dei libenter audiendum eſt. Quia nunquam fruſtra predicatur. Iſaię. 55. verbum quod egredietur de ore meo. non ꝛc

Blatt 58a: Propterea benedixit te deus inęternũm, verbum enim dej conferuat Eccleſiam dej: benedictio enim in ſcrip ſignificat multiplicationem & augmentationem. Scilicet quia diffuſa eſt gratia in labijs Chriſtj: ſequitur multiplicatio fidelium. & hoc inęternũm. quia non ceſſabit Eccleſia.

Spetie tua & pulchritudine tua: Iſta pronomina tua. iterum Hic cum Emphaſi veniunt Quia non qualibet ſpetie Sed tua (.1. ſpirituali.). Sed quomodo differunt Speties & pulchritudo? forte quia Species naturalia: pulchritudo autem gratuita ſignificat. Et nota quoniam non ait. Impetu & bello intende. Sed Specie tua Quia non in violentia Sed in amore regnum Chriſti incepit & ſtat & perſeũerat Ideo Speties Charitas. Pulchritudo autem cęterarum virtũtũm Decor. Seu Species ſubſtantie perſonę: Decor operatio multiformis

populi ſub te cadent. Iſte caſus eſt ſalutis: quia cadunt de ſtatu peccati & ſuperbię. Et ſub Chriſtum. Aliter Cadunt alii ſub diabolum & ſub 'peccatum. Vnde Apoſtolus. Ro. Cum enim ſerui eſſetis peccati: liberi fuiſtis Iuſtitię: Nunc autem liberati a peccato: ſerui facti eſtis Iuſtitie

Oleum letitię, non poteſt eſſe carnale oleum. Sed ſpirituale: quia tale lętificat cor

Myrrha eſt arbor aromatica in Arabia precipuę: tamen etiam in India & ęthiopia naſcens, Cuius Gummi eſt duplex .primum

quod ante inciſionem: ſponte effluit & exſudatur: quod grẹce ſtalcte [& aliquando generali nomine Aloe *ausgestrichen.*] Dicitur: latine autem Gutta ſiue Stilla. Et In ſcrip. vt Exo 30. myrrha electa & prima: Similiter in Canticis Myrrha prima & probatiſſima & electa vocatur: Quia eſt optima omnium: amariſſima & viridis coloris & clariſſimi. Valet autem mirifice ad ſanitates corporis ad vulnera ſananda: maxime ad incorruptibilitatem ſeruandam: Secundum Alterum autem Gummi: quod profluit ex inciſione Myrrhe. & ideo retinet nomen generale arboris: Vnde Et in Euangelio Iohan. 19. Venit autem Nicodemus ferens mixturam Myrrhe & aloes (.1. gutte ꝛc Vtrunque autem in Heb. nomen habet ab amaritudine. Vnde & b. Hiero. Hoc loco in Heb Aloe [Caſia autem: que & fiſtula dicitur ab aliquibus *ausgestrichen.*] Haberi dicit. ſicut & Can. 4. Myrrha & Aloe, cum omnibus vnguentis primis Et ideo mihi videtur melius Aloen pro gutta poni: ex iſtis duobus locis. Et Myrrham vtrunque gummi complecti [*Am Rande links:* ideo forte talis ſit confuſio in tranſlatione]

Caſia [*Am Rande links:* que & fiſtula dicitur] frutex ęthiopię odoris molliſſimi. & ad Balſami odorem proximi: valet autem ad vnguenta & odoramenta ſingulariter Plinium vide li. 12. c. 19. Nunc vide Niſi propheta iſta vellet de ſpiritu intelligi: Quid mirum aut grande De Chriſto prophetaret: cum Aaron in veſte ſua: meliora vnguenta & ornamenta Habuerit: Similiter & tabernaculum precioſius fuit. quam Hic Deſcribitur Chriſtus: ſi ſecundum carnem accipias

pendet igitur Intellectus huius verſus ex myſterio figurę: que ſcribitur Exo: 29 & .30. Vbi dominus precepit Moſi: ex Myrrha, cynnamomo. Calamo. Caſia & oleo: vnguentum facere quo vngeret. omne tabernaculum & ſuppellectilem eius, ſacerdotes & veſtes eius: Quę res ſignificabat Quod Eccleſia & omnis populus Chriſti ſpiritualiter vngendi erant, gratijs, donis & virtutibus: Et hanc ſignificationem hic propheta exprimit Sicut & infra ps .132. Sicut vngentum [*so*] in Capite quod deſcendit in oram [*so*] ꝛc Myrrha ergo & gutta & Caſia (.1. vnguentum ex illis confectum. (.1. gratia per talem confectionem ſignificata. in

›mnibus fidelibus Chriſti diffuſa eſt) Et odor illius vngenti [*so*]. Eſt exemplum & bona fama. ſicut dicit Apoſt. Sumus bonus odor Chriſti: alijs odor vite in vitam alijs odor mortis in mortem. Et eadem res ſignificata eſt per vngentum [*so*] Nicodemi: quo mortuum Chriſtum vnxerunt Symbola autem Myrrhe & gratię: multa ſunt: Hec tamen eſt in viſu maxime Quia ſicut Myrrha cauet putredinem in corporibus mortuis. Ita gratia conſeruat animam a corruptione: in mortificato corpore: Quare Myrrha proprie Caſtitatem ſignificat: Gutta autem virginitatem: Caſia coniugatorum virtutes

Blatt 58b: Vocatur autem Eccleſia Veſtimentum Chriſtj Genes. 49. lauabit in vino ſtolam ſuam. & in ſangüine vue pallium ſuum. Similiter Sancti. Domus eius. Quod autem dicit Eburneis Ebur enim oſſa ſunt Elephantorum mortuorum. Sic Anime ſancte. ſunt reſiduum corporis mortificatj quod fuit beſtia dum viueret in vitijs. Ergo Domus Eburneę ſunt anime. in carne crucifixa Symbola autem Eboris & anime plurima ſunt. ſcilicet quod eſt ſolidum contra Inuidie corroſionem, Candidum contra luxuriam. Durabile & perſeuerans, contra inconſtantiam. Lęue contra aſperitatem irę. Et aptiſſima materies ad vnguentaria vaſa. ſicut ſola anima capax eſt gratiarum & virtutum. Quoniam vinum nouum in veteres vtres non eſt mittendum. (.1. gratia ſpiritus carni non eſt committenda) Sed nouo vtrj (.1. ſpiritũi.) occiſa carne. .Sicut quando anima expolitur & dolatur per verbum dej: paratur in vas vnguentarium ſpiritusſancti: & domum Chriſti: Nam quod facit ars: in figurando: Hoc Euangeliſatio in erudiendo: figuram enim anime dat ſcientia Sed gratiam & vnguentum .1. incrementum ſolus ſpiritusſanctus

In Veſtitu de aurato: Heb: in faſcijs aureis: quę ſunt vberum proprie ligacula: Et Hoc ſignificat Quod Eccleſia ſancta ab intus. etiam cogitationes pectoris. aureis euangelii prohibitionibus cauet Sicut econtra Ezechiel. Synagogam. arguit de Impudicitia cordis. 23. Quod vbera eius in egypto confracta ſint: Diabolus enim vbera anime: omnibus viribus nititur frangere (.1. malis cogitationibus polluere). Similiter ſignificat. Quod Eccleſia Vbera: quibus lacte paſcit infirmos, non habet diſcinctas [*so*] ſicut Heretici.

qui ſua docent. Sed captiua in auctoritatem Scripture Non docens niſi verbum dej Vbera enim Eccleſie. ſunt doctores infirmorum. quos lacte mollioris doctrine erudiunt.

Repetamus Nunc iterum

Eructauit. primo in perſona dej capitur. Et ſic ſolus qui non aliunde ſicut vir ex muliere: Sed ex corde produxit vnigenitum vt pulchre Aug. exponit. Dico opera mea Item Aug. ſic quod ſit repetitio eiusdem ſententię. ſcilicet generationis diuine q. d Dico opera mea (.1. in verbo vnigenito meo: omnia opera mea diſpono.) ſeu dico (.1. verbum profero in quo ſunt omnia. Iohan. 1. In ipſo vita erat ꝛc. pater enim in hoc quod verbum ſuum dicit in quo ſunt omnia, dat filio & dedit quod ſit idem creator cum patre Et ſic dicit omnia opera ſua in verbo & per verbum ſuum. Ergo Dicere regi opera patris Eſt Chriſto homini: diuinitatem datam profiteri: & per eam cuncta facta eſſe ac in e eſſe. per dictionem patris: filius habet omnia opera patris: ſicc: & eſſentiam. Item Aliter poteſt ſic intelligi: Dico oper. mea (.1. Quod per verbum creo omnia ad extra. Hoc De iſto rege debet intelligi q. d ſciatis Quod rex iſte homo eſt principium illud in quo fęci cęlum & terram.

Lingua mea Calamus ꝛc Aug vult. Quod comparatiue Deus ſuum verbum. non ſonis Sed ſcriptis explicat: ad ſignificandam permanentiam: Quia Scriptum manet. prolatum tranſit. Sic verbum dej ęternum eſt: & tamen velociter dictum ſimul

Secundo in perſona prophetę vts. Sed Dico opera mea regi adhuc difficile eſt. Aug. autem ſic ſecundum quoſdam dicit accipi Eructauit cor meum verbum bonum (.1. hymnum & laudem Chriſto. Sicut blaſphemia eſt verbum malum. (.Et Hec ſententia non eſt abſurda: Quia ſancti gaudium cordis non poſſunt effundere Sed vix eructare.) Dico ego opera mea (.1. laudes: Quia ſumma opera Hominis ſunt laus Dej. Nec poſſumus aliquid retribuere niſi laudem & confeſſionem tantum.

Lingua mea ꝛc .1. ſecundum Aug. Velocia ſcribentis (.1. ea que cito implenda erant Verum in iſto verbo, quid profundius Eſt. Sciendum Itaque Quod verbum dej triplici modo dicitur & reuelatur. Primo a deo patre in ſanctis in gloria & in ſeipſo

Secundo in ſanctis in Hac vita in ſpiritu: Tercio per verbum externum & linguam ad aures Hominum Et ſic eſt velut in tercium vas

Blatt 59a: tranſſuſum. Et Hoc eſt figuratum. per Hoc Quod olim deus locutus eſt in prophetis & patribus Et ſic mediante Homine: factum eſt velum literę: & paries medius. poſtea locutus eſt in filio: Hoc adhuc eſt in velamento. Sed tamen ſecundum. Tandem pater ipſe in Cęlo. loquetur nobis in ſeipſo. cum nobis verbum ſuum ipſe ſine vllo medio reuelabit vt audiamus & videamus & beati ſimus: Atque ſicut primo locutio multis figuris & vmbris fuit Inuoluta: que omnia in vno Chriſto implentur. & Inueniuntur. Quia quicquid in lege, tam multis verbis & factis agitur. totum vnus Chriſtus habet in veritate Sic enim verbum conſummans & abbreuiatum fęcit Dominus: Vt que ibi multis aguntur. Hic vna fide ſcilicet & Charitate explentur. [*so*] & ceſſet oneroſa multitudo legum Ita in futuro erit deus idem vnusque omnia in omnibus. Et tam multa quibus nunc ſub Chriſto etiam vtimur & egemus ſcilicet gratijs & donis: [que tamen multo ſunt p *ausgestrichen.*] que ſunt per multa olim carnalia ſignificata (.Nunc enim pauca ſunt ceremonialia. immo nulla fere de neceſſitate Euangelii niſi. 7. ſacramenta que olim erant plurima. Sed tamen ſpiritualiter iſta remanent: & adhuc ſunt multa:.) Et tunc omnia iſta pater. vno nobis verbo prędicabat: Quia cum apparuerit gloria eius tunc ſatiabimur Et tamen vnico & ſimpliciſſimo verbo ſuo ſatiabit nos: Sicut modo in ſpiritu: vnica ceremonia ſcilicet ſacramento: omnia tribuit: que olim multis carnalibus & imperfecte .1. ſigno dedit

De tali ergo Velocitate: que Hodie eſt in Chriſto propheta vult quod lingua ſua ſit Organum ſpiritusſancti: qui nunc velociter ſcribit: quia ſpiritum dat. litera depoſita: Senſus enim ſpiritualis eſt proximum inſtrumentum ſpiritusſancti: quo corda erudiat: litera autem remota & tarda. Si autem in perſona patris. Iterum bene. Quia in futuro ipſe erit Scriba velox per verbum ſuum in omnibus beatis

Quare omnia in Hoc ps ſunt velocia (.1. ſpiritualia: remoto omni ſenſu carnis.) Vnde Cum audis Regem nominari, noli regnum

mundi, neque regem in purpura & auro cogitare: Sed in ſpirita regem: qui in veritate regnat, non in diuitijs & tyrannide Quia proſpere ait procede & regna Et Hoc propter veritatem & manſuetudinem & Iuſtitiam. Et ducet te mirabiliter dextera tua (.1. non ſecundum homines. qui tale regnum non ſapiunt

ponuntur ergo iſta tria Veritas manſuetudo, Iuſtitia: nimis apte: precipue propter hoc ne regnum eius carnale putetur. Eadem ratione illud quoque Deducet te mirabiliter. Quia cum diceret. proſpere procede & regna. addit. propter veritatem. ꝛc q. d. vt per iſtas & in illis regnum tuum ſit: proſperaberis ad ipſum.

Nota autem Quod Hic veritas abſolute pônitur. Vbi alias veritas ſepe tua dicitur que eſt Chriſtus. legis impletio: Hic autem per eadem & omni alia veritate debet intelligi. Et pulcherrime docentur Hic Prelati officium ſuum: Primo quod in veritate: 2° in manſuetudine, tercio in Iuſtitia regnent & preſint in Eccleſia populo Chriſti In veritate

Dico
- primo vt non litera tantum preſint: ſeu ſęculariter & poteſtate tantummodo gaudentes ac honore & dignitate officiorum. Sed ſint in ſpiritu ſuperiores & vere aliis preferendi tam in vita quam in verbo: Alioquin erit paſtor & Idolum: Et non veritas. Sed vanum ſignum
- Secundo vt alios erudiant verbo veritatis. & non litera: ſicut Iudęi faciunt. Nec ſicut leges Hominum & Iura: Doceant. Sed Euangelio ſuos dirigant: quod eſt veritas .1. Chriſtus
- Tercio: vt ipſi & ſuos ſubditos. mendacia fugere faciant & Inuicem veritatem loqui procurent Vide quam pregnans verbum. Sed Hodie pene obſcuratum & oblitum: Et Hec omnia

exemplo Chriſtj: Qui regnat in veritate non in vmbra legis, nec in vanitate ſęculi Nec in falſitate tyrannorum. His tribus enim opponitur veritas

Blatt 59b: Secundo in manſuetudine. (.1. vt non poteſtate vtantur tanquam dominj. Sed manſueti ſint ne illud Ezech. 3. Audiat. cum poteſtate & auſteritate imperabatis eis ꝛc Vbi pulchre

exprimitur. quanta damna fiant. vbi non in manſuetudine regitur: Mali enim ſuauiter ſunt corrigendi, Infirmi tolerandi vt Apoſt ad Timo Et Aug. in regula: patiens ſit ad omnes ꝛc Contrarium nunc agitur. quia fulminationes furiunt. Eo quod pueri ſint principes ex ira dej

Tercio In Iuſtitia. ſcilicet coram deo & hominibus. vt deo ſacrificent ſe & ſuos offerendo orando. caſtigando. & puniendo & reddendo meritis premia cuilibet

Igitur Cum dixiſſet. proſpere procede & regna: pone iunxit, nec alio loco poſuit: propter veritatem ꝛc tanquam cauſam precedentis: propter veritatem ergo: & hoc tibi: Et manſuetudinem: hoc alijs Et Iuſtitiam hoc Deo Et Qui vnum habet omnia habet. Et qui vnum non habet. nullum habet. Sunt enim inſeparabilia: Tales igitur eſſe debent, qui ad officia curasque animarum ſcandunt aut eliguntur Vt poſſit illis dici ſicut & Chriſto (cuius conformari debent imagini.) Specie tua, & pulchritudine tua, intende proſpere procede & Regna. propter veritatem & manſuetudinem & Iuſtitiam (.1. Quia dignus es regnare & proſpere aſcendere: eo quod veritatem & manſuetudinem & Iuſtitiam poſſideas.) Et tunc deducet te mirabiliter dextera tua: Alioquin ſeducet te [ſiniſtra tua *ausgestrichen.*] miſerabiliter ſiniſtra tua

Eodem modo Tropologico Regi: que eſt anima ſancta: ſuper carnem, mundum & diabolum dicitur: Vnde in ſenſu tropologico. [per qua *ausgestrichen.*] vtitur iſtis verbis Eccleſia: in feſtis ſanctarum virginum & viduarum: Quia per quandam excellentiam Virginitas regnat ſuper carnem: ſicut regina & domina potentiſſima: que nec vno momento carni cędit: ſimulque diabolum & mundum glorioſe calcat Atque quia omnis anima virgo eſt fide: conculcans vitia & exceſſus carnis mundi & diaboli Redeundo igitur ad primum.

Veritas Eſt 2x

Scilicet	Sermonis contra	1.	Errorem & falſitatem
		2	falſitatem vt quando poete fingunt. ergo contra fictionem: ſine tamen intentione mentiendi
		3	mendacium
	Operis contra	1	Vmbram. vt figurę legis: erant veriſſimę res: & tamen ſimul vmbrę veritatis future & Diuinę ſcilicet Chriſti Et adhuc ſunt vmbrę eternę glorię. omnia temporalia.
		2	falſitatem in opere vt quando qui errat in opere Sic quando quis prelatus fit indebitus per errorem ſui Aut talia facit
		3	Vanitatem Quando ad literam ſolum regnat & foris: ſeu carnaliter tantum in poteſtate congaudendo: Neglecto ſpiritu. vt ſit ſpiritu talis qualis foris apparet
		4	Mendacium: quando contra conſcientiam intrat ouile aut regnat. ſeu officia agit. Hoc eſt Idolum

Hec eadem Tropologico regi accomodes

Blatt 60 ist herausgeschnitten.

Ps 48. [Hebr. XLIX].

Blatt 61a: Quique terrigene. & filii hominum. **Heb.** exprimitur: Ignobiles & nobiles. Vnde in Hebreo ſunt **Tria nomina** que Hominem ſignificant. Primum eſt Adam. Et hoc proprie exprimit hominis naturam corporalem & hominem exteriorem. ſecundum quam de limo terrę formatus eſt. Adam enim terram proprie ſignificat. maxime rubeam Et ſic aptiſſime Apoſt. Ro 5. dicit Quod Adam fuerit forma futuri: Quia terrenus & corporalis homo figura eſt. cęleſtis (.1. ſpiritualis.) Vnde dicit Si portamus Imaginem terrenj ꝛc Alterum Eſt Enos Quod

interpretatur [oblitus *ausgestrichen.*] obliuiſcens ſeu deſperatus Et proprie exprimit Hominem ſecundum rationalem naturam ſecundum quam corpori peccati immerſus eſt: & deſperatus & obliuiſcens factus. Vnde ps .8. pulchre iſta duo nomina componit dicens. Quid eſt ęnos. quod memor es eius. Aut filius Adam. quod viſitas eum? q. d. Quid tu ipſe deus eius memor es: qui totus deſperatus & in obliuionem datus eſt. Et Quid illum viſitas, qui infima terra eſt. Mira enim dignatio dej. Quod deſperatorum memor eſt: & vilem terram viſitat, eligens infirma & ea que non ſunt. Tertium Eſt. Is. quod ſignificat hominem in maſculino. Iſſa in feminino. Et proprie: eum qui eſt caput vel nobilis inter alios. velut Heros ac princeps. Vnde Hic Habetur Quique Adam & filij Iſcim .1. omnes qui de terra eſtis & infimi Et qui principes & nobiles ſint inter vos [*Am Rande links:* Hanc proprietatem linguę hebręe non poteſt vlla ſequi ideo cum interpres vereretur dicere quique filii hominum & filii hominum coactus eſt ad etymologiam ire quia non Habemus quo nos hominem differenter exprimamus ſecundum corpus & animam]

Os meum loquetur ſapientiam? Quę eſt igitur iſta ſapientia? Illa inquam. Cur timebo in die mala. Sed que eſt iſta? Reſpondet Hęc eſt Sapientia: Quod omnia viſibilia & tranſitoria Mala non ſunt metuenda. Et Bona ſimiliter non ſperanda: Quoniam Mala non damnabunt coram deo. Sed nec Bona ſaluabunt coram eodem. (.Vtraque enim in lege promiſſa. Iudęi ſibi pertinaciter aduertunt Immo Bona iſta coram deo damnabunt. Et Mala potius ſaluabunt. In his igitur. 4. ſtat ſapientia iſta quam hic promittit Scilicet quod

Mala non damnant Bona non ſaluant Bona potius damnant Mala potius ſaluant	ideo	illa non metuenda illa non appetenda illa potius fugienda illa potius ferenda

De primo dicit Cur timebo in die Mala? Dies iſta mala dicitur propter Malos & perſecutores q. d. non eſt timendum in die, qua mali preualent contra me & meos. Quia nolite timere eos qui occidunt corpus: Malum enim eorum non damnat coram

deo. Sed magis prodeſt Cur ergo timebo? Iniquitas Calcanej mej circundabit. q. d. Eſto. Iniqũitas eorum qui mihi fratres ſunt ſecundum carnem me perſequitur Nunquid ideo timebo quaſi hoc ſit totum & omne malum? Abſit. Sicut autem Iacob nomen accepit a planta fratris ſui Eſau non a ſua planta propria: Ita Caro eſt Calcaneus animę tropologice. Allegorice autem Carnalis Iſrael Eſt Calcaneus Spiritualis Iſrael: Nam ſicut ſe habet anima ad carnem. ita [Iudęi *ausgestrichen.*] Synagoga ad Chriſtum & Eccleſiam: ideo ſub iiſdem verbis. illorum allegoria & huius tropologia in ſcripturis aſſumitur. [*Am Rande rechts:* Sic etiam gentes carnaliter contra ſpiritualiter viuentem Eſt ſimiliter Calcaneus] Sed Quia Hic dominus in parabola & propoſitione loquitur Allegoriam illam. Genes. 25. hic pro litera intelligi oportet. Vt ſit Calcaneus: ipſe Iſrael carnis Ipſe Eſau myſticus: Vnde Chriſtus myſticus Iacob dicitur. Et Maxime etiam eo myſterio. Quia ſicut Calcaneus eſt finis corporis humani. Sic Iudęi qui Chriſtum perſecuti ſunt: fuerunt vltimum & finis ſynagoge. Quia tunc Eccleſia cepit & Synagoga ceſſauit. Tercio ideo. Quia Sicut Iacob naſcens, apprehendit plantam fratris ſui Eſau. Sic filius dej naſcens. apprehendit humanam naturam in Iudęis & myſtico Eſau: Et Hoc prope finem ſynagoge. Quia in fine temporis legis natus eſt

De 2º dicit, quomodo Bona non ſunt appetenda: quia non ſaluant. Sed magis noceant, (.hoc enim eſt maxima ſapientia, noſſe.) dicens. Qui in virtute ſua confidunt, ꝛc Q. d. Cur timebo mala & requiram bona? Cur detrectem iniquitatem proximorum ſecundum carnem & confugiam ad bona: horrendo mala? Cum illi qui confidunt in virtute ſua & diuitijs. tales ſint. Quod etiam frater qui tamen maxime beneuolus eſt fratri: non poſſit redimere, ſecundum deum. Quod ſi non redimere, nec damnare certe. q. d. Quantumcunque benefaceret, non per hoc redimeret. Et quantumcunque malefaceret. non damnaret. Cur ergo in die mala timebo? Aut cur in die bona ſperabo? Quia frater non redimet: etiam in die bona .1. quando bene facit Sicut enim dies mala eſt. in qua Impius. male facit & nocet. Ita dies Bona. in qua frater bene facit. Igitur & mala & bona contemnenda

Quia illa non timenda a Calcaneo inferibilia. Nec iſta ſperanda a fratre conferibilia. Et Ideo Hic. Calcaneum appellat eundem populum quem & fratrem. illud, quando nocet. Hoc quando benefacit Calcaneus eſt quando in virtute ſua confiſus & diuitijs ſuperbiens circundat in nequitia. Frater quando poteſt benefacere & redimere. Non ergo frater redimit. Quod

Blatt 61ᵇ: ſi quommodo redimit. Redimit homo (.1. ſecundum hominem poteſt redimere temporaliter pro hac vita.) Sed noſtra redemptio ex deo eſt. Ideoque iſta redemptio non eſt magnipendenda: quam tamen ſolam inſipientes Iudęi & omnes carnales magnipendunt. & expetunt. Non ſic ſancti dej martyres. qui non ſuſceperunt redemptionem talem, vt meliorem inuenirent reſurrectionem. Quia redemptionem humanam non curant. Sed querunt diuinam, Illi autem diuinam non curant Sed querunt humanam. Et ideo contra eos totus ps vadit. Sequitur Si redimit homo: & non deus. tunc non dabit deo placationem ſuam cui tamen maxime debet dari: ſi debemus redimi. dat autem eam homini quidem. Et precium redemptionis corporis. Sed non animę. Ideo Laborabit: etiam ſic redemptus adhuc erit in captiuitate & labore inęternum. Et adhuc viuet imperpetuum, vita peſſima: quia non eſt mortuus cum Chriſto vt cum eo viueret. Non videbit interitum ꝛc vt in gloſſa. Conformiter ad hanc ſententiam dicit ps. 88. Quis eſt homo qui viuet, & non videbit mortem? Eruet animam ſuam de manu inferi? q. d. homo non redimet. Nullus vtique. Et poteſt Hic illud. Non videbit interitum. accipi: ſecundum opinionem illorum. ac ſi diceret. Talis inſipiens non videbit (.1. putat ſe non viſurum mortem: cum tamen ſapientes videat mori, adeo eſt inſenſatus. quod cum illos innocentes videat perire. Non intelligit Quod & ipſe corporaliter morietur: & ſpiritualiter peius: quia inſipiens eſt: & ideo Neceſſario peius morietur, cum ſic miſere ſapientes moriantur. Sed hoc non aduertit: Vnde & contra talem Hoc ſonat. Quis eſt homo qui non videbit mortem? q. d illi inſipientes ſic ſe putant eſſe non viſuros. Sed vtique videbunt. mortem inquam Inferni

Sed & Hoc aliquid habet ponderis. quod videt ſapientes

morientes, Videt enim (.1. complacet ſibi in Hoc. quod ſapientes ſancti ſic moriuntur (.1. varijs tormentis conficiuntur vt Apoſt [*1 Cor. 15, 31. Rom. 8, 36.*] ait. Quottidie morimur. & eſtimati ſumus ſicut oues occiſſionis [*so*].) hec enim Iudej Inuidi libenter conſpexerunt in Chriſto & ſuis. Sed interim non videbant interitum ſuum etiam peiorem ſibi imminere. Omnia ergo iſta contra Iudeos vergunt. qui non niſi Humanam redemptionem vſque Hodie expectant Et Interitum ſuum necdum vident. Quia libenter vident Sapientes mori (.1. Chriſtianos perire.

Mültis autem & aliis modis iſti quinque verſus ſunt ab alijs expoſiti: multum laborioſe: alii queſitiue. alii tropologice. alij mixtim ex omnibus. Vnde quidam ſic. iuxta heb. fratrem redimens, non redimet vir vel virum. (.1. Chriſtus redimens fratrem ſuum ſcilicet quemlibet electum qui & vir eſt in Eccleſia redemptor. Ipſe non redimet. ſcilicet Calcaneum & eos qui gloriantur ꝛc Vel virum (.1. Iudam & ſotios, Et non dabit deo placationem pro eo. ſcilicet Iuda & ſuis ſotijs Et precium redemptionis anime eorum: Sed quięſcet in ſęcula, (.1. ipſe Chriſtus quieſcet.) & viuet in ſempiternum Et non videbit interitum, cum viderit ſapientes (.ſcilicet ſecundum ſęculum.) morientes ꝛc Sed hec expoſitio violentior eſt paulo Quia licet Chriſtus ſuam placationem pro Iuda & Iudęis efficaciter non dederit tamen vtique dedit ſufficienter. Sed magis ipſi non acceperunt, Ideo non. debet negari datum. Sed potius acceptum beneficium propitiationis. Item Quod pro vir: virum ponit: coniectura magis eſt quam expoſitio Et quod ſapientes hic pro ſęculj ſapientes ponat, non videtur, cum mox ſequatur. Simul inſipiens & ſtultus peribunt. Quare ille prior melior videtur

Qűid illud Inclinabo in parabolam aurem meam. Et aperiam in pſalterio Heb in Cythara enygma meum: quod eſt idem quod propoſitio pſalterium hic pro reuelatione pſalterij capi poteſt. Quia per Chriſtum aperta. ſunt myſteria in pſalterio poſita de ſe: 2° In pſalterio (.1. in Hoc pſalmo quia Chriſtus Hic ea docet: que in Euangelio Docuit poſtea. Et ſic propoſitiones ſuas etiam Hic prophetice aperit: quas poſtea etiam

in Euangelio aperuit 3º Quia ſicut pſalterium inter cęteras ſcripturas, eſt maxime abſconditum & velatum: Ita & dominus ſententiam ſuam in parabolis velauit & abſcondit. atque ſic in Euangelio ſuas propoſitiones aperuit in pſalterio (.1. ad modum pſalterij. ſcilicet enygmaticum & parabolicum, Quia ſpiritus litere totus in parabolis per pſalterium narratur 4º Quod ſicut Inſtrumentum illud Muſicum, ſcilicet pſalterium, non dat verbum Sed tantum ſonum (.1. ſonum non articulatum per ſyllabas Intellectualiter ſignificatiuas Sed tantum ſonum ſenſibiliter perceptibilem.). Ita litera vel parabola. Eſt velut ſonus, non articulatus neque diſtinctus. Et ita tota lex vetus. Eſt tantum vox vel ſonus: quia ſolum ſenſibilia tradens

Blatt 62ª: ac [velut *ausgestrichen:*] ſine verbo myſtici ſenſus. Quia ſicut per Incarnationem Chriſti: verbum dej additum eſt carni Ita per eundem, ſpiritus reuelatus eſt: qui eſt velut verbum vocis, & ſicut deitas carnis. Et ſic propheta vult. Quibus Chriſtus aperiet in pſalterio (.1. reuelabit in illa parabolica voce & ſono verbum ſpiritum & diuinitatem latentem Et Hoc modo Apoſtolus dicit. 1. Corin. 14. Quod tuba, niſi diſtinctum ſonum dederit, quis ſeſe parabit ad prelium? (.1. articulatum,) ꝛc Tuba ſonans Eſt lex literalis ſenſus. Qui ſonus articulatur & diſtinguitur: Quando ſpiritualiter & myſtice exponitur. Que articulatio ſono ſic facit, ſicut myſterium litere, ſpiritus carni, Diuinitas humanitati Chriſti. Qui enim Carnem Chriſtj. inſpiciat indiſtincte, ſine dubio nihil intelliget, nihil ſe diſponet ad eum. Si autem eum deum eſſe diſtinxeris, Iam in terram cadens adorabis: Quia carnem eius in verbum diſtincte articulaſti: ideo iam intelliges In hanc ſententiam Excellenter theologiſſat Apoſt vbi supra Et Hoc Moſes figurauit [Leuitici. 12. *ausgestrichen.*] Quando precepit ſonum tubę differenter articularj. Quando itur ad bellum, Quando Numerj. 10. feſta aguntur. Quando populus congregandus eſt (.1. Scriptura 3ci ſenſu myſtico articulatur. primo tropologico, qui parat ad bellum contra vitia & Demones Secundo allegorico, qui parat ad Epulas & dies feſtos, ad eruditionem & refectionem ſpiritualium Tertio literali, qui congregat populum. Et Hic eſt ſimplex clangor. vt ibidem dicit

Igitur. pſalterio aperire. Eſt in parabola & vmbra (qualiter litera eſt) producere ſpiritum & myſticum ſenſum, Hoc autem certum eſt quomodo Chriſtus egerit.

ps. 49. [Hebr. L.]

Blatt 62b: Deus, deus, deus, Locutus eſt (.1. loquetur in futuro.) ſic enim debuit tranſferri latine quia in Heb. ponuntur tria nomina Dej Vnde Hiero ſic Fortis, deus dominus, locutus eſt primum. tranſferens ſecundum etymologiam ſcilicet El locutus autem eſt deus (.ſecundum Apoſtolum.) olim in prophetis. nouiſſime autem in diebus iſtis, in dilecto filio Quid ergo locutus eſt?

Vocauit terram, quia venit peccatores vocare ad penitentiam. Miſit enim verbum ſuum. Hoc eſt. quod locutus eſt. loqui enim eſt verbum mittere & dirigere ad alium, foris Dicere autem eſt verbum tantummodo producere. & diffinitiue ſtatuere. ac determinare. Non ſic loqui: [*Am Rande links:* dicere loqui] Et iſtorum duorum verborum talis doctrina in ſcrip. Euidens eſt. Quia quecunque deus dixit fiunt & facta ſunt Et ſic verbum eius ſemper fit & factum eſt. vt dicitur in multis locis Scrip. Quia tunc deus per internum verbum immediate dicit, quod eſt omnipotes [*so*] & efficax. Locutus eſt autem ſepius & multa: que non ſunt facta & audita ac recepta ab hominibus. Ideo Locutio & verbum dej multum differunt. Locutus ergo eſt in dilecto filio ſecundum carnem eiuſdem

Ex Zion ſpecies Decoris eius. Eccleſia Eſt ſpecies decoris Eius ſcilicet Chriſtj. Quia ej aſſimilata & de eius plenitudine accipiens. Ipſe decorus. & omni decore pulcherrimus a quo decore venit ſpecies (.1. forma & imago eius in Eccleſia: Et ipſa de Zion exiuit in totum orbem terrarum. Quia vocauit ab ortu ſolis vſque ad occaſum .. Scilicet in Zion incepit & ibi primum exiuit iſta vocatio. vt [act. 1 Eritis *ausgestrichen.*] Matt. vlt, Incipientes a Ieruſalem vſque ad nouiſſimum terrę. [*Am Rande links:* Iſaie 2. Mich. 4. De Zion exibit rex & verbum domini de Ieruſalem Sic etiam Eccleſia: quia cum lege & in lege exit. etiam populus qui eſt in lege. Non enim lex ſe ſola ſine

ſuis cultoribus exiuit in orbem terrarum. Igitur lex decora & Synagoga. Sed euangelium Species illius decoris ſimiliter & Eccleſia] Alio modo ſpecies decoris eius Eſt manifeſtatio & claritas decoris eius: Et Hec eſt Euangelica lex per totum mundum predicata quia in iſta ſpecie & claritate apparuit omnibus. quis eſſet decor Chriſti. quia ſcilicet ſpiritualis. Sicut ſtella magis oſtendit natum Chriſtum, ita Species iſta & claritas Euangelii. decorem & gloriam Chriſtj. Tercio Species (.1. reuelata facies decoris Chriſtj, qui prius in litera latuit, tunc cepit videri. Quia fuit quidem decorus. Sed nondum ſpecies eius apparuit ideo abiecta litera. & adducta luce, tandem apparuit veritas. quam vmbra non ſinebat eſſe ſpeciem, licet decorem eſſe prohibere non poſſet. Et Hoc in Monte Chriſtus oſtendit. quando decorem diuinitatis & glorie ſuę, foris protulit in ſpeciem. Vnde & ſpecies a ſpecere venit, vt ſit non niſi ille decor. qui viderj poteſt & in claritatem poſitus. Hoc enim in lege non erat. Sic Sic [*so*] forte illud ſupra ps. 44. intelligi poſſit Specie tua & pulchritudine tua. vt ſit, ſpiritus, ipſe decor, pulchritudo, manifeſtatio autem eius paſſiua per Euangelium actiue, ſit ſpecies eiusdem. [*Am Rande links:* Et ſupra ps 46. Speciem Iacob quam Dilexit] Et Huic conſonat Heb. Gloria & decore tuo. Quia Decor ſine gloria non videtur. Et eſt ſub litera latens. Gloria enim eſt clarificatus decor & Species eſt manifeſtata pulchritudo. Sicut dicit Iohannis. 12. pater clarifica me claritate quam habui (.Ecce abſconditam.) priusquam mundus fieret. Eodem modo & Hic iuxta heb. Hiero: capi poteſt, Ex Zion perfecto decore deus apparuit. Quia lex imperfecta eſt. & decor eius per Euangelium perfectus eſt. Talis eſt & illa oratio, Gloria & honore coronaſti eum. 8. Et Gloriam & magnum decorem impones ſuper eum ꝛc

Qui ordinant teſtamentum eius, ſuper ſacrificia. .primo (.1. qui pactum Chriſtj feriunt pro ſacrificio). ſic enim Heb..) qui legem eius ſuſcipiunt vt eũm colant ſacrificio. Vnde Sacrificium eſt finis legis & Euangelii Quia quid aliud facit Euangelium. quam quod nosipſos mactat & mortificat ſecundum carnem

&ſic offert deo viũificatos ſecundum ſpiritum Ro. 12. Exhibeatis corpora veſtra hoſtiam. Et 1. Pe. 2 vt per ipſum offeratis hoſtias ſpirituales ꝛc. Quę ſumus nos ipſi: de quibus Hoc [*so*] ps nos erudit.

Secundo ſuper ſacrificia (.1. perfectius & dignius quam ſint ſacrificia legis ac plusquam illa Ordinant autem: quia primo ſeipſos. deinde alios offerunt & per verbum dej conficiunt. Hoc enim poſtulat ordo Charitatis. vt prius pactum & teſtamentum dominj faciat ad ſacrificandum ſeipſum. Deinde & alios.
Quod autem verbum dej ſit teſtamentum patet in gloſa. Et ps. 26. Teſtamentum ipſius vt manifeſtetur illis

Blatt 63a: Deus, Deus noſter, dicit: primum quia in ſeipſo verus etiam ſine nobis eſt deus, Secundum. Quia per veram religionem noſter deus eſt, ſicut dicitur deus Abraham. Iſaac. Iacob. Iſrael. Et ſepius in li. Regum ad prophetas dicitur deus tuus. deum tuum ꝛc Sic Ezechias ad Eſaiam. eiuſdem. 37. Et Zdech ad Ierem. eiuſdem 49 [*Die 4 scheint durchstrichen. Ob 39?*]

Sacrificium Laudis. ſoli debetur deo. laudem enim & gloriam: iam ſibi vendicauit, quam ej diabolus & homo furatus fuerat. [*Am Rande links:* Aug. Hoc ſacrificium eſt. Gratias agere illi a quo Habes quicquid boni habes Et cuius miſericordia tibi dimittitur quicquid tuum malum habes. Vnde Baruch. 1. Et dicetis Domino deo noſtro Iuſtitia, nobis autem confuſio faciej noſtre] Quare coram deo non gloriari poteſt omnis caro, Sed ſolus ipſe glorioſus eſt. & nos confuſioſi vt ſic dicam. Tunc enim Recte deus colitur Quando nosipſos omnino confundimus. Et omnem laudem & gloriam ej attribuimus. Et quicquid in nobis eſt. Quia quando deo tribuimus quod ſuum eſt: & reſeruamus nobis quod noſtrum eſt. tunc nihil reſeruamus. & ipſum nihil eſt noſtrum Totum autem eſt dej. ex quo accepimus. Talis ergo confeſſio ex vero corde: eſt ipſum laudis ſacrificium, ſcilicet totos nos deo debitos fateri quicquid ſumus. Et nihil nobis relinquere omnino. Atque non ſolum corde Sed & opere nos, ſic ej confiteri, vt opera ipſa teſtentur, nos nihil nobis eſſe & videri
Et ex hoc fundamento ſit, vt quilibet quantumuis ſanctus, neceſſe habeat de ſe coram deo omne malum ſentire & confiteri. & omnino

nihil. Et dicere. Tibi ſoli peccaui, tibi malus ſum, tibi nihil ſum. Quia ſi deus auferat id quod ſuum eſt in nobis veriſſimum eſt: id quod relinquitur. priũationem, tenebras, & malum eſſe. Ac ſic damnatione dignum Quod ſi aliquid illorum nobis inflectimus: iam fures ſumus bonorum Dej. & ſubtractores glorie eius

Et ex hac radice veniunt iſta verba: Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum. Et illud Apoſtoli: Quorum primus ego ſum. Et illud Chriſti. ſede in loco nouiſſimo. Quia ſi deus nobis vellet imputare: illud quod eſt in nobis: vltra eius dona: iam eſſemus peccatores Sed hoc ſalui ſumus, quod ipſam noſtram nihileitatem nobis non imputat, quando eam ſaltem agnoſcimus Et ſic nullus ſanctorum, etiam b. virgo, non mentitur, dicendo. Dimitte nobis debita noſtra. Sic Sic Ego dixi in exceſſu meo. omnis homo mendax. Quare? Quia humiliatus ſum nimis Ideo Credidi. & ſic locutus ſum, Non quia ſumus aliquid Et ſic totum. c. Ro. 3. intelligi debet Vnde & Eſaie. 40. Ecce gentes. quaſi nihil reputate ſunt ej. Nunc autem omne Nihil eſt peccatum, Quia lege prohibitum, vt nullus vacuus coram Deo appareat. Sed omne nihil eſt vacuum, ergo omne nihil eſt contra legem. Etſic Concluſit Scrip. omnes ſub peccato Gal. 3. hoc eſt ergo verum ſacrificium laudis. Scilicet ſuam totam abyſſum agnoſcere & omnia que eſt, habet, poteſt, dej bonitati aſcribere & confiterj. Quare profunda theologia in iſto verſu eſt: qualis & in toto ps ſequente. per ſingulos pene verſus eſt.

Quod autem alii illud de ſacrificio altaris exponunt, non videtur ad literam dici. Licet verum ſit Quod ſacrificium laudis: & res ipſa ſacramenti ſit idem: Quia in ipſo offertur ſemper ſacrificium laudis. de quo Hic loquitur. Sed non ſolum in illo. Immo ſacrificium laudis eſt Iuge ſacrificium, quod nunquam ceſſat offerri. Quia nos ipſos deus requirit & non noſtra. niſi vt ſignum ſeu ſacramentum. ſacrificii quod ſumus nos. Nam & b. Aug. tale exponit ſacrificiũm Vnde illa dictio Hod hebraice ſignificat proprie Confeſſionem: que tamen & laus eſt. Sed magis exprimit, laudem ſcilicet de acceptis ac gratiarumactionem:

Nam & laus quedam eſt. non confeſſio nec gratiarumactio Sed tantum preconiſatio.

Cęli annunciant Iuſtitiam dej: quoniam deus Iudex eſt. Hoc nouum verbum Apoſtoli nunciauerunt Scilicet Quod iam deus ipſe non Homo loco dei Iudicaturus ſit. Et ideo neceſſe eſt vt tale Iudicium ſit vniuerſale & omnium generale. quia dej: Cuius Vicarij tantum partiale agunt. Ipſe autem. quia ſupremus & altiſſimus. neceſſe eſt. vt omnia Iudicet. Quare annunciare. quod deus Iudex eſt. eſt annunciare vniuerſale Iudicium & quod non ſufficit Iuſtitia alicuius. quam coram Hominibus habere poſſit. Sed requiritur Iuſtitia dej vt coram deo Iuſtus ſit, Et ad hoc requiritur: quia non ab homine Sed a deo Iudicabitur. Quoniam deus Iudex eſt.

ps .50.*) [Hebr. LI.]

Blatt 63b: Iſte ps ſicut eſt vulgatiſſimus: ita certe difficillimus preſertim in verſu quinto: ſuper quo tot ſunt pene expoſitiones allatę. quot fuerunt expoſitores. Quare Apoſtolum pro nunc ſequi volumus Ro 3. Qui per ipſum probat. quod omnis homo ſit mendax & peccator. Solus autem deus Verax & Iuſtus. quod debet intelligi de ijs hominibus, qui nondum a deo ſunt Iuſtificati & deo coniuncti. quoniam tales ſunt Iuſti & veri dicit ergo. Eſt autem deus verax & omnis Homo mendax. ſicut ſcriptum eſt. vt Iuſtificeris in ſermonibus tuis & vincas cum Iudicaris. Et ſequens. Infert Corol ſecundum quoſdam. Si autem iniquitas noſtra Iuſtitiam dej commendat ꝛc (Hoc enim ſequi videtur ex iſto. Tibi peccaũi vt Iuſtificeris: quaſi non poſſit Iuſtificari. nisi nos peccemus. Sed hoc ſic debet intelligi propoſitiones ponendo

primo. Omnes homines ſunt in peccatis coram deo & peccant .1. ſunt peccatores vere.

Secundo. hoc ipſum deus per prophetas teſtatus eſt, & tandem per paſſionem Chriſti idem probauit: quia propter peccata hominum fęcit eum pati & morj

*) Vgl. Riehm, Initium pag. 16 ſqq.

Tertio Deus in ſeipſo non Iuſtificatur. Sed in ſuis ſermonibus & in nobis

Quarto Tunc ſimus peccatores quando tales nos eſſe agnoscimus, quia tales coram deo ſumus

Tunc ſequitur. Qui non eſt peccator (.1. ſe non confitetur peccatorem.) manifeſte contendit deum condemnare in ſermonibus ſuis. quibus nos in peccatis eſſe teſtatus eſt. Et Chriſtum non pro peccatis mortuum eſſe contendit Et ſic Iudicat deum & mendacem facere nititur. Sed non vincet neque preualebit. preualuit autem deus. Et tales fuerunt Iudęj & ſunt vſque Hodie Vnde multę ſunt tales auctoritates in Euangelio & Apoſtolo: que videntur nos Inducere vt peccemus: cum non aliud velint, niſi vt confiteamur & agnoſcamus nos eſſe peccatores. dicit. Tibi ſoli peccaui. Et ſic tunc Iuſtus & verax in ſermonibus efficitur. quibus nos peccatores declaraũit. Et vincit. quia falſe Iudicatus fuit. Et qui dicit. Tibi peccaũi ſoli. Excludit Iuſtificationes legis: q. d. Non confiteor de peccatis contra legis ceremonialia: quia talia ſunt figuralia peccata. & per legem auferibilia. Sed de ijs: que lex nullo modo poteſt auferre. nullis Hoſtiis, nullis lotionibus, aut ritibus. Ideo tibi ſoli peccaũi. Quia de veris peccatis confiteor: non de vmbraticis. Quia ecce veritatem dilexiſti Et ſic eſt expreſſio precedentis verſus, quale ſit peccatum ſuum quod cognoſcit. Quia non figurale Neque per ſanguinem hircorum auferibile. Et taliter peccata confiteri: Hoc eſt: deum Iuſtificare & victorem facere: Cui repugnant Iudęi vſque hodie: Qui per ſanguinem hircorum peccata volunt auferri. & figuralia tantum peccata eſtimant. Vnde

Iſta repugnant { Negare ſe peccatum habere aut non confiteri: Et deum Iuſtificari Se ipſum Iũſtificare coram deo. Et deum glorificare

Quare a nullo Iuſtificatur, niſi ab eo qui ſe accuſat & damnat & Iudicat. Iuſtus enim primo eſt accuſator ſui. & damnator & Iudex ſũi. Et ideo deum Iuſtificat, & vincere ac ſuperare facit Econtra Impius & ſuperbus. primo eſt excuſator ſũi ac defenſor, Iuſtificator & ſaluator. Quare ipſo facto dicit deo ſaluatore ſe

non Indigere. & Iudicat deum in ſuis ſermonibus & iniuſtificat ac mendacem & falſum arguit, Sed non preualebit. deus enim vincet.

Quod ſi adhuc quis non intelligat quoniam nullus Iuſtus eſt coram deo. qui ſolus Iuſtificatur. Sequitur clarior expreſſio. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum. Ergo verum eſt quod tibi ſum peccator & peccaui, vt tu ſolus glorioſus ſis in Iuſtitia & Iuſtificeris ſolus, quando omnes ſumus peccatores Et Verum eſt. Quia [nullum opus *ausgestrichen.*] Adeo nos coram deo ſumus iniuſti & indigni, vt qũęcunque facere poſſemus nihil coram eo ſint. Immo & fides & gratia, quibus Hodie Iuſtificamur non Iuſtificarent nos ex ſeipſis, Niſi pactum dej faceret. Ex eo enim preciſe. quia teſtamentum & pactum nobiſcum fecit vt qui crediderit & baptiſatus fuerit ſaluus ſit, ſalũi ſumus. In hoc autem pacto deus eſt verax & fidelis & ſicut promiſit, ſeruat. Quare verum eſt, nos eſſe in peccatis coram illo ſemper. [nō *ausgestrichen.*] vt ſcilicet ipſe in pacto ſuo & teſtamento qu. nobiſcũm pepigit. Iũſtificator ſit Vnde litera Heb. Si Tibi ſoli peccaũi. propterea Iuſtificabis in verbo tuo .1. pacto tuo. Qui ergo non peccat nec peccatum confitetur, hunc non Iuſtificat deus in pacto: quia qui non credit ꝛc Eo quod non poſſit deus

Blatt 64 fehlt; ist weggeschnitten.

Blatt 65a: Dicit autem Tibi ſoli: propter peccata legalia que etiam per legem mundari potuerunt. vt tactus. Mortũi pollutio corporalis ꝛc. Talia enim peccata ſunt coram lege & Mō potius in his quam deo peccatur. Dicit peccaũi ſcilicet vero & Spirituali peccato. de quo ps. 18. ab occultis peccatis meis munda me Et Hoc eſt Iudicium quod diligit honor regis & amat dominus: ſcilicet ſeipſum accuſare & Iudicare Et tunc Iuſtificatur Dominus in verbis ſuis. vt infra ps 141. Iuſtus dominus in verbis ſuis ꝛc ſcilicet quibus. omnes oſtendit eſſe in peccatis

Deinde Iuſtificeris. Hoc fit in eis. qui ſe non Iuſtificant ſed Iudicant. vt deus Iuſtus ſit & per eum Iuſtificentur & ipſi. Dicit autem maxime Iuſtificeris. & non verificeris. Quia contra Iudęos

potiſſimum loquitur vt Ro. 3. patet Qui non ignorant aut ſaltem non ignorare debent: omnes eſſe in peccatis. Sed qũia ſe per ſuas Iuſtitias Iuſtificari credunt: ideo deum iniuſtum faciunt ſcilicet quaſi iniuſte eis faciat. quod neget eos in ſeipſis Iuſtificari poſſe. Gentibus autem & verax & Iuſtus eſt

Vincas. Hoc fit in malis & incredulis. A quibus Iudicatur deus Cum ipſi ſeſe deberent Iudicare. ſicut illi qui dicunt. Tibi peccaui. Econtra illi dicunt Non peccaũi. Et ita dum ſe Iuſtificat neceſſario deum condemnat. De quibus prouer. 30. Generatio que tergens os ſuùm dicit. Non ſum operata malum. Quia Iſta duo ſeſe mutuo Inferunt

Qui ſeſe { Iuſtificat, Deum condemnat qui illum peccatorem eſſe affirmat per omnes ſcrip: maxime ps. 13. vt apoſt. allegat Ro. 3. Iudicat & confitetur peccatum, deum Iuſtificat & verificat: Quia dicit id. de ſe: quod deus

dicit de eo. Et ita iam conformis deo eſt. Et verax & Iuſtus: ſicut deus cum quo concordat Quia eadem dicunt: Sed deus dicit vera & Iuſta: Et ille dicit eadem. ergo & ipſe cum deo Iuſtus & verax eſt. Illi autem cum deo pugnant de veritate Deus enim illos aſſerit eſſe impios, illi autem negant Et ſic neceſſe eſt vel deum vel ipſos mentirj: quia mutuo ſeſe condemnant & Iudicant. Sed impoſſibile eſt deum mentiri. Quare vincas cum Iudicaris: ſcilicet in ſermonibus tuis, non enim in ſeipſo Iuſtificatur aut Iudicatur Et ex iſto verbo abunde patet differentia Iudicii & Iuſtificationis

*) [Iuſtificatio Sui contra Iudicium & condemnatio ſui

verbaliter

Iuſtificatio dej contradict Iudicium & condemnatio dej]

*) [ ] ist ausgestrichen. Beide Sätze, der ausgestrichene und der geltende stehen auf gleichen Zeilen einander gegenüber.



Iuſtificatio dej ſubſtantialiter contra Iudiciũm Dej

His nunc Applica Regulas logice. de naturis oppoſitarum propoſitionum.

.1. Omnis Accuſator ſũi, Iuſtificat deum: Sed non econtra omnis Iuſtificator dej Iudicat ſe. quia poteſt Impius deum glorificare, vt demonia

2. Omnis Iuſtificator ſui condemnat deum: Sed non econtra omnis condemnator Iuſtificat ſe: quia damnati Iudicant deum & tamen non Iuſtificant.

.3. Nullus Iuſtificator ſui, Iuſtificat deum Sed bene econtra aliquis Iuſtificator dej Iuſtificat ſe.

Hoc totum eſt quod ps precedenti dictum eſt. Sacrificium laudis honorificabit me & Illic iter. Sic Iob ait Celi ſunt immundi in conſpectu eius & Stelle ſunt immunde coram eo & Luna non lucet. (.1. ſancti non ſunt ſancti coram eo Sic Iſaie. 40. Omnes gentes. quaſi nihil & inane reputate ſunt ej: Quia Sancti ſeſe confitentur maxime immundos: Dicentes ſemper tibi ſoli peccaui vt Iuſtificeris ꝛc. Vnde Vna Inſignis ſtella inter eas Dixit Venit Iheſus Chriſtus peccatores ſaluos facere: quorum primus ego ſum Ecce quomodo iſta ſtella non eſt munda coram eo: que tanta fulget claritate coram hominibus Et Hinc naſcitur illud. quod Mirabilis eſt Deus in ſanctis ſuis. Nam Verum Qui pulcherrimus eſt coram Deo: idem eſt deformiſſimus & econtra. Qui deformiſſimus ipſe eſt pulcherrimus. Sic Qui eſt pulcherrimus ſibi: ipſe eſt turpiſſimus coram deo Quare ſic? Quia ſacrificium confeſſionis Honorificabit me. Nec eſt vllus

Blatt 65b: ornatus aut veſtis Eccleſie preſtantior. quam Indumentum confeſſionis: Hoc enim eam maxime decet. Ita vt ps dicat: Confeſſio & pulchritudo in cõnſpectu eius, Et iterum.

Confeſſionem & Decorem Induiſti ? Et Confeſſio & magnificentia opus. Quare ps 44. dicit Audi filia & vide & inclina aurem tuam Eſto humilis: & ſic concupiſcet rex decorem tuum. Igitur Non qui ſibi Humillimus videtur. Sed qui ſibi fediſſimus & turpiſſimus videtur. Hic eſt ſpecioſiſſimus coram deo Et ratio Eſt Quia ſuam feditatem nunquam videret, niſi eſſet intime illuſtratus lumine ſancto, Sed habens tale lumen eſt Specioſus. & quanto clarius tanto ſpecioſior. Et quando clarius habet: tanto magis videt ſeſe eſſe deformem & indignum. Quare verum eſt. Turpiſſimus ſibi eſt formoſiſſimus Deo. & econtra formoſus ſibi turpiſſimus eſt Deo: quia caret lumine quo ſe videat, Sic B. Virgo ait. Quia reſpexit vilitatem ancillę ſuę. Hec ſunt medulla Scripturę. & adeps frumenti cęleſtis. omni diuitiarum gloria amabilior. Bonum mihi lex oris tui ſuper milia auri & argenti. Nec ego pro tali intelligentia: totius mundi diuitias commutarem Si optio daretur: Dulciora enim ſunt ſuper mel & fauum. ſunt iſta eloquia dej.

Quo fit vt etiam ſancti, in ſuis virtutibus, non gloriantur. licet in ipſis gaudeant & exultent. eas referendo ej. qui dedit. Vtrunque enim nimis abſurdum eſt: &. In paupertate. ſuperbire. & in alienis veſtibus ſuperbire. Primum faciunt qui ſeſe Iuſtificant cum ſint impij: Secundum qui quidem Iuſti ſunt. Sed de virtutibus ſuis ſuperbiunt. & viderj volunt. Licet autem bene gaudere vt dixi Semper igitur peccatum timendum ſemper nos accuſandum & Iudicandum in conſpectu Dej. Quia ſi nos ipſos Iudicamus, non vtique a Domino Iudicabimur. Quia non Iudicabitur bis in idipſum: Nec poteſt eum condemnare: qui iam a ſeipſo & per conſequens. a ſermonibus dej Iudicatus eſt. Quia deus ſeipſum negare non poteſt Sed ipſe Iudicauit illum peccatorem. & Hoc idem fęcit ipſe: Ergo non poteſt eſſe contra illum ſic ſeſe Iudicantem. alioquin eſſet contra ſeipſum: qui illi conformis fuit in Iudicio Quare neceſſe eſt vt Iudicium ſuum in illo agnoſcat & approbet

Patet Itaque ps. iſtum proprie non de Dauid. Sed in perſona Eccleſie prophetice factum eſſe: a dauid velut parte Eccleſie: ſumpta occaſione ex hyſtoria: quę in titulo nominatur. Maxime

ex eo quod dauid per Nathan correptus ſtatim agnouit & confeſſus eſt peccatum dicens. peccaũi Vnde Hoc ipſum: potiſſimum Hic allegat. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: Ibi enim intellexit. Quod accuſare ſeipſum, ſit Iuſtificare deum & per conſequens ſeipſum. Non ſic Saul Qui a Samuel correptus ait. Immo obediũi voci Dominj. qui fuit figura Synagoge: ideo ſicut ille ita & ipſa proiecta eſt a facie in Dorſum. a ſpiritu viuificante in literam mortuam.

figuram huius rej Inſpice in Chriſto pendente in cruce. Vnus latro Iudicat, condemnat & blaſphemat eum, alter ſeipſum Iudicat & Iuſtificat Chriſtum dicens. Nos quidem Iuſte (.1. Tibi ſoli peccaui) hic vero nil mali geſſit. (.ecce vt Iuſtificeris.) Quod ſi Iuſtificatur. Sed Iudicatur. nihilominus vincit & Iuſtificabitur vel ab inuitis. Qui enim nunc ſeſe accuſare non volunt & deum Iuſtificare in ſuauitate & bonitate allecti, tandem Hoc facient in fortitudine & ſeueritate victi ſcilicet poſt mortem & in extremo Iudicio

Iſta autem Intelligentia non tantum pro iſto verſu aut psalmo vtilis eſt. Sed ad omnes, vbi memoria fit laudis & Iuſtitie & glorie dej. Quia non poteſt deus laudari, Iuſtificari, glorificari, magnificarj, admirari x niſi ſimul & prius, nos vituperemur, accuſemur & confundamur & econtra. Vbi noſtra confuſio, accuſatio. ibi laus dej. & Iuſtitie eius memoria fit. Exemplum primi { laus tua in fines terre ps. 47. ſacrificium laudis ps precedente laudate pueri: Alleluia quoque vbicunque ponitur }

Exemplum 2i { Confundantur & reuereantur / Cum confuſi & reueriti / Confeſſio & magnificentia opus eius }

[*Am Rande links:* Nota bene *mit einer grossen, den Zeigefinger hoch hinaufstreckenden Hand.*]

Blatt 66a: Cor mundum crea in me deus. Mirum & magnum verbum. Multi enim. non faciunt peccata. Sed omnia bona. Et tamen ſola ſuperbia ſubtiliſſima. de ipſis virtutibus nata. polluit illos ideo ait. non manum, oculos, pedes, linguam, aures, carnem. munda. Quia illis forte quis iam non peccat. Sed ſolum

cor inflatur. & polluitur Ita & Spiritus rectus (.1. Tropologice enim nunc loquor. vltra ea que literaliter in gloſa dicta ſunt.) Quia quidem viuunt quidem [*so*] ſpiritu & mortificant carnem. Sed ſpiritus eorum inflexus & curuus eſt in ſe ipſos: pro vana gloria & ſuperbia. Tales ſine dubio fuerunt Heretici quidam. Qui caſtiſſime viuebant. Et Hodie Boemi vicini noſtrj: Qui in omni mundicia pene nos excedunt. excepto corde: quod ſpiritualis ſuperbia polluit. Et Hec eſt Eſca diaboli electa Nam & ipſe licet ſit immundiſſimus: tamen in mundo loco optat habitare: dicit enim. Aſcendam in montem aqũilonis ꝛc Horror itaque eſt attendere in Hoc abyſſale & terrificum dej Iudicium. Quod multi Heretici tam docti, tam ſancti externis fuerunt & in ſcripturis eruditiſſimi. Et propter ſolam hanc ſeditatem intimam cordis repudiata eſt omnis talis ſynagoga & adulterata

Nota autem ſi deus Iuſtificandus eſt in ſermonibus ſuis, quibus nos. affirmat peccatores Vtique etiam, in operibus ſũis, quibus Hoc idem aſſerit. Hęc opera autem ſunt, flagella & cruces: quę cum ſuper nos veniũnt: dej velut verbum ſunt: peccatum noſtrum arguentis & conteſtantis. Atque ideo cum omni timore & humilitate ſuſcipienda: & confitendum ej. Quia Iuſtus eſt in operibus ſuis. Ita enim per prophetas Iſa & Ierem d. Corripiam te in Iudicio: ne tibi innocens videaris. Semper enim in nobis eſt reliquum & reliquię peccatorum. ſcilicet Inclinationes & motus mali: ad iram, ſuperbiam, gulam, accidiam, que ſunt coram eo peccata, mala & damnabilia: ideo ſemper pũnienda. Sicut Iebuſei olim in finibus filiorum Iſrael: propter quos quia non potuerunt expellere, frequenter fuerunt puniti bellis & fame ꝛc. Immo & ad peccata pertracti

Domine labia mea aperies. Hoc proprie, Eccleſie conuenit, quia nunc apertum eſt os totius ſcripture. & publice annunciatur laus Chriſti Aperitur autem fide: Sine qua eſt clauſum & mutum vt Credidi propter quod locutus ſum. quia fides aperit os. maxime ad deum, (.ſic enim nunc loquimur.) & de deo in veritate loquendo

Tibi peccaui. Cur non mihi? Nonne peccatum mihi nocet & in meam miſeriam vergit? Sed Tibi (.1. coram te. q. d. Etiam

ſi coram hominibus Innocens fuero & ſanctus, coram te tamen peccaũi & ſum peccator, & malum fęci: Quia non Iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens

Sic Tibi	Mendax ſum	vt tu	verax ſis. Ro. 3. Eſt autem omnis homo mendax. Deus verax.
	Malus ſum		Bonus ſis luce. xi. Vos tamen ſitis Mali, Et Solus deus bonus eſt
	Inſipiens ſum		Sapiens ſis, Apoſt: 1· Cor. 8. Quod vult ſapiens eſſe ſtultus fiat
	Cęcus ſum		Videns Iohan. 8. Si cęci eſſetis peccatum non haberetis
	Cecidi		
	Miſer ſum		
	Nihil ſum		
	ꝛc		

ps. 51. [Hebr. LII.]

Blatt 66b: Quid gloriaris in malitia, d. q. Ne putes: quod ex teipſo Habeas: quia ſuper me potens es in iniquitate Sum modo Infirmus quia volo, tu autem poteſtatem in me nullam Haberes: niſi tibi datum eſſet deſuper: Ideo quid gloriaris in poteſtate mala: immo in malitia? Quia poteſtas omnis a Deo eſt & A deo non niſi bonum eſt: Ideoque in malitia tua potius gloriaris: quia per eam mihi modo preuales. Sic erit etiam anti Chriſtus. poteſtas tua mihi nihil faceret: ſi ſola eſſet. Sed Malitia qua abuteris poteſtate. Et ſic gloriaris non quia potens es ſuper me. Sed quia mala potes inferre

Cogitauit Lingua tua. Mos eſt Scripturę vt totum nomine partium exprimat: quod in nullo ideomate vidi. ideoque huius Scrip: propria locutio eſt. Vt Oculi tui vel mej: vel veſtri videbunt quod latinus diceret. Ego tu. nos, vos. videbimus ꝛc. Ita lingua tua, mea, loquitur os Iuſti meditabitur ſapientiam. Et lingua eius loquitur Iudicium. Et os meum annunciabit laudem tuam. Item Si non poterit manũs eius Inũenire: Et pes tuus concũlcet ꝛc. Quare autem?

primo vt comprehendat ſub eiſdem verbis: literam. allego-

riam, tropologiam, Anagogiam: Nam Si dixeris. Ego locutus ſum: ſolus tu intelligeris locutus ad literam. Sed quando dicitur Lingua mea Calamus ſcribe: Ibi primo lingua prophetę. ad literam intelligitur. Secundo. Allegorice omnis doctor Eccleſie & predicator. Quia In corpore Eccleſiaſtico etiam ſua lingua eſt Tercio Tropologice Sunt vires anime. meditatrices & diſputatrices in corde: per quas formantur verba cordis & cogitationes. Anagogice autem eſt filius Dej in Diũinis ꝛc. Vel in Malo. diabolus

Secundo ad exprimendam vnitatem anime, in multis membris, Quia Anima tota eſt in qualibet parte. Et ideo quando vno membro vtitur, tunc tota in illo eſt. immo omnes vires ad illud tunc cooperantur Et ſic omnia membra. quodammodo fiunt vnum membrum & per conſequens totus homo fit velut vnum membrum illud ad quod anima ſeſe tranſfert. & ſic tranſferendo. omnia ſęcum ſumit

Deus deſtruet te ꝛc. 4or ibi Vaſtationes nominantur: In quo ſignificatur quod ſtabilis & firma erit Hęc vaſtitas. poſſunt autem multipliciter diſtribui. De Iuda quidem. Quod eſt deſtructus in ęternum, Euulſus & emigratus de bonis huius vite. & etiam de ipſa vita que fuit tabernaculum ſuum, & eradicatus etiam de choro Apoſtolorum & Eccleſia. Igitur deſtructus ad infernum. Euulſus de bonis & neceſſarijs huius vitę. Emigratus per mortem. Eradicatus per peccatum & deſperationem. Ita & Iudęi deſtructi: Quia Synagoga ceſſauit & cecidit nunquam reſurrectura ſic vt ſynagoga ſit 2° Euulſi de terra ſua. Et Diſperſi per omnem terram 3° emigrati ſcilicet de hac vita per varias mortes. 4° Eradicati de oliua & Eccleſia & fide veraque ſcripture intelligentia. Sic quilibet Impius: deſtruitur de ſtatu in quo viũit: quia cogitur ceſſare: facere voluntatem ſuam, in diuitijs, Honoribus ꝛc 2o Euellitur de bonis exterioribus: per infirmitatem & mortem. 3° per eandem etiam de bonis corporis & vita 4° etiam de bonis Spiritualibus. quod omnium peſſimum eſt

Videbunt Iuſti & timebunt. ſcilicet in hac vita: Quia Ruina Iudęorum Exemplum eſt ire Dej: a quo non mirum ſi

pilj horrerent: & in ſtuporem verteremur. Sic enim Apoſtolus Ro xi ſuadet. Noli altum ſapere Sed time: Si enim ꝛc Nobis itaque in terrorem & cautelam iſta Horribilis ſynagoga vaſtitas ſtatuta eſt. Malach. 1. Et vocabuntur termini Impietatis. & populus cũi iratus eſt Dominus imperpetuum ꝛc Sed Iniuſti vident & nihil timent: immo ſequuntur eos Suntque inſenſati nimis

Et ridebunt ſũper eos ſcilicet in futuro: Non enim quando timent rident: Ne forte & cum ipſis labantur & pereant vts in gloſſa.

ps. 52. [Hebr. LIII.]

Blatt 67a: Aut requirens deum primo requiritur deus velut amiſſus. Nam Querit aliquid, qui nunquam habuit. requirit autem qui amiſit quod habuit. Habuit autem homo deum in principio & per inobedientiam amiſit in paradyſo. Sed adeo inſipiens factus eſt. vt non requirat eum. Immo totus in carne merſus. peccata & mala Querit & requirit

Secundo requiritur (.1. iterum atque iterum. Hoc eſt Iugiter, aſſidue, ſemper & perſeueranter queritur. de Die in diem eundo. de virtute in virtutem ac ſi magis ac magis appropinquando. Apparet enim ijs: qui fidem Habent in illum Et Inuenitur ab ijs qui non tentant eum Sap. 1. Sed primum eſt. Eſſe intelligentem. ac deinde requirentem. Nam qui non Intelligit non querit Qui ignorat non amat. Ignoti enim nulla cupido Inſipientes autem Quia tantummodo Senſum habent. & non intelligunt Sed tantum ſentiunt: requirunt ſeipſos & ſua ſemper & aſſidue Ideoque omnes declinant (.1. deorſum ſeſe inclinant: non ſurſum ſe erigunt ad ſpiritualia:) Et ſic inutiles fiũnt. nec ſibi, nec deo, nec proximo vtiles. immo omnibus noxii maxime ſibi Solũmque nũmero ſunt in rebus. alijsque impedimento

Exultabit Iacob & lętabitur Iſrael. duas vitas Exprimunt iſta nomina Iacob enim interpretatũr ſupplantator: quia ſupplantat Eſau fratrem ſuum. Ita Spiritus debet ſupplantare carnem ſuam & mundum. cum vitijs & concupiſcentijs ſuis. quod fit per vitam actiuam Et Deinde fit Iſrael quod interpretatur Vir videns deum: Vel vt lyra & alij. Directus cum deo ſeu prin-

ceps cum Deo. Et in idem redit: quod fit in vita contemplatiua. Et ſic duo ſtatus in Eccleſiaſtico populo Hic Inſinuantur myſtice Eodem modo per illa Duo. Ieruſalem & Zion: Item. Iuda & Ieruſalem ꝛc.

Qui deuorant plebem ꝛc Cur non ait vt cibum carnis? Aũt vt cibum abſolute? primo vt ingloſa. Secundo ſecundum Aug. Quia cętera omnia alternis. ſolũm panem quottidie deuoramus. Ita Sancti ſunt in qũottidiano martyrio. Verum primum melius de Iudęis. hoc autem de mundo toto vnde prouer. 30. Generatio que gladios habet pro dentibus. & commandit molaribus ſuis. vt comedat inopes de terra. & pauperes ex hominibus. ps. 78. Comederunt Iacob & locum eius deſolauerunt

ps 53. [Hebr. LIV.]

Blatt 67b: Titulum eleganter & Sapienter exponit b. Aug. cum totius hiſtorię myſterio. Ziphei enim interpretantur florentes. Apũd quos latet & abſconditus eſt Dauid fugitiuus. Sic Homines Sęculi ſunt florentes in bonis mundi: & inter eos Iuſtus Homo. eſt abſconditus (.1. ſine gloria & reputatione quia pauper ſpiritu. & contemptor floris mundi. & fugitiuus ac peregrinus in Hoc ſęculo. Et ideo ſemper patitur proditionem & perſecutionem ab iſtis florentibus: quod primo. Capiti omnium Iuſtorum Chriſto contigit. & deinde omnibus ſuis membris: Iure ergo Alieni vocantur: quia a regno dej ſunt excluſi Et Hoc myſterium Dauid optime intellexit. in Chriſto & ſanctis futurum Ziphej itaque in ſpiritu ſunt Iudęi, Chriſtum perſequentes. Et Homines mundi. perſequentes. Chriſtianos pios & Sanctos

Deus in nomine tuo: Ziphej autem & ſęculariter florentes. in curribus & in equis ſaluare ſeſe ſtudent: Sancti autem in nomine domini dej ſui. ſicut Iſaie. 30. In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra: Et dixiſtis. Nequaquam Sed ad equos fugiemus. .1. ad carnale auxilium, in tumultu ſęculari: ſine nomine domini: Sancti autem in ſilentio & patientia. & in ſpe non in re. ſicut illi. quia in nomine Domini ſaluantur. quod non niſi in ſpe ſit & patientia & ſilentio. Vbi impii in tumultu & re immo rej vanitate ſaluantur. Sic ps 43. Et in nomine tuo ſpernemus

inſurgentes in nobis. Et ſequitur. Non enim in arcu meo ſperabo ꝛc Sic iterum Iſaie. 52. Quia neque in tumultu exibitis Et eiuſdem. 9. Quia omnis violenta predatio cum tumultu. & veſtimentum mixtum ſangũine, erit in combuſtionem & cibus ignis: (.1. Qui per impatientiam. & ſęculari tumultu volunt ſaluari: damnabuntur & peribunt. quod proprie factum eſt in deſtructione Ieruſalem Vbi Iudęi dimiſſo Chriſto qui in ſilentio & ſpe ſaluat: ipſi contra Romanos in tumultu & re ipſa ſecundum ſęculum ſe querebant ſaluare. & combuſti ſunt cum tota ciuitate: Quia non in Humilitate & patientia. Sicut Chriſtus fecit. qui ſic exuperauit diabolum & Iugum oneris eius, non in tumultu & poteſtate ſęculari: Sed in nomine domini ita vt ſeipſos ſicut Madian occiderent & perderent demones. quia miſit gladium in terram Et venit ſeparare Hominem aduerſus patrem ſuum: Et ſic venit diſcordia bona vt rumperetur pax mala Hoc eſt quod vult propheta dicens. Iugum enim oneris eius exuperaſti ſicut in Die Madian, quia ibi ſine gladio ſuo & effuſione ſanguinis, Inimici cęſi ſunt. ex ſolo tubarum ſonitu. Et ratio eſt Paruulus enim Natus eſt nobis: Humilitas Scilicet in nomine dominj. non in viribus ſuis ſaluari debemus neque in viribus mundi. Sed in humilitate (.1. in nomine dominj totaliter ſcientes. quod omnino nos nihil in nobis ſalutis Habemus. vt non in arcu noſtro ſperemus. & gladius noſter non ſaluet nos

Et in virtute tua Iudica me: Hoc iterum ad idem nos ducit. Quę eſt virtus dej in qua nos ſaluat? Ea ſcilicet que Iudęis Schandalum. gentibus ſtultitia eſt. Scilicet Infirmitas, paſſio, crux, perſecutio ꝛc Hęc ſunt arma Dej: Hec virtutes & potentie. per que nos ſaluat & Iudicat atque diſcernit nos ab illis. qui aliter ſentiunt: Quia ſecundum Apoſt .1. Cor. 1.: Quod infirmum eſt Dej, fortius eſt hominibus, & quod ſtultum eſt dej, ſapientius eſt Hominibus [*Am Rande links:* . . Ro. 1. Euangelium virtus dej eſt in ſalutem omni credenti] Quia Hoc mundus ignorat, Quod patientia, humilitas, crux & perſecutio: ſit virtus & ſapientia: Ideo Iudicatur in iſto puncto. & diſcernitur per ſuam inſipientiam a ſanctis, quibus Chriſtus crucifixus eſt virtus & ſapientia: quia per crucem & paſſionem ſuam & eius. triumphant omnem vir-

tutem Diaboli Quare vere eſt virtus dej iſta: que tamen eſt hominum infirmitas, Elegit enim Infirma vt confundat fortia differunt ergo

Virtus dej
Virtus mundi } Eſt { patientia crucis & Impatientia crucis { Infirmitas dej Infirmitas mundi } vere eſt eadem

Auribus percipe: Quomodo? Nunquid deus habet aures? Sed quia verbum eſt hic in heb quod ab aure: quaſi aurire, venit: quod noſtri ſemper tranſferunt auribus percipere

Blatt 68a: Ecce enim deus adiuuat me. Et dominus ſuſceptor eſt animę męę. Ex iſto quod Dauid multum fuit perſecutus & tamen nunquam comprehenſus a Saul Sed ſemper euaſit: figuratum intelligitur. Quod Chriſtus & Chriſtiani. licet ſecundum carnem. patiantur & occidantur: tamen anima eorum ſemper ſalua euadit & nunquam comprehenditur. ſecundum quod dominus promiſit. Nolite timere eos qui occidunt corpus. animam autem non poſſunt occidere. Et Hoc inſpiciens propheta dicit. Ecce enim deus adiuuat me: non ait Homo: Etſi Homo perſequitur deus adiuuat. Homo manifeſte perſequitur. Sed deus immediate & occulte: quod impii non vident. niſi is quem adiuuat. Quia homo eſt manifeſtus. deus autem Inuiſibilis. ideo Inuiſibiliter adiŭŭat Et tunc maxime: quando minus putatur. (.1. quando maxime foris deſerit in manu hominum: Tanto enim intus propius adeſt deus adiuuando quanto propius foris adeſt Homo nocendo. vt ſic triumphet Diabolum in virtute ſua & patientia ſanctorum ſuorum. Et ideo bene dicit. Et dominus ſuſceptor eſt anime męę: licet ſit deſertor corporis mei. Non quod ſic olim cum Dauid fieret, quem etiam ſecundum corpus ſuſcepit & adiuuit Sed Hoc figura fuit. ideo Hanc figŭram in myſterium tradens. non ait. Et dominus ſuſceptor meus eſt. Sed anime męę: ſingulari nota & Indicio ad ſpiritum litere nos Dirigens. Figuratum eſt idem in lege: quando vnus paſſer immolabatur & alius emittebatur. Item vnus Hircus mactabatur & alius emittebatur. Ita caro crucifigitur. Sed ſpiritus ſaluatur & liberatur. Vide quam breuis ps. Sed quam longus. Sic

Apoſtolus. Nam virtus in infirmitate perficitur. & cum infirmor tunc fortior ſum Item libenter gloriabor in infirmitatibus meis. vt inhabitet in me virtus Chriſti ps 67. Infirmata eſt tu ver. perfęciſti eam: Sic Chriſtus (2 Corin. penult,) non infirmus Sed potens eſt in vobis: Et admodum familiaris eſt iſte modus loquendi apud Apoſtolum Nonne ſic Sancti Martyres etiam opere probauerunt? Vide S. Agatham. S. Luciam. Agnem ꝛc quomodo tanto animoſiores fiebant intus: quanto amplius in eas ſeuiebatur foris Hic potuerunt dicere in tribulatione dilataſti mihi

Virtus itaque Hic: licet pro increata potentia accipi poſſit tamen proprie: pro ea virtute dej capitur qua deus ſuos ſanctos roborat & firmat in aduerſitatibus. vt act. 1. Donec Induamini virtute ex alto. Et ps. 88. Et ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Et Ro. 1. Euangelium virtus Dej eſt in ſalutem omni credenti Et ps 109. Virgam virtutis tuę. Et eſt contraria virtus mundane: que nititur in carne & ſalute humana. Senſus ergo eſt. Iudica me & diſcerne me ab illis. dando mihi virtutem quam ipſi neſciunt: & alia eſt a virtutibus eorum Et ſic diſtinguar ab eis. qui non in nomine tuo ſed ſuo: & virtute ſua gloriantur

fortes queſierunt animam meam. Hic tangit Diaboli malitiam. quia per afflictionem carnis in qua preualet ſanctis non querit carnem· Sed occultam animam rapere. per impatientiam. Sed Ecce deus. (.cum accentu proferendo vts.) [*An Rande links:* ps. 9. quaſi leo in ſpelunca ſua .1. Diabolus in ſuis cultoribus] Sed quid ſequitur? Quia victus Hoſtis: ipſe incidit in mala. que molitus. & redeunt in eum omnia ſtudia ſua. Auerte mala ꝛc Et in Veritate tua. Quia per illam virtutem veram & dej: vincuntur & diſperduntur ab eo que tentabant: Attribuit autem propheta Deo: quia Huius eſt ipſa virtus vera.

Confitebor nomini tuo quoniam bonum eſt: Non ait. quoniam bonum dat. Sed propter eſſe bonum non propter Dare bonum, q. d propter ſeipſum. non propter lucrum Nam domini nomen bonum eſt in conſpectu ſanctorum ſuorum ps precedenti. 51. hoc eſt Nomen domini non dat ſanctis bonum aliud quam eſt ipſummet: Sed ipſummet eſt bonum eorum. Et ſic dat

eipſum. & ita non dat Sed eſt bonum & tota beatitudo ſancto-um. Nam ſicut dicitur. deus dat ſanctis ſeipſum quod valet. Deus eſt bonum ſanctorum ſuorum. Ita etiam Nomen eius dat eipſum illis .1. eſt bonum eorum. Eſt autem nomen dej: ipſe Chriſtus filius dej verbum quo ſe dicit & nomen quo ſe nominat ipſum in ęternitate

ps .54. Obſcurus. [Hebr. LV.]

Blatt 68b: Quis dabit mihi pennas: Iſta eſt Vox eorum qui ſunt in actiua vita & prelaturis [vt Martha circa plurima turbati *darüber geschrieben.*]: quoniam ex omni parte rebellionem contradictionem & Inuidiam cum tedio patiuntur Sicut Chriſtus A Iudęis. Et ideo ſuſpirant ad vitam contemplatiuam. & quietem ſtudiorum affectuoſiorum. & liberarj cupiunt ab iſta moleſtia Et vbi corpore non poſſunt: corde tamen & deſyderio ſunt in deſerto & ſolitudine (.1. ſeceſſu. a tumultu conuerſationis actiue vitę. Elongant ergo ſe & fugiunt & manent. Quę tria per ordinem requiruntur. Primo Quod prius Elongent ſe, magis affectu quam ſpatio. Secundo Sic fugiant (.1. ſemper magis ac magis & ardenter elongent ſe) 3° & perſeuerent Cui autem Hoc contingere non poteſt: Arripiat verſum ſequentem cum Chriſto. dicens. Expectabam eum, qui ſaluum me fęcit. Verum Notandę ſunt cauſę quare fugienda ſit Actiuua vita & conditiones fugere volentis. primo. Sit cupidus pennarum (.1. vite contemplatiue. vt non odio vite actiue & officii laboris. Sed amore contemplatiue.) penne enim ſignificant. actus & ſtudia contemplationis, quibus mens eleuatur in deum. Et Hoc ideo ne querere conuincatur, que ſua ſunt, [*Am Rande links:* .. ſimplices columbe, non veſtra ſunt querentes,] Secundo. ſicut Columba (.1. non ſicut Coruus qui de arca volat, vt cadaueribus paſcatur. Hi ſunt. qui ideo preeſſe & alijs prodeſſe refugiunt, vt ocio & ſuauitate vite perfruantur [*Am Rande links:* .. ſtudium volatus tantum ad huius vite commodum tranſferunt Columba autem more ſuo ... fert, ramum oliue virentis (.1. doctrinam pietatis.) ad archam Eccleſię.] Vt nunc Diuites ſacerdotes. dimiſſis officiis ſacerdotalibus, lucris & puellis inhiantes

Tercio etiam Vt non ex ira & felle amaritudinis omittat. Sed ſicut columba mitis & ſine felle anima. Alioquin nunquam feliciter contemplabitur. Et idem eſt quod ſequitur. Et Volabo: quia ideo debet amare contemplatiuam vt volet, non vt luxuriet, hoc eſt natet, in lubrico carnis, Neque vt repat in terra ſicut auarus. Sed vt volet in cęlo. De quibus Eſaie. 6. qui ſunt hi qui vt nubes Volant: & quaſi columbe ad feneſtras ſuas Et requieſcat. Scilicet a tumultu & opere peccatoris. Sed Qui fuerit columba: docebit eum Hec omnia ſanctus. Quia in Columba apparere & habitare diſpoſuit.

Precipita domine diuide ꝛc. primo Caſſiod: & Aug in hoc & ſalubriter illis imprecarj dicit, ne impleant ſue malicie effectum Sicut edificantibus turrim babylonis contigit. Secundo. Sicut contigit Iudicibus qui Suſannam accuſabant, vt ſcilicet diuidantur (.1. in verbis diſcordes & diuerſi Inueniantur in accuſatione mea qui prius conſpirauerunt. Et ſibipſis contradicant vt factum eſt dum in cruce blaſphemarent. Et ſit omnibus mentientibus. vt ſibi ipſi contradicat Imprudens. Quia Diuidit ita liguas [*so*] fallacium contra ſeipſos dominus Tertio myſtice. Quia linguas varias in lege nunc Habent (.1. gloſſas diſſonas a textu Quia Diuiſe ſunt lingue eorum. a vera lingua legis: Vt iam lingue eorum non ſint calami velociter ſcribentis. Sed Diaboli ſeducentis. Et diuidentis a Chriſto & veritate

Labor: in ps & Scrip. pro peccato capitur: eo. quod animam affliget [*so*] & laſſet vt Sapien. 5. laſſati ſumus in via iniquitatis & ambulamus vias difficiles. Et ps. 16. propter verba labiorum tuorum. ego cuſtodiui vias duras. Et ps. 9. ſub lingua eius labor & dolor. Et ps. 139. labor labiorum ipſorum operiet eos: Et ſupra ps. 48. laborabit inęternum ꝛc [*Am Rande links:* ..eſt maxime peccatum ſuperbie & ire: quod .... ex verbo Chriſti: Matt. Ve: ad me .... ite a me quia mitis ſum & humilis ..rde: Et inuenietis .equiem animabus veſtris .. go non humiles .. non mites. non .. uenient requiem Sed laborem. quod .... experientia docet. Vnde propter iſta duo Iudej. dicuntur populus inimicus & vltor ps. 8. Vltor propter Iram, Inimicus propter ſuperbiam]

Vnde Matt. xi. Venite ad me omnes qui laboratis. Et Iſaie [de Iuſtis *ausgestrichen.*] 40. Deficient pueri & laborabunt. Qui autem ſperant in Domino current & non laborabunt

Et proprie eſt peccatum proprię Iuſtitię Hipocriſis & literę: quo. quis neglecto eo ad quod tenetur. aliud laborioſe agit. Sic Malach. 1. Et Dixiſtis Ecce de labore Vnde Hic dicit Et labor in medio eius & InIuſtitia. Iniuſtitia enim Eſt incredulitas ſicut Iuſtitia eſt fides: In medio .1. corde eorum. Et labor eſt propria eorum Iuſtitia: Quę optime labor eſt. Quia in litera & neceſſitate, ſine ſpiritu libertatis. agitur Vt prouer. labor ſtultorum affliget. Ideo ſub lingua eorum labor & dolor dicitur. Quia literam ſtatuunt, abiecto ſpiritu libertatis. qui facilitat Sic enim diabolus 'Habet grauiora martyria. quam Chriſtus. Quia plura faciunt & patiuntur. in ſuo ſenſu & peccato: quam Chriſtiani Vt heretici ſuperſtitioſi

Et quod ſequitur Et Iniuſtitia. Hec eſt incredulitas. Sicut vtpatet hic. Similiter viuere in peccatis & ſecundum carnem eſt labor & mors conſcientie, etiam Inquietat conſcientiam. quantumuis ſit voluptuoſa. Econtra Viuere in bonis moribus eſt Quies conſcientie & pax. quantumuis foris ſit inquietudo in carne igitur ſac quadratum*)

Blatt 69a: Tu autem Homo Vnanimis: Quod ait Homo. & non amicus vel aliud nomen: Exprimit. Quod Iudas ſecundum Hominem & in facie vbi Homo videt. erat conformis ſibi & alijs: immo & vnanimis in ea ſcilicet que foris agebantur. Intus tamen videt eum eſſe Diabolum vt Iohan. 6. eum nominauit Loquitur enim de eo. ſecundum Humanam apparentiam: Quia valde ignominioſum erat Chriſto A proprio Diſcipulo ita tradj: Potuit enim quilibet dicere. Ecce qui cum vnanimis, Dux & notus fuit tradit eum: Magnum argumentum videtur: quod ſit impius ex talis [*so*] tam intimus ab eo recedit. Et ſic Iudas facto ſuo multum auxit & confirmauit opinionem eorum contra Chriſtum, & alios ſcandaliſauit. ac ſic magnificauit ſuper eum ſupplantationem, Ergo Dominus iſta verba ita Dicit: ſicut ab aliquo alio. poſſent dici

*) Eine Zeile ist weggeschnitten.

ita Vt. Ecce ille Homo vnanimis eius, dux eius ꝛc. Quid faciant alij?

Caſſio. Veſpere & Mane & Meridie: ꝛc Narrabo veſpere quo traditus ſum annunciabo mane. quo coram pilato accuſatus ſum: Exaudiet vocem meam, Meridie. ſcilicet in cruce ſuſpenſum. Aug. Veſpere (.1. de preſentibus.) Narrabo, Mane (.1. de futuris annunciabo.) Meridie .1. De ſempiternis exaudiet vocem meam. Et aliter Veſpere. quo ſepultus & mortuus fuit Mane quo reſurrexit. Meridie. quo aſcendit in cęlum

Iudeorum ſermones ſunt molliti & blandi: quia omnia in lege interpretantur. carnaliter & ſecundum [Heb. tranſlatio aliter habet & quomodo concordetur vide ibidem *am Rande rechts.*] huius vite ſuauitatem de ſuo meſſia: Sed econtra Sermo Chriſtj foris est durus & aſper. Sed intus lenis & ſuauis: Ideoque Iudeorum ſermo vocatur Dolus ſub lingua. ps. 5. linguis ſuis Dologe [so] agebant: Et ſuper linguam quidem oleum. Sed ſub lingua eorum fel. Et venenum aſpidum ſub labijs eorum Quia foris blandi ſunt. & tamen intus atrociter occidunt & toxicant credentes animas Econtra Chriſtus [*ausgestrichen:* ſuper labia ſub labijs enim] in Canticis dicitur. Mel & lac ſub lingua tua. (.1. verba eius carni ſunt dura & carnalibus inſipidia. Sed ſpiritalibus [so] & qui intus ea ſapiunt. ſunt lac & mel. Sic Scrip. vocatur Hortus Nucum dicens Deſcendi in Hortum nucum vt viderem poma conuallium. Et proprie psaltelium [so] eſt Hortus nucum foris duriuſculus in prima ſpecie. Sed intus dulcis nucleus. Talis autem apparet: quales ſumus nos. Dulcibus eſt Dulcis. Carnalibus eſt inſipida [so] Sicut & Sol indurat lutum: Ideo per diem Sol vrit Iudęos. .1. Scrip.

De iſtis ergo eorum blanditijs. Iſaie. 28. pulchre loquitur. Audite verbum Dominj viri illuſtres ꝛc

Vbicunque in ps aut prophetis Exauditio Dej pronunciatur: tempus gratię prophetatur. quod eſt proprie tempus beneplaciti & exauditionis. Non autem tempus legis veteris: niſi in ſuſtentatione dej propter futurum tempus gratię ſecundum Apoſt Ro. 2. Vnde Iſaie. 65. Eritque antequam clament ego exaudiam, adhuc illis loquentibus ego audiam: Hoc enim promiſſionis verbum eſt:

hic tangitur ratio tituli quod Columba vocatur Chriſtus: qui ſemper gemũit pro nobis, ſicut columba

In quacunque die ꝛc Sic ordina (.1. omni die ſeu quandocunque dies fuit. & quamdiu dies fuerint, Inuocabo te. quia per ſingulos dies benedicimus te.

Vt placeamus coram deo: Non ait coram hominibus in luce morientium, Sed in lumine viuentium ſcilicet pro nobis ſemper.

ps .56. [Hebr. LVII.]

Blatt 70b: Quia Verba faciunt Hoc in animabus auditorum: quod dentes & lingua. in carne vel cibo ideo ab officio eorum & actu ſic per metaphoram nominantur. Dentes autem proprie ſunt verba dura & aſpera in furore & ira iaculata: ſicut Iudęorum de Chriſto. Tolle Tolle eum & Hunc Inuenimus ſubuertentem. Lingua autem verba mollia & ſeductoria in blandis & ſuauibus perſuaſionibus. Et quia hęc magis efficacia ſunt ad ſeducendum quam aſpera: Ideo Hic vocatur talis lingua gladius acutus, quia potenter diuidit animas a Chriſto. per eorum peruerſam doctrinam vſque hodie. Dentes ergo in perniciem aliorum & eorum quos odiunt. Linguam autem in perditionem propriam. & ſuorum quos diligunt. Vtrunque enim neceſſe eſt fieri: in perfidis. Hereticis & rebellibus. Scilicet mordere, detrahere aduerſantes. & delinire conſentientes. ad illud Habent dentes pro armis & ſagittis. Ad Hoc autem linguam Cuius ſi vis Exemplum vide in Iudęis contra nos & pro ſe: Immo & in hereticis. Sed & Hodie Sic Scotiſte contra Occam. Occam contra Scotum. dentes Habent & linguam [*Am Rande links, beschnitten:* Hinc Nota ſemel quod ... lingua dolo ... & amaritu ...., labor, dolor ... tes, maledictio ... ps. 13. &. 9. .. alijs ad iſtum modum intelligenda ſunt .... ſa: quia blanditur .... 14. qui non egit dolum ... linguis ſuis .1. .... ura (quia mordet ... Mich. 3. Qui .. rdent dentibus ... aduerſantes.) ... predicant pacem (... ſuis.)

Laqueum parauerunt pedibus. Non eſt intelligendum. quod Domino occulta fuerit eorum machinatio: ſicut hic videtur dicere. Et ſupra in ps. 9. &. 30. de Inſidijs: Nam ſi ignoraret non accu-

dominus, Et hoc idem Vult tranſ. Hiero: que ſic habet. Humilis & ſimplicis ſeu perfecti Dauid. Quia Chriſtus humilis ſecundum formam ſeruj, perfectus autem ſecundum formam dej [*Am Rande links:* Vel ſic componendo vtrunque. Ex auro (.quod eſt diuinitas.) & ligno. quod eſt humanitas (Iſaie. 11.·) Sic Dauid Michtam Dauid ex humanitate & diuinitate conſtans ... Humanitas ſig ... in quo omnia ſunt ... nificata que in & ... deum ſunt. quia ... abbreuiatum,] Poſſet forte etiam ſic intelligi Quod Dauid ad literam ſit Michtam (.1. inſignis & ſignificatiuus. tanquam figura Chriſti: Et ſic Michtam .1. figuratiuus Dauid intelligeretur. quod veriſſimum eſt in omnibus iſtis hiſtorijs qui [*so*] in titulos ponuntur.

Columba igitur Chriſtus eſt De qua Hic ps. loquitur ſicut ps. 21. De cerua matutina. Muta autem patuit quare. Elongationum: quod Hiero ſic. Eo quod procul abierit. ſignificat Quod Chriſtus elongatus eſt a ſua terra & Hereditate .1. ſynagoga. ſicut per Hiere. dicit. Dimiſi Hereditatem. Et ipſemet Iohan. Ego vado & queretis me & in peccato veſtro moriemini. Et Hoc tangit in ps quando dicit pro nihilo ſaluos facies illos. Quia omnino elongata eſt ſalus ab eis. vt ps. 108. Noluit benedictionem & elongabitur ab eo Dilexit maledictionem & veniet ej

Igitur Quod philiſtej Dauid tenuerunt In Geth. Eſt quod Chriſtum Iudęi tenuerunt. in paſſione. Geth enim torcular dicitur. quod paſſionem ſignificat: Quia Tren. 1. Torcular calcauit dominus

poteſt Inſuper Columba muta: ſcilicet que non gemit in confeſſione Chriſtj: intelligi iſte populus Iudeus populus elongationum, qui erat prope. & factus eſt longe Quia Si hi tacuerint (ait Dominus.) lapides clamabunt .1. gentiles. Et Huic conſonat titulus antique tranſlationis. Sic pro populo qui a ſanctis longe factus eſt: hoc eſt a rebus ſpiritualibus que ſunt ſancte in neutro enim genere: Sanctis Hic ponitur

Tranſcurſus igitur psalmi.

Miſerere mej (.quia quando homo non miſeretur Sed conculcat, reſtat vt non niſi deus miſereatur: Et econtra Quando Homo miſeretur: iam deus deſerit & non miſeretur: Miſeretur

& ... quo mihi .. ſalletur & in ... glorificabor. ... o enim non ... ſallitur literali .ſalterio, quia non habet ſenſibiles aures ad ſenſibilem auditum, Sed ſpiritualiter Et hoc non niſi in Chriſto]

ps. 57. [Hebr. LVIII.]

Blatt 71a: Recte Iudicate. Hoc Iudicium eſt ſeipſum condemnare. & nullo modo Iuſtificare. Et Hoc eſt initium Iuſtitie in quo Iudęi etiam vſque hodie errant. Vnde ſequitur docens eos hoc Iudicium, dicit. Etenim in corde iniquitates operamini in terra. q. d Sic eſtimate & Iudicate & Sentite de vobis, quoniam in terra (.1. quamdiu non in cęlis conuerſamini ſeu in regno cęlorum. in ſpirituali Iuſtitia: Sed in terra adhuc & Iuſtitia (carnali & terreſtri) coram hominibus, ſemper iniquitates operamini: ſemper peccatis & eſtis peccatores: in peccatis Sicut econtra 1. Iohan. 5. omnis natus eſt ex deo: non peccat (.1. non eſt in peccatis niſi velit.) Vos autem neceſſario eſtis in peccato: quamdiu extra Chriſtum eſtis. Et Manus veſtrę Iniuſtitias concinnant. Ergo damnandum eſt cor veſtrum, damnande manus veſtrę. & aſſumenda manus Chriſti: ipſa enim facit ſola Iuſtitias & non veſtre manus. Quia ſolus mirabilia facit: & omnes ſanctos mirabiles facit. quia mirabilis in ſanctis ſuis.

Heb. Iniuſtitias manus veſtrę appendunt vel ponderant: Et huius ſenſus eſt. opera veſtra que vos multum ponderatis: ſunt mere Iniuſta: quia qui ſeipſum Iuſtificat: ſua opera ponderat Sed Hec eſt Iniuſtitia maxima. Ideo non recte Iudicat, vt ſua opera accuſet. Hec autem veritas patet in Scriptura late: Sed eam non vident ipſi. Ideo alienati ſunt ꝛc

Quod autem ſimul addit: In corde & in terra: Scilicet quod operamini iniquitatem in corde in terra Senſus eſt Quod opera que foris faciũnt. licet Iuſta ſint ſecundum apparentiam: tamen quia literalia ſunt. & ſimul cor per fidem non eſt Iuſtum. Sequitur Quod operantur in corde iniquitatem in terra. (.1. opera que ad literam faciunt: ad cor relata ſunt iniqua: Quia Quando cor iniquum eſt: omnia eius opera iniqua ſunt quantumlibet ſpecioſa ſunt. [*Am Rande links:* Et hic patet quod Deus eſt qui loquitur quia cor eorum Iudicat] Et In Hoc verbo apte & aperte expri-

mitur Natura Hypocrifis Quę coram Hominibus in terra: Eſt operatio Iuſta: Sed in corde eſt iniqua. Tales ſunt omnes Heretici, omnes ſimulatores. qui foris ſpeciem fingunt. & cor eorum non eſt ita. Igitur arguit propheta. quod hipocrifim faciant: & ſuam Iuſtitiam magnificent. Hec enim Duo tunc & nunc In Iudęis ſunt & fuerunt Vnde

Alterum vocat Iniuſtitias. alterum iniquitates: Iniuſtitia enim eſt contraria Iuſtitie que eſt fides in Chriſto. quę eſt in corde: illi autem in corde perfidi: ideo operantur in corde iniquitates. in terra Iniquitas autem eſt: preferre Iuſtitiam ſuam Iuſtitię Dej: immo Iniuſtitias iſtas quas operantur: volunt eſſe Iuſtitias. Et ita primum Iniuſti & hipocrite: deinde etiam iniqui, eas ſtatuendo & ponderando

Quod Vterus ſignificet Scripturam. illud [Iſaie *ausgestrichen.* Genes. myſtice. 25. probat. Quod Rebecca geminos [*Am Rande rechts:* Cantic,] in vtero Habuit ſeſe collidentes: Ita Iudęj & Chriſtiani pugnant in ſcriptura ſibi Inuicem

Quod Iudęi per ſerpentes Intelliguntur. illud luce. 3. probat. progenies vel genimina viperarum, quis monſtrabit vobis fugere? Quod autem Incantationibus pateant maxime hoc genus beſtiarum notum eſt. Nec Iniuria. Quia Diabolice artes ab antiquo & initio in iſto animali inceperunt Vocatur autem talis Homo ſerpens: primo quia repit in terra. Secundo quia venenum peccati habet. 3º Quia cauda ſua (.1. extremitate ſua ſcilicet ſenſualitate in qua totum venenum eſt. 1. peccatum, obſtruit aures cordis.) quia placet ei vita ſua. ideo non vult audire ea que ſunt ſibi ſalutaria ad ſpiritum: ſicut Act. 7. de Iudęis

Conterit Deus dentes (.1. mordaces & detractorias accuſationes) primo ſecundum Aug: quando Chriſtus Iudęos exproprijs verbis confutauit, vt Matt: 22. de tributo cęſari dando. Et eiuſdem. 21. de Iohanne bap. Quia accuſationes meditabantur in eum, per captioſas inſidias: & fruſtrati ſunt voto ſuo: Et ita in ore eorum contritę ſunt. antequam producere poſſent mordaces dentes, Secundo Quando ex proprijs verbis Iuſtificabit & condemnabit vnumquemque in fine mundi & hora mortis. Tertio Quando facit aliquem in bonitate mordaces, detractiones.

in ſeſe compeſcere: antequam proferat. Sed Hoc minus apte ad propoſitum, & potius in corde quam ore fiet: Ideo primum melius: quod proprie impiorum eſt quibus non in corde ſecundum bonitatem. Sed in ore confringuntur. in confuſionem eorum. Elegans eſt hec Expoſitio Vide etiam ſupra ps. 3. Dentes peccatorum contriuiſti

Blatt 71ᵇ: Conterit autem etiam ſic dentes, quia Iudęis abſtũlit vim nocendi Chriſto & Chriſtianis. per ſuas detractiones Et ita manent in ore eorum: & mordent quidem eum & ſuos, Sed non foris & publice.

Molas leonum. eaſdem accuſationcs intelligit: quibus dixerunt: Tolle Tolle crucifige eum: Quia ſicut Dentibus Molaribus, cibus demorſus, omnino conteritur & comminuitur. Ita per tales voces Iudęi Chriſtum omnino conterere & comminuere voluęrunt. Sed non potuerunt, Infirmate enim ſunt & confracte tales molę: Si autem confracte, ergo fortes aliquando & magnę fuerunt? Ita ſane in paſſione dominj. Vbi eum contriuerunt, Sed nunc conterere non poſſunt. Iam enim non moritur

priuſquam { intelligerent Spine veſtre Rhamnum, Sicut viuentes, ſic in ira abſorbet eos
Creſcant ſpine veſtre in Rhamnum quaſi viuentes. quaſi in ira tempeſtas rapiet eos
producat ſpinas veſtras Rhamnus. ſicut viuentes ſicut in ira combibit eas

Et ſicut varie tranſlatum: ſic varie expoſitum eſt. Lyra & aliqui ſic (.1. priuſquam filij veſtri intelligentes facti fuerint, ſiue adulti ſiue ad vſum rationis (vt dicitur) peruenerint antequam fiant Rhamnus adulta. abſorbet eos Deus in ira: ſicut viuentes (.1.

Et hunc ſenſum Iuuat. heb. tranſ. Et forte firmari poteſt illo: quod viri ſanguinum non dimidiabunt dies ſuos: quod non perveniunt ad optatos dies ſuos

Iudęos eſſe ſpinas patet per illud primo

Iſaię .7. Spinę enim & vepres erunt in vniuerſa terra: Et omnes montes. qui in ſarculo ſarrientur non veniet illuc terror ſpinarum & veprium

2º eiuſdem. 9. Succenſa enim eſt quaſi ignis Impietas: vepres & ſpinam vorabit. Et ſuccendetur in denſitate ſaltus. & conuoluetur in ſuperbia fumi ꝛc.

3º .2. Reg. 23. preuaricatores autem quaſi ſpine euellentur. vniuerſi qui non tolluntur manibus: Igneque ſuccenſę comburentur vſque ad nihilum.

4º. ps. 117. Et exarſerunt ſicut ignis in ſpinis. Cur ergo Vepres? Nempe quod pertinaciter ſeſe complectuntur & inſeparabiles ſunt ſicut ſquame Behemoth. Iob. 41. Cur ſpine? Quia lilium in medio ſuo pungunt & perſequuntur (.1. Chriſtum & Eccleſiam eius Igitur ignis ille eſt Impietas, qui cecidit ſuper eos. & non viderunt ſolem: Senſus ergo eſt Quod Spine iſte abſorbentur in ira vt ſint incorrigibiles: ſicut viuentes: quia in ſpiritu abſorbentur ſecundum animam. licet viuant ſecundum corpus. Et Hoc priuſquam intelligant Rhamnum (.1. Synagogam Sathane.) .1. quia nunquam intelligunt rhamnum. & ſe eſſe ſub ſynagoga ſathanę. Nam ſicut Eccleſia & quilibet prelatus. Eſt Oliua & therebinthus & omnis arbor laudata. Ita Synagoga & quilibet in ea ſuperior & prelatus Eſt Rhamnus. & vepris & quelibet arbor vituperata Tota ergo Miſeria eſt Iudęorum: quod non agnoſcunt: ſuos dūctores & doctores eſſe rhamnos. per quos & ipſi in ſpinas formantur Et ita pereunt, antequam ad intellectum tanti mali veniant. Si enim intelligerent, non abſorberentur ne permitterent ſeſe abſorberi

dirigit autem ſermonem ad maiores populi. Quoniam ipſi ſunt Rhamnus & populi ſunt ſpinę illius Rhamni Eſt autem ſecundum Caſſio. & b. Aug, ſpinarum genus moleſtum, quod prius in Herbam molliſſimam pubeſcit Sed vbi adulta ętate calluerit ramuſculos producit acutiſſimos. poſteaque eius ſudes in arboream firmitatem dureſcunt. Et ad hunc ſenſum poteſt Heb: duci. Antequam creſcant ſcilicet intellectualiter in rhamnum .1. contra eam vt intelligant eam

Sicut Viuentes: primo quia ſibi ſoli viuere in deo videntur. Et hanc miſeriam vide in omnibus ſuperbis. & Hereticis. Qui preter ſe omnes mortuos. & nihil eſſe putant O Subtile malum

Superbia ſpiritualis Secundo Quia pereunt ſicut viuentes, cum Chore numerj. 12. Myſtice ſcilicet quia in ſuo ſenſu non ſunt mortũi Et Hoc peſſimum cum Nulli ſoleant abſorberi niſi mortui: ideo in ſpiritu abſorbentur. Nam aliter non poſſunt abſorberi: qui viũi abſorbentur vts

ps. 58. [Hebr. LIX.]

Blatt 72a: Eripe me ꝛc Iſte petitiones Chriſti & paſſiones maxime pro nobis fiunt. Et quis id ponderat? Quid putas nobis futurum ſignificari. tam feruida petitione & paſſione filii dej? Si enim non eſſet ineſtimabilis miſeria futura: ſine dubio. non adeo ineſtimabilis laboraret pro nobis orator Sed Heu. quod tantam ineſtimabilitatem in omnibus ps non aduertimus

Quia Tituli iſtorum trium ps. habent. Ne diſperdas: & loquuntur de perditione Iudęorum ſinguli: puto meo ſenſu. quod non debeat illud accipi. vt non diſperdat Chriſtum vel dauid. Sed de Iudęis in malum eorum. Quia ſcilicet non diſperduntur. vt ſancti dej diſperduntur quia ſic humiliarentur & vitioſa in eis forma. & hoc quod ipſi ſunt diſperderetur vt fierent quod non ſunt ipſi ſcilicet filii dej & Iuſti. Felix enim eſt hec diſperditio. Et Infęliciſſimum eſt: non diſperdi ſic: Vnde tunc magis Iraſcitur. deus. quando nihil iraſcitur. & dimittit in deſyderijs ſuis ire impios, creſcere & proficere. & non deſtruit eos. Et in huius miſerię ſignum. titulus dicit. Ne diſperdas. ſcilicet Iudęos. Secundo etiam Ideo. vt infra in ps ſequitur Ne occidas eos ꝛc. Et ſic ps prophetat in Titulo quod ſit locuturus de Iudęorum perditione. Qua non delentur & diſperdentur. Sed in Exemplum & memoriale ſint cunctis gentibus. Sic enim Titulus directe conſonat in iſtum verſum. Ne occidas eos. Sic enim per prophetam Ezechielem. 16. eis minatur dicens. Et auferetur Zelus meus a te. & non iraſcar amplius. eo quod non ꝛc. Sic ps. 74. Tit. ſimilem habet. Quia ſequitur in ps. fex eius non eſt exinanita. Et ſimiliter loquitur de perditione huiusmodi Iudęorum. Igitur ſicut ad tale Iraſci. ſequitur non miſereri. Abacuk. 3. Cum iratus fueris miſericordie ręcordaberis. Et ps. ſeq. Iratus es &

miſertus es nobis. Ita ad tale, non diſperdere ſequitur non edificare: quo quid horribilius? Nam & inter Homines Hec eſt ir. & contemptus maximus. quando dicunt. Nec dignor te, correptione mea & flagellis. quia omnis timor zeloſus eſt. Et qui non Zelat, odit Natura enim Verbi dej: & ordinatio voluntatis eius eſt prius diſperdere quod in nobis eſt. & ad nihilum deducere quicquid ſumus, ac ſic ſuum ędificare. Quia vinum non mittit in vtres veteres Nec nouum pannum committit in veterem Sed nouum vinum nouos vtres habere diſponit. ꝛc Vnde Ierem .1. dedi te prophetam in gentibus. vt diſperdas, euelles [*so*], deſtruas, diſſipes. & edifices & plantes ꝛc

Quod ſi iſta non placent, illud vide quod circa textum eſt Videri ſcilicet poſſe: tranſferri oportuiſſe. ſuper perditione: pro Ne diſperdas. Quia iſta dictio. Al. & ſuper. & ad & non ſignificat Vel ſi nec Hoc ſuſcipiendum eſt. Ita intellige. Quod non diſperdendus eſt Chriſtus. Sequitur ex contrario. quod diſperdendus ſit inimicus Chriſti & contrarius. Et ſic ps loquitur de vtroque

Eripe me de operantibus ꝛc Dixi circa textum & commento precedente ps. Mihi videri hanc eſſe differentiam inter iniquitatem & Iniuſtitiam. Quod Iuſtitia eſt credere deo. ſicut Ro. 4. Apoſtolus &. Ro. 1. probat Quia Iuſtus ex fide viũit: Iniuſtitia per oppoſitum eſt non credere. Quia omnis qui non credit eſt Iniuſtus & impius. Iniquitas autem eſt leuiathan & addidamentum ad Iniuſtitiam: ſcilicet ſuam ſtatuere Iuſtitiam, & deo etiam monenti nolle ſubijci: Hoc enim eſt iniquum. Quod Inferioris verbum & diffinitio ſtatuatur: & ſuperioris reijciatur. Ideoque licet ſimul ſint tamen Iniuſtus refertur ad hoc. quod non eſt conuerſus ad deum Sed auerſus, Iniquus autem ad hoc. quod non eſt auerſus a ſe & ijs que ſua ſunt, Sed conuerſus. Quare Sicut in omni malo eſt Auerſio & conuerſio ſimul. Ita ſimul Iniuſtitia & iniquitas Hec propter conuerſionem illa propter auerſionem a deo. Sed cum multiplex ſit conuerſio ad creaturam. tantum autem vna auerſio quia vnus deus. & multę creaturę. licet quelibet talis conuerſio poſſit dici & dicatur iniquitas. quia prefertur Indignum digniſſimo deo. vt ſcilicet aurum argentum. de-

mus, gloria, honor, voluptas & omnino quicquid eſt Humanum. temporale, mundanum,

Blatt 72b: Tamen proprie: iniquitas per excellentiam dicitur. quando ſenſus proprius & voluntas propria ſtatuitur. contra ſenſum dominj & voluntatem eius. Hoc eſt enim conſilium impiorum. & via peccatorum. Conſilium propter ſenſum proprium. Via propter voluntatem & Iuſtitiam propriam. Et ratio eſt. Quia inter omnia: que deo debemus & propter eum dimittere, eſt intellectus & voluntas nobiliſſimum: ideo ad hanc conuerti: eſt maxima & ſumma iniquitas: reiectio ſenſu & voluntate dej. Et ideo talis iniquitas fere non habet locum, niſi in rebus ſpiritualibus, Quia intellectus & voluntas proprie Inuiſibilium eſt. Quare eſt ipſum demonium meridianum, quo aliquis ſuam Iuſtitiam ſtatuit. & auerſus a ſpiritualibus rebus. quas deus ſtatuit (.ſicut lex. verbum dej, gratia, ſalus,.) conuertitur ad ſpirituales. res. quas ipſe ſtatuit: ſicut ſuę ceremonię. ſuę doctrinę, ſuus ſenſus. Et iſte error valde facilis & ſubtilis eſt: quia ſpiritualis. Et in Hac iniquitate laborant Iudęi, heretici. & omnes capitoſi & ſuperſtitioſi: in occulta & Spirituali ſuperbia: ſua querentes & preferentes ijs: que ſunt dej: cum tamen maxime velint deo ſeruire viderj & miro modo Humilitatem oſtentent. Niſi Quod volunt ſibi demonſtrari contrarium, antequam ſenſum ſuum deponant. Vinci volunt ad fidem immo ad manifeſtam notitiam: & non credere De his dicit dominus Matt. 7. Diſcedite a me omnes qui operamini iniquitatem: cum tamen ibidem dicant. Multas virtutes fecimus. in nomine tuo: ꝛc Sed quia ſunt iniqui. ideo pereunt

Vide ergo ordinem rerum ⟨ inanimata / ſenſitiua / rationalia ⟩ deo, preferre eſt

iniquitas { magna / maior / maxima } Hoc facit { auaritia / luxuria / Superbia }

Et hec ſunt tria in mundo. concupiſcentia ⟨ oculorum / carnis / Superbia vite ⟩

Vnde patet quam recte talem iniquitatem Scrip. appellet. Inuentionem eorum ps. 80. Ibunt in adinuentionibus ſuis. quia ſtatuta & volita propria ſunt: & Hec eſt ſpiritualis idolatria. nec acquieſcere & repugnare. & peccatum in ſpiritumſanctum irremiſſibile, quia preciſe obuiat gratię per ſuperbiam ſpiritus. dum cedere non vult deo. Sed ſibi cędi.

Viri autem ſangũinũm recte Iudęi dicuntur: quia de ſanguine Iſrael & non de ſpiritu, gloriantur cum Apoſt Ro. 8. dicat. Non qui filii carnis, hi filii dej. Sed filij promiſſionis eſtimantur in ſemine. Vnde & vepres vocantur: quia inextricabiliter ſeſe complectuntur ſecundum carnem Sed & nunc quam multi ſunt: qui ſibi ſpiritualiſſimi videntur & tamen ſunt Sanguiniciſſimi vt ſic dixerim, veriſſimique Idumęi. Hi ſcilicet qui ſuas profeſſiones, ſuum ordinem, ſuos ſanctos: ſua Inſtituta: ita venerantur & efferunt: vt omnium aliorum vel obfuſcent, vel nihil ipſi curent, ſatis carnaliter ſuos patres obſeruantes, & iactantes: ex meris ceremonijs & gloria patrum ſuorum. ſe ſanctos & admirandos reputantes. Nonne tibi Iudaizare videntur, qui ſuos conuentus, ſuum ordinem ideo laudant: & ideo alijs preſtare volunt, ac nullo modo docerj: quia magnos & ſanctos viros habuerunt: quorum titulum, nomeu & habitum geſtant? Nam ſic & Iudęi gloriantur de nomine & carne. Sed interim: ſi qui alij quid melius habeant & operentur. omnino dedignantur ſibi in exemplum aſſumere. vt imitentur: quia ab eis ſcilicet non proceſſit: O furor late regnans hodie. Ita nunc pene fit, vt etiam quilibet conuentus. contemnat alterius mores acceptare, adeo ſuperbe, vt ſibi dedecus putet: ſi ab alio. quam a ſeipſo doceatur aut recipiat. hec vera ſuperbia eſt Iudęorum & hereticorum. in quo & nos Heu infęlices comprehendimur. Quia cum in nullo ſimiles patribus noſtris ſimus: ſolum de nomine & gloria eorum contra inuicem contendimus & ſuperbimus

Blatt 73a: Sine iniquitate Cucurri & direxi. Hęc duo & vſque hodie: faciunt, vt irruant in aliquem fortes. Currere. enim eſt alacriter & Zeloſe viam Dej opere & verbo ire & docere pedes enim ſunt affectiones: quę per gratiam dej: leũes fiunt & agiles & alacres. Sic econtra per tepiditatem graues, ignaui &

'ecordes. Sed odiunt certe omnes tepidi feruidum & Zeloſum: Quia timent ſeſe cogi. ps. 17. Poſuit pedes meos quaſi ceruorum. Abacuk. 3. Ponet pedes meos quaſi ceruorum: Hoc ergo ſt cum gaudio & alacritate viam dej ire: Hoc eſt currere ps. 18. exultauit vt Gygas ad currendam viam. Econtra illi cum tedio & triſtitia vix reptant in via dej ideo odiunt illum.

Secundo Quia direxi .1. per directum & compendium it. omiſſis longis & multis ceremonijs carnalibus, ſpiritum arripit. Vel certe ſimul ceremonias ſpiritualiter implet. Illi autem ſpiritu vacũi. in ſolo ambitu ceremoniarum fatigantur & laborant: quas tamen ſicut Iudęi multum reputant: ſpiritum autem non ita. Quot queſo videas: qui tunſiones genuflexiones, Inclinationes, cantationes, orationes faciunt. ſolum in corpore: & corde nunquam preſente? At nonne Hoc eſt affligere ſpiritum. & in nuda figura deo ſeruire ſine ſpiritu? Et circuire per deſertum terram Edom montem Seir: ad mare rubrum? Non autem eſt dirigere. & per directum compendium in ſpiritu facere. Vnde orat ps. 5. Dirige domine in conſpectu tuo viam meam. Illi autem circumducunt in conſpectu hominum vias ſuas. Quoniam non eſt in ore eorum veritas. Sed tantum in corpore vmbra & vanitas. Quia cor eorum vanum eſt. & ſine ſpiritu

Quoniam quis audiuit q. d. ita ſęcure loquuntur que ſua ſunt, ac ſi dicerent: Vel ſicut illi qui dicunt, quis audiuit? vt ps. 9. Dixit enim in corde ſuo non requiret. Et Iſaie. xl. Ve qui profũndi eſtis corde & dicitis. quis videbit nos?: Quia ſcilicet non eſt timor Dej ante oculos eorum. ps [*Am Rande links:* ps. 13.] Hoc quidem fęcerunt tempore Chriſtj: loquentes ore: cum tamen corde non ſic loquerentur. dicentes Magiſter ſcimus quia verax es. Non enim putabant quod ipſe audiret: que ipſi inter ſe concluſerant. [*Am Rande rechts:* Et hoc ps 100 confirmat dicens de eiſdem. detrahentem ſecreto proximo ſuo. hunc perſequebar. vide ibidem] Sed tamen aliud in Hoc verbo puto latere quod nondum video An forte quod loquuntur Hodie Iudęi de immo contra Chriſtum & ſuos. Horribilia, quę nemo audit. & eo audatius loquuntur & maledicunt nos. quo minus Chriſtiani

audiunt Qui ſi audirent. eos omnino delerent. feruntur ſane turpiſſima de Chriſto & nobis dicere.

Nequando Obliuiſcantur populi mej: quidam in genitiuo capiunt, vt ſi diceret: Ne obliuiſcantur quod ipſi Iudei populi dej fuerint olim: Et ſic ſint in terrorem aliis **Ro. xi.** Noli altum ſapere Sed time. Vide ſeueritatem Dej. ꝛc. Et Hoc confirmat. quod antiqua tranſ. habet. nequando obliuiſcantur legis tuę. ſcilicet Chriſtiani territi exemplo eorum: non obliuiſcantur legis tuę. videntes quoniam & illi cum eſſent populus eius. ſic puniti ſunt, eo quod obliti ſint legis eius: ne ſimiliter pereant.

Delictum oris eorum ſic conſtrue. ad Hebraicum ſenſum. Depone delictum eorum (.1. ipſos in & cum Delicto eorum: vt ſimul perdas vtrunque Non tantum delictum. & eos ſaluando ſicut ſanctos tuos. Et Hoc Indicat quod ait, in peccato. Quia ſanctos in Iuſtitia & virtute ſua deſtruit illos autem in peccatis, tradendo eos in peccatum: vt ſic in peccato pereant. Horribilis nimis ſententia Quia in delicto oris ſũi. ſe ſuosque omnes perdunt peſtiferis doctrinis ſuis. Et vtitur ira dej ad eos perdendos, non alio: quam delicto oris ſui: Vnde ſicut ſanctos. In virga (.1. per virgam. ſeu virga deſtruit: Ita illos per delictum oris eorum: ſeu delicto. tanquam inſtrumento perdit. vt ſic in propria ſpicula incurrant ſicut Madian & Philiſtej

Blatt 73b: Comprehendantur in ſuperbia ſua (.1. a vel per ſuperbiam ſuam.) Hebraica enim locutio ablatiuos inſtrumentales ſemper. per. in: exprimit. Vide ergo Si es luxuriatus, adulteraſti furatus es, occidiſti, periuraſti: ac ſic per ſingula, non comprehenderis, quin teſte conſcientia videas te male fęciſſe, non comprehenderis. Sed omnia iſta tu comprehendis. Sed ſi tibi Iuſtus incipis videri. & omnia bene intendere, & etiam Noũa quedam tentare, que optimam ſpeciem habent: Iam Ecce non vides Hanc ſuperbiam. Optime te facere putas Et ſicut Saul dicis: Immo obediũi voci dominj: Hic non pateris te docerj. & dimouerj: Sancta inquis ſunt & bona. Sed deo omnia ſancta & bona placent. Ecce Hic in ſuperbia comprehenderis. Sic heretici Sola iſta ſuperbia pereunt. Quia Singulariter incedunt: reiecta obedientia & communione ſanctorum

Et vide Iuſtum Iudicium dej. fit vt iſti Hereticj. facillime faciant, multa & ardua. & rigidiſſime viuant. Hi autem qui ſunt in communione: difficillime & ęgre tepideque. vix modica faciunt. Cur ita? Quia illos permittit a Diabolo Iuuari vt ſic ſeſe a ſpirituſancto putent leuarj: & ita ſuperbiam ſuam non agnoſcant. Sed magis Indurentur & puniantur: Superſtitio eorum & diſceſſio prima. Hos autem a Diabolo permittit impediri. vt ſemper remaneant, in humilitate & agnitione ſuę imperfectionis: Et ſic Iugitur [*so*] plorent lugeant & peniteant. & Inuocent dexteram dej. Et ſciant, quoniam violente regnum cęlorum rapiunt. Et ideo certamen forte dat illis vt vincant. & Sciant, quoniam omnj fortior eſt ſapientia. Illis autem tam facile finit eſſe: quicquid operantur. vt velut irrideant nos Infirmos: Atque cum ſic nos tanquam ipſi fortes ſint & ſancti, irriſerint Nihil aliud faciant, niſi ſeipſos irrideant. & comprehendantur ſuperbia ſua. O vtinam iſta Heretici perpenderent noſtrj pighardj vicini noſtri Hęc enim ſunt illa ſigna & prodigia mendacia, in quibus Antichriſti omnes procedunt, ita vt in errorem ducantur, ſi fieri poteſt etiam electi

Ipſi diſpergentur ad manducandum: licet aliqui pſalmum iſtum a Verſu iſto .7. ac deinceps in bonitate exponunt, tamen quia laborioſa eſt expoſitio & interrupta. ideo & iſte verſus ſatis violenter exponitur. At etiam ſecundum noſtrum ſenſum, non ſatis aptus videtur. Ideo Inquirendus eſt. Igitur. proprium eſt omnibus carnaliter ſapientibus, quorum Deus venter vt. ſi non abundent, ad votum, murmurent: Vnde & hic mihi Iudęos videtur ſic Notare: Quia cum ſoli pauperes euangeliſentur: & predicetur a Chriſto & Apoſtolis, non oportere, in hoc ſęculo abundare. Sed penuriam pati, ſpe futurorum: Ipſi Hanc ſententiam indigne tulerunt, & contra eam murmurabant, quia in lege eis promiſſa fuit abundantia Sancti enim. ſi non fuerint ſaturati, ęque gratias agunt & non murmurant, Quia non diſperguntur ad manducandum. Sed potius ad abſtinendum. & in pauperta [*so*] viuendum. Quare illi ſola carnalia querentes. in Hoc ſcribuntur Vel ſi quid melius noueris ꝛc Nam omnes qui ſuper harenam Edificant. flante vento. peiores fiunt. Vnde Iudęi hodie

multis modis confunduntur & fraudantur votis ſuis. Sed quid faciunt, Nunquid patientes ſunt? Immo furiunt intus. Et ſi poſſent dentibus diſcerperent. Sed quia hoc non poſſunt: ideo murmurare tantum poſſunt

Ps. 59. [Hebr. LX.]

Blatt 74a: Noũm titulum affert ps iſte: Quia nec canticum nec ps. inſcribitur. Sed teſtimonium, Sicut & alij quidam inferius. Et Quare? Niſi quia hoc ipſo prohibet: ne carnaliter intelligatur. Ne ſignum pro re: & teſtimonium pro exhibitione operum accipiamus. Teſtimonium enim ad aliud dicitur. Sicut Iohannis teſtimonium de Chriſto. Sic iſte ps eſt Teſtimonium De Roſa futura (.1. prophetia & indicium de Eccleſia: quia de ipſa loquitur & in perſona eius. Immo & ipſe ps Eſt teſtimonium Eccleſię: quo ſibi teſtatur & omnibus, De futuris tantummodo bonis. quod temporalia non ſint eius. Quod autem ad docendum, dicit Certe ſignificat Quod totus ps, plenus Eſt doctrinis.

Sichima interpretatur hũmeroſa ſeu laborioſa vel onerata. [*Darüber:* Sed melius Hũmerus] Et hec eſt plebs carnalis Iſrael qui ſub onere legis: portauerunt pondus diej & ęſtus. Hec autem diũiſa eſt per Eccleſiam. ſcilicet quoſdam conuertendo: alijs remanentibus in perfidia: Secundo. Diuiſa ſcilicet a diabolo & peccatis, quibus adheſerunt & hec ſalutaris diuiſio: Eadem eſt Vallis ſoccot .1. tabernaculorum. ex eo ſane. Quia Caro eſt tabernaculum anime: omnis autem eorum cultus erat foris in carne: & tabernaculis, non intus in anima. Enumerat autem quos diuiſerit ab eis

Galaad. interpretatur Cumulus vel aceruus teſtimonij [*Darüber:* Genes. 31. melius teſtis in nominatiuo — *Am Rande rechts:* .65. *ausgestrichen.* 44. Iſaie Vere vos eſtis teſtes mei] In quo exprimitur primo collectio eorum: qui ſunt eruditi in lege dominj: que eſt teſtimonium dominj fidele. Vnde Scribe & principes ſacerdotum vocantur Galaad Hiere. 22. Galaad tu mihi caput es Libani. Igitur Galaad ſunt Apoſtoli & omnes fideles primitiũj

ſic dicti ab eruditione Scripture Vt ſi diceret Acerũs Euangelii vel legis nouę populus Qui & iidem Manaſſes & Ephraim & Iuda vocantur vt infra. Non enim differentes populorum partes. Sed proprietates eorum, qui in Eccleſia ſunt iſtis nominibus exprimuntur. Quorum primum eſt. Eſſe cumulum teſtimonij (.1. eruditionis & noſſe legem domini: quod in omnibus. precipue autem in Apoſtolis eſt

Secundo ab opere martyrij: immo quoruncunque operum & mirabilium, quia his omnibus teſtimonium dant de Chriſto & futura vita Et ita ſunt aceruus teſtimonij (.1. Numerus vel multitudo reddentium virtute magna teſtimonium reſurrectionis Iheſu Chriſti domini noſtri act. 4. ps. 121. Tribus Tribus domini teſtimonium Iſrael.

Manaſſes. [*Am Rande links:* ſc. Naſſcha, .1. oblitus] interpretatur oblitus [*Darüber:* obliuiſcens, obliuio]. quod mox ſequitur. Quia ſunt obliti patris ſui & domus ſue ſcilicet ſynagoge, poſtquam Galaad facti ſunt per ſpiritumſanctum, Nam Genes. 41. hoc nomen Imponens filio ſuo. Hoc myſterium ſic expreſſit. Obliuiſci me fęcit dominus omnium laborum meorum & domum patris mej. Inde dicitur ad Eccleſiam. ps 44. Obliuiſcere populum tuum & domum patris tui. Inde Manaſſe vere eſt ipſa Eccleſia: oblita prioris vitę ſuę & ſynagoge & mundi. Immo ſicut Apoſtolus phil. 3. dicit: obliuiſcitur ea que poſt eam ſunt. & ſemper ſeſe extrudit in anteriora.

Notandum Quod totus ps. primo de Iudęis accipiendus eſt: ac deinde de gentibus, ſecundum illud verbum Apoſtoli Ro 1. Iudęo primum & (ſupple Deinceps.) gręco.) Cum enim de Iudęis fuerit recte expoſitus. facilis eſt ad exponendum de gentibus, Hereticis, & malis Chriſtianis. per Analogiam

Ephraim (a phare .1. creuit, fructificauit.) fructificatio: ſicut ibi Genes. 2. Creſcite & multiplicamini: quod in ſpiritu ad Eccleſiam dicitur. Et ideo ipſa Ephraim: Et propter hoc ipſa eſt fortitudo Chriſti quia per eius multiplicationem: dominatur in medio inimicorum ſuorum: Sic Dani. 8. de antichriſto Et deiecit de fortitudine. Et magnificatum eſt vſque ad fortitudinem cęli.

Et vſque ad principem fortitudinis magnificatus eſt (.1. vſque ad Chriſtum caput Eccleſię.

Sicut Eccleſia tribus nominibus ſcilicet Galaad, Manaſſes, Ephraim dicta eſt: que eſt vna pars diuiſionis Sichimę (.1. populi ſub lege.) Sic & altera pars diuiſionis eiuſdem. ſcilicet Synagoga relicta, tribus denominatur ſcilicet Moab, Idumęa. & paleſtina. contrarijs myſterijs & interpretationibus: Et in medio ſtat Iuda rex meus. qũi Eſt diuiſor Sichimę & vallis tabernaculorum ſecundum illud Iſaie 28. ſicut in monte diuiſionum ſtabit dominus

Moab igitur interpretatur. ex vel de patre (.quia filia Loth ex patre eum concepit magno myſterio Iudeorum illegitimorum. Sicut enim ex inębriato patre natus fuit: Ita & Iudęi inebriantes legem vino ſũi ſenſus, Ex inde concipiunt, non niſi Moabitas: pertinaces Et qui in Eccleſiam vſque hodie non ingrediuntur

Blatt 74b: Sicut enim pater ſeminat filios. Ita lex ſeminat Iuſtos & bona opera. Sed eorum lex vino inebriata eſt vt Iſaie. 28. Errauerunt pre vino. Sacerdos & propheta neſcierunt pre ebrietate: abſorpti ſunt a vino, Igitur ſicut loth ebrius. figura fuit. Sacerdotum ſuo vino ębriorum. Et ſicut ille ex filia: Ita iſti ex ſynagoga: genũerunt Moabitas filios ſimiliter ebrios,
Et ſic non ſunt Galaad .1. populus habens verum teſtimonium Chriſti. Sed ſui ſenſus vinum.

Igitur Moab iſte populus relictus Synagoge, non ait eſt meus. Sed eſt Olla. ſpej meę. ſiue lauacri mej: Mirabile verbum & pregnans: Olla ſignificat. quod ſint Zelo & ira Bũllientes contra Galaad & Eccleſiam, que ira orta eſt: propter ſcripturam: quam vtrinque volunt habere. Vnde Hiere. 1. Ollam ſuccenſam ego video ab aquilone (.1. Synagogam iratam & furioſam a diabolo. Sed. Ecce Hec ira & perſecutio Eſt Eccleſię vtiliſſima. per hanc enim lauatur & purgatur. Nam deus ſuos ſanctos in hac vita perſecutionibus purgat & Emaculat. Et ideo licet Moab non ſit pars Eccleſię. ad hoc tamen ſeruit, vt ſit in purgationem & lauacrum eius Sicut virga vtilis eſt ad caſtigationem puerorum: per hanc autem caſtigationem naſcitur Spes glorię. Quia omnes quos deus amat, caſtigat. ideo omnis tentatio: eſt ſignum amantis dej Ideo maxime ſpem operatur Ro. 5. Quare Moab

›lla lauacri, lauationis ſiue ſpei: in idem redit. Eodem
o de gentibus tyrannis, Hereticis, malis Chriſtianis, omnes
ıoc valent vt Galaaditis ſint purgatorium, lauacrum:
reparatio ſpej. Diſce ergo Hic patientiam o homo
ibi naſcitur tentatio & tribulatio. Dicito. Ecce Moab olla
.crj & purgatorij & ſpej mihi a domino. ſic diuiditur.
no diſce & compaſſionem ſuper illos. Primo quidem quia
: olla (.1. tantum ſecundum carnem viuentes & teſtea vaſa,
ſpiritu: 2° quia fragiles & non perpetuj: ſicut Infernus eſt.
ius eſt enim ollam habere Bullientem. quam lacum & Geen-
ı: quia illa conteretur & peribit. Hec nunquam. [*Am Rande*
ı: Nolite timere eos qui occidunt corpus]. 3º Quia arrepti
& pleni. aqua feruenti & bullienti paſſionum & irarum fumi-
tium: Tu autem Calix benedictionis & vini meri. compatien-
ı enim eſt paſſionatis. 4º Quia tibi proſunt. ad
itatem vitę preſentis: & ſpem futurę. Quis ergo non liben-
me. feret illos? immo & condoleat illis Igitur Eccleſia
ıdet. Quod dominus Etiam Malos ordinat. in bonum ſuum,
ſint olla purgationis eius. Ideo iſte ps. ad docendum habet
Titulo
. poteſt & aliter intelligi. olla ſpei meę: quia portant carna-
r: Scripturam noſtram. que eſt ⟨Spes noſtra: / lauacrum noſtrum⟩ Quia vt
conſolationem Scripturarum ſpem habeamus: Suſtinuit enim
ma mea in verbo eius ꝛc. Sed & ſepties in Iordane lauandum
hoc ergo lauacrum & ſpem noſtram: ipſi portant nobis. Sunt
ıis olla ad hoc (.1. tantummodo literaliter eam nobis cuſto-
ntes: ſecundum faciem foris ꝛc

Idumęa eſt eadem ipſa Moab. contraria Manaſſe: quia non
iuiſcitur. Sed terrena interpretatur. quia tota temporalibus &
ni incubat. Super hanc ergo populus, extendit Calciamentum
ım predicationem ſuam. Sed non profęcit, niſi vt in tit, .12.
lia conculcando ſibi Calciamentum eſſe verbum Euangelii oſten-
Apoſt Ephe. 6. Calciati pedes in preparationem euangelii.
ia ſpecioſi pedes Euangeliſantium pacem. Ro. 6. (.1. pedes
ellectuales induti & eruditi verbo euangelii. Cantic. 7. Quam

ſpecioſi ſunt greſſus tui in calciamentis tuis filia principis. Ezech. 16. Calciaui te Hiacintho .1. celeſti doctrina inſtruxi te.

philiſtijm 3° eadem pars contraria Ephraim (:paleſtina vel allophyli .1. alienigenę:) quod interpretatur cadentes potione. & ruina poculi: Sicut Ephraim creſcit & aſcendit: ita illi [so] cadit & decreſcit. vt in Saul figuratum, cuius domus quottidie decreſcebat. Dauid autem quottidie ſuccreſcens, ſeipſo fortior fiebat. Et Hij ſubditi mihi ſunt & ſubiecti. Sed non ęquati & connumerati. Non enim ait mej ſunt. Sed ſubiecti mihi ſunt: quod patet per experientiam. Quia Iacob ſupplantatus dominatur ſuper Eſau fratrem ſuum vſque hodie

Cur autem dicit diuidam? Quia olim in confuſo, dum figura ſtabat: beneficia dej corporalia ſcilicet tam bonis quam malis dabantur. vt liberatio, &c. Nunc autem liberentur ſolum dilecti: Et Bonis ſpiritualibus non communicant niſi Boni Similiter nec puniuntur niſi mali: Olim autem ſimul boni cum malis, quia figuralia Mala & bona erant Vnde dixerunt prouerbio: patres comederunt Vuam ꝛc Ezech. 18. quod dominus promittit ſeſe ablaturum: quod & nunc facit Quia Sic diuidit vt in bonis ſolum mali puniantur & ſolum Boni donentur: licet corporalia vtriſque communia ſint Hanc autem Iudęi Diuiſionem nolunt. Et vſque hodie nolunt .....*) fieri ſine Iudicio

Blatt 75a: Vnde Iſaie. 35. Non tranſibit per eam pollutus &. 52. Non adijciet vltra, vt pertranſeat per te incircumciſus & immundus:

Sed quis hoc intellexiſſet ita, antequam impleretur? Igitur. Cepit Iheſus facere & docere. prius facit deus quam doceat: Sic Incarnatio & paſſio Chriſti, non eſt intellecta, donec facta fuit Hoc eſt ergo Iudicium diſcretionis quod Chriſto dandum fuit, vt iam nullus damnaretur propter alium, nec donaretur propter alium: (.quod fit & fiebat in temporalibus bonis & malis.) Sed vnusquiſque in ſuo peccato moritur, & ſua Iuſtitia viuit: ſicut per Ezech. 18. in hanc ſententiam prolixe diſputat.
Ceſſat itaque iſta communio & confuſio. Quia diuiſa eſt Sic-

*) Weggeschnitten.

cem, Et vide ordinem pulchrum. dediſti mętuentibus te (.non autem alijs.) Signum quod eſt fides Chriſtj argumentum: vt ſignentur propter veritatem ſic enim dicitur in Heb. haberi. Sed [?Quod?] tamen idem eſt: quia per hoc fugiunt & ſecernuntur. Iſaie 66 Et ponam in eis ſignum ꝛc Vt liberentur dilecti tui. Ecce hic incipit diuiſio Iudęj enim rem querunt: non ſignum .1. non fidem vel ſpem Sed res ipſas huius temporis

Deus Locutus eſt in ſancto ſuo (.1. in me populo ſuo. quod eſt ſanctuarium ſuum, q d Verbum dej ego habeo: & in me locutus eſt & loquitur & loquetur. Non enim vos eſtis qui loquimini Sed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis, Ideo Lętabor Quia ſine gaudio Hoc verbum dej non auditur: & per ipſum. Diuidam Siccem. Quod proprie ſignificat hůmerum. Erat autem populus iſte non niſi humerus. quia oneribus legis oppreſſus: Sicut ſupra ps 20 Quoniam pones eos humerum vel dorſum: Et Allegorice ſignificat totam gentilitatem. que fuit humerus diaboli. Iſaie. 9. Virgam humeri eius & ſceptrum exactoris eius ſuperaſti ꝛc Tropologice. quelibet anima pondere peccatorum preſſa & inclinata facie deorſum Gaudium ergo Eccleſię eſt. Hunc Humerum Diuidere: & ab onere: quod nec ipſi, nec patres eorum portare potuerunt: Sed qui diuidit humerum. partem facit eius. Et ſic ſunt iam duo humeri diuiſi: vnus nouus alter vetus, Nouus eſt Galaad Manaſſe & [reliquie *ausgestrichen.*] Ephraim: per quę (.quia ſunt partes totius populi.) ſignificantur reliquię. que ſaluate ſunt. Sed Moab, Idumej philiſtej (.quia ſunt integri populi. ſignificantur partes Iſrael maiores reprobate Et Conuallem tabernaculorum dimetuit, Soccot enim tabernacula ſignificat: Eſt autem idem populus in vmbra & tabernaculis habitans Sed non in ſancto:

Eſt autem Notandum certe: Quod iſte ps. & omnis diuina Scrip. viua eſt & permanens ſicut ait ps. 118. Inętternum domine permanet verbum tuum. Et in ſęculum ſęculi veritas. Ideoque oportet ſit intelligi. vt ſit adhuc & vſque in finem mundi, ad docendum. Etenim ſecundum hiſtoriam de Moab & Idumęa, eſſet iam mortua, quia illa preterijt: Ideo oportet accipi ſecundum

quod ſemper habet ſibi reſpondens in re preſenti: quocunq; tempore: Ita & hodie ſunt Moab. Idumej ꝛc

Vel aliter Sic. Deus locutus eſt in ſancto ſuo: puto ego hanc eſſe primam gratiam & mirificam dej dignationem: cui datum eſt ſic verba ſcripture, legere & audire, tanquam exiſtimet ſe, a deo ipſo audire. Quomodo enim non totus horripilabit: ſi aduertat tantam maieſtatem ad ſe loqui? Vt Iob. 27. [*26, 14.*] Et cum vix ſtillam ſermonis eius audierimus. Quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri. Sed nos ita ſegniter & legimus & audimus tanquam fortuitu aut ſine authore aliquo, nobis offerretur. Et non videmus neque ſentimus. quantus eſt qui loquitur Ideo hanc fęlicem Iactantiam merito ſibi Eccleſia arrogat dicens Deus locutus eſt in ſancto ſuo: Et ideo Lętabor inquit: quoniam verbum dej verbum bonum & optimum eſt: Et Vt diuiſionem iſtius optimam intelligas, non ex ira & malitia procedere: dicit se lętari ad diuidendam Siccem:

Blatt 75b: Sermo de Martyribus Ex eodem ps

Moab olla ſpej meę: Cocus videtur eſſe, qui hunc ps fecit: quia de olla diſputat Ideo myſterium coquinę nobis tractandum eſt. Totus igitur mũndus .1. homines: qui ſanctos, *perſequitur.* & tribulat. vocatur a deo Olla, Cuius tres pedes, ſunt illa tria que in mundo eſſe Iohannes dicit. Concũpiſcentia carnis. Concupiſcentia oculorum, ſuperbia vitę. In his tribus enim ſitat mundus Nos autem ſumus. Carnes & cibi in ipſa cocti & coquendi. vt preparemur in cibum Sanctis & angelis & Chriſto: Qui & ipſe cocus eſt. Sic ad eum dicit pater Ezech. 24. pone ollam ęneam ꝛc Et Mich. 3. Oſſa eorum conciderunt. & *confregerunt,* quaſi in lebete & quaſi carnem in medio ollę. Quod autem nos cibi ſimus Chriſto: teſtatur figura Genes 27. Affer mihi de venatione tua vt Comedam ꝛc Ac totum myſterium Videpecus occiditur diuiditur in partes, funditur ſanguis, ponitur in ollam & infunditur aqua, Sic primo nos venantur predicatores: tanquam feras in ſylua peccatorum, confodiunt iacũlis verbi dei & ſic diſtribuunt membra mortua peccato, vt ſeruiant Iuſtitię. Deinde in tentationes & paſſiones parant, & diſponunt. hoc eſt in ollam Moab. vſque dum ſatis concocti ſumus, tunc effundimur

ex olla. in Vaſa aurea & argentea & offerimur ſedenti deo chriſto & ſanctis ſuis in cęlo in ferculum Quid ergo fugis tentationes & tribulationes? Signum eſt enim quod pararis ad gloriam & vocaris in ferculum ſanctis omnibus, qui de te reficiantur in cęlo An non reficiantur? Etenim gaudium eſt Angelis. ſuper vno peccatore ꝛc. Hoc gaudium eſt eorum refectio: Comedunt de te. & tamen integer manes tu & ſaluus Igitur Spes magna eſt omnibus, quibus Moab olla efficitur: Quare quam rectiſſime dicit Moab olla ſpej meę. q. d. Niſi Moab mihi olla eſſet, non ita ſpem haberem: Quare viderint hi: qui nihil pati volunt, quid ſequatur: quia vtique ſpem non habebunt vitę ęternę. Non enim Celeſtes conuiuę crudum & incoctum cibum comedunt: Sed nec ollam certe: Quia olla remanet in coquina & non offertur diſcumbentibus: Sic S. Martyres: quando ad martyriũm ducebantur: tunc primum maxime confidebant, tanquam certiſſime a domino vocati. vt S. Siſinnius dixit. [Si tamen *ausgestrichen.*] Ego quidem hoc ſemper optaũi. Verũntamen ſi meritus fuero vt deſyderatam coronam accipiam: [*Am Rande links:* Et. S. Andręas. Et S. Agatha. S Agnes] Vide hic ducitur ad ollam: & ſe indignum putat: Quare? Vide ſpem quam per iſtam ollam concipit. Si meritus fuero vt coronam ꝛc Ecce quam certus eſt de corona: quia ducitur ad ollam. Recte ergo olla iſta fuit ej olla ſpej (.1. operatrix ſpej. ſecundum illud Apoſtoli Ro. 5. Gloriamur in tribulationibus Scientes, quoniam tribulatio patientiam operatur patientia probationem, probatio vero ſpem. Spes autem non confundit. Vide vt gloriantur quod in ollam ponuntur. & ſeſe indignos reputant Vnde & Apoſtoli. act. 5. Ibant Apoſtoli gaudentes. quoniam digni habiti ſint: Ecce indignos ſe reputant Sed & dominus dixit eis ſpem. de hac olla: Gaudete & exultate, quoniam merces ꝛc Et Iacob. 1. omne gaudium exiſtimate, cum in tentationes varias incideritis (.1. in ollam Moab:) Ergo a contrario, omnem triſtitiam exiſtimate. ſi in Iucunditates varias incideritis (.1. cęnaculum & cubile Moab.) ſicut idem Iacob. 5. Agite nunc. plorate & vlulate diuites in miſerijs veſtris. ꝛc Igitur Vita iſta preſens Eſt coquina. Moab (.1. tribulationes & tribulatores. ſunt Olla.) Sed quod mundus contra vniuerſalem

Eccleſiam. Hoc quilibet malus contra quemlibet Iuſtum eſt: Quare gaudendum cuilibet Iuſto: ſi habet aduerſarium, quia deus vocat eum ad coronam. Verũm primum oportet ipſum venatu capi, occidi & diuidi: .1. luſtificari a peccatis. ne ſteriles patiatur paſſiones. ſicut patiuntur etiam mali. [*Am Rande links:* leuit .1. Scilicet prius detracta pelle veteris vitę. *nit mit haud vnd mit har*] Ac vide an ne ps quoque iſtam artificinam coquinę ab initio pretendat deus repuliſti nos & deſtruxiſti (.1. occidiſti iratus es & miſertus es nobis: Sic enim occidit & diuiſit in partes vt ſibi membra non inuicem in peccatum cooperentur Deinde oſtendiſti populo tuo dura (.1. poſuiſti nos Iuſtificatos in ollam Moab

Blatt 76a: Vide itaque dej in te bonitatem. Si tu ſtulta miſericordia ſuper carnem in olla coquendam: velis vel ollam deſtruere vel ignem extinguere. Nonne cocus diligentiſſime vtrunque defenderet. ac te vel furioſum vel omnium inſipientiſſimum Iudicaret? Immo & olle & ignis curam habet quam maximam non propter ignem & ollam Sed propter carnem que in ea lixatur. Talis eſt & noſtra ſtultitia: quando optamus noſtros aduerſarios extingũi vel diſperdi: ſtulta miſeratione ſecundum carnem. & volumus ſaluare carnem: Vnde contra iſtos ps iſte dicit. Vana ſalus hominis. Vere prudentiores filii Huius ſęculi filijs lucis. Quis enim tam prudenter ſeſe habet in paſſionibus ſuis: ſicut iſtud negocium oſtendit? Et vltra Vide: quando non eſt feruens Bullitio: operculum ollę claudit. Si autem feruet deponitur vt fumus libere euaporet. Hoc eſt. quando exigua tentatio eſt, non fortiter ſurſum clamamus ad dominum, Quando autem fortis eſt totis viribus ſurſum fumamus oratione & deſyderio Igitur Chriſtus Bonus cocus: inſtaurat ignem & ollam cuſtodit, donans impijs facultates huius vitę & remouens eis impedimenta, vt plene poſſint concoquere ſanctos ſuos: Et mitius eos ſeruat ac parcit eis: quam ſuis ſanctis. Quia relinquendi ſunt Igitur Concludendo dicit pro gloſa tex Moab (:ſcilicet non meus. Sed.) olla (.1. Bulliens & furens tribulator.) ſpei meę (.1. operatrix ſpei mej: [*so*]) Quia eſt expreſſa ſententia ſacrę Scrip. Quod qui extra tribulationem eſt. extra ſtatum & ſpem ſalutis eſt. Heb. 12. Quod ſi extra diſciplinam eſtis, cuius participes

facti ſunt omnes, ergo adulterj. & non filii eſtis. Vnde Ro. 8. Heredes ſumus dei coheredes autem Chriſtj: ſi tamen compatimur vt conglorificemur. 2 Cor. 1. operatur tolerantiam earundem paſſionum, quas & noſ patimur. vt ſpes noſtra firma ſit pro vobis Scientes, quoniam ſicut ſocii paſſionum eſtis. ita & conſolationis eritis Et 2 Timo. 2. fidelis ſermo (.1. diffinitus & verax & certus.) Si commortũi ſumus & conũiũemus: ſi conſuſtinebimus & conregnabimus. Et c. 3. omnes qui pie viuere volunt in Chriſto, perſecutionem patientur. Vnde. & S. Aug. in ſer. de marty: Qui enim noluerit ſanctos martyres imitari ad eorum ſocietatem non poteſt peruenire ꝛc Et mirum eſt ſi conſyderemus noſtram per omnem Eccleſiam, impaſſibilitatem: Cui nam iſta dicta & ſcripta eſſe putemus? an lapidibus & lignis? Vere quidem nunc ſunt & dicuntur lapidibus & lignis

Sed queritur. Cur potiſſimum: Moab. pro olla: & non Idumęam Vel paleſtinam & econtra ponit? Forte eo myſterio. Quia ſecundum Aug Iſto ps. Moab ex abuſu patris natus eſt. Ita Iudęi ex abuſu legis, quam corrumpunt & non legitime exponunt nati ſunt, Ac ideo ſequitur quod ſuum ſenſum velint ſtare: Sed quia contra Hunc Eccleſia predicat ideo oritur Tribulatio Et Moab indignatus: quod ſibi contrariatur. vertitur in ollam: Vnde & Saul abutens Dicitur quia per ipſum quoque figurantur. Eo quod ſint veri abutentes lege: Nam ex quo Verbum Dej dicitur ſemen: ex quo oriuntur filii Dej: ſicut ex ſemine fructus, Recte Iudei orti ſunt ex ſemine ebrio: patris ębrii: quem ipſum tamen inebriauerunt: ſicut figura ſignificat ſuo vino & ſuj ſenſus liquore. Quia lex talem illuſionem patitur potius. quod tale ſemen ex ea concipiunt, quam faciunt. furtiue enim eliciunt: ſicut filię loth. ex patre furtiue elicuerunt ſemen eius. Igitur optime olla Moab attribuitur. Quia perſecutio oritur ex ſuperbia vite, que oritur ex proprio ſenſu & capite

Idumea autem Cupiditatem temporalium ſignificat: Quia Eſau quidem non ſicut Moab natus. Verum tamen, propter offam ruffam, vendit ſpiritualia. Et eſt vir venator: Sic omnis cupidus venatur & diuagatur foris in rebus corde. Iacob autem ſimplex in tabernaculis pauper manet Sic & Nemroth Robuſtus venator

dicitur: Quia Diuitias & regna huius mundi querebat. Et hic recte opponitur Manaſſes .1. populus obliuioſus per ſpem contemnens temporalia

Blatt 76b: Sicut Galaad aceruus teſtis: contra Moab: qui habet verum verbum Dej: & De vero ſemine natus eſt per fidem. Qui enim credunt: Hi naſcuntur ex verbo & ſemine Dej: Quare propter fidem Galaad merito Dicuntur. Et ideo Humiliantur & non inflantur: Quia nemo per fidem Iuſtificatur. niſi prius per humilitatem ſeſe iniuſtum confiteatur. Hec autem eſt Humilitas

Alienigene autem ſiue Philiſtijm: ſua quoque ratione: Iuxta Dicuntur Carnaliter ſeu ſenſualiter viuentes, in concupiſcentia carnis,: Interpretatur enim philiſtijm. Cadentes potione (.1. .1 qui per gulam ruunt in luxuriam: Quos vno nomine Apoſt. ex primens. vocat eos ventricolas. quorum deus inquit venter est. Venter autem vtrunque vitium ſcilicet gule & luxurie comprehendit. immo luxuria eſt ſequela gulę: & comes infallibilis: Quia inde Philiſtijm .1. Cadentes. (.propter luxuriam.) potione *propter* gulam: Et ſic in ipſo quoque nomine vtrunque includitur. Sanpotio: non poteſt niſi gulam exprimere: Sed caſus ex potione nullus eſt niſi luxurie & fornicationis: Et in huius rei figuram Scribitur Quod primo quinque fuerunt ciuitates & ſatrape philiſtinorum: vt ipſe numerus. ſaltem ſenſualitatem Infinuaret & ventricolas in ſenſibus viuentes monſtraret.

Secundo. Quia Idolum, colebant. Dagon. quod *triticum* ſignificat. Scilicet. Eſca ventri. Venter Eſce: Quem enim colerent ventricolę. guloſi & luxurioſi, niſi Dagon? vt ſit venter eorum deus,. Hoc & gentes alię: in Cerere & Baccho & Oſyri fęcerunt Immo puto paleſtinos: idem Demonium, (quod gręci Cererem dicunt.) Dagon ſua lingua vocaſſe. Sed quam religioſe etiamnum colitur. precipue a germanis. bibulis & Epulonibus

Igitur tria ſunt iſta in mũndo: & tria illa in Eccleſia. *contraria* ſibinuicem valde. & in medio eorum. rex Iuda. Chriſtus. ſicut inter oues & hędos. Iudex Iuſtiſſimus. illos primos *habens* a dextris vt dilectos liberatos dextera ſua, iſtos autem nouiſſimos a ſiniſtris

Sed Vide benignitatem Sponſę Chriſti Eccleſie. Moab dicit

ollam ſpei ſuę. In Idumeam extendit calciamentum ſuum: philiſtijm Habet ſubditos Quę ratio diſtributionis illius? Cur non in omnes extendit calciamentum? aut omnes habet ſubditos? De Moab ſatis patet. Quia ſuperbus eſt valde. & arrogantia eius plusquam fortitudo eius: ideo incorrigibilis eſt talis: & nullum bonum in eo. niſi vt alijs proſit, qui ſibi prodeſſe recuſat: & fiat alijs in ollam purgatorij [*Am Rande links:* Iſaie. 16. Hiere 48.]
In Idumeam autem ſemper habet extenſum calciamentum ſuum (.i. ſemper predicat contra terrenos homines, nec vnquam ceſſat: Semper habet extenſum verbum in eos & directum, eos monet, arguit, caſtigat, minatur: Quia quid predicat tota Eccleſia. niſi nolite diligere mundum, neque ea, quę in mundo ſunt?
Sed quia iſta ciuitas munita eſt, multis negocijs vallata & occaſionibus peccati: Et non eſt opis humanę, ipſos perſuadere, ideo dicit Quis deducet me in ciuitatem munitam? Quis deducet me vſque in Idumeam? Nonne tu deus? Vel ciũitas munita eſt Moab. Melius tamen Idumęa: Quia in Moab eſt deſperatio conuerſionis & ſalutis. philiſtijm autem ſunt ſubditi: Quia illos facilius perſuadet: quam cęteros. ideo de ipſis talem non facit difficultatem Quoniam Diuites & auari: periculoſius egrotant. & morbo velut incurabili. Quia difficile eſt diuitem ingredi in regnum cęlorum: Sed Luxurioſi ſubditi ſunt (.i. ſubduntur & ſubdentur per penitentiam. vel ſacramentum matrimonij

Blatt 77a: Expoſitio Continua & ex dictis elimata Deus. repuliſti nos (.i. ſynagogam & ſtatum eius ſicut & omnem veterem hominem.) & deſtruxiſti nos [*Am Rande rechts:* Vel vt infra ps. 73. exponitur. vide ibi] quia ammodo ſtatus legis non placet. Sed deſtructus eſt Quia lex iram operatur: Ita et lex peccati, Iratus es & miſertus es nobis. (.iratus pro veteri ſtatu. miſertus ad nouũm.) Quia Status vetus: Dulcia & bona & quietem in hoc mundo requirebat: Sed tu nunc contrarium agis: & commouiſti terram & conturbaſti eam: a bonis huius vitę. Ideo ſana contritiones eius, quia commota eſt amplius non placent tibi: ideo dona, tua nobis. Olim quidem populo tuo bona oſtendiſti Sed nunc dura. Et potaſti eos vino Iucunditatis ſecundum carnem. nunc autem vinum compunctionis

nobis propinas. Dediſti itaque in hocipſo ſignificationem timentibus te. vt fugiant a facie arcus Vt liberentur dilecti tui. Vt ſcilicet talia dares: quę ammodo non eſſent indifferentia bonis & malis qualia erant: omnia beneficia veteris legis. Sed tantum communia dilectis & electis: vt ſic In Iudicio & ęquitate regnares: Boni ſoli fruantur. & Mali ſoli priuentur illis: non tantum in Iſrael carnali. Sed per totum mundum: quicunque dilectus eſſet. liberetur: hac vera ſpiritalique liberatione Salua ergo dextera tua: ſicut olim ſaluaſti ſiniſtra tua (.1. ſaluabis dextera tua & exaudies me: Imperatiue orat: ea que prophetat. Deus ipſe ipſe inquam perſe. deus: non iam Moſes aut Helias. Sed deus locutus eſt (.1. loquetur in Sanctuario ſuo. Et certe verbum dej viuax eſt: Ideo ſi ipſe loquitur. non carnaliter Sed ſpiritualiter loquitur. ideo non in Atrio legis. Sed in Sancto Eccleſię loquitur. Ibi enim homo miſſus a Deo loquitur: & in alterum vas tranſfuſum verbum narrat: & quod ſic narratur verbum, certe. aliam perſonam Induit, ideo non eſt verbum in ſua efficatia. Sed larua & alia lingua velatum. Sed hic deus loquitur per ſe Hoc enim fęliciſſimum eſt. deum ſcilicet loquentem audire, Et oblique hic arguit eos. qui dixerunt Exo 20. Non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur, loquere nobis tu & audiemus. O Stulta oratio: Non mihi ſic domine Non ſic. Sed loquere tu: quia audit ſeruus tuus, Audiam quid loquatur in me non Moſes. Sed dominus, quoniam loquetur certe pacem in plebem ſuam, Nec aliter poteſt dominus loqui niſi pacem Et ideo. Lętabor ſcilicet a locutione domini, Vnde hic Nota Quod Quando deus immediate loquitur. efficaciſſime loquitur. Et hoc petit propheta. Et Hic Eccleſia gloriatur. Quia ſic promiſit Iohan 6 Erunt omnes dociles deo Et Hiere. 31. dabo legem meam in cordibus eorum x Et ſic locutus eſt ad prophetas. qui dixerunt. factum eſt verbum dominj ad me: Tunc ſemper intellexerunt myſteria nouę legis Sed quando mediate loquebatur vt per Moſen & prophetas, tunc verbum eius mox erat velatum: & medium poſitum inter deum & populum, deum loquentem & populum audientem. Sicut & modo fit. licet aliter: Quia tunc erat medium etiam quoad intel-

ligentiam: que prophetis erat clara. populo autem velata ſub typo temporalium bonorum vel malorum. Quia omnia mala & bona populus carnaliter intelligebant [*so*]: prophetę autem Spiritualiter: maxime quando verbum dej recitabant de iſtis: Aliquando autem ex perſona propria. expreſſe prophetabant de futuris bonis ſpiritualibus. Nunc autem licet predicator verbi intelligentię non mediet, tamen incremento mediat: quod non ipſe poteſt dare. Sed quando deus loquitur ille dat iſtud. Ideo fruſtra loquentis lingua laborat: niſi & Dominus loquatur in Sanctuario ſuo. tunc enim auditor lętatur. alioquin ſi ſolus homo loquitur. auditor potius triſtatur. Quia ſolum annunciat, quid mali fecimus & quid boni debeamus. deus autem loquens dicit: quid mali dimiſſum ſit. & quid boni donatum. Vnde ait ps. 50. Auditui meo dabis gaudium & letitiam: Ecce audire cupit. quid niſi loquentem? Quem? niſi deum? Quia deus non habet niſi verbum bonum & ſuaue: tunc enim dicit homo: Eructauit cor meum verbum bonum; Quare eructauit? Quia ad plenum dicere non poteſt Hoc verbum. Quia Deus enim per ſe loquens, non eſt nuncius ſũus. Sed omnes alii ſunt nuncii: ideo minus mouetur

Blatt 77b: ad alium tranſferri non poteſt. Sed ſolus qui audit percipit: eloqui non poteſt. Sed tantum eructat. Quare autem cor? Quia deus non ad aures ſicut homo Sed tantummodo ad cor loquitur. Ideo cum vox hominis ad cor loqui nequeat. Sed tantum ad aures ſequitur quod ſolum eructet verbum & non loquatur, quia deus ipſum loquitur ſolus. qui ſolus ad cor loquitur. Vnde ſequitur. Lingua mea calamus ſcribe vęlociter ſcribentis, q. d. quod ego dicere non poſſum: ille ſicut me: ita & te vęlociter docere poteſt: Sic Dies diej eructat verbum. Et nox nocti indicat ſcientiam Scientiam poteſt Indicare Sed non verbum, niſi tantum eructare Igitur Hoc verbum lętificat neceſſario animam. Ideo dicit Lętabor. & partibor Sicchem. Si Habeo verbum dej: ad quid mihi illud ſoli? Nonne & in alios, ipſum partiar? partibor certe Sicchem: predicabo illud & palam faciam: Et ex Hoc orietur Diũiſio humerj: Quia verbum Dej gladius eſt. & Iudicii virga. diſcernens eos. Qui ſunt humerus?

Qui ſunt dorſum? Qui in labore & onere ſunt. Nam vere omnis Qui extra Chriſtum eſt: Eſt humerus & dorſum: Quia portat. primo diabolum cum peccatis ſuis, Secundo leges & ceremonias literales, Tertio penas etiam peccatorum & miſerias huius vitę. [*Am Rande links:* Iſaie. 9. Iugum oneris, Virgam humeri, Sceptrum exactoris ſuperaſti] Vnde omnes qui etiam Hodie ſunt in Religione tantum corpore, ſunt humerus, tantum onera ceremoniarum ferentes. Sed o quot ſunt illorum. Qui ſibi faciunt onus ex vita ſua. Igitur Eccleſia Diuiſit quidem primo humeros. (.1. oneratos ꝛc.) Secundo [*ausgestrichen*: penas peccatorum & ceremonias. Et) peccata & diabolum: & onera legis. Seruat tamen penas peccatorum. Et pro Hac Diuiſione lętatur. Quia tam grauia pondera depoſuit, Quia non abſtulit Sicchem Sed diuiſit & partita eſt, Et Conũallem tabernaculorum metibor: Sicut humerus literaliter fuit Synagoga: Allegorice autem gentilitas tota immo eadem litera. Iudęus primum & poſt gręcus & allegorice omnis: qui vnum de tribus dictis portat. (.Diuiſio autem allegorica eſt. ſcilicet populos ălios conuertendo alios non (quia non abſtulit omnes ad fidem non enim omnes obediunt euangelio Similiter & tropologica: Quia non abſtulit omne malum & onus. ex nobis. Sed relinquitur ad pugnam: Infirmitas carnis, in pęnis & peccatis memoribus. In multis enim offendimus omnes.) Metiri autem eſt bona docere. & ad regulam ducere Iuſtitię. Sicut enim Diuidere eſt malum arguere & abſcindere ab hominibus. Ita Metiri eſt bonum docere, vt ſic declinare a malo & facere bonum, erudiat. [*Am Rande links:* Et ideo neceſſario eſt ibi verbum abbreuians & conſummans, Iſaie. x. Diuidendo enim abbreuiat ſcilicet carnales homines & motus carnis. conſummat autem menſurando] Quia Iuſtitia & Iudicium correctio ſedis tuę. & preparatio ſedis tuę. per Iudicium (.1. condemnationem ſũj. reprehenſionem, caſtigationem: Qua enim caſtigat doctor. vel docet: ipſum ſeſe caſtigare & arguere in vilitate ſua.) diuidit ipſum, & declinare facit a malo & ſic corrigit & emendat ſedem Chriſti: Sed per Iuſtitiam, (.fidem qua ex Chriſto docet ſperare gratiam, & in eum vjuere.) metitur & facere bonum ac ſic preparat ſedem

Chriſti Vnde & Apoſtolus: Ro. 12. dicit ſecundum menſuram fidej. Sicut vnicuique diuiſit Deus Quia Euangelium eſt regula & menſura: ſecundum quam dirigimur & menſuramur. Si tamen prius diuiſi ſumus per idipſum, quod diuidit ſpiritum & animam ꝛc.

Conũallis itaque tabernaculorum. primum Iudęus & gręcus. ac inde omnis: qui ſolum eſt homo. Quia Tentoria ęthiopie vidit Abacuk: Quando enim Homo ſine ſpiritu eſt, caro eſt Et ſic non in tabernaculo corporis ſui: Sed eſt ipſum tabernaculum. Sara enim olim intus in tabernaculo erat Genes. Et Iacob vir ſimplex habitans in tabernaculis. Hi ſunt qui intus ſecum habitant. & non foris erumpunt & vagantur Sicut Eſau. Qui in rebus herent exterioribũs, & vagantur cum tabernaculis ſuis. ſicut aucupes & paſtores Sed vide quam apte Corpus noſtrum tabernaculum dicatur. teutonice. *lauberhütten. Buden.* Sceua ꝛc Quia ſicut tabernaculum ex ramis conſtruitur & preter portam & feneſtras vndique eſt peruium & perluſtrabile Ita corpus noſtrum ſenſibus & lingua (que eſt maxima porta.) & ipſo tactu

Blatt 78a: qui per totum corpus eſt foraminoſus, ſicut tabernaculum, totum eſt patulum: & varia percipit per iſta foramina· Sed & cibi & potus. per os ingeruntur & ingreditur & egreditur omne per os malum & bonum

Meus eſt Galaad poſſunt in his tribus vt in gloſa populus teſtis per fidem. & idem obliuiſcens per ſpem, & multiplicatus per ſpeciem [*ſpem*] accipi Aliter etiam ſic. Vt Galaad. ſit ſtatus ſuperior. vt Iere. 22 Galaad tu mihi caput es Libani (.l. pontifices & maiores caput Eccleſię.) Manaſſes contemplatiuos: qui omnium obliti ſunt Ephraim: populum inferiorem actiuum, quia talis multiplicatur per ſuperiores & contemplatiuos. ideo recte fructificatio eſt: illi autem fructificantes Sicut exponunt doct. illud Ezech. 14. Si fuerint tres viri iſti in medio eius. Noe, Daniel & Iob. ipſi liberabunt animas ſuas.

Tropologice autem multis poteſt virtutibus & operibus applicari: Vt

pro Religioſis	obedientia	Galaad
	paupertas	Manaſſes
	Caſtitas	Ephraim

Pro alijs { humilitas / benignitas / vel patientia / Bonitas } Galaad / Manaſſes / Ephraim Item { Intellectus / Memoria / Voluntas }

Item { Confeſſio / contritio / ſatisfactio } Item { Ieiunium / oratio / Elemoſyna }

Et fere quam facile ad omnem trinitatem ſanctam poſſ applicari Sicut Econtra iſta tria Mala ad omnem trinitatem pe uerſam Vt

Moab , mala voluntas
Idumęa ſit malus intellectus } ꝛc
philiſtijm Mala memoria

Hoc autem loco & tempore nobis ita ſufficit diſtinxiſſe. idem ſit populus. Moab propter ſuperbiam Idumęam. pro concupiſcentiam oculorum. & philiſtijm propter concupiſcentia carnis

Sicut ſecundum ſ. Gre. humanitas gratioſa Chriſti. Eſt (. ciamentum diŭinitatis eius benedictę. Ita verbum Vocis Eſt ca ciamentum ſpiritus. qui per ipſum intrat in animam: Et in ip tanquam pes clauditur, Quia quicquid de humanitate Chri Hoc de Euangelio intelligendum eſt dici: Et ſicut multis fi humanitas nota fuit, Ita & Euangelium opertum eſt his q pereunt, vt non fulgeat eis Euangelium glorie & gratię.

ps 61. [Hebr. LXII.]

Blatt 78b: Non mouebor ampliŭs. [*Am Rande links:* Sic ps precedens. Inhabitabo in tabernaculo tuo in ſęcula (.q non cogitur emigrare: ſicut ex tabernaculo ſuo & Moſi.) Et hunc ſenſum etiam accipienda verba prophetarum. quando pr phete aiunt. quod populus Iſrael vltra non mouetur de ter ſua ꝛc] Omnis qui credit in chriſtum, non mouetur vltra (.1. hab poteſtatem. poſſe. non moueri vltra. Iohan, 6. Qui credit in n non morietur inętternum (.1. poteſt non mori, inęternum. Vi enim & ſalus per Chriſtum nobis data ſpiritualis, eſt huiusmo naturę: Quod non eſt neceſſe eam ceſſare, ſicut vitas corporal

Item 1. Iohannis. 5. Omnis qui natus eſt ex deo non peccat (.1. poteſt non peccare ſi vult, . Qui autem eſt extra deum, neceſſario peccat (.1. eſt in peccatis.

Secundo ſic. Non mouebor amplius, quia in Adam ſemel moti ſumus. de gratia in damnationem, Sed per Chriſtum redemptus, non mouetur amplius. 1. 2ᵒ hoc eſt in mortem ſęcundam. Quia per Adam moti ſumus in mortem naturę & gratię. Et Hec eſt mors & motio prima: Immo Mors nature eſt dormitio potius. Ideo prima motio, eſt in peccatum, 2ª autem eſt in damnationem & infernum. Et In hunc mouentur: qui in Chriſto non credunt: vt Iudęi. Hic autem non mouetur amplius: plus dicit, minus dicendo. q. d. non ſolum non mouebor. ſecundo: Sed etiam de prima motione in peccatum, ſaluabor: Illi autem. quia manent in motu primo Sponte, ideo mouebuntur etiam amplius & 2ᵒ Sicut Apoc. 20. Hęc eſt mors ſecunda

Dupliciter enim fit, vt quis deo non ſubijciatur. primo, quando legi eius non obedit & potius diuitijs ſeſe ſubijcit & voluptatibus & omnibus que ſunt in mundo. Secundo. quando in propriam Iuſtitiam confidit. vt Iudęi & Heretici. & ſuperbi ſpiritualiter. Et Hoc periculoſius eſt quam primum, Quia cum in malis illis non ſunt: tamen adhuc deo non ſubijciuntur per veram humilitatem. Et de vtriſque loquitur ps. Scilicet vt nec in temporalibus omnibus. Nec in propriis meritis. confidendum ſit vllo modo. Hoc eſt neque in temporalibus nec in ſpiritualibus bonis Sed per bona temporalia & ſpiritualia, in ipſum ſolum deum. Sicut Viſus non in aerem & lucem. Sed per aerem & lucem in objectum

Tanquam parieti inclinato: Quia ſancti in mundo: ſunt infirmi ac ad mortem & paſſiones diſpoſiti: Et Impij eos non vlterius conſyderant: ideo arguit eos. quod ſic irruunt in eos: vt non aliter eos reputent: quam fragiles & labiles homines: vnde ps. 117. Impulſus euerſus ſum vt caderem & dominus ſuſcepit me. In heb autem. Sic. Tanquam paries inclinatus & maceria corruens. Et ita refertur ad Impios: Qui, cum vere: proximi ſint ad ruinam in infernum, eo quod non viuant ſpirituali vita. Sed tantum corporali: que tamen eſt nihil aliud niſi

continua Inclinatio ad caſum mortis. Recte paries inclinatus dicuntur & maceria corruens ſiue minans ruinam, Et nimis apte Vita impiorum iſtis verbis deſcribitur. Vnde & Iſaie. 30. Quia ſperaſtis in tumultum & calumniam Erit vobis iniquitas Hęc ſicut interruptio cadens, & requiſita in muro excelſo. Igitur paries Eſt corpus noſtrum Et idem Maceria, vtrunque ad mortem ſemper inclinata & ſemper ruinam minans Quare ſuper ipſum niti. & eo ſuum ſuper eum ponere, eſt horribile. Quia cadente Iſto pariete per mortem. neceſſe eſt vt anima: ruat in perditionem, Si autem ſurſum heret in cęleſtibus & non nititur ſuper carnem tunc non poteſt ruere, etiam ſi corpus ruat. Sed ſurſum herere in deo. Et Hoc facit Idithum: tranſilitor

Cucurri in Sitj: ſcilicet ad cęleſtia ſuſpirans. Vel in ſiti : quod eorum ſalutem ſitiebam qui me perſequebantur

Ore ſuo benedicebant ꝛc poteſt eſſe pars pro toto (vt in glo quia omnia foris bona oſtendebant & tamen intus mali erant corde: Item Quia omnis ſuperbus ſolum ſeſe benedicit in cor & aliquid reputat. Eſt ſi foris aliquem laudat, hoc ore tantu facit: & non corde, Quia ſuperbia non patitur quod alium æqualem vel ſuperiorem reputet. Ideo ſolum ſe in corde laud benedicit. Et foris mentitur quando alium laudat. Talis eſt vi Hereticorum: quando ſe peccatores confitentur pre cęteris E tamen alios propter eorum peccata vitant. & ſeipſos tanquam meliores ſegregant

Blatt 79a: Lyra dicit. In Heb. ſic haberi. Mendaces fi hominum in ſtateris ad aſcendendum: ipſi & vanitas ſimul Cu ſenſus eſt. Quod Homines cupidi per phas & nephas terra poſſeſſiones & diuitias ſibi vendicant, [tantum vt creſcant & aſce dant & exaltentur in ſęculo. Sed in hoc non deſinunt eſſe va Sed tantum aſcendit cum eis vanitas quantum aſcendunt ip Quia Auarus nunquam implebitur pecunia Eccleſiaſtes. 5. E creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit. *Dies ist au gestrichen. Dafür am Rande links:* Et in hoc ipſum ſemper magi nt, non deſiſtentes aliquando. Sed continue aſcendente ore auaritia in maiorem] Nec ſaturatur oculus viſu Ec 1. Et ſatis Hoc monſtrum Hodie practicatur. maxime

in diuiſionibus terrarum. Bonorum. Hereditatum. tam apud principes quam pontifices. ſicut & Iſaie. 5. in eandem loquitur ſententiam dicens Ve Vobis, qui iungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis. vſque ad terminum loci: Nunquid habitabitis vos ſoli in medio terrę? Et Amos 6. Ve Vobis qui opulenti eſtis in Zion. Tranſite in Calanne & Emath & videte ſi latior terminus eorum termino veſtro eſt. Hoc quidem nunc pontificibus dicitur: qui latius quam reges & principes regnant. Aſcendunt enim ipſi & vanitas ſimul cum eis. Poteſt autem noſtra tranſlatio ſic adduci: Vt decipiant ipſi de vanitate in idipſum: .1. vt de vna vanitate in eandem, inidipſum eam augentes ſemper ſicut & ipſi ſemper magis vani fiunt Quia ipſi de vanitate in idipſum fiunt .1. de vanitate magis tales ipſi & magis vani, eo quod vanitatem non deſerunt, Si autem eam dimitterent, iam de veritate fierent in aliud ſcilicet in veraces Ideo vtrunque creſcit in idipſum: Ipſi & vanitas. Non tamen vanitas de ipſis Sed ipſi de vanitate Prius ipſi Nam omnis creatura vanitas eſt non volens propter hominem qui vanus eſt & eam vanitatem facit Vel breuiter ſic. Ipſi in idipſum (.1. ſemper magis ijdem ſunt & manent, ſcilicet vani. & hoc quia de vanitate: de veritate enim neque ipſi. Sed alij. neque in idipſum Sed in aliud .1. in veraces fierent. Et ſic ſemper aſcendit eorum vanitas & ipſi vani. ſicut ibi. Superbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper. ps. 73.

Nolite cor apponere. Ex Hoc loco ſumitur argumentum contra Iudęos, niſi eſſent ſicut aſpis ſurda Quia cum totus ps. ad ſperandum, gloriandum & omnino proijciendum in domino perſuaſerit. Hic autem dicit. Quod cor diuicijs non ſit apponendum. Ergo euidenter ſequitur. Quod ſperare in domino ſit diuerſum, ab expectare Diuitias & temporalia a domino, Quia dicit. Si affluant ſcilicet quaſi forte, non ſi dederit dominus: quod tamen dicendum fuit, ſi ſperande eſſent ab eo

Semel loquitur deus. Cur? Quia non eſt bilinguis ſicut illi, qui corde & corde loquuntur. Vnde & omnia verba dej ſunt vnum, ſimplex, idem, verum. quia ad vnum omnia tendunt quan-

tumuis multa ſint. Et omnia verba que in vnum tendunt, vnum verbum ſunt, Et omnia que ad diuerſa tendunt. etiam ſi vnum ſint verbum. ſunt tamen duo & multa

Igitur inter iſta duo ſcilicet timorem poteſtatis & ſpem miſericordię dej: oportet nos ſemper conſiſtere, vt ſic inter molam ſuperiorem & inferiorem molamur domino: & inter dentes ſuperiores & inferiores conteramur. & in chriſti viſcera traijciamur Immo & omnis operatio creature. hanc nobis exhibet eruditionem Vt aurum in fornace. & omne opus in ſua officina

ps. 62. [Hebr. LXIII.]

Blatt 79b: Vigilo. duplex eſt vigilia: corporis & anime. Anima vigilat, quando non peccat. Sed ſtrenuę & alacriter opera lucis operatur Ro: 9. Hora eſt Iam nos de ſomno ſurgere: Hęc vigilia incipit de luce .1. mane ſpirituali (ſcilicet fide qua a Chriſto illuminatur quando oritur ſol Iuſtitie. per bonam monitionem in anima Ephe. 4. Exurge qui dormis ꝛc Econtra Tepide agere. eſt dormitare. Et tales neſciunt ſitire in Dominum aut Iuſtitiam

Quam multipliciter tibi Caro. Aug. .1. Caro pro hac etiam vita multis Indiget: & hęc etiam a deo ſitit Quia non tantum ſpiritualia Sed & temporalia a nullo niſi deo deſyderanda ſunt. Sed Hoc violentum: Quia non dicit ad tua. Sed ad te, vt etiam caro ad ſpiritualia intelligatur Sitire. ſcilicet glorificationem ſu.

Deſerta. Vbi deſertum eſt, non ſunt homines. Et vbi non ſunt homines, non eſt honor, fama & gloria Ergo recte per deſertum intelligitur, contemptus in Hoc mundo actiue & paſſiue. Quia mundus contemnit ſanctos & non honorat. Sed nec ipſi Hoc querunt immo contemnunt, . Vbi autem eſt Inuiũm. non ſunt negocia. Vbi non ſunt negotia, non ſunt diuitię & lucra. Ideo per Inuium intelligitur paupertas in hoc mundo. [*Am Rande links:* ..i ſunt nundine videtur lutum calcatur & ....eę (plateae?) ..ntur. etiam :.ne & domus paruas (?) .. non illic gramen cre- viis, ..c tele aranearum .. Ianuis] Vbi vero non eſt aqua: recreatio aut vlla voluptas: Ideo per inaquoſum acci- eſt concupiſcentia carnis.

Magna igitur miſericordia dej eſt. Quod ſanctos ſuos facit, contemptibiles, pauperes & afflictos ſiue lugentes, quoniam alias non vel difficillime poſſent apparere ei. Sed obſcurarentur ab eo. & ſic nec ipſi viderent virtutem & gloriam eius: Nam in honore eſſe & nomen & famam habere Ac non ſuperbire ſecundum Chriſoſt, difficillimum eſt., humilitas enim in honore periclitatur vehementer Experientiam interroga & videbis, cum enim ceperint diffamari, confundi. & detrectari, tunc non ſolum non patienter ferunt (.Cum tamen deberent etiam libenter eo ſpoliari & optatiue.) Sed funeſtis contentionibus & excuſationibus, ſuam gloriam redimunt. inuicem mordentes, defendentes odio habentes, Aſſumunt autem iſtud b. Aug: in ſuę nequicię velamen, Qui negligit famam ſuam crudelis eſt. Quaſi dixerit, Qui non omni vi & machina. per phas aut nephas famam ſuam defenderit crudelis eſt. At vbi tunc decus humilitatis. abiectio plebis. & meritum contemptibilitatis manet? Vtique non aliud vult. S. Aug: Niſi Quod quis ita ſpeciem mali cauere debet. & ſimplici verbo. ſuam innocentiam probare, vt non neglexiſſe arguatur. Non autem vult, vt violenter defendatur. Quia Hoc ipſum magis polluit famam bonę vitę. ſi te ſuperbe defendas, quam ipſa detractio polluerat. Ideo rarus eſt. qui non capiatur in honore ſuo:

Sic in Diuitijs eſſe. & eas non amare. aut nimiũm cupere. difficillimum eſt Iterum experientia abunde teſtatur. Quia periclitatur paupertas in diuitijs: Vide pontifices & ſacerdotes & religioſos: quid agant pro rerum temporalium vſu & retentione. fortius iam ſunt Temporalia & vt ſic dicamus ſtabilius & ęternius: ad Eccleſiam incorporata & ligata: quam fides & ſpiritualia. Quia omnes patenti ore clamant: quod ſemel datum eſt Eccleſię. & deo: nunquam poteſt reuocarj: hoc quidem de animabus & corporibus tacetur: que proprię deo dicantur. de temporalibus autem etiam per arma mundi practicatur vt ſerũentur.

Sic in delicijs, inter fęminas, epulas eſſe: & continere, quis credatur? Igitur hoc ipſum experientia plus loquitur. quam audiri quis ſuſtinere poſſit. ambe enim aures inde tinniunt Quare in his tribus: nemo poteſt facile vel vllo modo, apparere deo in ſancto. & videre gloriam dej. Vnde & Eccleſiam ſuam Chriſtus Iſaie.

54. Vocat, vt mulierem derelictam, merentem & abiectam ab adoleſcentia ſua. Et. infra. .1. paupercula, .2. tempeſtate conuulſa, & .3. abſque vlla conſolatione Et Iſaie. 9. Iugum enim oneris eius, (.hec eſt concupiſcentia carnis.) & virgam humeri eius (.hec eſt oculorum.) & ſceptrum exactoris eius (.Hec eſt ſuperbia vitę.) ſuperaſti ſicut in die Madian .1. per verbum dei quod eſt gladius Gedęonis noſtri magni Chriſti. & panis hordeaceus

Igitur hanc miſericordiam conſyderans propheta qua iſta ſũis negat deus, dicit. Melior eſt miſericordia tua ſuper vitas ſcilicet iſtas tres quę ſunt in mũndo Et ideo Sic benedicam te in vita mea. non in vitis iſtis mundi que non ſunt meę Igitur Mundus in ſe quidem eſt terra

deſerta
Inuia → & vere & his qui veritatem diligunt. Sed Vani
inaquoſa

& carnalibus. Eſt per contrarium paradyſus / via lata / Irriguus Sed Hoc vanę

per vanitatem Et hęc eſt tropologia iſtius verſus vtpatet

Blatt 80a: Sanctum, ſpiritualiter Eſt Ipſa Eccleſia allegorice: Tropologice autem Ipſa ſanctitas fidej & Iuſtitię Spiritualis. Sanctum autem ſanctorum eſt Beatitudo futurę glorię. Sicut in tabernaculo Moſi fuit figuratum.

Vita ſpiritualis eſt vna: Quia omnia vnit: ſcilicet omnes ſanctos in vnum. omnia membra in vnum ꝛc Sed Vita mundi eſt multiplex. Quia diſpergit & multos facit. Item Quia nulla ſufficit. nullius membri vita ſatis eſt. Et tot ſunt vitę in mundo quot obiecta concupiſcentię: Quia in quolibet, anima viuit ſua cupiditate, fruendo illis. Vt Superbia vitę eſt vna vita, Concupiſcentia & delicie carnis eſt alia: Et nullus in ſingulis nec omnibus ſimul. [*Am Rande links:* Sic etiam ſunt mille genera mortis corporalis ꝛc] Vita autem Sanctorum eſt in vno Chriſto ſolo: quia in Hoc ſolo fruitur omnis anima. & omnibus viribus. Et hec vita eſt [illegible]ericordia .1. [illegible]. Ro. 6.

Memor [illegible] ſuper ſtro[illegible] ꝛc Religioſam eruditio-

iem preſtat nobis iſte verſus. Scilicet Vt ad minus memor [*so*] imus Dej: De ſero & mane, vt ſic principium & finis nobis ipſe it Et omnis operatio & oratio noſtra per ipſum incipiat. & in pſo finiatur, vt orat Eccleſia & docent Sancti patres. Immo & nedium ipſe ſit. Iuxta illud. Exipſo per ipſum ſeu cum ipſo & in ipſum ſunt omnia. Ex ipſo quo ad principium: per ipſum ſeu cum ipſo. quo ad medium. In ipſum quo ad finem. omnia noſtra agantur & fiant. Ac ſic veſpere & mane & meridie ps. 54. narremus (.1. fine, principio & medio.) Sicut enim diem in iſta tria diuidendum docet. Ita horam & quodlibet opus. immo & totam vitam

primo autem dicit Memor ſuper ꝛc. Quia plurimum Iuuat ad matutinam puritatem. Serotina meditatio & recollectio. Sicut econtra plurimum obeſt. Serotina diſtractio ad matutinam recollectionem, quia ibi reliquię cogitationum diem feſtum agent in mane. Vnde aptiſſime cum dixiſſet memor fŭi: mox addidit· meditabor in matutinis. Quia eo promptior eſt meditatio matutina, quo memoria veſpertina diligentior fuit. Sed Heu quantum diabolus iſta nunc omnia ſubuertit, per omnes ſtatus, Quia Ebrietates, leuitates, loquacitates, luſus & alia monſtra nunc ſerotine maxime frequentantur: Ideoque eo peius mane orant & celebrant & peſſime deficiunt. Nota autem Quod Memoriam Veſperi & meditationem mane tribuit, differentiam inſigniter nobis oſtendens. Nam Quia ſuper ſtratum ocioſis ac maxime, ijs qui ſunt potati: ſolet carnis vexatio titillatioque excitarj Ideo memoria opus eſt: & non perfunctoria recordatio dej. Sed fixe in meditatione dej manendum & obdormiendum, vt ſic & per ſomnum quodammodo duret

Quoniam Melior eſt miſericordia tua ꝛc Vide quam eximie iſte miſericordiam dej ponderat & magnificat: Nam Nihil eſt, omnium Iudicio, precioſius quam vita: quę omnium maxime expetitur. & propter quam omnia. vt vulgo dicitur *Ein Eddel ding, das leben.* Hic autem dicit. Melior. non auro, argento, purpura, gemmis. Sed nec tantum, vita vna: Sed ſuper omnes vitas: quas quis habere & cogitare poſſit: quia pluraliter poſitum Vitas, omnes comprehendit: Et ex hoc patet quam precioſe. gratiam

dej eſtimare debemus. ita vt etiam mille vitas **pro ea contemnere.** & mille mortes ſubire deberemus. Sed **heu prohdolor.** Quam multi ſunt. qui non ſolum, nec vnam **vitam vel vnam** mortem. Sed nec vnam infirmitatem vel ſanitatem **propter eam** contemnant. Immo. vnum denarium. & quandoque **vnum verbum.** potius eligunt quam miſericordiam iſtam **ſeruare: Igitur** Si eſt melior ſuper vitas. docemur hic certe: **eam ita ſeruare.** vt ſi neceſſe ſit omnes diuitias, honores, voluptates **amittere, &** omnem contumeliam paupertatem. afflictionem ſubire. **parati ſimus,** quippe qui vitas & mortes pro ea contemnere debemus

Concludendo ergo ps. Verſus iſte. **In terra** deſerta: Tropologice Exprimit tria vitia in mundo. **& ponit. 3ª** contraria virtutes. vt deſertus eſt mundus: quando **ſuperbia vitę** *& honor* contemnitur & huic conſonat quod ſequitur. **In Sancto** apparui tibi (.1. nihil mihi apparui Sed tibi: **quia humilia reſpicis** in cęlo ꝛc Et hoc quia terra mihi deſerta **eſt. 2° Inũius** eſt per paupertatem: Et hoc ideo ſic volui, vt **viderem virtutem** tuam. Beati enim pauperes, quia ipſorum eſt **regnum cęlorum.**
3° Inaquoſus. per voluptatis contemptum, **ſcilicet vt** viderem tuam gloriam ꝛc

ps. 63. [*fehlt als Ueberschrift.* **Hebr. LXIV.**]

Blatt 80b: Accedet homo. primo de **Chriſto vt in gloſa** que eſt S. Aug. 2° Caſſio. Sic Accedet homo **ſcilicet quilibet** fidelis ad cor altum. per diũinorum contemplationem **& fidem** & ſic deus .[*Darüber*: Chriſtus] Exaltatur non **in ſeipſo.** Sed *in tali* corde [*Am Rande links:* .... tas enim **Chriſti non** .... ſcitur. niſi mens ..... dem eleuetur.] 3°. Sic **Accedat homo ad** cor altum .1. profundum ſeu humile: quia **quanto magis nos** humiliamur tanto magis deum exaltamus. ita **vt qui nihil** ſe ipſum reputat, Hic vere deum. ſummum & optimum **eſtimat &** econtra. 4to Quia Vbi nos. ad cor, grec. [& Heb. *ausgestrichen.*] habet & cor altum. Quod ſic exponunt. Accedet **homo. .1.** Chriſtus re- ..t, qui eſt homo & altę mentis & glorificabitur **deus** per totum ..dum, Vel ſic Accedet Chriſtus ſcilicet **ad nos** per fidem

ad deum per ſeipſum. [*Am Rande links:* Aliter ſic Cor ... Eſt r ſpirituali ... piens. Quia ſpiritualis .. emine Iudicatur & n profundo dej .... onditus: Et in ... exaltatur deus.... nale tem cor eſt altum Sed vanum ... e ſpiritu (.1. in illo ... extatur deus, .otius ipſemet. Iob. 5. Vir va .... in ſuperbiam i..... ur.] At mihi videtur potius hebraica eſſe locutio ut Canticorum. 2. Vir & gladius ſuper femur eius: quod noſtra anſ. ſic vertit. Vniuscuiuſque gladius. ſuper femur ſuum, Vnde & ic. ſingulorum vel vnicuiuſque [*so*]: poſuit: pro homine vel viro. cut ibi: S. Hiero Et Miche. 7. Vir fratrem ſuum in mortem enatur. (.1. vnusquiſque.) Eiusdem 2. Calumniabantur virum & omum eius (.1. vnumquemque cum domo ſua.) virum & heredi- tem eius, Iſaie. 9. Vir fratri ſuo non parcet (.1. vnusquiſque el ſinguli) Et. 2. Corruet populus vir ad virum & vnusquiſque d proximum ſuum. Et apprehendet vir fratrem ſuum ꝛc t ps. 48. frater non redimet, redimet homo .1. Vir. ſeu ſinguli eu vnusquiſque Iſta enim dictio. Iſch: virum, hominem, prin- ipem & vnumquenque vel ſingulum ſignificat. Et inde oritur anta diuerſitas. Vnde ſicut in hoc ps. pro homine ponitur. & ps 48. ita potuit vbique in predictis locis poni: Vel vt ibi pro iro & vnoquoque, ita etiam hic potuit poni: ſicut &. S. Hiero ęcit vtpatebit. Igitur ſecundum hunc loquendi modum ſenſus nihi videtur. Accedat vir vel vnuſquiſque cum corde alto: ſicut upra. vir & enſis eus (.1. vir cum enſe ſuo.) ꝛc Et ſic ſiue & cor, iue ad cor habeatur. eadem patet ſententia Vel ſi de Chriſto: ic. Accedet Chriſtus verus vir & heros, cum alto corde, non icut filii hominum graui corde. & ſic exaltabitur

5to. heb ſic habet. defecerunt ſcrutantes ſcrutinio. Cogitationibus ſingulorum (.vel vniuscuiuſque. ſeu viri & iri: hominis & hominis. ſiũe per ſingulos. Et ſenſũs eſt. Defę- cerunt in ſuo ſcrutinio: ſingillatim vnus quiſque cogitationibus .1. conſiliis ſuis.) & corde profũndo, Quia Quilibet ſuum conſilium & ſuas cogitationes afferebat ad hoc ſcrutinium. vt patet in Euan- gelio in domo Caiphe: & tamen defęcerunt & non Inuenerunt: licet profundi cordis eſſent, tamen non preualuit hic cor profun- dum, nec conſilium vniuscuiuſque. [*Am Rande links:* ...ullus fuit.

qui .. inveniret, ſicut .. diſperſit ſuperbos men ..... cordis ſui ſic ... defecerunt cogitationibus. Et ps. 5. ... idant a cogitationibus] Sagittabit eos deus. (iſte ſagitte fuerũnt Romani miſſi contra eos a domino: Iaculo repentino inferentur plage eorum) .1. inopinate ſunt a Romanis diſperditi. Corrũent in ſemetipſos lingũis ſuis, (.1. ſeſe ſecundum animam interficient, per doctrinas perfidię contra Chriſtum. Vnde lyra Sic tranſfert. & Scandaliſabunt eos lingũę eorum. Quia quem ſemel negauerunt, pre ſuperbia rurſum confiteri erubeſcunt: Et Sic in verbis ſuis defendendis & Iuſtificandis, quibus eum coram pilato occiderunt, corruunt & Scandaliſantur ne in Chriſtum credunt. [*so*] Hoc & omnibus contingit: Qui ſuperbi deuenerint, ad alicuius affirmationem & negationem: vt conuicti erubeſcant retractare. & mutare ſuum verbum: ſicut & Heretici faciunt: ideo omnes corruunt in linguis ſuis,. Si autem eas dimitterent. & linguis Chriſti & confeſſionis loquerentur. vtique non ruerent. Sed ſurgerent. Fugient omnes qui viderint eos ſcilicet ad Chriſtum ab eis, & timebunt omnes homines (.1. poſſunt timere & fugere, quia eſt terribile ſufficienter ſpectaculum.) Et annunciabũnt opus dej (.1. dicent quod Hec ſit vindicta dej & Sagittatio. a cęlo & opus eius intelligent. (.1. quod ſit opus. intelligent. Sed non ipſi infęlices. poteſt autem noſtra tranſ. ſic concordari ad hęc Accedet homo ad cor altum (.1. homines ipſi Scrutantes iniquitatis: Singulus eorum ad intra cogitat & facit ſuam diligentiam. vt Inũeniat falſum teſtimonium contra Iheſum. Vnde Matt. Cum multi falſi teſtes acceſſiſſent, . querebant falſum teſtimonium, nec Inũeniebant: Ecce quomodo defecerunt. & acceſſerũnt. Et ſic cogitationibus vniuscuiuſque & profũndo corde defęcerunt Et exaltabitur deus ſcilicet Chriſtus: tunc ſcilicet quando eos ſagittabit, hoc ipſo ſuper eos exaltatus oſtendetur. Sagitte autem parũũlorum factę ſũnt plage eorum, (.1. Romanorum iaculum dej repentinũm: Et ſic illate ſunt plage eorum Romanos enim Hic parũũlos. Vel Sagitte paruulorum quibus ipſi parũũli Iudej occiſi ſunt ſubito. Cetera vts. Infirmate enim ſunt lingũę eorum contra eos (.1. ſuę lingue non ſaluant Sed magis perdunt eos. quia per

has ſeſe ſeducunt. Sed quia Hec Eſt nimia violentia, Dimittenda eſt concordia: Et aliter tentanda Sic

Blatt 81a: Illud. Sagittabit eos dominus Sagitta ſũbita vel Iaculo repentino. poteſt & de predicatione Apoſtolorum accipi: Quia ſubito: dum illi ſperabant, Chriſtum eſſe abolitum: ſurrexerunt in eos Apoſtoli: & verba ſpiritusſancti in eos torſerunt. Et Hoc noſtrę tranſlat. & expoſitioni conſonat Sagittę paruulorum. .1. apoſtolorum & diſcipulorum Tunc Inferentur plagę eorum: ſiue facti ſunt ictus eorum (.1. ex eo quod ſagittauit eos Dominus: Hinc orte ſunt miſerię eorum: quia verbum eius non ſuſceperunt. Sed magis peiores facti ſunt: Et ſic facti ſunt .1. venerunt ſeu initium habuerunt ictus eorum. Quia Corruent in ſemetipſos linguis ſiue Quia Schandaliſauerunt eos linguę eorum. ſcilicet quod ſuas linguas non reuocare maluerunt. quam defendere. Siue etiam in bonitate intelligantur. Quia per Hoc. cognouerunt ſuas plagas. & lapſi ſunt in ſalutem Sed non videtur Fugient ergo omnes qui viderint eos vts.

Et annunciabunt opus dej. & opus eius intelligent. (.1. opus redemptionis per Chriſtum factę & totius vite Chriſti & intelligent, quoniam opus Dej eſt Iudicium & veritas & ęquitas. Non autem vmbra & vanitas vt ps. infra. 110. & Supra. 27. Quia Iudęi carnales. Expectant a domino ſolum opera viſibilia & vmbratilis Huius vitę ſalutaria: Sed opera dej ſunt. Spiritualia & ęternę vitę operatiua Ideo non poſſunt ab illis intelligi. Sed ab Apoſtolis & fidelibus. Ideo enim opera eius dicuntur veritas. Opera enim dej. ſunt intelligibilia (.1. ſolum intellectu & fide perceptibilia in ſpe non in re. Nam Qui ſenſum tantummodo ſequitur, in cruce Chriſti & in Eccleſię ſuę directione neceſſario Schandaliſatur, cum non, niſi penas & priuationes huius vitę in ea videat. Et ita fit ei crux Chriſti ſchandalum. Quare intellectu opus eſt. ne ſtultitia nobis ſit, ſapientia Dej Similiter & opera dej in malis, viuentibus poſitiue in hac vita: ſolum ſunt intellectualia: Quia ſecundum ſpiritum ſunt damnati coram Deo: quibus concedit vitam ſecundum carnem. Et ita opera dominj ſunt veritas.

pro ſanctis. & Iudicium pro impijs: [*Am Rande rechts*: Immo pro vtriſque Quia veritas ... ſpiritum ſaluatur Iudicium propter contemptam & abu ... In Malis econtra .... tas quia verum in ſpiritu. & in carne] Vnde & hoc ipſum Econtra, niſi quis intelligat Schandaliſabitur. vt queritur ps 36 &. 72. Mej autem pene moti ſunt pedes Vnde ait Exiſtimabam vt cognoſcerem, Hoc labor eſt ante me (.ſcilicet ex mea inueſtigatione id non apprehenderem, niſi per fidem mihi reuelaretur aliunde ſcilicet a deo ideo ſequitur.) donec intrem (.ſcilicet per fidem a viſibilibus vertendo oculum ad Inuiſibilia.) in ſanctuarium dej (.1. in myſterium & Eccleſiam & ſanctum non ſęculare Sed ſpirituale: Et ſic intelligam .1. intelligens fiam in nouiſſimis eorum

Aliter quoque intelligi poſſunt opera: ad modum quo ſupra ps. 27. expoſitum eſt. Vt opera dej ſint acta in Chriſto & Eccleſia: facta autem ſint ipſe Chriſtus & Eccleſia: tanquam cauſa 2ª operum dej

Tercio ſicut. infra. ps .191. [*so*] in margine vide ibi

Quarto ſic. Quia omnia opera Creationis. & veteris legis ſigna ſunt: operum dej: quę in Chriſto & ſuis ſanctis facit & faciet: Et ideo in Chriſto illa pacta tanquam ſigna. omnia implentur Nam omnia illa ſunt tranſitoria: ſignificantia: ea que ſunt ęterna & permanentia: Et Hec ſunt opera veritatis illa autem omnia vmbra & opera figurationis. Ideo Chriſtus finis omnium & centrum, in quem omnia reſpiciunt & monſtrant ac ſi dicerent Ecce iſte eſt. qui eſt, nos autem non ſumus. Sed ſignificamus tantum. Vnde Iudęi arguuntur ps. 27. quod non intellexerunt opera & in opera. (.1. opera in veteri lege. non intellectualiter aſpiciebant. Sed tantum carnaliter, non vt ſigna & argumenta rerum. Sed res ipſas. Quia quod intelligitur: Inuiſibile eſt. ab eo quod videtur aliud longe Vnde Apoſtoli. Annunciauerunt opera dej (.ſcilicet in Chriſto facta.) & exinde. Intellexerunt facta eius (.1. res preteritas in geſtis & creationis: ſcilicet intelligentes quoniam iſta opera Chriſti: in illis olim ſint figurata & ſignificata. Quia tunc perfecte intelligitur ſignum, quando res ipſa ſigni videtur. Vnde & nos omnes modo in Eccleſia Intelligimus (.1. intellectualiter & ſpiritualiter accipimus.) facta dei: olim ſci-

licet in lege & natura facta Iudej autem eadem facta non intelligunt. Sed ſentiunt tantum vſque in hodiernum diem

Igitur breuiter ad quadruplicem ſenſum iſta reduci poſſunt de operibus dej

Hec omnia Chriſtus ſimul

- Opus dej literaliter Eſt creatura mundi. & geſta veteris legis
- Opus dej tropolo eſt Iuſtitia fidej. non Iuſtitia proprie legis per legem & naturę Iuſtitiam ſignificata
- opus dei Allego Eſt Eccleſia per ſynagogam & alias nationes ſignificata
- opus dej anagog. Eſt Eccleſia in gloria triumphante: in his tribus intellectus opus eſt. Et Iudei in duobus. 2. & 3. errant ....ectu alienati a veritate (?) allego

ps. 64. [Hebr. LXV].

Blatt 81b: Te decet. Heb. Tibi ſilentium, laus. Vel tibi ſilet laus. Quod primo intelligitur ſecundum illud ſupra Nonne deo ſilebit anima mea? Quia laus dej. Eſt ſilentium noſtri: vt Iſaie. 41. Taceant. mihi ſiue ad me Inſulę (.1. non ſe iactent.) Et. 30. In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra .1. non in veſtrę virtutis iactantia Sed in confidentia meę. fortes eritis

Secundo. ſecundum extaticam & negatiuam theologiam: Qua deus inexpreſſibiliter & pre ſtupore & admiratione maieſtatis eius, ſilendo laudatur, Ita vt iam non ſolum omne verbum minus Sed & omnem cogitatum inferiorem eſſe: laude eius ſentiat.

Hęc eſt vera Cabala. Que rariſſima eſt. Namque ſicut Affirmatiua de deo via, eſt Imperfecta, tam intelligendo quam loquendo: Ita Negatiua eſt perfectiſſima. vnde in Dionyſio frequens verbum eſt. Hyper, quia ſuper omnem cogitatum. oportet ſimpliciter, in caliginem intrare. Attamen literam huius ps. non puto de hac anagogia loqui. Vnde Nimis temerarij ſunt noſtri theologi:

qui tam audacter de Diuinis diſputant & afferant [*so*], Nam vt dixi. Affirmatiua theologia. Eſt ſicut lac ad vinũm. reſpectu Negatiuę. Et Hęc in diſputatione & multiloquio tractarj non poteſt. Sed in ſummo mentis ocio & ſilentio. velut in raptu & extaſi. Et hęc facit verum theologum. Sed non coronat vllum vlla vniuerſitas, niſi ſolus ſpiritusſanctus. Et qui hanc viderit, videt quam nihil ſciat omnis affirmatiua theologia. Sed Hec plus forte quam modeſtia patitur

Dabar. Heb. id ſignificat. quod latine geſta ſiue hiſtoria. Vnde dabreiamim [*so*] .1. Geſta & hiſtorię: que facte ſunt in diebus Regum Iſrael teu, *Handel adder geschicht.* Gręci Chronicon. Vnde frequens eſt locutio Scrip. Non fuit verbum: Item Quod eſt verbum? econtrarijs.

Multis nominibus eandem Eccleſiam nominat ſcilicet Zion Ieruſalem vers. 1, atria vers. 4, domus vers. 5., templum 5, terra 9 flumen 10, Campi 12, deſertum 13, Vallis 14, oues 14, ager. 11. quia Sulcos propter excellentiam glorię & virtutis multiplicis in illa Zion quia cęleſtia ſpęculatur, Ieruſalem quia pacem habet & videt Atria. quia preparatio future glorię & introitus ad illam, Domus dej quia habitat deus in ea, Templum quia in ea colitur deus, terra quia peregrinatur in hac vita, flumen Dej quia a deo continue alijs & alijs fidelibus genitis ſcaturit. tanquam ex fonte aquę aſſidue profluunt Sic ex deo ſancti naſcuntur in verbo eius, [*Am Rande links:* ..s noſter Chriſtus eſt .nt noſtrum] Campi Quia vulgata per omnes gentes & manifeſtata mundo totj. Deſertum. quia contemnit ea que in mundo ſunt, Vallis propter humilitatem. Oues. propter aſſiduam oblationem & mortificationem ſũi. Item Corona anni benignitatis Quia vſque in finem ſęculi ſtabit. Ager Quia colitur & fructificat merita ſemper. potes & alia tu Inquirere ſi volueris. Item Colles propter excellentiam eleuate Iuſtitię ſuper humanam naturam. Adde quintumdecimum *Quia* Germinans eſt. quod ſemper floret & nunquam marceſcit per accidiam & tepiditatem

Exitus .1. egreſſionis matutini & veſpere delectabis. primo vt in gloſa 2º ſic Exitus: ſunt. emiſſiones verbi & euangelij

ıs. 18. in omnem terram exiũit ſonus eorum. [*Am Rande links:* ſaie. 2. Miche. 4. de Zion exibit lex.] Huius ergo ſoni exitũs. ıui ſunt exitus matutini (.1. de diuinitate Chriſti) & veſpere (.1. le humanitate Chriſti). quia factum eſt veſpere & mane dies ınus (.1. deus & homo vnus Chriſtus.) Hoc nunc ad Eccleſiam ẗ animam tranſferetur. Quia Matutina cognitio & veſpertina ıecundum Aug. eſt de creatore & creatura, ergo Mane eſt deus, veſpera creatura

3° Exitus Matutini (.1. noũę legis) & veſperę (.1. veteris legis.) ſimul delectabis. Quia vtrũnque predicatur. hiſtorię & myſteria earum: Spiritus & litera. Nam Antiqua lex recte Veſpera. Noua autem mane. Sed prius dicit Matutini. quia Spiritus principalior eſt litera SicSic. Scriba doctus profert De thezauro ſuo Noua & vetera prius Noua, deinde vetera. quaſi teſtimonium nouorum. Quia lex vetus non intelligitur niſi prius noua habeatur 4to Exitus Matutini ꝛc (.1. animarum & corporum: ſcilicet de peccatis: Animę de peccatis in hac vita: Corpus de corruptione penalitatibusque in futura reſurrectione: Quia ſic ſunt duo exitus ſicut due reſurrectiones. Sed niſi prius Matutinum exeat nihil prodet immo nec erit exitus veſpere: hij autem exitus delectabiles ſunt per fidem & ſpem

Blatt 82a: Heb. Sic, Sulcos [*Darüber:* Riuos] eius inebria, multiplica fruges eius, in pluuijs irriga eam: & germinj eius Benedic. [*Darüber:* genimina eius, in ſtillicidijs. letabitur germinans. Benedices] Voluetur annus in bonitate tua, Et Veſtigia tua rorabunt pinguedine.
Cuius ſenſus eſt. Quia ſancti: per quos & in quibus operatur & habitat Chriſtus: ſunt veſtigia eius. ſicut dicit leũi 26 Inhabitabo in illis. & inambulabo inter eos. & ero illorum deus. & ipſi erunt mihi populus Et Ezech. 43. Locus ſolii mej: & locus veſtigiorum pedum meorum. vbi habito in medio filiorum Iſrael inęternum, Et ps. 131. Adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius. Quia Igitur opera virtutum: ſunt greſſus & tranſitus dej: Quando ergo illa in corpore efficimus, tunc deus in nobis veſtigia ſua imprimit. Quia per talia opera. cognoſcitur. quod Deus in nobis eſt ſicut per veſtigia: hominis tranſitus Igitur veſtigium veritatis,

ſapientie & Iuſtitię: que deus eſt in nobis: apparent per opera talium in corpore noſtro. Et ſic terra ſcabellum pedum eius est in quo imprimuntur Veſtigia eius. Anima autem ſedes eius quia celum. Talia erga [*so*] Veſtigia rorantur pinguedine .i. ſpirituali gaudio deſurſum infunduntur Cum omne bonum opus exhilaret conſcientiam & animam. De talibus ps. 76. In mari via tua: & ſemitę tuę in aquis multis. & veſtigia tua non cognoſcentur .ſcilicet ſenſu. Sed tantum fide percepta intelliguntur. Quia viam viri in adoleſcentula. penitus ignorat Salomon prouer. 30.

Totus autem fere ps Contra ceruicem & preſumptionem Iudęorum loquitur. Qui ſoli ſibi videntur eſſe. ex Iuſtitia & parentela populus dej Vnde

primo dicit. Omnis caro ad te veniet
Secundo Beatus quę [*so*] elegiſti. non ait qui filius Abrahe eſt. Sed Electio facit populum dei
3° Sanctum eſt templum tuum mirabile in ęquitate .i. in acceptione perſonarum
4° Spes omnium finium terre & in mari longe

Iſta quattuor certe ſunt fortia contra eos argumenta maxime autem quartum quod nimis clare loquitur

Vbi autem nos Habemus: Induti ſunt arietes oũium. Heb. Veſtientur agnis arietes. Alii autem Veſtientur Agni paſcuorum ouibus. Cuius ſenſus eſt. Quia paſtores Eccleſiarum. Induuntur multitudine plebis quilibet in ſuo loco. Quia populus eſt. quaſi veſtimentum ſui Epiſcopi & paſtoris. Iſaie. 49. Vnio ego dicit dominus. Quia his omnibus veſtieris velut ornamento s

Ps. 65. [Hebr. LXVI.]

Blatt 82b: Mentiuntur inimici ſui Chriſto primo, quando mendaces relatiue ad eum collati probantur [*Darüber oben rechts neben Ps. 65:* Et ſic idem eſt ac ſi dicat. hec tanta opera tue virtutis ſoli inimici negabunt, ideo mentientur: futuri ſunt qui mentiuntur Vel quando negare falſe. eius opera per infidelitatem conuincentur? quod idem eſt] Secundo. quando ſe mendaces &

falſos eſſe agnoſcunt. & ſic omnem gloriam veritatis: ſoli ej tribuunt per humilem confeſſionem ſui. ſcilicet quod ſint mendaces, eodem ſenſu, quo ſupra. ps. 50. Tibi ſoli peccaũi vt Iuſtificeris: Sic Hoc loco. Tibi mentiuntur. vt tu verificeris in ſernonibus [*so*]. Et Hoc inductiue per ſingulas virtutes. accipi. vt generaliter & vniuerſaliter verum ſit: Tibi mali ſumus v̄t tu Bonificeris: (.1. malos eſſe nos agnoſcimus & omnem bonitatem tibi confitemur .1. tuam eſſe [*Am Rande links:* ... mentiri eſt nihil ... ud niſi conũerti .. deum in hũmilitate.] Sic luce. 11. dominus ait. Vos cum ſitis mali noſtis bona data dare filijs veſtris. Et Iohan. 8. Si cęci eſſetis peccatum non haberetis. Ergo efficiamur oportet. cęci. Infirmi. mali ꝛc Hic eſt modus loquendi: quem cum Apoſtolus paulus predicaret (:ſicut etiam facit Epiſtola ad Ro.) putatus eſt ab alijs. Docere mala facere vt venirent bona. Quia tibi peccaui ait. vt tu Iuſtificeris ꝛc [Secundo *ausgestrichen.*] Et Hoc eſt: quod per illud verbum. Confiteri. tam frequenter in ps poſitum exprimitur. Quia non melius deus laudatur quam confeſſione noſtrorum peccatorum & malorum Ioſue. 7. Da gloriam deo & confitere Vnde b. Hiero. Confeſſio peccati eſt laus dej. Vnde Iſa [*41, 24.*] dominus Ecce vos eſtis ex nihilo Igitur auferendo quod dej eſt reſiduum quod noſtrum eſt nihil eſt: Et hoc ergo totum deo confitere

Conuertit Dominus mare in Aridam dupliciter: primo Quando Sanctis tantum gratię confert vt etiam per omnes perſecutores, illeſa fide Chriſti & ſaluo ſpiritu triumphantes tranſeunt [*so*] ad cęlum. [*Am Rande links:* Hoc factum intelligitur ... o allegorice. & .. aliter in Chriſto. Iſaie. 51. [*Vers 10.*] Qui po ..... profundum maris .... vt tranſirent .... rati] Quia licet ſecundum carnem patiantur & impediantur. tamen ſecundum ſpiritum. libere & ſine omni impedimento tranſeunt: immo quod mirabile eſt. Aque a dextris & ſiniſtris ſunt eis quaſi muri Quia tam aduerſitates quam proſperitates mundi, eo magis promouent, quo magis intentantur his qui fortes ſunt in fide: Et ſic patet animabus via ad celum. per medium totius mundi (.1. per aduerſitates & proſperitates. per contemptum & honorem, per Infamiam & bonam famam. vt Apoſtolus ibidem [*Am Rande links:* .. [2.] Corin. 6.]

pulchre hunc tranſitum deſcribit: Vel ſunt eis pro muris vtrinque: Quia Sancti immobiliter vtrunque contemnunt. Et ſic deus ſanctis conuertit totum mundum. & quicquid in ipſo eſt in aridam. (.1. Ita vt nulla in eis gutta deſyderii. ad mundum remaneat. Vnde qui Vult iſtam hyſtoriam & omnes alias Intelligere [*Am Rande links:* facta eius intel . . . runt ps. 63. [*Vers 10.*] Cogitet Corpora filiorum Iſrael qui per mare rubrum tranſierunt, tanquam ſint anime: & greſſus eorum. ſint affectus & opera eorum: in medio mari .1. mundo. vel propria carne: que eſt vere mare tropologicum, ps: 113 Mare videt & fugit (.1. mundus & caro receſſit ab anime fide & ſpiritualis populi virtute. Et Hoc totum quia Moſes virga percuſſit (.1. Euangelio mundum erudiuit & caſtigauit Chriſtus

Secundo. Quando Synagogam ſpoliauit omnibus aquis: & aridam eam fęcit. Sed Hec expoſitio ad propoſitum minus apta & paulo violentior. licet ad hoc poſſit applicari: Quia Conuertit Synagogam. vt locum daret Chriſtianis. & impedire non poſſit: manens ipſum mare. diuiſum ad dexteram & ſiniſtram ſicut mundus. relictus in proſperitate ſua & aduerſitate rurſum reuolutus in ſeipſo ſubmerſis ipſis (.1. animabus eorum in medijs fluctibus talibus: Igitur Animas intellige, quando Homines audis in iſta Hiſtoria [*Am Rande links:* tropolo. Aug Quando . . . . tit Impios qui . . . . . mare. Et facit . . . . . eis. Eſurientes . . . . ſitientes Iuſtitiam . . . . . dos ſcilicet qui male . . . . . erunt humidi

In flumine pertranſibunt pede: Hoc proprię Iudęos tangit & eſt ſimilis ſententia: quia ipſi ſunt Iordanis ille retrorſum conuerſus: Et ceſſit. tranſeuntibus fidelibus Chriſti. Et adeo ceſſit vt pede pertranſirent (..1. nullum deſyderium de ſynagoge ſtatu & fluxu haberent. Sed Vide miram eloquentiam: Tranſibunt pede. quo alias tranſirent? an capite vel auribus timuit ituros intelligi? Sed & ſi pede ibunt, non ibunt immo claudicabunt. At ſi ſignificare pro plurali. pedibus vult dicere. Ad quid? forte. excludit equos, currus aut lignipedia & calceos? pes igitur, & vnus omnium pes eſt: Hoc eſt concorditer & ſine vllius exterioris adminiculo. ſola gratia ſpiritusſancti ibunt, non in tumultu ſęculari in curribus & equis Vide Hiſtoriam

Exo. 15. &. 14. Quia ad percuſſionem Moſi: ſpiritus domini ſiccauit profundum. Sic ad verbum dej ſpiritusſanctus: remouit, omne deſyderium mundi. & ex cordibus eorum diſpulit totum. & fęcit ſiccum. vt in terra deſerta irent in regnum cęlorum

Sed quia flumen equo & brachio ſęcularj poteſt tranſiri. At Eccleſia Hoc non fęcit. Quia & ſynagogam vicit mirabiliter & terribiliter

Blatt 83a: Induxiſti nos in laqueum, Prima Impatientia eſt: velle fugere a facie perſecutionis: Sed contra Haec Deus tradit in laqueum, vt non poſſimus aut certe vt nos doceat non debere velle fugere. Siquidem fuga non vincitur Sed peioratur tentatio. Vnde dicitur Incidit in Scyllam ꝛc Et Iob. 6. Qui timet pruinam, ruet ſuper eum nix. Et vbique paterſamilias domi eſt. Sic Iſaie. 30. In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra Et dixiſtis nequaquam. Sed ad equos fugiemus. Ideo fugietis (.ſcilicet fugam peiorem habebitis.) Et ſuper veloces aſcendemus. ideo velociores erunt, que [*so*] perſequentur vos,. Sic filii Iſrael. fecerunt ſibi ex. 40. Diebus 40 annos in deſerto Secunda eſt querela. quia ſi vna eſſet. facile tacerem. Sed nunc ſunt multę. & vnum malum non ſine alio: [*Am Rande rechts:* Iacob. 1. omne gaudium] Reſpondet hic. poſuiſti tribulationes. nes, nes, non nem: ait. Sed multas. Ideo ferendum eſt Tertia eſt multorum libenter ſuſtinerem. ſed a tam indignis nolo. Si Iuſtus & bonus me tribularet paterer tacens. Reſpondet Hic Impoſuiſti homines ſuper capita noſtra: Non deos. Bonus te non perſequitur. neque tribulat Ergo neceſſe eſt a malo perpeti. fruges frugem non triturat. Sed flagrum aut plauſtrum, & aurum aurum non purgat Sed ignis, lana lanam non comit Sed dentorium. terra terram non proſcindit Sed vomer. Nec ager agrum impinguat ſed fimus. Quarta. At diu durat. Reſpondet Hic: poſuiſti, Impoſuiſti ꝛc. .l. firmiter ſtatuiſti

Holocauſta & ſacrificia. myſtice. capiuntur primo. pro ipſo corpore per verbum dej mactato & crucifixo. & per ignem Diuinę charitatis accenſo. ac ſic deo per veram gratiarumactionem oblato. Sic enim in gloriam dej cedit. quando propter eum totum fit Ro. 12. Exhibeatis corpora veſtra: Et ſic idem opus vel

totum corpus. poteſt eſſe omnia ſacrificia. vt Roſet*) folio. 155. Sic Boues ſunt Corpora per laborem in Eccleſiaſticis officijs exercitata: ſcilicet predicando. corripiendo monendo ac ſic triturando peccatores Arietes autem ſunt Corpora eorum. qui preſunt alijs in adminiſtrando ſacramenta & gratiam & orando. vt ſunt paſtores Eccleſiarum vnde hic dicit cum Incenſo arietum

Hirci ſunt Corpora ſanctorum: in Iugi penitentia pro peccatis afflicta. Et ſic ibi tres ſtatus Eccleſie. prelatorum. qui ſunt arietes: Contemplatiuorum & predicatorum. qui ſunt Boues Actiuorum. qui ſunt hirci. Vnde prelatorum & officialium proprię eſt incenſum & miſſas facere & offerre

Secundo ſunt ipſa opera talium: Tertio ipſa verba talium. Sic Arietes ſunt opera officiorum: que officia ipſi concernunt: Quibus dirigitur populus ad ſequendum ea. Nam Sicut perſona eſt dux & preüium exemplar. Ita & opera ſunt duces aliorum operum in ſubditis: ad quę ſequantur Et Boues ſunt ipſa opera predicantium, ſtudia, lectiones, ſcriptiones, meditationes ꝛc hirci vero omnia opera penitentię. Sic ſimil modo de verbis Verba ſint arietes (.1. ductoria & exemplaria aliorum hirci autem confeſſiones peccatorum. Boues contiones ꝛc Vnde Oſee. 13. Reddemus tibi vitulos labiorum noſtrorum. ſicut vitulos. ita Boues & hircos & arietes. labiorum noſtrorum. Nunc Idem opus poteſt eſſe Holocauſtum, hoſtia victima. prout fit diuerſa intentione vide Roſet vts,

Medullata autem ſunt iſta omnia: quando ex intimis cordis medullis fiunt, & non tantum foris. vt Hypocrite vel qui ſegni corde ea offerunt. Vnde hic manifeſte patet. Quod de

*) Roſetum exercitiorum ſpiritualium et ſacrarum meditationum. In quo etiam habetur materia predicabilis per totum anni circulum. 1491. Hain. Repert. Bibliogr. Vol. II. P. II. pag. 231. no. 13994—13996. Fabricii Bibl. lat. ed. Mansi tom. IV. 103. Vf. ist der vor 1510 gestorbene Iohann Mauburnus, Momburnus, Mabuenus aus Brüssel, Augustinerabt im Kloster Livry bei Paris. Die Pariser Ausgabe von Anfang August 1510, fol., nicht paginirt, ist in der Bibliothek der Iacobikirche zu Freiberg. („Das hott Jungfrawe Margaretha von Schonbergk gekoufft.“) Vergl. meine Erläuterungen S. 113.

myſticis loquitur. Quia nuſquam in lege habetur mentio. de medullatis hoſtijs

Ratio omnium. Quia Sic predicator Bos ab actu predicandi dicitur: qui in capite duo cornua (.1. in anima duo teſtamenta habet.) & arat ac triturat: Ita etiam verba eius ſimili modo arant & triturant. & habent duo teſtamenta, in allegatione. & ſic conculcant vitia & peccata. Sic etiam opera eius Sic Iſaie. 5. & Michee. 3. Eccleſie dicitur. ponam cornu tuum ferreum & vngulas tuas ereas. Nonne Mirabilis Bos eſt Eccleſia. que ferreum cornu & vngulas ereas. (.1. inſuperabile & victoriale verbum predicationis,

Eodem modo de arietibus & hircus [*so*]. Veruntamen. Quia etiam in malo capiuntur in ſcrip. Boues. hirci & arietes Iob. de Diabolo. fenum ſicut Bos comedet

Non autem differentes populi: in iſtis nominibus intelligemus. Sed diuerſas virtutes Quia hircus: olim erat Hoſtia pro peccato. ſignificat omnes: qui pro peccatis penitent & omnia opera & quodlibet in ſingulari opus eorum. Bos autem figura Euangeliſtarum omnes doctores, predicatores & verbi dej tractatores. & ſingulos ſermone [*so*] eorum. Aries autem prelatos. Et breuiter tres ſtatus: Actiui ſunt hirci. Studioſi & contemplatiui ſunt Boues. prelati ſunt Arietes, Et vnus(?) [..... *weggeschnitten.*]

Blatt 83b: Ad ipſum ore meo ꝛc Quę eſt iſta tanta res: vt ſic prouocet venire, & audire omnes timentes. quia ad deum clamet & exaltet ſub lingua? Verum quam optime dicit. Quia timentibus dominum ſolum patet, quid ſit exaltare ſub lingua: Alijs autem, dici non poteſt, ideo fruſtra diceretur communiter q. d. Vos qui timetis dominum, ſatis intelligetis. quanta fęcerit animę meę. in hoc quia ad ipſum clamaui & exaltaũi ſub lingua mea: quia tale eſt vt alij intelligere non poſſint. Inde enim nos theologi, tam irreuerenter. Sanctum dej nomen vulgo nominamus, preſertim in diſputando & etiam orando. quia ſub lingua exaltare neſcimus. Et audacter: de trinitate perſonarum quarum tamen tria nomina. ſunt tremenda vehementer. & nunquam ſine tremore cordis proferenda. ita diſputamus. de diſtinctione formali & reali. ſicut Sutor de corio ſuo diſputat. Credo quod ſi cum

humilitate & Reuerentia tam ſacra nomina in os ſumeremus: melius intus erudiremur a deo: quam ſic per noſtras ſubtilitates in temeritate profecimus. Sic enim ſancti, quando nomen Dej aſſumpſerint in os. ita intus ſtupent ad maieſtatem eius, quem foris nominauerunt. vt velut peniteant. quod nomen eius in os ſumpſerint, Et hoc eſt proprie exaltare ſub lingua: [*Am Rande links:* Hoc recte ſentit ..... intelligit quod ..... nullus dignus ...., niſi Chriſtus ... ſingulariter promiſſum .. Ipſe Inuocabit pater meus es tu] Sed Quia ex Ariſtotele didicimus loquaciter & audacter de rebus Diſputare putamus: eandem loquacitatem & audaciam etiam ad diuina tranſferendas. Hinc eſt Quod ego odio Habeo, Opiniones iſtas tam audaces, Thomiſtarum Scotiſtarum. & aliorum. Quia ſacrum dej nomen, in quo ſignati ſumus. quod celum terra & infernus tremit: adeo ſine timore tractant. & exaltant ſuper linguam, deprimunt autem ſub lingua

Aliter poteſt etiam textus intelligi: vt ſit ſenſus de promiſſione. ſcilicet venite & audite: quanta fęcit animę meę. & hic ſit finis ſententie. ac ibi alius incipiat. Ad ipſum ore meo x. q. d. cum veneritis. Narrabo vobis omnia eius bona ſpiritualia. Sed hic non ea narrat Sed narrare promittit Sicut ibi ps. 33. Venite filii audite me: timorem domini docebo vos. Et Hic finitur ſententia. Item ps. 2°. Narrabo dej preceptum. Quia ſolum eſt exhortatio vt veniant ad audiendum. Quia ſi Hoc ps. velit expedire, non diceret venite. Sed Ecce doceo vos. & venio ad vos. & mitto narrationem eorum. quod tamen non facit vtpatet. Quare eſt ſenſus Venite & narrabo vobis non vanitates & lęuitates. Sed mirabilia. ſcilicet quanta fęcit animę meę

Ps .67. [Hebr. LXVIII.]

Blatt 84a: Exurgit deus Chriſtus primo Quando incarnatur: Quia tunc cepit ſtare & ſerũi formam aſſumere vt pro nobis ſeruiret & pugnaret, qui antea in ſinu patris quieuit ps. 16. Nunc exurgam dicit dominus Secundo quando a mortuis vt Hic Tertio Tropologice. quando fides eius mortua in animo reſurgit ſcilicet quando quis conuertitur ad penitentiam in fide Chriſti Quia ſicut Chriſtus crucifigitur ita & reſurgit in nobis dormit.

vigilat, agit, quieſcit Quarto. quocieſcunque in effectu auxilium preſtat ps. 3 Exurge domine ſaluum me fac deus meus. Vt ibidem b. Aug. exponit. Quinto in extremo Iudicio

facies dominj. primo Eſt reuelatio eius ſiue notitia eius: qua cognoſcitur eſſe dominus. Et Hoc eſt lumen vultus eius ps 4& ps precedente. Illuminet vultum ſuum ſuper nos. Secundo eſt ipſa gratioſa diuinitas anagogice. ſicut illud fides eiusdem. Nam qui Chriſtum nondum dominum credit, nondum habet lumen vultus eius necdum perijt a facie eius. Quia tam ſalubriter quam ſeueriter. peritur a facie eius: Salubriter in hac vita. Tercio Eſt reuelatio eius in extremo Iudicio: vbi peribunt inimici eius horribiliter Quarto eſt ipſe intellectus myſticus in ſeipſo: de Chriſto. de quo ſupra ps. 4.

Sic Dorſum per oppoſitum. Sic Infra. Cęli diſtillauerunt a facię dej Iſrael: (.1. ex eo quod Chriſtus per ſpiritumſanctum Deus apparuit & cognitus eſt: ceperunt Apoſtoli. predicare euangelium. etiam alijs. quod ipſi nouerunt, ex inhabitante Chriſto

A facie Dej Sinaj. Chriſtus Deus Sinaj propterea dicitur: Quia apparitiones Dej olim in perſona dej facte, omnes figurabant: apparitionem Dej in carne: Et ſic Rubus virens. eſt gratioſa humanitas viride lignum, ſine omni ariditate peccati. & defectu gratię aquę ſpiritusſanctj In qua corporaliter ignis Diuine bonitatis & Charitatis manet inęternum. Et eadem ratione dicitur Deus Iſrael: Quia Iacob apparuit in forma angeli luctans cum eo. & ibi ei nomen Iſrael impoſuit. Quia deum incarnandum vidit Sic & pater de ipſo dicit Oſee. 1. Saluabo eos in Domino deo ipſorum. Ecce pater appellat ipſum dominum deum, non ſuum Sed noſtrum. Ipſe ſaluat. & tamen in deo noſtro. vterque vnus ſaluator.

pluuiam Voluntariam. Hoc ſegregare dicitur ad differentiam literę. q. d. ſeorſum & aliam a litera non vulgarem legalem vel [... *weggeschnitten.*] doctrinam dabis. populo qui & ipſe ſegregatus eſt a tabernaculis Chorę. Vnde Reliquię Iudeorum Apoſtoli dicuntur filii Chore in titulis psalmorum Dicitur autem voluntaria: quia facit. ſpontaneos ſeruos dej: ex amore libero,

non ex timore cogente ſeruientes. Sed ex ſpiritu libertatis. vt Apoſtolus diſputat. qui eſt ſpiritus voluntarius & ſpiritus principalis ſupra ps. 50: Et quia ſine meritis noſtris. Sed ex bona voluntate ſua

Infirmata eſt. [*Am Rande links:* .1. impotens. Infirmatur enim, Dum predicat veritatem Veritas enim odium parit ideo poſt pluuiam voluntariam ſtatim ſequitur & infirmata eſt.] Non de morboſa infirmitate hoc intelligendum eſt. ſed ſecundum quod apoſtolus. 1. Cor. 1 ait. Deus elegit infirma huius mundi vt confundat fortia. [*Am Rande rechts:* vt Oſ.... [*C. 14, 5.*] diligam eos .... tanee, ps. 50. Benigne fac in bona voluntate] Igitur. Infirma (.1. non fortis ſecundum ſęculum, non reſiſtens perſecutoribus. Sed patiens & ſuſtinens. ſicut Impotens. Quia non multi potentes. aut nobiles. Sed infirmos (.1. impotentes.) Et in tali infirmitate virtus perficitur. vnde hic dicit. tu vero perfeciſti eam. Sic eodem modo. ſtulta facta eſt (.quia ſtulta elegit deus.) quia non ſapit cum filijs huius ſęculi, Sed tu ſapientem fęciſti eam Item Afflicta eſt. Sed tu conſolaris eam Et ſic vniuerſaliter. Quicquid eſt in mundo. pauper facta eſt. Sed tu ditaſti eam. Vnde ſequitur. paraſti in dulcedine pauperi deus. Sic. contempta & abiecta eſt. Sed tu honorificaſti & ſuſcepiſti eam. Quia qui hominibus placent, deus ſpreuit eos Sed qui ſunt opprobrium hominum & abiectio plebis. ipſi ſunt corona glorię in manu domini. & diadema regni ꝛc. Videte ergo vocationem veſtram.

Cum igitur noſtro tempore Eccleſia firmata ſit, ditata & Honorata ſecundum ſęculum [*Darüber:* & ſapiat. ideo infatuatur], ideo ſequitur quod deus diſſipauerit oſſa eorum. & confuſi ſunt. & ſpreuerit eos. ita vt ſint infirmi coram deo, abiecti coram deo & deus hereditatem ſuam ſpreuit. Et ad nihilum redegit Iſrael. Nec virgines ſunt lamentate, & viduę non plorabantur

Alio modo. Infirmata eſt .1. agnoſcit ſe infirmam, ſtultam & nihil: ideo tu, robur, ſapientia, & entitas eius es Quoniam qui ſe humiliat, infatuat, annihilat, exaltabitur, ſapiens fit, vnde deus meus gloria mea & lux mea Et ſic exponit b. Aug. ps. 6. Miſerere mej domine quoniam Infirmus ſum

Tercio Infirmitas Spiritualis. ſcilicet in virtute Chriſtj deficere: Et non abundat in ea. Et Hec nunc frequens eſt

Blatt 84b: Super occaſum Myſtice aſcendit, quando per fidem dominatur ſuper carnem. & ſpiritum ſuper eam dominari facit Quia antea Occaſus (.1. caro dominabatur ſuper ſpiritum & aſcendebat: Ideo in Chriſto quoque occaſus aſcendit ſuper eum. & dominata eſt ej mors. propter nos ſic ipſo volente. Vt ſic per ipſum rurſus dominaretur vita ſuper occaſum. ſi cum eo reſurrexerimus Recte enim Caro occaſus dicitur & ſpiritus mane ſiue diluculum. Quia caro occidit tandem, Spiritus autem immortalis in meridiem vſque in̨ternum Et ſic Spiritus iam dominatur ſuper carnem ſpiritualiter: vincendo eius inclinationes ad peccata mortis. Sic ſuper eam dominabitur corporaliter. vt iam ammodo non ſint occaſus Sed viuat & ipſa in̨ternum

Breuiter. Itaque Occaſus domini ſimplus (.ſecundum Aug.) concimit [*so*] noſtro occaſũi duplo: Et ipſe vno ſimplo victo & aſcenſo: noſtrum ſimul vicit duplum. Occaſus enim noſter in peccatum & mortem eſt vtrunque. Chriſti autem in mortem tantum. & non in peccatum, Et aſſidue nunc aſcendit in nobis ſuper occaſum in [*Darüber:* peccati] peccatum per fidem ſui: quod eſt ex carne occidente, Tandem in futuro etiam aſcendet ſuper occaſum mortis. cum nouiſſima deſtructa fuerit mors. & mors abſorpta in victoria. Interim peccatum & mors ſpiritualis abſorbetur in victoria Chriſti Vnde Araboth Heb. deſerta. pluraliter ſignificat ad iſtos duos occaſus exprimendos. ſuper quos Chriſtus aſcendit per ſuam reſurrectionem. Reſurrexit enim ad Iuſtificationem noſtram Ro. 4. Et nos reſurgemus per Iheſum ꝛc

Poteſt etiam intelligi Occaſus iſte Litera legis: que victa eſt & abſorpta per Chriſtum. & ſic aſcendit & nos per ſpiritum aſcendere fęcit ſuper literam occidentem. que eſt Campeſtria Moab Sic enim aliqui Araboth interpretantur: Et hanc victoriam ſignificat ſecundus tranſitus filiorum Iſrael. ſcilicet per Iordanem Quia fluuius ſignificat mortalitem [*so*] corruptionis: ſicut mare rubrum perſecutiones peccatorum: Vnde in Iordane fluuio nulli inimici ſubmerſi ſunt. ſicut in mari. quia in

prima victoria vincitur hoſtis & in primo occaſu. Sed in ſęcunda In Iordane: aquę inferiores ad ſiniſtram defęcerunt (.1. corruptiones carnis Et ſic alter occaſus eſt ſuperatus. Et ſic Ioſue deducit ſuos in veram promiſſionis terram ęternam. relicto Iordane mortalitatis. Aquę autem ex altera parte inſtar montis eleuatę ſunt. Quid hoc? Aquę in dextris Eſt Vitalitas carnis quę eleuabitur poſt hanc vitam [*Ausgestrichen:* Quia tranſi]

Vel tranſitus Iordanis eſt egreſſio anime de corpore. Et ſic vincitur mors corporis. tranſeundo & relinquendo tam corruptiones carnis quam vitam carnis. Sed nondum ſatis intelligo hoc myſteriũm Quia de Iudęis dictum Videtur. Qui in altera parte Inſtar montis erecti ſunt in ſuperbia contra diſcipulos dominj Ex altera autem parte defecerunt, quia quoſdam receptos quoſdam defeciſſe a Chriſto conſtat

paraſti. verbum abſolutum (.1. paratum vel parationem fęciſti. quod ſignificat ſacramentum Euchariſtie: quod eſt panis ſine labore noſtro paratus. Vnde & Man Heb paratum [*Darüber:* alij Minus] ſignificat ſecundum ly. Quia olim dabatur filiis Iſrael. paratum a deo. Ideo paraſti idem eſt. quod. manna dediſti pauperi deus in bonitate tua. Diuiti autem nihil Quia. diuites dimiſit inanes. Vnde patet Quod hoc ſacramentum non eſt cibus niſi pauperum. & nequaquam diuitum. Quia deus non dat habenti. Nec eſt opus medico bene habentibus. Igitur pauperi .1. qui eſt ſpiritu pauper. Et qui ſeſe agnoſcit pauperem. Nam omnes quidem ſumus pauperes coram deo. Sed non omnes id agnoſcimus. Ideo notanter exprimit pauperi: Et hoc deus. Homo enim parat diuiti potius. Iam Cur in dulcedine tua? Quis cum tot angeli digniſſimi, Et ſi eſſent Infiniti, non ſint ſufficientes eum digno honore ſuſcipere. Quid eſt quod ad infimum limum terrę deſcendit: Et non ſua. Sed noſtra querens: adeo contentus eſt. viliſſimo honore. immo potius irreuerentia noſtra quam maxima. Vere dulcis dulcedo dej. In qua nos vehementer humiliat tanta dignatione.

Blatt 85a: Rex Virtũtum, dilecti dilecti, & ſpeciej domus. [*Darüber oben quer vor am Rande:* Aug ſic. Rex. filius pater virtutum

dilecti .1. filii per repetitionem dilecti: Vel alterum dilecti. ipſi ſpeciej domus vt ſit dilectus patris & ſpeciej. Vel ſic Rex virtutum (..1. Virtutes dilectorum & virtutes ſpeciei domus diuidere .1. ad diuidendum ſpolia. ſiſie quibus diuidit ſpolia. ſunt Chriſti. Ipſe enim eſt rex .. Dominus virtutum ..... lium. nec ex ſ..... eas habent: .... gloria virtut .. tu es. ſic i ... virtutum eorum.] Quod preter gloſam: ſecundo poteſt ſic accipi. Vt omnes tres genitivi a nominatiuo rex regantur. Vt rex virtutum, rex dilecti dilecti & rex ſpeciej domus: Ad hoc ſcilicet rex. diuidere ſpolia (.1. ad diuidendum vel vt diuidat ſpolia.) grec. locutio. Et eſt ſenſus Chriſtus eſt rex omnium poteſtatum in Eccleſia, omnium fidelium ſeſe muto [*so*] diligentium. & totius Eccleſie que eſt domus eius

Geminatio autem illius dilecti dilecti. primo ponitur more hebraico: quo exprimitur diſtributio ſingulorum, Vt ibi. Illuc enim aſcenderunt tribus tribus Domini (.1. ſingulę tribuś Domini.) Et [Nehe *ausgestrichen.*] Numerj 17. Accipies ab eis virgas ſingulas, Heb. Virgas virgas: Eſt enim Regula. Quod nomen ſubſtantiuum geminatum pro Singulo vel ſingulis intelligatur teſte Reuchlin folio. 573*). ps. 97. pſallite domino in cithara in cithara .1. ſingulati ... citharis. ſeu ... ſingulas citharas Ezech. 14. Homo homo de domo Iſrael .1. ſi .... vel quilibet. Tranſlatio autem non v .*.. hoc ſeruat [... *bezeichnet Weggeschnittenes, Rand rechts.*] Secundo ad expreſſionem ſucceſſionis fidelium in dilectione: Quia Chriſtus eſt rex dilecti dilecti .1. vnius poſt alium ſine fine. vt ibi dies diej eructat verbum: Et ps 103. Et Iuſtitia illius in ſilios filiorum ꝛc Sic hic rex dilectorum dilectorum. vel dilecti populi dilecti populi Tercio ad commendandam Charitatem mutuam Quia in Eccleſia Chriſti non ſolum ſunt diligentes:

*) Ludwig Geiger, Johann Reuchlin Sein Leben Und Seine Werke. Leipzig 1871. S. 110 ff. Die Seitenzahl 573 stimmt mit der Ausgabe der Rudimenta (v. J. 1506); sie hat die Seitenzahlen unten. Panzer, Annal. VIII. p. 228 no. 9. — Ueber die hebräische Ausgabe des A. T., Brescia 1494. 8vo., deren sich Luther bediente, vgl. Berlinische Bibliothek u. s. w. Berlin 1747. 8vo. Erster Band. Erstes Stück. XIV. S. 152—162. und Viertes Stück. IX. S. 576—584. Paul Luther verschenkte sie.

quia ſcilicet inimicos etiam diligunt. qui ſunt eorum dilecti. Sed etiam rurſum alter alterum dilgit [*so*]. ac ſunt mutuo dilecti dilecti. alter alterius dilectus Sic vt quilibet illud Cantic. 2. ad proximum dicat. dilectus meus mihi & ego illi Quarto ad expreſſionem duplicis Charitatis & 5to ſpiritualitatem dilectionis. Quia Spiritus ſolet communiter in ſcript. geminatione exprimi. vt Eſaie 37. [*d. i. 38, 19.*] Viuens Viuens ipſe confitebitur tibi & forte multis alijs modis. [*Am Rande rechts, verſchnitten:* Sic in prophetis ... locutus ſum, ... faciet. ſeu ... do faciet I .... derabuntur fec ... tur: Quia f ... federantur extra .... non corde E .... federati ſunt .... rati. Et conſent .... diſcretiunt. ſicut .... in delicijs v .... mor ... Et non .... vnit: Sic ... etiam federati .... tiunt. Sed hic ... quod etiam federa ... tiant. Sed federa ... rati ſunt: non ... Sed ſpiritu ſanlit ...] Eccleſia autem dicitur Species ſeu gloria Domus. ſecundum Burgenſem: quia ſic mos Heb. vxorem nominat. Item ideo: Quia Eccleſia olim in ſynagoga erat abſcondita. Nunc autem manifeſtata vts ps. Ex Zion ſpecies decoris eius. Species enim eſt productus ad lucem & in publicum decor: Ita Eccleſia de ſynagoga vulgata eſt per orbem ideo ſpecies

Heb. Sic Reges virtutum federabuntur, [*Darüber:* .l. virtute federati] fęderabuntur, & Species domus diuidet ſpolia [*Am Rande links:* Si autem dilecti eſſet in plurali. facilis eſt concordia. Rex ſingulari pro plurali reges, dilecti dilecti ſupple ſunt mutuo. & ſpeciej domus ſupple erit diuidere ſpolia Sed Grecus repugnat. Vbi ponitur in genitiuo] Et ſic ſenſus valde clarus eſt. Quia reges exercituum. ſunt Apoſtoli & ſequaces eorum Epiſcopi: Quorum cuilibet ſuus eſt exercitus & populus diſtributus, Illi mutuo federati ſunt. [Duplici *ausgestrichen.*] Charitate gemina Et tunc potuit Species domus diuidere ſpolia Sed Heu nunc reges virtutum, diſſentiunt diſſentiunt & odientes odientes. Ideoque non diuidit Eccleſia Sed diuiditur a diabolo in ſpolia Ve illis.

Dum diſcernit cęleſtis reges ſuper eam. Diſcernit Chriſtus primo: quando ſingulari gratia implendo eos ab alijs diſtin-

guit, Secundo quando diſcretionem & prudentiam eis concedit. Seu diſcretos & prudentes eos conſtituit Non enim fruſtra omiſit dicere. dum conſtituit, Sed ait Dum diſcernit vt Indicet nos, multa debere deliberatione & prudentia procedere precipuę in electione prelatorum

Tercio Diſcernit (.1. in diuerſas partes Eccleſię diuerſos diſponit Quarto diſcernit (.1. differentes gratias alijs & alijs tribuit. Vt .1. Corin. 12. diſputat. quem ſenſum credo Hic principalem eſſe: Nam dona dedit ideo, vt dealbetur Eccleſia. vt idem Apoſt. ait Ephe. 4. ad conſummationem corporis eius. [*Am Rande links:* vt oculus ſit oculus pes pes, manus manus. Quando ſicut diſcernuntur & diſponuntur. optime albabuntur] Quinto non quoſlibet aſſumens. ſicut heu nunc fit in Eccleſia. Sed Iudicio diſcernens: Sexto. quia prelatis magis incumbit Iudicium cęteris. Et ideo tacitis alijs hos tantum dicitur Diſcernere. Omnia iſta ſimul in iſto verbo intelligendum eſt ſpiritum ſanctum voluiſſe Et ſeptimo: A litera in ſpiritum diſponens ſicut ſupra. pluuiam ſegregabis. vt ſint ſpiritualiter & in ſpiritualibus ſuperiores, vt regnum Eccleſie non in corporali prelatura exiſtimes Et tunc certe ſi ſic prefuerint, poteſt Eccleſia proficere & albarj Sed nunc ad literam valde preſunt & raro in ſpiritualibus & in ſeparato. Quia Eccleſiam ſolum in temporalibus ſtudent ampliare. Stulti nimis.

Quia vero quartum non ſeruatur, etiam in religionibus. Sed oculus vult eſſe manus. & auris oculus. Sed & ipſi ordinatores ita confundunt: vt iam non ſecundum menſuram fidej. quam diuiſit eis Deus Sed quilibet omnia vult eſſe & omnes quilibet. Ideo iam celeſtis non diſcernit Sed terreni. confundunt reges ſuper eam

Niue dealbabuntur in Zelmon: hanc locutionem Alemanica lingua. ſicut multas quoque alias facilius imitatur & conſequitur quam vel greca vel latina. ſcilicet. *Sie werden ſchnehe weiſs*, ſic eodem modo ponitur ſupra ps. 50. Et ſuper niuem dealbabor. *ſchnehweiſs. kohlſchwartz. feürRoht: Eyſskalt, ſteynhart.*

Blatt 85b: Si dormiatis inter medios Cleros. Pennę ꝛc. Hoc quod Cleros hic ponitur. Heb: ſortes, limites vel terminos dici-

tur. Et b. Aug. primo ſic. Si dormiatis inter duas ſortes (.1. duo teſtamenta in his meditando & ſtudendo: tunc pennę Columb. (.1. anime contemplatrices patientie) deargentate (.1. diuinis ſcripturis eruditę erunt. [*Am Rande links:* ps. 103. Intra medium montium pertranſibunt aque] Et poſteriora dorſi (.1. exterior conuerſatio corporis.) in virore .1. rutilantia. & exemplorum luce (auri .1. Charitatis. Et vt ad plenum ſenſum peruenimus vltima particula primo eſt expedienda. Notandum itaque Quod Corpus noſtrum eſt. dorſum quod ad mundum & temporalia vertimus. Spiritus autem eſt facies. que ſurſum ad deum tendit & feſtinat ſemper Hoc notato mirifica & fęcunda in iſto verſu patet ſententia. Dorſum itaque in poſterioribus Habet rutilantiam ſeu virorem auri. Hoc eſt in corpore relucent opera pulcherrime Charitatis ad proximum: faciendo eis bona & ferendo ab eis mala [*Am Rande links:* portatur onus ....rj in dorſo] Quod autem dicit, poſteriora exprimit profectum. Quia obliuiſcens ea que poſt eam ſunt ſemper in anteriora extendit ſeipſum: Vel certe Quia Vita & conuerſatio: quam in corpore geſſit, rutilat etiam. poſt mortem & poſtquam corpus amplius non eſt. Ac ſic non ſolum dorſum. Sed & poſteriora dorſi (.1. ſequentia tempora poſt mortem eius reſplendent opere Charitatis eius. ſicut Sapient. ait. Ornauit tempora vſque ad conſummationem vitę ac Sic Rutilantia ſeu viror poſteriorum dorſi Sancti Aug. Eſt memoria ſanctiſſime vitę ſuę quam geſſit in corpore. Quod inſuper ait in virore, pallore: ideſt Quod memoria eorum ſemper viret & In memoria ęterna erit Iuſtus: Sic econtra poſteriora dorſi Neronis & Iudę. Quid ſunt? fetor. ſulphur & omnis mala ſpecies Sed adhuc nota clarius Quod Dorſum etiam ſignificat receſſum ex hac vita: Sicut enim facies aduentum ita dorſum receſſus Sic Memoria ſanctorum qui receſſerunt, ac recedunt. eſt in claritate aurea. In quo ſimul docemur quod poſt obitum ſancti clarius rutilant. Sed & illud ſane: Quod opera noſtra bene facta poſt nos Habere debemus. & vtis obliuiſci, ac velut neſcire ſeſe habere merita. Nam qui ſua merita attendit & numerat, certe hic non habet poſteriora dorſi in rutilantia auri, Sed ponit ea ante faciem. & per conſequens dorſum

priuat gloria ſua. & nihil poſt ſe relinquet: opera enim illorum ſequuntur illos, non ait precedunt

Talis igitur eſt ſanctus ad Homines & in dorſo. Quomodo autem ad deum? Ecce penne columbe deargentatę (.1. per diuinorum eloquiorum ſtudia: aſſidue volat in deum: Nam quo volaret. niſi in deum, qui pennas deargentatas habet? .1. ſolum diuinis literis imbutas & informatas, Cum autem Diuina Scrip. argentum ſit. & in ea omnis ſapientia & ſcientia: ſequitur, Quod anime quarum penne iſtis ſunt imbutę. omni ſapientia & ſcientia ſint repletę Et Nota Quod Scripture virtus eſt hęc Quod non mutatur in eum, qui eam ſtudet. Sed tranſmutat ſuum amatorem. in ſeſe. ac ſuas virtutes. ideo dicit penne deargentate non argentum pennatũm: [*Am Rande links:* ..enne (.1. doctor ... Eccleſie] Nunc pone virtutes ſcrip. Eſt lux ergo anime illuminate. eſt veritas, ergo veraces: Eſt ſapientia ergo ſapientes. Eſt Diſciplina ergo diſciplinate Et ſic inductiue vniuerſaliter ſunt omnibone. Vnde non ait penne ſunt argenteę. Sed deargentate. Quia non tu me mutabis in te Sed tu mutaberis in me. Nec ego a te. Sed tu a me denominaberis. [*Am Rande links:* ... heretici faciunt] Iſti ergo ſunt duo fructus. eorum. qui dormiunt inter cleros. Quare videndum nunc quid illud ſit. primo Audimus ſ. Auguſtini mentem. Secundo idem ſic exponit Cleros pro ſortes vel hereditates accipiendo Et ſic duę Hereditates. Temporalium & ęternorum. Qui ergo ęternam per ſpeciem [*so*] nondum habent, & tamen temporalem per affectum non curant: hi dormiunt inter medios cleros. Et Hec eſt optima interpretatio & veraciſſima. Quia contra Iudęos loquitur Qui terrenam hereditatem querunt. Cum Hic doceat, eam, etiam ſi affluat neſcire & cor non apponere Diuitijs ac velut dormientem [inter eam he *ausgestrichen.*] vti ea: Et tamen ſimul per fidem & ſpem. futura potiri. quam etiam nondum habet Et dicere Dominus pars hereditatis meę Et iterum portio mea Domine ſit in terra viuentium, Tertio poteſt etiam accipi vt. infra. ponetur. pro ſortibus tantum in hac vita. Quia Heb. Habetur terminos ſeu limites. Sed primum videamus De ſomno quomodo hic accipiatur.

De tota autem Eccleſia Exponendo: que eſt Columba, Cuius tot ſunt pennę: quott. Contemplatiui: Et ſunt due ale. ex duobus teſtamentis Dorſum autem ſunt actiui. Igitur Quilibet doctor eſt penna eius, erudita Scripturis diuinis: Et iſte duę alę ſunt date Mulierj apoc. 12. [. . . . . *weggeschnitten.*]

Blatt 86a: Igitur quid ſit dormire iam Videamus. Vbi ſciendum quod preter corporalem ſomnum & mortem corporalem que etiam ſomnus in Scripturis dicitur. Eſt Duplex ſomnus vnus Eccleſię. alter mundi. Quia ſicut alter alteri eſt mutus crucifixus, ſtultus, infirmus. Homo ſpiritualis & homo carnalis. Vnde oritur 2x ſapientia, crux, infirmitas, fortitudo ſtultitia x vt Apoſtolus in ſuis Epiſtolis vtitur frequentiſſime. Sic etiam alter alteri mutuo dormit & duplex oritur ſomnus. Igitur Somnus

Mundi Eſt dormire in ſpiritu. non vigilare deo. Hoc eſt ludere in rerum affectu & omnino inuolui: Quia ſicut dormiens non veris rebus gaudet triſtatur, ſed phantaſmatibus & rerum imaginibus fallitur: ita coram deo & in ſpiritu omnes: qui in rebus tranſitorijs, poſthabitis ęternis, gaudent ſperant, timent, Dolent, in imaginibus falluntur vt copioſe Scriptura probat. dicit Iſaie. 29. Sic comedit & bibit dormiens & cum expergefactus fuerit. vacua eſt anima eius x ps. 75. Dormierunt ſomnum ſuum & nihil Inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis
ps. 38. In imagine pertranſit homo
ps. 72. Imaginem ipſorum ad nihilum rediges. velut ſomnium ſurgentium (.1. conuerſorum ab illis ad Chriſtum
ps. 75. dormierunt qui aſcenderunt ęquos
Ro .13. Hora eſt iam nos a ſomno ſurgere
.1. Theſſ. 5. Qui dormiunt nocte dormiunt
Ephe. 5. Exurge qui dormis

Sic dormiuit Siſſara Iudic. xi & mortuus. Et Saul in caſtris. Et puella & lazarus quos dominus in Euangelio ſuſcitauit myſtice Contra hunc ſomnum. dominus precepit. vigilando valde ſollicite. Tales igitur veras res non vident. Sicut dormientes veras res non percipiunt

Eccleſię Eſt dormire ſecundum carnem & mundo: Vigilare autem deo. ſicut illi vigilant mundo

Quia ſicut dormiens non videt res foris que ſunt in mundo: Ita ſancti: ſic vtuntur rebus quaſi non vtantur. [*Am Rande rechts:* Vtentes hoc mundo tanquam non vtentes] Et ſemper alibi ſunt in corde. Quia in cęlis eſt conuerſatio eorum. Quare ſunt in mundo ſicut dormientes. Et tamen intus vigilant. de hoc ſomno

Can. Ego dormio & cor meum vigilat: Illi autem vigilant & cor eorum dormit

ps. 126. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum Ecce ꝛc

Et ps. 3. Ego dormiui ꝛc

Et Hunc ſomnum Chriſtus in ſomno ſuo docet. Quia ſicut Mortũus eſt vt moriamur ſecundum carnem & viuamus ſecundum ſpiritum, ita dormiuit vt dormiamus ſecundum carnem & vigilemus ſecundum ſpiritum. Sic Adam dormiuit in paradyſo

Cum igitur ps iſte in verſu iſto, ſine dubio. non de malo ſomno loquatur: Conſequens eſt vt de iſto ſomno optimo & ſancto loquatur. Quia qui ſic dormit: ipſe eſt Columba cuius pennę ꝛc Et vt Hunc ſomnum Indicaret. addidit inter medios cleros (.1. terminos.) Hoc eſt res exteriores Qui quare termini dicantur patet primo Quia ſunt omnes finitę. & non tantum terminati Sed ipſi termini deus autem & ſpirituale bonum eſt ſine principio & termino vllo. Sed ſemper in medio quia ęternitas ipſa Igitur mirabilis ſtultitia: in terminis vigilare & ibi laborare: Vbi non eſt niſi, quando inceperis tunc definere cogeris. Quia omnis motus eſt partim in termino a quo & ad quem. Sic omnes res huius vite: ſimul incipiunt & definũnt. & nullus ſtatus ſimul. Quare recte termini & limites dicuntur. Quare dormire inter medios illos terminos: Et terminos non videre. Ergo Breuiter ſententia eſt iſta. Qui ſunt contemptores diuitiarum & rerum voluptatum: ipſi ſunt, qui erudiri in diuinis ſcripturis & exerceri in operibus charitatis glorioſe poſſunt. Quę omnia Apoſtolus breui verbo complexus. ait. In Chriſto Iheſu nec circumciſio ꝛc Sed fides que per dilectionem operatur fides. Eſt deargentatio pennarum. Nam verbum Dej eſt qui-

dem argentum [euangelium *darüber.*]: Sed quando adheret per aſſenſum tunc pennis allicitur. Et ſic argentantur (.1 verbo dej per aſſenſum fidej accreſcunt. quaſi incarnatur deus ſic argentatur anima Et tunc ſequitur operatio per dilectionem. (.1. poſteriora dorſi in pallore auri.) vt luceat lux veſtra coram hominibus: ad quos dorſum habetis

Blatt 86ᵇ: Anima enim Humana Eſt in medio rerum temporalium, ſicut centrum in circumferentia. Si ergo non ſecum intus manet. quieſcit ac dormit. Sed foris in circumferentia verſatur, in infinitum diuiditur. vt pulchre Aug. li. 2. de ordine diſputat Si autem intus manet: omnia ad ipſam ingruunt & conuergunt. ſicut circumferentia. ſi centrum manet, tota ad ipſum pendet. Si autem centrum moueris, totam circumferentiam mouit & circulum nontaſti [*so*] His igitur omnibus verbis. oſtenditur. quam precioſe ſint fideles animę coram deo. Quia ornata auro & argento deſcribuntur: Non que Homines querunt Sed ſpiritualibus: que deus pro auro & argento reputat. ac ſic nobis Indicat: per ea que precioſiſſima ſunt apud nos. Latet autem argentum tale & aurum intus, Nec apparet: niſi fulgor, viror. pallor. & rutilantia (.1. opera reſplendentia ad extra

Vt quid ſuſpicamini montes coagulatos? hoc ad Iudęos. Et primo ſic. Quare Apoſtolos & diſcipulos qui ſunt montes: lacte ſpirituali coagulati ſuſpicamini & male de eis cogitatis? Secundo quare Montes (.1. prophetas.) ſuſpicamini (.1. opinamini. & opinionibus veſtris exponitis. Non enim ſunt prophete tales Sed ſuſpiciones veſtre. Quia ſunt tranſlati alio. ſecundum quod promiſit Dominus. dicit. Si Habueritis fidem ſicut granum Sinapis & dixeritis monti huic. tollere & mittere in mare: fiet Hoc ſic fit Quando Moſen aut prophetas. fide aſpicio. tunc ceſſant ſtare in litera: Sed mihi ſunt iam extra literam in ſpiritu & extra ſynagogam per totum mundum: Quia tales montes. per myſticam intelligentiam que eſt fides, tranſeunt de litera & anguſta ſynagoga in ſpiritum & totum mundũm. Nam ſi prophetas inſpicias ſecundum intellectum, non de litera neque de ſynagoga Sed de ſpiritu & toto mundo loqui videbis Sed iſte ſpiritus nunc factus eſt. Quare ſic tranſlati ſunt de facto ab eis. Ideo apud eos iam

non ſunt Sed ſuperſtitiones & opiniones tantum, quia putant ſe habere prophetas. Sed nos Habemus eos. Eodem modo & quod de Arbore dixit, Eradicare & mittere in mare exponendum Iob. 6. Qui tranſfert montes & non cognouerunt

Tercio Heb. Habetur in Nominatiuo vtquid contenditis, montes coagulati ſiue excelſi: Et huius ſenſus eſt Quod Quia ipſi ſicut lac. ſic coagulatum eſt cor eorum. Nam vt ſepe Dictum eſt. Scrip. Duas generationes deſcribit: Et vtrique eadem nomina conueniunt contraria ſignificatione. vt ſapientia mundi, Eccleſie Crux mundi. Eccleſie. fortitudo mundi Eccleſie Sic quoque lac & coagulatio bona quedam eſt. Sed altera mala. Quia lac eſt mollior eruditio ſiue in bono ſiue malo. Coagulatum autem eſt quod iam incepit indureſcere ad caſeum. & proficere in tali eruditione. Sic Iudei iam ſunt in duriſſimos caſeos coagulati. & incomeſtibiles prorſus facti. Quia Mollem iſtam doctrinam de rebus temporalibus: qua adhuc paruuli in pedagogo veſcuntur, iam in vſu longo omnino durauerunt in caſeum. Ideo recte Montes propter ſuperbiam. Coagulati propter pertinaciam ſuę doctrine lacteę. de rebus huius mundi.

Et domini domini exitus mortis. Differunt dominus vite & dominus exitus mortis: Quia hoc eſt expreſſius de immortalitate & incorruptione futura dictum. poteſt enim eſſe vita: que tamen aliquando in mortem intret Et adhuc dici ſic dominus vitę. Immo iſta vita, non vita Sed rectius Exitus vite & introitus mortis eſt: eo quod ſine intermiſſione. Media vita in morte ſumus. ac ſemper dum ſumus. ſimul eximus de hac vita & intramus in mortem. Sed Exitus mortis Eſt de morte totaliter exire & in totalem vitam ire: Hoc eſt mortem abſorberi in victoria. Et totaliter poſt tergum relinquere. Hoc quidem nunc agitur in ſpiritu, Sed in futuro etiam fiet in corpore, ac ſic Dominus Iheſus eſt vere deus vitę. & non tantum vitę. Sed etiam exitus mortis .1. immortalis & ſine mixtura mortis aut mortalitatis, vitę mere & purę. Vt ſic nos exeamus mortem Et ipſa exeat .1. finiatur. Quia exitus finis eſt. dominus finis & finitor mortis. [*Am Rande links:* .... us ſignum gemi ... ur domini, domini ..... & corporalis & ... ritualis in mortali .... ſunt author ipſe] In quo

tamen ſimul exprimitur redemptio. Quia dominus vitę. creator vite intelligitur. Sed dominus exitus mortis recreator. vitę in mortem lapſę ſic ps. 64. Exitus matutini & veſpere delectabis .1. quod ſpiritus & caro exeant de morte. dulcis eſt ſermo & delectabis per hoc fideles tuos

Blatt 87ª: Si autem Exitus. in nominatiuo caſu ponitur vt omnes dicunt. Eſt eadem ſententia. Vt Exitus mortis .1. finitio mortis in ſe & in nobis, eſt ipſius dominj dej Chriſti. Quia ipſe eam exiuit & exire facit

Nota autem Quod Supra dictum eſt Zelmon. (quod vmbra vel vmbraculum virtutis dicitur.) hoc habet myſterium. Quia Vmbra conſtat ex lumine & corpore: Lumen eſt diuinitas Sol vrens per Diem. Quia inimicitia inter nos & deum: Acceſſit corpus humanitatis. & facta eſt nubes & vmbra refrigerium nobis Sic in protectione dej cęli commoramur. Et Iſaie. 4. Erit vmbraculum Diej & eſtus & Abſconſum a turbine & pluuia.
Sic Iſaie. 61. Solem nube tegam hec eſt fides. de qua luce. l. Spiritusſanctus obumbrabit tibi ꝛc

Currus dej ꝛc tam de Angelis quam Hominibus intellig. poteſt. Sed ſequentia indicant de hominibus intelligi. Sicut h. Aug pulchre exponit. Quia Dominus in eis per fidem. In ſina. Non ſina quecunque Sed quę eſt in ſancto. In ipſis eſt dominus. ipſi autem in Sina. Sed ſina eſt in ſancto Hec ſunt tria tabernacula. Anima, corpus & Eccleſia: Quia Deus immediate eſt in anima: Et ſequenter in anima in corpore & cum vtroque in communitate Eccleſie: que eſt ſanctum

Dixit dominus Ex Baſan Conũertam Varie id exponitur. primo in bonitate. Baſan. interpretatur Siccitas: Et eſt populus ſynagogę ſimiliter & gentium primo tamen Iudęorum. ſiccus a gratia Chriſti: Et illi ſunt conuerſi in irrigua. [*Ausgestrichen:* & in profundum maris] Heb. habetur Conuertam de profundis maris. Et ita ſenſus planus eſt. Scilicet quod Conuerſi ſunt ad deum aliqui ex Baſan (.1. ſynagoga,) aliqui de profundis maris (.1. de medio gentium: Ideo bis poſuit Conuertam, poteſt autem noſtra tranſlatio ſic adduci. Conuertam in profundum maris. [ſcilicet *ausgestrichen.*] vt [ſe *ausgestrichen.*] agnoſcant [eſſe

ausgestrichen.] in medio maris Vel ipſos de Baſan. conũerſos: Conuertam ad gentes vt & illas conuertant: ſicut act 13. Ecce conuertimur ad gentes Sic Apoſtoli ex Baſan Conuerſi vltra conuerſi ſunt ad conuertendas gentes miſſi in profundum & medium maris totius mundi [*Am Rande links:* Et Iſaie. 66. Mittam ex eis. qui ſaluati fuerint ad gentes ꝛc] Quod autem Baſan ſynagogam ſignificet patet Iſaie. 2. Et ſuper omnes quercus Baſan. loquitur enim ibi de Iudęis vtpatet, Et recte Baſan. quod interpretatur pinguedo, ſiccitas, confuſio. pinguedo ſecundum carnem ſapiendo craſſe Siccitas ſecundum ſpiritum carendo aquis gratię. ac ſic vere vtrobique confuſio, perturbatio: peruerſusque ordo

Secundo in ſeueritate Conuertam ex Baſan: extrudendo de regno ſynagoge in medium gentium diſpergendo Tertio poteſt vtrunque de ſynagoga accipi: Quod ſit Baſan & mare, & ſic exipſis facta ſit conuerſio. Quarto. Ex Baſan (.1. homines qui ſe agnoſcunt in ſiccitate eſſe: & in profundis maris Soli enim, qui gratia ſe Indigere vident ſaluantur. Qui enim ſibi iam videntur eſſe ſalui, non ſaluantur a domino. eo quod filius hominis venit querere & ſaluumfacere, quod perierat.
Et non ſit opus medico bene habentibus.

Vt intingatur pes tuus in ſanguine. Hoc non eſt accipiendum. quaſi ideo conuerſi ſint in mare vel de mari. vt intingerentur, tanquam iſte finis ſit conuerſionis. Sed quia ſic futurum erat. vt intingerentur prophetat primum. quod ante illud fieri oportet. vt tunc illud commode fieri poſſit Ac ſi dicas Vtere ſacramento vt mori poſſis. (.1. quia moriendum eſt. prius ſacramentis vtere: Sic. Quia martyriſandi fuerunt, Conuertam eos primum [*Am Rande rechts:* quaſi d. Ne Intin ... tur. niſi prius ...uertatur. Sed quia ..tingendum eſt. conu..tatur vt ſic in...gi poſſit felic .... alioquin abſo ... retur in ſang .... potius vt I.... non conuerſi] Pes itaque Chriſti ſunt ſancti per quos mundum conculcauit. vt Apoſtoli & martyres, [*Am Rande links:* Vt ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabis conculcabis leonem & draconem] Sed iſta conculcatio fieri non potuit, niſi per paſſiones & ſanguinem martyrum: Tunc enim perfecte mundus eſt contem-

ptus: quando etiam vſque ad mortem: ipſi non conſenſerunt & ſic per ſanguinem ei ſuperiores fuerunt, Dum non quod ille voluit efficere potuit. Dicit autem intingatur, non ſubmergatur aut ſuffocetur. Quia non ibi ſunt perditi Sed magis inde ſaluati. Tincti tamen ſunt, quia paſſi & ſi non victi, tacti licet non ſuperati. Senſerunt Sed non ſũccũbuerunt. Vt intingatur pes tuus in ſanguinę Quis fructus inde? Audi. Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo [*Unten am Rande quervor:* Quod autem ſancti ſint pes dej patet ex illo. 2. Corin [*2 Corin. VI. 16.*] Ambulabo in eis & ero eis in deum ꝛc Dicit autem vnus pes, quia vna fides. ꝛc]

Blatt 87b: [*Oben am Rande quervor:* Vnde Heb. clarius id exprimitur. Vt calcet pes tuus In ſanguine (.1. per ſanguinem calcationem exerceas in mundo)] .1. Ab eo Quod pes tuus intingetur in ſanguine: ab eoipſo inquam Lingua procedet canum tuorum ex inimicis. Vt merito ſanguinis effuſi. id fiat vt qui inimici fuerunt, canes tui fiant ac ſic mundus in ſeipſo vincatur. [*Am Rande links:* ... ex ijs vel numero ... micorum tuorum] Qui cum ſanguine abſorbere putauerit te & conſiſtentiam tuam pedem tuum, quo ſtas in hoc mundo, eo ipſo contra ſe ipſum excitet canes arguentes & latrantes: Quia non abſorpti Sed intincti tantum fũerunt: Et ita licet Martyres moriantur, ſurgunt tamen ex inde Doctores: Qui Hoc defendunt verbis, pro quo illi paſſi ſunt operibus: Quia cum Diabolus putaſſet Eccleſiam abſorbere ſanguine. ac multitudine perſecutionum. ignorauit Quod vix intingeret eos, & plures contra ſeſe loquentes & predicantes excitaret Sed Notandum quod ait Lingua, non dentes canum, non denique aliquod aliud membrum: Nam vere ſicut Martyrum ordo Eſt pes & Baſis totius Eccleſię. Ita ordo doctorum Eſt *lingua* Eccleſie: Quia ipſi publice Hoc predicauerunt. quod martyres ſanguine affirmauerunt. Et ſunt iſti duo ordines mox inuicem ſe in Eccleſia ſecuti, Lingua itaque canum medicinalis eſt. ſimul officium doctorum totum in lingua eſt. Et lingua ſine oſſibus eſt. & ſaporum Iũdex Sic doctores. non Inuidenter mordere. Sed blanditer docere & ſanare: & Iudicare inter ſaporem hereticum

& catholicum Eſt inſuper media in ore & inter labia. Quia inter duo teſtamenta mediat & verſatur. Et ad vtrunque ſeſe loquendo allidit, vtrunque allegando & inducendo

Deus confringet Capita inimicorum. Quod Capita ſignificent principes, Amos 6. probatur dicit Ve vobis optimates capita populorum. Et Iſaie .9. Longeuus & honorabilis ipſe eſt caput Tropologice autem Eſt anima in homine: que confringitur per Infidelitatem, peccatum & vitia ꝛc Sic vtroque modo Iudeorum capita ſunt confracta. Et idem Eſt. quod ſequitur. Verticem capilli vel crinis. Quia capilli ſunt ſacerdotes in ſummo vertice ſynagoge: Vertex enim eſt ſummitas cuiuslibet communitatis: ſicut montis. [*Am Rande links:* Amos. 1. Exiccabit verticem Carmeli Iſaie. 3. decaluabit dominus verticem filiarum Zion] Nam quelibet communitas eſt Mons quidam Vnde & Eccleſia mons eſt: In vertice igitur (.1. ſummo ſacerdotio) velut ornamentum eius ſunt capilli: Quia caluities eſt ignominia capitis Sicut Capillus eſt eius gloria. Coma enim capitis eſt gloria eius & decor: Sed vide quam proprie loquatur Non ait Capillos verticis: Sed verticem capilli. Quia ſummitatem & verticem ſynagoge deſtruxit ſcilicet ſacerdotium, quo deſtructo, etiam capillos deſtrui certum eſt. [*Am Rande links:* cum tamen ipſi remanent Sed vertex perijt, quia iam ſunt ſine ſacerdotio] Quod apud Iſaiam alia forma prophetatur. 3. Et erit pro criſpante crine Caluitium, (.1. pro ſplendido ſacerdotum choro nuda ſynagoga. Quia ibidem. 7. radet dominus in Nauacula acuta in his qui tranſflumen ſunt caput, pilos pedum & barbam vniuerſam (.1. Iudęos: qui tranſiordanem, tranſ baptiſmum remanent ſacerdotibus priuabit. & ſubiectis populis. & vniuerſis virilibus & barbatis in ſpiritu Tropologice autem eſt. quod Voluntas eorum capilloſa. ſicut Abſalom (.1. exuberans cupiditatibus terrenorum bonorum confringentur. Et Hoc in bonitate vel ſeueritate

Zelmon (.1. vmbra primo pro corpore Chriſti in quo latet diūinitas: 2° fides ab eo reſultans Tertio Eccleſia in qua latet Chriſtus. 4to Anima quelibet fidelis Quinto ſpecies panis in ſacramento Sexto b. Virginis vterus vel ipſa virgo: Septimo. Verbum Euangelii vocale vel ſcriptum (.1. Scriptura

ſancta). (.Vnde Hęc eſt Mons Zelmon Iudic. 9. in quem aſcendit Abimelech. & preciſis ramis combuſſit habitatores Sicchem .l. Scribe & legiſperiti Scripturas corrumpentes & detruncantes accendunt Synagogam: Zelo & furore contra Chriſtum & totaliter in eo comburit. Quia malum ſignum: quod extra montem ramos detulit in humeris ſuis (.1. ad alium ſenſum ducunt authoritates Scrip. & Exempla patrum ibi poſita.) [*Am Rande links:* .... etiam figura here .... rum. quia a Selmon .... Hebreo abſcindunt .... les. qui in eo orti .... & tranſferunt eos ... gnem. Sic autoritates ... ipturę ſimiliter] Similiter et Iudęos de ſtirpe patrum natos exciderunt a Chriſto

Quia quicquid de vno illorum Dicitur. de ſingulis Dicitur

Blatt 88a: Currus dej, metaphorice dicitur Eccleſia, Quia ex Hac vita in futurum vehit & ad aliquem finem currit ſcilicet ęternę ſalutis: quia Currus dej eſt Tropologice autem Eſt ipſa anima: Que eſt multis milibus affectionum ignearum & meditationum lucidiſſimarum plena: velut quibuſdam ſuis Cherubim atque Seraphim. Immo & operibus externis in corpore vehitur deus Quia portate deum ait in corpore veſtro. Igitur & corpus eſt currus & ferculum Dej. Quod ferculum fecit ſibi rex Salomon. Sicut domus eius duplex eſt. Anima ipſa & Corpus eius. De quo alias. & in hoc forte myſterium: Heb. habet. Bis decem millia millia Quia ſemel decem millia milla. [*so*] ſunt virtutes in anima: & altera decem millia millia ſunt opera in corpore. Quia vtrinque abundare. ſanctos decet: & extra in meritis operum. & intus in meritis affectionum. Vocatur autem Currus. Quia feſtinat ex hoc mundo & ſemper in via eſt vſque dum ad patriam & domum veniat cęleſtem. Cuius quattuor Rotę ſunt. 4or affectus ſpes, timor, gaudium, dolor. in vtroque latere duę ſcilicet duo ex amore boni & duo ex odio mali: vt facile patet conſyderanti. Temo autem Eſt recta intentio & directio omnium, prudentia ſcilicet & oculus virtutum. [Rota poſterior dextra *ausgestrichen.*]

Rota poſterior dextra ſpes
Rota poſterior ſiniſtra timor } de futuro { bono / malo

Rota prior dextra gaudium } de preſenti vel preterito { bono
Rota prior ſiniſtra dolor } malo

Et Hoc eſt plauſtrum quo triturantur ſegetes Dominj: & exercentur fideles Chriſti. & conculcantur mundus & diabolus Sic Allegorice (.1. Eccleſie: 4or Rote. 4or Euangelia. 4or virtutes. 4or partes mundi. 4or

Anagogice Currus dej erit in Iudicio, omnis multitudo Angelorum & hominum peccatorum in quibus feretur Chriſtus in cęlum cum gloria.

Dominus in eis in ſinai: primo ſic Chriſtus in ſanctis illis: In ſina (.1. ſecundum humanitatem aſſumptam) In ſancto (.1. in cordibus eorum, ſiue ſpiritualiter.) q. d. iam non eſt in eis. per humanitatem. ſicut erat ante paſſionem. indifferenter in locis prophanis quibuſcunque. & inter impios Iudęos nec loco corporaliter amplius definitus, ſicut quelibet res prophana. Sed eſt in eis in ſancto (.1. vt ſic dicam. Sanctiter ſiue ſpiritualiter: quando in corpore & corde eorum portatur. per fidem & virtutes Secundo In eis In ſina (.1. qui ſunt In ſinai.) Sed in ſancto q. d. Eſt quidem in eis exiſtentibus in ſina, ſicut olim fuit ad literam. & in prophano ſinaj. Sed in ſinai ſancto, & myſtico .1. in Eccleſiaſtica ſinai. in qua ipſi ſunt.

Prȩuenerunt Principes. Documentum Hic ſigna. Qui ſunt vere principes inter alios ſemper ſunt ad omnia primi. & preueniunt cęteros. Si autem ſunt Idola & tantummodo locum occupantes dignitatum non preueniunt neque ſequuntur etiam. Sed dicunt. ite & facite: cum debeant dicere, Venite & videte & preire alios in omnibus Coniũncti pſallentibus, (non ludentibus & tabernantibus ac cubiculantibus. pſallere autem eſt corde, ore & manu deum laudare quia fit cantu oris. & tactu manuum. Et in ipſo totius vite actiue ratio conſiſtit Cantare autem eſt ore tantum laudare. Iubilare corde ꝛc

Secundum Principes oportet in medio a Iuuenculis haberi. quod eſt obedire ex corde ſuperioribus & prelatis, alioquin nihil ſonabit deo pſalmus, ſi in rebellione. & inobedientia fiat. & non habeat principem ſuum in medio ſui. Sed potius in fine & vltimo ac poſt tergum. Sicut enim prelatis preuenire & precedere

incumbit: ita Iuuenculis & ſubditis. obedire ſequi & in medio eos Habere conuenit, quod ſane ex obliquo percutit Hereticos & ſuperbos

Blatt 88b: Tercium. Principes preuenire & coniungi in medio noſtri: ſit, quando Apoſtolorum & ſanctorum ſuffragio & exemplo nitimur, vt quod noſtris meritis non valemus ꝛc Medium enim Iuuencularum eſt cor earum. in quo preueniunt, & in ſunt. per exemplum & ſuffragium,

Quartum, ſublimiter & precellenter: de ipſis eſtimandum eſt Sic enim preuenient prelati nobis. (.1. nobis reputabuntur multum nos precedere, etiam ſi in ſeipſis mali ſint.) Et Hoc fiet, ſi in medio noſtri fuerint .1. ſi eos corde amplectimur. & non extrem. ſenſu ſunt & loco tantum. Multi enim preueniunt principes ſuos: quia putant ſe eſſe multo meliores: eo quod non in medio eos amplectuntur

De fontibus Iſrael. Iſti ſunt duodecim fontes, Exo. 15. ꝛ Helim .1. duodecim Apoſtoli. primo quia aquę doctrinę Euangelicę, in omnem terram & in fines orbis terre effluxerunt et eis Secundo Quia ipſi principia totius populi Eccleſiaſtici & primi patres. & origines. ſicut fontes ſuorum riuulorum. ideo dicit. benedicite. de fontibus .1. Vos de fontibus orti & eruditi ſeu potati Tercio fontes ſunt ipſa ſacramenta Eccleſię. Quarto: quilibet liber totius biblie. vt fuit figuratum in puteis. quos fodit Iſaac & alias Quinto quodlibet verbum Scripturę Dej eſt fons. quia ſcaturit aquas inexhauſtas omnibus, qui ſitiunt. doctrinam ſalutarem

Ibi Beniamin ꝛc Myſtice. Qui In Eccleſijs & communione ſanctorum manet: ipſe eſt Beniamin (.1. filius dexterę & gratię ipſe adoleſcentulus (.1. recens & florens in ſpiritu) ipſe in excellentis (.1. ſuper carnem & mundum victor eleuatus & triumphans omnia) Econtra Qui extra eſt. per inobedientiam & rebellionem ipſe eſt filius finiſtrę & ſeruus ancille filius, Ipſe Senex in vetuſtate peccati: & abſorptus in carne & mundo

Tibi offerent reges munera. primum de Apoſtolis: qui adduxerunt domino Munera ſcilicet viuà & intellectualia (..1. Homines ad fidem. Iſa. 66. Et annunciabunt gloriam meam gentibus. &

adducent omnes fratres veſtros donum domino vnde ſupra. Accepiſti [dona in Hominibus Scilicet *ausgestrichen.*] Non credentes in habitare dominum deum ꝛc Secundo. De regibus carnalibus Qui obtulerunt munera carnalia. & temporalia Chriſto in Eccleſiam. vtpatet experientia & notum eſt Et Hoc a templo tuo (.1. propter templum tuum

Diſſipa gentes que bella volunt, non ait, que bella ſuſtinent, aut patiuntur vel agunt Sed qui volunt. Voluntatis vicium arguitur, etiam ſi facultas operum non aſſit. Sic Iudęorum, tota voluntas,. eſt in contentione, & voluntarie eligunt bella contra Chriſtum & ſuos Ideo pro eis deſtructis. Veniunt Legati (.1. miſſi vel nuncii ex ęgypto. Licet Legati principaliter Rectores dicantur. Qui & angeli dominj & nuncii dej vocantur tamen optime omnes etiam poſſunt dici legati ad mundum & homines

Magnificentia & virtus eius ꝛc Primo vt in gloſa. Secundo Magnificentia .1. Gloria. & claritas & regni maieſtas, non eſt in terrenis Hominibus. Sed in nubibus Quia in terra non eſt ej virtus Sed Infirmitas. Et non magnificentia. Sed contemptibilitas Vnde ſequitur. Mirabilis deus in ſanctis ſuis Quia gentibus ſtultitia. & Iudęis Infirmitas. qui terrena ſapiunt, Sanctis autem virtus & ſapientia & gloria ꝛc. 1. Corin. 1.

Blatt 89a: Mirabilis deus in ſanctis ſuis. Et Hoc mirabile & grande verbum ſuum. Primo ſic (.1. ſoli ſancti deum admirantur. quia ſoli magnitudinem maieſtatis eius & immenſum pelagus. ſapientie & abyſſum bonitatis ſue. nobis exhibitę, agnoſcunt. Et qui magis magis agnoſcit. etiam ita admiratur magis-magisque. Qui autem parum vel nihil agnoſcunt. parum eum admirantur neque ſtupent. Sed audacter agunt & incedunt & accedunt. Sancti autem terrentur & admirantur. ita vt metuant eum reſpicere & appellare. Sicut Moſes, non audebat contra Dominum reſpicere. Sed cecidit in faciem ſuam Exo. 3. Vnde frequenter in ps. Vbi nos admirabile habemus. Heb. terribile habet. ps. 44. Deducet te mirabiliter dextera tua. ꝛc

Quanto enim magis Diũina bonitas, ſapientia, maieſtas. a ſanctis cognoſcitur: tanto ipſi timoratius & Reuerentius ſe ad eum habent. Ita vt vere exultent ej cum tremore. Ideoque Si

nondum ſtupes. admiraris, metuis, tremis, noli putare te, de
agnoſcere: Seruite enim Domino in timore. & metuant e
omnes fines terrę. Et. 46. Quoniam dominus excelſus, terribi
Et terribilis eſt locus iſte ꝛc Hic enim timor eſt ſummus cul
Dej, nec niſi perfecte Charitatis & fidej & ſpej: Qui excell
tiſſime eſt in angelis. Quia [ſub *ausgestrichen.*] columnę celi c
tremiſcunt coram eo. De quo & ps. 18. Timor dominj ſanctus
Vnde & Iacob. Genes 35 Iurat. per timorem patris ſui Iſa
quod vnum de nominibus dej propter excellentiam donj [
ponitur

Secundo Mirabilis in ſanctis, quos maxime diligit. Et tan
ita percutit & humiliat Hoc enim proprie bonitatem ſicut prim
potentiam vel maieſtatem reſpicit. licet vbique ſit potentia
pientia & bonitas. Sed Mirabilis eſt bonitas. que in m
mittit & affligit. Et mirabilis altitudo maieſtatis: que etiam
infimis preſens [potens?] eſt. & operatur & loquitur cum il
Cum ſit altiſſimus: omnium fere videtur eſſe communiſſimus
omnibus obſequi & benefacere. Sunt enim Multe differen
rerum Et in his omnibus deus eſt ſuper & ſubter. int
& extra: ante & retro. Vt Mole eſt omni ſuperior.
ferior, interior, exterior. prior, poſterior. Sic eti
vita qualibet & Senſu & intellectu. ad omnes en
omnium illorum differentias & limites deus adeſt
ſupereſt. Et in his omnibus ſtupendus, metuendus, t
ribilis & mirabilis. Scilicet in ſanctis ſuis

Tertio Mirabilis in ſapientia & Directione omnium. precip
ſanctorum. Et Hoc eſt quod exaltat humiles & diſpergit ſup
bos: Superbia autem mirabiliter ſubtilis: ideo mirabilis ſapien
dej: que eam cognoſcit. Ecce Eſt aliquis Inſigniter doctus
ſacris literis, & abſtinenter religioſeque viuit. putat omnia q
ſentit a ſpirituſancto eſſe: & eſt occultiſſime ſuperbus: Al
autem rudis nihil horum habet forte Sed miratur habentes
ſic profunde ſe vilem & incomparabilem ad illum ſeſe reput
Ille autem etiam cum quolibet concurrere. & comparare ſe po
putat: Quia non multos preſtare vel ęquare ſibi videt. Eſt en
doctus. ac ſic non in nouiſſimo loco ſicut ille ſedet. Sed cu

primis: Ideoque Ecce mirabilis deus Hunc reprobat: & illum coronat Et ratio eſt. Nam noſtro tempore Non eſt putandum: Quod omnia que quis ſubtiliter etiam in ſcripturis intelligit, ac mirifice meditatur & Inuenit: eſſe a deo, vel grata deo. Nam ſic de diabolo dicit Ezechiel ſub nomine principis Tyri: Ecce ſapientior es Daniele (.1. Hoc eſt omnibus contemplatiuis) diabolus enim omnia nunc myſteria nouit quia reuelata ſunt per totum mundum. & clarius quam nos: Et ideo ad ſeducendum ſuperbos. permittente deo, mira poteſt ſuggerere in intellectu. Sicut facit nunc Hereticis & olim faciebat: qui mira in ſcripturis intelligentia floruerunt, cum tamen eſſent. heretica tenebra excecatj: Item .1. Corin. 13. Si noũerim myſteria omnia: Et Matt. 7. Nonne in nomine tuo prophe. Et. 2. Corin. 1. Quidam propter Inuidiam predicant Chriſtum: Hęc & ſimilia: faciunt, vt nullus quantuncunque doctus ſit: mox concludere debet: ſeſe a ſpirituſancto eſſe illuſtratum ſemper. Sepius Hoc a diabolo efficitur tranſſigurante ſe in angelum lucis: Ideo ſemper valde timendum eſt. & maxime humiliandum

Non tamen ideo reijciendum eſt. quod ſic intelligitur. Sed per orationem & benedictionem omnia ſanctificantur Ergo & hic fac crucem & orationem ſuper illud

Blatt 89b: Itaque Vnde & recumbe in loco nouiſſimo: quantumuis eruditus ſis (.1. nulli te comparare multo minus preferre te incipias. Quia Scito Sciens Sciendo. Quoniam Sapientior eſt Daniele princeps Tyri: H Veruntamen Sancti & aliqui Doctores. Differentiam poſuerunt quomodo cognoſci poſſit, quando ſit illuminatio a ſpirituſancto. vel a diabolo. Et quidem omnium prima eſt. Quod licet ſapientior ſit Daniele. non tamen Iob aut Noe: Quia iſto verbo Ezechie Humilitas maxime pre omnibus neceſſaria, ſtudioſis & contemplatiuis, incutitur & timor. Quia nullis tam facilis & periculoſa ſuperbia: ſicut abſtractis illis & doctis & contemplatiuis. Eo quod in multis ſeſe vident preſtare cęteris Igitur Qui ſunt Iob: Hoc eſt vere & boni actiũi & ſeſe in bonis operibus exercent: manifeſtum eſt: quod ſapientiores ſunt diabolo Quia opera dant verum teſtimonium, De ſpirituſancto preſente, Quia Qui facit voluntatem patris

mej Et qui ſermonem meum ſeruat ad eum veniemus ꝛc Non ſ
Illuminatis tantum. non in opere Similiter Neque Noe (.1. pr
latis ſapientiores: Quia Horum officium eſt dej: & hi, qui ſubdi
ſunt falli non poſſunt

Secundum ſignum eſt & differentia. Quia illuſtratio Diabo
venit in locis & tempore importunis: vt in Choro ſub laudib
diuinis, vel in nocte quando dormiendum eſt, vt deſtruat capu
Vel alias quando alia communiter aguntur, vt ſic ea impedi
vel minus deuote fierj procuret. Econtra Spiritusſanctus d
ſpiritus conſilii, omnia ſuo ordine & loco illuſtrat

Tertium. Illuſtratio Diaboli, non humiliat. nec ad Inferno
ducit. Sed tantum in his occupat que ſuggerit, Spiritus aute
ſanctus. primo hominem in profundum ſuę vilitatis inducit. B
facit omnia ſtatim quięta & tranquilla, vt nec ſuperbire, Inuide
iraſci delectet. contra alios. Sed ſe potiſſimum & ante omn
videt Quia Dominus ad inferos deducit & reducit

Aethiopia. preueniet manus eius deo. Heb ſic. feſtinet dar
manus deo, que videtur alia ſententia eſſe: Quia hic manu
ęthiopię. ibi manûs ſynagoge putantur intelligi: Eſt autem manu
dare ſeſe dedere. & ſubiectum fateri [ac auxilium *ausgestricke*
Trenor. 5. Aegypto manus dedimus & Aſſyrijs (.1. fûimus ſubiecti
& dediti. Ęthiopia autem cito dedidit ſeſe Chriſto per obedien-
tiam fidej: pre ſynagoga, que vſque hodie differt & tardat: E
ſic noſtra tranſlat. dicit preueniet manus illius: quia cito & feſtinat
dare illa autem tardat Aliter autem ſic. preueniet manus
eius. Vt Eunuchus Candacis Reginę, act 8

Sciendum autem: Quod vt plurimum, vbi fit commemoratio
gentium ad Chriſtum conuertendarum: ſimul ſingulariter, Aethiopes
nominantur ps. 86. Et Tyrus & populus ęthiopum. Et. ps. 71.
Coram illo procident ęthiopes ꝛc. Licet per Ęthiopes etiam
Impii intelligantur, maxime Iudęi: Abacuk. 3. pro iniquitate vid.
tentoria ęthiopię. Et Amos vltimo Nunquid ſicut filii ęthiopum
mihi eſtis filii Iſrael? Inde et Saul. ęthiops in titulo ps. 7. vo-
catur. Et ita per ęthiopiam. Eccleſia gentium intelligitur.
per ęgyptum autem mundus Et propheta occaſionem ſumpſit. ex
figura Nûmeri. 12. Vbi propter ęthiopiſſam vxorem Moſi Maria

& Aaron contenderunt,: quod vſque Hodie ſynagoga facit contra Chriſtum propter gentilitatem aſſumptam. ſicut illi propter ęthiopiſſam Et ſic gentium Eccleſia preuenit Iudęos. ſicut apte exponit b. Hiero. De Emorrhoiſſa: Hunc verſum allegans. [*Matth. 9, 20.*]

figuratur autem & nominatur Eccleſia gentium: Ethiopia. vt ſatis patet, propter nigredinem peccati Ac quia ſeſe nigram confitetur. Iudęi autem libanus (.1. Candidi ſibi videntur & ſancti Hec autem dicit Nigra ſum ſed formoſa (.1. Quia confiteor me nigram, ideo formoſa ſum. Quia qui peccat. Iuſtificat deum in ſermonibus eius. Et ita dat gloriam deo per quod iam ipſe quoque Iuſtus eſt Quia Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius, Dixi confitebor Et tu remiſiſti ꝛc ergo confiteri peccatum, & eſſe Iuſtum. idem ſunt

ps 68. [Hebr. LXIX.]

Blatt 90a: Iſte ps. ad literam loquitur de paſſione domini. in perſona eius. Sed ſimul: omnes paſſiones. & infirmitates Ecclefie ibidem narrantur. Quę ad tres ſpecies referri poſſunt

Prima fuit aduerſitas & perſecutio tempore martyrum: Et quia Hęc erat ſenſibilis facile de Hac intelligebatur: [*Am Rande rechts:* perſecutio & pena] Et ibi proprie. deus Infirma elegit vt confunderet fortia. Et ſua Eccleſia tunc Infirma. Et per eam vicit. non autem per poteſtatem ſęculi

Secunda fuit Inſtantia Hereticorum tempore doctorum: [*Am Rande rechts:* Error & hereſis] Et ibi proprie Deus elegit ſtulta vt confunderet ſapientia (.1. ſapientes in oculis ſuis. Et vicit Eccleſia per ſtultitiam fidej: ſapientiam illorum

Tercia nunc Eſt. Inualeſcentia tepidorum & malorum. [*Am Rande rechts:* pax & ſecu . . tas.] Quia accidia iam regnat adeo, vt vbique ſit multus cultus Dej: ſcilicet literaliter tantum, ſine affectu & ſine ſpiritu. Et pauciſſimi. feruentes. Et Hoc fit totum, quia putamus nos aliquid eſſe. & ſufficienter agere: ac ſic nihil conamur & nullam violentiam adhibemus. & multum facilitamus viam ad cęlum, per Indulgentias, per faciles doctrinas: quod vnus gemitus ſatis eſt. Et Hic proprie Deus eligit ea

que non ſunt. vt Deſtruat ea quę ſunt: Quia qui ex vero corde ſeſe nihil eſſe putat: ſine dubio: feruet & feſtinat ad profectum & bonum, De omnibus his tribus. Hi orat. Saluum me fac Domine. Quoniam intrauerunt aquę. Aquę erant: paſſiones Chriſto irrogate a Iudęis. Aquę erant perſecutores martyrum: a Demonibus Eccleſie. immiſſj. Aquę erant Heretici & ſunt. ab eiſdem: eidem immiſſi. Aquę ſunt multitudo tepidorum & literalium Chriſtianorum vſque Hodie ab. eiſdem immiſſa Eccleſię: Clamauit olim contra tyrannos & hereticos Clamat & nunc contra iſtos ſemichriſtianos dicit. Intrauerunt aquę vſque ad animam meam. & cętera quę ſequuntur. Quę omnia nunc feruent: De quibus Malach. 1. Si offeratis claudum & languidum nonne malum eſt? offer illud duci tuo ſi placuerit ej: aut ſi ſuſceperit faciem tuam. Dicit Dominus exercituum. Quia vere ſic oratur & canitur in Eccleſijs. languente ſpiritu in vno pede (.1. corpore tantum) ſcilicet ſiniſtro: vt ſi Homini fieret talis cultus, contemneretur. quantomagis a tanta maieſtate. Et tota Inſtantia Diaboli eſt. contra nos. vt ſic ſemichriſtianos *faciat* Putamus quidem abeſſe eum: Sed fortiſſime adeſt. Non quidem aduerſitate aut Hereſi nos Impugnat: quia ibi ſeſe victum cernit, Sed proſperitate ſecuritate & quięte: Et hec omnia veniunt quia ſine timore dej ſumus. Et non omnino nihil nos eſſe putamus. Sed ſufficienter agere vts dixi. Ideo male habet Eccleſia Quia in pace eius amaritudo amariſſima Vt Bern. ait: que fuit amara ſub tyrannis, amarior ſub hereticis. amariſſima ſub pacificis & ſecuris Igitur Hee Aquę nunc intrant vſque ad animam eius

Tropologice. Aque ſunt Hominum talium, tentationes (.1. de pace & ſecuritate incitationes Nulla enim pugna Hodie tam eſt neceſſaria. quam contra pacem, ſecuritatem, accidiam & tepiditatem [*Am Rande links:* Vnde Apoc. 3. Tepiditas in vltimo ſcilicet ſeptimo angelo argũitur] Et Hic opus eſſet vt totis viribus & armis contra ſtaremus. Quia eſt omnium difficillima. Cum non Habeat. extrinſecus cogens ad bonum, ſicut olim perſecutio & hereſis fuit. Sed potius habet extrinſecus reſoluens & laxans. Quia Intellexit diabolus violentia & hereſi extrinſecus impellendo

proficere non poſſe. ideo cepit nunc Impulſum dimittere: & potius blando allicio tanquam ſecuros obtruncare Igitur Qui non ſibipſi iam efficitur tyrannus & perſecutor, ſibi ipſique hereticus. vt contra ſeipſum bellum ſuſcitet. vt ſe reputet tanquam anime ſuę perſecutorem & Hereticum. & a ſeſe ſemper fugiat ſollicitus ad dominum credo quod non poſſit ſtare

Inde enim fit. quod verba pſalmorum (ſecundum b. Aug Hoc [*so*] ps.) nos parum afficiunt: Quia non talia videmus in nobis. ſicut in martyribus erant: quando iſta legebantur cum ſapore. Sed ſi recte videremus tunc omnes querele in ps. Hodie fortiſſime currunt, contra aduerſitatem proſperitatis. Quia plus pax nunc Impugnat. quam olim gladius, plus veſtitus quam nuditas, plus Eſca quam fames, plus

Blatt 90b: ſecuritas quam anguſtia, plus copia quam egeſtas. & omnium contraria: que Apoſt Ro 8 recitat dicit. Quis ſeparabit nos a Charitate Chriſti? Nam & de antichriſto Scribitur Daniel. 8. Quod non in penuria. Sed in copia rerum omnium occidet plurimos. Quare ſicut Apoſtoli pſalmos pro tempore ſuo applicuerunt contra Iudęos ſuos Hoſtes. Martyres ſuo tempore contra perſecutores. Doctores ſuo tempore contra Hereticos, (vt b. Aug. fere vbique facit:) Ita & nos modo contra ſemichriſtianos. & Carnaliter in litera tantum Seruientes Domino orare & aptare Debemus. [*Am Rande links:* .... in huius ſignum .....tur nominibus generali ..... ſaluum me fac ꝛc] Maxime pro principibus & ſacerdotibus Eccleſie: vbi maxime viget hoc malum: Non quod furendum & indignandum ſit contra illos. blaſphemandum & detrahendum: cum hic nullus ſit fructus [*Am Rande links:* Ezech. 9.] Sed dolendum, compatiendum, miſerendum Eccleſię in illis. & pro illis orandum. Quia ſicut olim ita & nunc. Iniquitas Zodomę ſororis noſtrę. eſt hęc. abundantia & ſaturitas panis, ſuperbia. & ocium ipſius & filiorum eius. & manum pauperi non porrigebant. Contra hęc portenta in Eccleſia. modo eſt pugna. Quia pro gloria dej & honore Eccleſię, dicunt ſeſe iſta colere Sicut olim Iudęi, Baal nominabant ipſum verum deum. Volentes eum colere, cultu Baal: Sic iſti cultu diaboli & mundano Deum colere volunt, cum ſeipſos potius colant Et

mendaciter dicunt, pro honore dej. ſicut illi mendaciter. Iurabant, Viuit dominus, in Baal: que res magnum habet ſacramentum & figuram, in noſtros mores. Nam quod dominum vocaũerint Baal. patet manifeſte per Oſee. Vbi Dominus dicit Et non vocabit me vltra Baalim. ꝛc Et per Iſaiam. 49. & Ieremiam Si viuit dominus dixerint, Hoc ipſum falſo Iurabunt. Cur? quia alieno cultu eum coluerunt ſicut & iſti faciunt Dicit Itaque Saluum me fac. Hoc verbum. generale. exprimit omnem miſeriam: Ideoque ex omnibus liberari petit. Notandum autem. Quia Chriſtus ſemper ſuo ſimplo nobis duplo noſtro reſpondet Secundum ſ. Auguſtinum li 4 tri. 3. Vt Quia ſpiritualiter non fuit in miſeria. Sed tantum literaliter: Siue Quia in malo Culpe non fuit vnquam. Sed tantum in malo penę. Nos autem in vtroque & duplo ſcilicet Malo. Culpe & pene Tamen Quia etiam pene Immeritus fuit: ſit pena eius. pro peccato noſtro: Quare Quando petit ipſe a penis liberari: ſimul petit nos a peccatis & penis liberari, cum eius pene: ſint non niſi peccata noſtra & penę noſtrę. Ac ſic ſimul ps De eo & nobis loquitur & Hinc deuotiſſima eſt affectione cum Chriſto legendus. ſimul inquam noſtra peccata & ſuam penam ſub eiſdem verbis intelligamus.

Aquę ergo primo ſunt ipſe pęne & paſſiones Chriſti: Simul autem iniquitates noſtrę. Iob 15. Qui bibit iniquitatem ſicut aquam: Sicut enim Iuſtitia eſt aqua quam qui ſitiunt beati, quoniam ſaturabuntur: Ita Iniquitas eſt: quam qui bibunt: ſitient iterum Iohan. 4. Eſt enim Caro noſtra puteus ille Huius aquę ſitifere & ſalſuginee. Et Ecce Mira poſitio. Iuſtitiam ſitire prius eſt. Et tunc ſaturari: Iniquitatem autem bibere: Et tunc amplius ſitire Quia Eccleſiaſtes. 1. Non ſaturatur oculus viſu nec auris auditu. Et tria ſunt Inſaturabilia & quartum nunquam Dicit ſufficit prouer. 30.

Quod autem dicit Aquę pluraliter: pluralitatem ſignificat penarum ſuarum & peccatorum noſtrorum Eodem modo limus profundi: Eſt pena eius pro noſtra concupiſcentia carnis: ſicut Aquę. concupiſcentia oculorum. Nam iniquitas proprię eſt Cupiditas vnde Dicitur Mammon iniquitatis. Et

Caro noſtra vere eſt limus de limo facta limus permanens, limus rurſum futura: Iniquitas autem diuitiarum aquę. quia ſicut aquę fluunt & non manent. Ita Diuitie ſimiliter: limus autem etiam poſt hanc vitam in terra eſt. Igitur Chriſtus Infixus eſt in noſtro limo (.1. concupiſcentijs carnis noſtre Que ad profundum Ducit & abyſſum. Et proprie peccatum carnis: profundo comparatur. Quia inter omnia maxime excecat. & beſtiam facit omnino. Ideo non eſt ibi ſubſtantia

Sic Altitudo maris (.1. ſuperbia vitę que eſt in mundo.) Quia mare mundus eſt. Et iſte eſt triplex funiculus. qui adeo difficile rumpitur, vt non niſi per filium dej in cruce diruptum, dirumperetur. Et ergo tempeſtas dèmerſit eum

Blatt 91a: Vel poteſt ſic conſtrui. vt ſingula ſingulis reddantur. Vt Aquę (.1. peccata iniquitatis noſtre.) intrauerunt vſque ad animam (.1. occiderunt eam) Et ſic peccatum noſtrum & pęna eius ſimul ibi exprimuntur Sic Limus profundi peccata noſtra ſunt, in quibus per paſſionem & mortem eſt infixus. Sic Altitudo maris. Superbia noſtra, Et tempeſtas eſt turbo. qui demerſit per mortem eum in altitudine maris noſtri Iam vltra vide

Aque Intrant		vſque ad animam	Cur ita? An ſine
In limo figitur	Et	non eſt ſubſtantia	
In Altitudinem maris venit		tempeſtas demerſit,	

ratione? Sane facies psalmi aperta videtur. Sed multum habet introrſũm

Subſtantia in Scrip. metaphorice accipitur tam ex grammaticali quam phyſicali ſignificatione. Et proprie, non vt philoſophi de ea loqũuntur, hic accipienda eſt. Sed pro ſubſtaculo ſeu ſubſidentia: in qua pedibus ſtari poteſt, vt non in profundum labantur. & mergantur. Et ſic Chriſtus: non habuit tale ſubſtaculum vitę: quin caderet omnino in mortem. Si autem paſſus ſolum, non vſque in mortem fuiſſet, ſubſtantiam vtique habuiſſet: & in quo conſtitiſſet. Secundo poteſt Hic accipi. ſicut Sapient. [*Darüber*: prouer. 3.] ait. De ſubſtantia tua [fac elemoſynam *ausgestrichen.*] honora deum, Et Apoſt. In Hac ſubſtantia glorie [*Darüber* .1. [*d. i. 2*] Cor 9. vt non erubeſcamus.] Sic enim dicitur

omne illud. per quod quiſque [*Darüber:* in ſũa vita] ſubſiſtit. Vt diũes ſubſiſtit per diuitias, Sanus per ſanitatem. honoratus per honorem. Voluptarij per voluptatem. Quia tam diu ſunt tales quam diu iſta durant. Et ſic ſubſtantia proprię. magis eſt qualitas vel extrinſecum quam ipſa eſſentia rej Quia Scrip. nihil curat quidditates rerum: Sed qualitates tantum Et ſic qualiter vnusquiſque eſt & agit, ſecundum hoc habet ſubſtantiam: Qua ſi caret, iam non ſubſiſtit Quare pauper, abiectus afflictor ſũi: ſunt ſine ſubſtantia. Denique ſubſtantia magis de bonis mundi dicitur Quare breuiter quicquid eſt in mundo: quo aliquis, poteſt ſecundum hanc vitam ſubſiſtere & florere ſubſtantia dicitur: Sed Sancti talem non habent. Heb. 10 Conſyderantes vos habere meliorem & permanentem ſubſtantiam: Et fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum (.1. poſſeſſio & facultas rerum. non mundanarum (que eſt viſio vel ſenſus) Sed futurarum: Credo autem Quod ſpiritusſanctus dedita opera contrario modo philoſophis. ſubſtantia vtatur. ſcilicet pro accidentibus bonis fortunę, corporis & animę. & pro tota duratione exiſtentie. non prout contra accidens diſtinguitur Sed propter accidentia. etiam ea includens. Et hoc ideo, Quia confidit Cui viri in mulierem fortem, vt ſpolijs philoſophię non indigeat Ac fidem non in ſapientia hominum Sed in virtute dei monſtret conſiſtere

ps autem iſto noſtro tempore maxime currit. Quia ſecundum Bern: Amaritudo Eccleſie ſub tyrannis amara ſub hereticis amarior. Sed nunc in pace eſt amariſſima. Quia omnium deuotorum Iudicio & experientia teſte maxima tentatio eſt nullam habere tentationem. Et omnium ſumma aduerſitas, nũlla aduerſitas Et tunc maxime deus Iraſcitur, quando non iraſcitur. ſecundum eundem Bern. Non enim cum non ſentio, Sed cum ſentio te iratum. maxime propitium confido. Etenim cum iratus fueris miſericordie recordaberis Abacuk. 3. Et ps. 59. Iratus es & miſertus es nobis, Ergo per contrarium, Non iratus es, & non es miſertus nobis Sic. 2. Mach. 2. Maximi enim beneficii indicium eſt, non ſinere peccatores ex ſententia agere. Vnde & gentilis Hannibal: Spiritum neſciens. tantum carnem ſapiens In

temporalibus quoque ſic eſſe probauit. quando ait. Magnam rempublicam ſine hoſte externo conſiſtere non poſſe. quam veriſſime enim Hoc dixit. quanto magis Hęc Chriſti Ciuitas maxima
Et Ennius poeta Moribus antiquis res ſtat Romana viriſque Sic Eccleſie res moribus nouis cadit, antiquis autem ſtat (.1. aduerſitatibus.) Et ille frater in Vitiſpatrum maximam iram timuit dej: quando vno anno non fuit infirmus. Sic ergo Nunc Chriſtus. Infixus eſt in limo profundi & non eſt ſubſtantia

Blatt 91b: Et vere ſuſtinet nunc qui ſimul contriſtetur. & non eſt. Quia non eſt quia vbi non eſt aduerſitas quomodo poteſt eſſe contriſtatio? Sed nec poteſt contriſtari quis ej, qui non triſtatur. quanquam hoc ipſo maxime contriſtandũm ſit. quia non triſtatur vel quia pax ej eſt amariſſima Amos. 6. Qui laſciuitis in ſtratis veſtris & nihil patiebamini ſuper contritione Ioſeph.
Et vt occaſionem demus & accipiamus. ad intrandam Huiusmodi meditationem Chriſtus Hodie ſic ſe habet Quod

Aquę intrant ad animam eius (.1. Auari homines Eccleſiam penę extinguunt pre multitudine: Similiter & Cupiditates diuitiarum ſuffocant fidem animarum ſine modo a minimo ad maximum vt ait propheta. [*Ierem. 8, 10.*]

Infixus eſt in limo profundi. Quia in luxuriam carnis lapſi. ſatis tenaciter & fixe in ea ligantur a diabolo. Nunc enim non cecidiſſe. Sed perſeueraſſe in carnis peccatis diabolo ſufficit Et Vide ordinem. Quomodo Diuitię pariunt luxuriam: quia prius aque intrant: Diuitię foris per cupiditatem intrant, Dein ſequitur. ociũm & gula & delicie in vſu diuitiarum: vnde & mox limus profundi, dalida [*so. Ob Dalila? Richt. C. 16. Dalia, Armuth?*] enim cum generatis ſuis non poteſt abeſſe, vbi ſunt ocioſe diuitie & facultates Reſpice pontifices & ſacerdotes. & ſi non ita eſt. quod infixi ſunt in limo profundi quia aquas prius intrare paſſi ſunt: immo continuę intrare ad ſe faciunt mendacij me arguę. Et Recte, limus non ſupernus Sed profundus (.1. caro vitijs ſuis oppreſſa. Nam & ſancti de limo terrę & limus ſunt. Sed limus ſublimis & cęleſtis. illi autem limus profundi. Vides itaque Hic Concupiſcentiam carnis & oculorum quomodo Chri-

ſtum (.1. Eccleſiam eius conculcet? Iam tercio Superbiam vite conſydera:

Veni inquit in altitudinem maris (.1. in medias pompas & glorias mundi. Nunquid eſt Hodie aliquid ſuperbius arrogantius, pompoſius, glorioſius principibus & ſacerdotibus Eccleſie? Qui etiam luxu & ſplendido apparatu dignitatem & gloriam regum & principum longe ſuperant. Siquidem poteſtate ęculari: Imperio terreno. & dominatu vrbium regnorum prouintiarum. ita nituntur. ita rapiuntur. ita cupiunt & ampliant vbi poſſunt vt ſine frontepalam nihil pudeant, Hec omnia patrimonium Chriſti appellare. & pro gloria dej. & incremento Eccleſie talia augere. Cum tamen hinc neceſſe ſit. omne miniſterium Eccleſiaſticum relinquere. & ęquum iam videtur relinquere verbum Dej & miniſtrare menſis [*Am Rande links:* .. ſic fiat menſa ... orum corum ipſis ... laqueum, vt ... tur Schandalorum ... ella] Quar ſequitur Quod tempeſtas bellorum, negociorum, cauſarum, contentionum. Demergat eam vt experientia abunde adeo teſtetur. Vt Infelicior vix fuerit Eccleſia vnquam. Hęc quidem, mea forte opinione quis putet componi. Sed quid ſi ex Euangelio & Scripturis probarem ſi tempus pateretur. Sequitur

Laboraui Clamans. raucę factę ſunt fauces mee. primo Quod Euangeliſatur quidem verbum dej & clamatur & laboratur. Sed ita minutim aduertitur. Ita contemnitur, vt non clamare Sed rauceſcere vix putetur Sane ſecundum b. Aug. tunc Rauca eſt vox predicantis. Quando is qui audit, male eam aduertit: Tunc autem liquida & clara. quando clare & liquide auditur. Nam apparationes & allocutiones. Deſcribuntur regulariter in ſcrip. ad diſpoſitionem eorum ad quos fiunt Secundo ſic Quia orationes habentur. Sed tepide & raucę: Quas proximus vix audiat. Nam vere Rauca eſt oratio, que aſpera & dura & ſine affectione producitur & ſicca Eſt autem nunc fere omnium quęrela de ariditate & ſiccitate affectus ſcilicet Quia diſtracti & aridi inter orandum ſit. Vox autem Clara ipſa eſt plena & Iucunda deuotio. Sic olim cum eſſet ſuccus & ſanguis in Eccleſia. Iuuencule tympaniſtrie clariſſime cantabant Nunc

autem rauco & laborioſo opere oramus. Quare breuiter in iſto verſu. Laborioſa. arida & Indeuota oratio Eccleſie. noſtro tempore vel futuro in proximo, deſcribitur Sic enim olim

Blatt 92a: ex abundanti vnctione. Exultationes dej in faucibus eorum. & exultauit lingua eorum Iuſtitiam Chriſti. Ita modo ex defectu adipis & pinguedinis, raucę ſunt fauces Chriſti. & ſtridet ac gemit aſpera vox in ſicco gutture. Non tamen omnino perit aut ſilet vox eiuſmodi Sicut Incredulorum. qui non clamabunt in gutture ſuo. quia ſimiles ſunt facti. ſimulachris ſuis. eo quod ſolum Credens poſſit loqui. Credidi enim propter quod locutus ſum. Sequitur

Defęcerunt oculi mej. dum ſpero in deum meum. ſic Ezech. Attenuati ſunt oculi mej ſuſpicientes in cęlum in excelſo. Hoc eſt quia non exauditur Sed derelinquitur ac Inũaleſcit malum, fatigantur oculi ſurſum videre. & fidej oculus infirmatur & minuitur in tantis peccatorum tumultibus Nam ſicut per Victoriam peccatorum & malorum fides ſerenatur, vegetatur & proficit. Ita econtra peccatis preualentibus, obſcuratur. Allego: Oculi Chriſti ſunt, ſtudioſi & contemplatiũi in Eccleſia, meditantes die ac nocte in lege Domini, aliorum directores. maxime etiam prelati. qui vtramque vitam ducere debent. Sed per multitudinem auarorum, luxurioſorum, ſuperborum. vehementer minoratus eſt nũmerus taliũm. & defecerunt valde. Alii in lucra, alii in voluptates, alii in ambitiones. Multi etiam in Iura & traditiones hominum. & non pauci ad philoſophiam Ariſtot. hi omnes. quia deſerunt Diuinę lectionis ſtudium ideo deficiunt oculi Chriſti in Eccleſia. Qui tamen olim ſicut Oculi Columbarum & lacte loti & ſicut piſcinę in Eſebon [*Cant. 7, 4.*] fuerunt. proficiunt autem & profecerunt eo magis Oculi antichriſti & mundi, Videntium acũtiſſime ea que ſunt mundi. Sicut & fauces mundi iam non raucę ſunt. ſed ſonore nimis Tropol. autem Oculi Chriſti ſunt. fidej ſenſus & illuminationes ſpirituales. illę ſimiliter defecerunt in multis. etiam in his, qui multa ſciunt in Scrip. ac omnia myſteria noſcunt. & ea que ſunt fidei pulchre callent. ita vt vere ſint in eis oculi Chriſti. Sed defecerunt. Quia non ſapiunt affectu. ea que ſciunt, & ſegniter ac frigide aguntur in deum:

ſecundum ea que cognoſcunt Nam qui multa ſcit: & non affectu in ea tendit feruide. Videntur oculi eius defeciſſe. & prope eſſe cum fatuis virginibus habens lampadem. Sed non oleum. De quibus Iſaie Qui vides multa

Et Hoc totum fit Quia affectus eorum friguit occupatus alijs cupiditatibus: aut certe quia tentatus a talibus, non fortiter eis reſiſtit. Sed velut dormitans, infirmiter reluctatur. Et ſic alterum alterum impedit. vt oculi in ſomnum declinent & deficiant. Concupiſcentia autem fortior dominetur aut ſaltem potior ſorte pugnat [*so*] Credo autem multos nunc (& potiſſimum ex me & aliquibus experior.) experiri hanc prophetiam. Quia optime quidem ſciũnt omnia quę credenda ſunt. Sed ita ęgre poſſunt credere & eis aſſentire, vt videantur velut quodam ſomno opprimi. & graũi corde fieri. nec ſurſum eleuare ad dominum poſſe. Hoc eſt quod dicunt. Velle quidem eos libenter credere & paratos eſſe. Sed neſcire: quomodo fiat vt non feruide poſſint. Talis fuit ille Qui dixit. Domine adiuua incredulitatem meam. Et Apoſtoli Domine adauge nobis fidem. Quam acute putas in martyribus iſti fuerunt oculi: quod etiam in tot tormentis, non potuerunt obliuiſci eorum que videbant Nos autem etiam in vno verbo offenſi vel modico damno, mox obliũiſcimur ęternorum Quia tunc Hinuli & Capreę fuerunt. Nunc autem Bubones & noctuę Sed Nota quod Oculi magis deficiũnt ſomnolentia quam aduerſitate. immo hac excitantur: illa autem ſoporantur & deficiunt quadam ſecuritate obdormientes. Et quid moror? Horribile verbum eſt nec ſatis exprimere poſſum. defęcerunt oculi mej. Quia Qui non vndique omnia timet, non circumſpicit. Qui autem timet, nihil negligit, quia ſedule vigilat, & omnia timet. Ideo Dominus

Blatt 92b: contra iſtum defectum tam ſollicite precepit vigilare & apertos oculos ſemper habere & expectare aduentum eius. Ideoque Timore opus eſt, qui hunc teporem excitet & excutiat ſomnum Scilicet vt cogitemus & eſtimemus, Quia ſęcũritas omni aduerſitate peior, & terribilior eſt Quare eam ſic time & fuge, ſic abominare. ſic eam ſuſpectam habe: tanquam ſit omnium maxima aduerſitas. eo quod inducit ſomnum & deficere oculos facit Et

tali memoriali illam tibi diffuaſam tene. Quia proſperitas eſt Duplex aduerſitas. & ſecuritas bis periculum eſt Sicut. [*Ausgestrichen:* Vbi. — *Am Rande links:* ... pax, peſſimũm .... iniqũiſſimũm .... ellum ad hoc ... ge b. Aug. in .... ogo ps. 69 .... chrę] Non eſt maior iniquitas quam ſumma iniquitas. [*so*] non maior in Iuſtitia quam ſumma Iuſtitia. Non maius damnum. quam maximum lucrum, Sic non maior aduerſitas quam proſperitas nec maius periculum, quam nullum periculum. Ratio eſt quia Incautos facit. Cum enim Dixerint pax & ſecuritas ꝛc Nihil ſalũũm vbi omnia ſalua. Nihil ita [ſanum, *ausgestrichen.*] egrum: quam per omnia ſanum, Nulla tentatio, omnis tentatio. Nulla perſecutio. tota perſecutio. Sic enim diabolus nunc Eccleſiam impugnat maxima perſecutione: quia ſcilicet nulla perſecutione Sed ſecuritate & ocio. Ve ergo nobis: qui ita preſentibus abripimur. & inſenſati Viſcum diaboli non intelligimus Nos quidem facimus. Sicut Stultus heres. qui relictos ampliſſimos a parentibus thezauros, non niſi prodigere nouit, non autem augere. Sed ſemper de cumulo aufferre. Ita Pontifices. & ſacerdotes. profundunt gratias & indulgentias ſanguine Chriſti & martyrum congregatas & nobis relictas, vt non putent ſeſe neceſſe Habere, augere illum thezaurum, Nec aliter remiſſionem peccatorum. & regnum celorum acquirere, niſi illorum meritis. Cum tamen nemo poſſit participare communi bono. qui non etiam ſymbolum ſuum addiderit. Accipere enim de thezauro Eccleſie. & non etiam addere. eſt impoſſibile & fruſtranea preſumptio. [*Am Rande links:* .ui enim non laborat ..... non manducat Et ... non eſt ſotius paſſionum .. neque conſolationum erit] Verum ipſi putant ſeſe Habere in preſidio & promptu repoſitum Hunc thezaurum Vt quando velint, eo vtantur. ideo ſecuri tradunt ſe in omnia quę ſunt mundi. Quia Scilicet thezaurus ille permanet: Mundus autem tranſit, ideo cum vtrunque quęrant. prius mundum querunt, ne pretereat, poſtea abunde. cęlum ſibi ſupereſſe credentes. putant inquam (.1. ſic agunt. vt facto ita ſentire videantur. Et illũd Sap. 2. Dicere. Coronemus nos roſis antequam marceſcant. Vmbrę enim tranſitus eſt vita noſtra.

Sed timeo ne ſicut prodigis heredibus contingit, ita & nobis con-

tingat. ſcilicet productis & conſumptis omnibus bonis, mendicare & omnem neceſſitatem cum ignominia ſuſtinere. Non quod thezaurus Eccleſie. ſit conſumptibilis. Sed nobis dico conſumptibilis Eſt enim Infinitus in ſe. Sed non in nobis quia minor pars e participat. Talis etiam prodigalitas meritorum. Eſt etiam religioſis Qui ſuas fraternitates & indulgentias. per omnes angulo ſpargunt, tantum vt victum & amictum habeant. Quem ſi Habe rent, talia nihil molirentur Horribilis furor & cęca miſeri Quod nunc non niſi ex neceſſitate euangeliſamus, & non ex vo luntate. & copioſiſſimus talium nũmerus. O mendicantes men dicantes. mendicantes. At Excuſat forte quod Elemoſyna propter deum recipitis. & verbum dej ac omnia gratis rependitis Eſto ſane. vos videritis

De tali igitur tribulatione Eccleſie, intelligo Euangeli Matthe. 24. Cum videritis abominationem Quia mira proprieta verba in eam conſonant. licet ſic a Domino principaliter e intenta, non audeam aſſerere. Tũnc enim qũi ſũnt in Iũdę fugiant ad montes. Et Ve pregnantibus & nutrientibus *illis* diebus, ꝛc

Blatt 93a: Quia ſupra ps. 67. dictum fuit. Quod Geminatio eiusdem verbi vel ſententię in ſcrip. precipue antiquis ſignificat ſpiritũalitatem rej. que narratur vel vtrunque: immo ver vtrunque ſcilicet literam ſpiritu plenam Vt ibi Viuens Viuens ipſe confitebitur tibi (.1. Viuens in carne, ita tamen vt ſit ſimul viuens ſpiritu Sic & hic. Deus tu ſcis inſipientiam meam. V Hoc non de Inſipientia carnis vel peccato literali intelligas. addit Et Delicta mea a te non ſunt abſcondita. Vel ſimul de peccato exteriori & interiori. Vt Inſipientia intus. delictum foris. Vel propter geminationem ſententię. 2ª Inſipientia, intus & extra Duplex delictum ſcilicet extra & intus. Ita. Non confundantur & non erubeſcant. (ſi eſt idem verbum vt in hebr. patet Si autem non, (vt in gloſa.) ſtat ſua differentia.) Quia & interior & exterior eſt confuſio. & ſimiliter. interior & exterior erubeſcentia Ita & [3 *am Rande.*] Extraneus factus ſum fratribus meis. ſecundum exteriorem habitum & interiorem. & peregrinus eodem modo Quia iſta geminatio (.vts.) taliter notari Iubet

[*Am Rande links:* Vt ſic nec coram deo nec hominibus confundantur Sed vbique glorioſi ſint] Ita denique Cum in principio dixerit Infixus ſum in limo ꝛc quod de literali morte & carne intelligitur) Infra ne geminetur idem. Orat. Vt non Infigar in luto. q. d. ſufficit ſemel: ſecundum carnem. paſſio & mors non moriar & occidar ſecundum ſpiritum & animam: ſicut illi qui pereunt & damnantur: Illi enim pereunt ſecundo. & Infiguntur in luto ſecundo. Et non tantum moriuntur morte [ſecunda *ausgestrichen.*] prima Sed etiam ſęcunda. Nam ſicut eſt Mors prima & ſecunda. ita. & paſſio. profundum, limus tempeſtas omnia 2ª ꝛc Vnde hanc ſpiritũalem perditionem & mortem exponens addit. Neque abſorbeat me profundum, neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum, ſcilicet ne forte. claũſo ore inferni. exire nequeam ſicut damnati. Intraũit enim in infernum, qui aperuit os ſũũm: Sed non potuit os ſuum ſuper eum claudere & eum retinere. Sed patũit ej omnino ęgreſſus. Eodem [*so*] morte. os mortis ſuſcepit eum. Sed non potuit eum claudere. Sic & ſancti Intrant in mortem in os profundi. Sed non in ea claudentur. quia reſurgent a morte Et puteus inferni vel pugatorij [*so*] non poteſt eos abſorbere ac concludere. Sicut Impios. Quos demergit tempeſtas ſecundo (.1. corpore & anima.) ſimiliter & lutum & Aqua. Nam quando Impij & reprobi moriuntur vtroque moriuntur ſcilicet corpore & anima. ideo geminatio illa. eos deſcribit. Iuſti autem quando moriuntur ſolum ſecundum carnem moriuntur ſecundum quam etiam tandem euadent. Quare ipſi Infiguntur vt non Infigantur ſicut Chriſtus caput eorum

Tropol. autem Eſt. Quando Electi non permittuntur in peccatis deſperare. quando mortui ſunt & in limo peccatorum. Sed non abſorbentur in illis. Sed per penitentiam patet eis os Inferni & exitus.

Deus tu ſcis ꝛc

Hoc ideo dicit Quia Iudęi cum Chriſtum crucifixiſſent. putabant iam omnibus perſuaſum eſſe: ipſum eſſe peſſimum & maledictum a deo. & omnino Impium & ſeductorem Quia lex Dicit. Maledictus a domino qui pendet in ligno. Ideo ad hoc genus

mortis feſtinabant, vt eum, Deo oſtenderent odibilem. ac ſic ea
Concluderent authoritate legis. ipſum non potuiſſe perire t
morte, niſi Iniuſtus eſſet coram deo. Ideo dixerunt. Confidit
deo. Saluum faciat eum ſi vult. q. d. Non videtur quod v
eum vel voluntatem in eo habeat. Quia Maledictus a Domi
qui pendet in ligno. Ideo Ecce ignorantes quomodo eſſet m
dictus, Et verum quidem eſt. quod fuit maledictus a Domi
quia fecit eum pater maledictum pro nobis. Et vere prop
peccata mortuus eſt. Sed ipſi neſcierunt, quomodo eſſent
Deus autem noũit. Quare dicit Illi ignorant mea delicta.
autem ſcis .1. quomodo ſint mea non Intelligunt, . quia alio
fęci mea Non Intellexerunt etiam. Quod maledictio
non potuit totam perſonam abſorbere. Sed fuit abſorpta. q
deus erat nulli potens maledictioni ſubiacere. ſed tantumm
caro eius. Et ideo ſimul maledictus & benedictus, Simul vi
& mortuus: ſimul dolens & gaudens. Vt omnia in ſe abſorb
mala. & omnia ex ſe conferret bona Benedictus dominus no
Amen

Blatt 93ᵇ: [Cum autem ſit 2ᵃ Zelus ſcilicet Dej & prox
ſicut & Charitas, pulchre hic vtrunque exprimit dicens: ze
domus tuę .1. Zelus tũi & proximorum vt ſint tibi domus &
glorificeris *Oben am Rande quervor.*] Zelus Eſt nihil aliud.
ira, odium, diſplicentia ꝛc amoris vel amor iracundus: ideo
tantum pro obiecto habet. quos & amor. Et eſt nihil aliud,
odium, Inuidia vel diſplicentia mali vel vitii in eo quod dili
mus. Quare nullus poteſt Zelare niſi qui amat. preſupponit en
amorem. & in id obiectum agit in quod amor. Amor qui dili
bonum in eo & promouet. Zelus. qui odit malum in eo &
mouet. Inde dicitur deus Zelotes. Chriſtus in prophetis. Qu
maxime diligit Iuſtitiam & odit iniquitatem in ſuis fidelibus
Sed Zelus domus Dej. eſt excellentior alijs Zelis. ſicut Charit
excellentior alijs amoribus, Quia Charitatis eſt diligere & ve
alicũi bona non quecunque neque ad quodcunque. Sed ęter
bona. & ad ſalutem ſpiritualem. Sic Zelus diũinus vel ſpirituali
Eſt odiſſe vel nolle alicũi mala non quecunque nec ad quodcu
que. Sed mala ſpiritualia ad ęternam damnationem, Quia ſepi

ne iſta mala Habeat dilectus ſuus, irrogat ej omnia mala carnis & mundi. Sic Deus Zelat ſanctos ſuos. dum eis mala mundi infert, ne mala ſpiritus eis noceant. Ideoque valde pernicioſe & contrarie diligit & odit mundus. quam deus. [*Am Rande links:* Mundus { diligit bona carnis / odit mala eius]

Et talis Zelus hodie refriguit ſicut & Charitas. Et videtur etiam dominus abſtuliſſe ſuum zelum ab Eccleſia. ſicut per Ezech. 16. minatur dicens. Auferetur a te Zelŭs meus. Et amplius non iraſcar tibi. que eſt Horribilior ira eius

Comedit me (.1. rodebat, terebat, macerabat ſic ibi tabeſcere me fecit Zelus meus Et Vidi preuaricantes & tabeſcebam. Et defectio tenuit me

factum eſt mihi in opprobriŭm. ꝛc licet iſta in Euangelio non legantur Quod Ieiunium & cilitium Chriſti irriſerint, tamen ex quo omnia alia eius dicta & facta, riſerunt, contempſerunt, immo & quedam blaſphemauerunt: conſequens eſt quod etiam in his eum irriſerint. Nam Cum ipſe paupertatem predicaret & diceret. Quam difficile eſt diuitem intrare in regnum cęlorum. audiebant hec (ait lucas.) phariſej qui erant auari. & deridebant eum [*Am Rande links:* luce 16. Et eiuſdem. 8. puellam reſuſcitantem, deridebant Et Iſaie 28. Viri illuſores dicŭntur ſimiliter prouer. 3. &. 9. Et ps. 1. In Cathedra deriſorum non ſedit] Igitur ſicut in illo: ita in abſtinentia & veſtitu & omnibus eis contrarius fuit. Ipſi autem amabant Epulari ſplendide & precioſe veſtiri ſicut Epulo ille: Ideo peruerſi omnia peruerterunt Sed & membris ſuis idem contigit & contingit vſque Hodie: quod ſtulti a mundo reputantur. Quia non querunt ea que ſunt mundi Scilicet Epulas & veſtium pompas. Quod monſtrum adeo ſane Hodie inoleuit. vt qui inter nobiles non eligit cum Chriſto parabola & opprobrium eſſe, cogitur pro veſtibus & crapula (vt eis non diſſimilis ſit, in ornatu & gula) pene totam ſubſtantiam perdere & in preſſuram ire, Et Hi ſi qui ſunt. qui eos non imitantur: bene intelligunt & canere poſſunt Hos verſus operui in Ieiunio animam meam & factum eſt in oprobrium [*so*] mihi ꝛc. Nam Querelas multorum audimus: Quod vituperantur velut non

Homines: qui ſotietatem eorum vitant. ſic enim ſi dubio & Chriſto contigit. Et primitiuis fidelibus contigiſſe petrus teſtatur dicens 1 pet 4. Admirantur non concurrenti vobis in eandem luxurie confuſionem blaſphemantes. Si [so] Agatha. Anaſtaſia. paſſe ſunt [*Am Rande links:* ... unt e oportet confirmarj *Es iſt . tzt ſso der braüch*]

Verum Nota Quod ieiunium debet ordinarj non ad iact tiam. Sed Hũmiliaui inquit animam meam phariſei enim & Hi crite ſic Ieiunant. vt animam eleuarent in vnicam gloriam iactantiam. [*Am Rande links:* ſolum corpus humiliant]

Sic & illud credendum eſt, factum eſſe. licet Euangelium habeat. In me pſallebant qui bibebant vinum. Nam et mem ſuis ſimiliter contingit. Quod autem bibebant dicit vitium C ditatis notat & in vino, lautitias potus, Quia ſimplex refectio Scripturis. per Guſtare aquam vel panem ſolet exprimi. vt act. Et cum Eſuriret voluit guſtare. 2 Regum 17. Tranſierunt f nanter. guſtata paululum aqua.

Differunt Veritas ſalutis (.quia eſt fidelis impletio ſalu Et quod addit tuę. excludit ſalutem mundi carnalem.) Et S veritatis vel vera (.eſt ſalus ſpiritualis & ſolida contra hoc. q vana ſalus hominis.

Blatt 94a: Quoniam benigna eſt miſericordia ſicut in Gloſa dictum eſt. Tempore martyrum multum beni fuit miſericordia quia tribulatio multum amara. Et ſimil tempore Hereticorum. Nunc autem multo magis. Sed non paucis. Quia paucis apparet tanta Eccleſię miſeria in pace Quam dominus maxime fleuit. quando ſuper Ieruſalem fleui ait. Et nunc quidem in hac die tua, ſi cognouiſſes quę ad pac tibi. nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Ita ſi & cognoſceremus ea que nobis ad noſtram pacem ſunt, ſcil quia ſunt omni tribulatione priora ſine dubio aliter agere proinde vt dixi. Quilibet ſibi formet & faciat. maximam tribu tionem: Quia ſic ſcriptum eſt paraſti in conſpectum eo menſi aduerſus omnes qui tribulant me. Nemo vllo modo accedat ſac dos ad altare: niſi multis tribulationibus ſit onuſtus. & mu miſerijs refertus Sed quia pax & ſecuritas non ſinit nos t

videre. ideo laboremus & monſtremus. Quid conſyderare debeamus. vt multas miſerias videamus. vt ſic miſericordiam domini magnificemus & benignificemus. Nam non eſt poſſibile miſericordiam dej magnificare & bonificare. Niſi Quis magnificet & malificet prius miſerias ſuas vel eas tales agnoſcat. Non enim Hoc eſt miſericordiam magnificare, vt vulgo putatur. Quia deus parua putet peccata. Vel quia non puniat ea: immo Hoc eſt maxime miſericordiam eius extenuare. Quia qui paruum reputat malum, quomodo poteſt magnum bonum, quo illud tollitur? Ideo omne ſtudium noſtrum id eſſe debet, magnificare & aggrauare peccata noſtra. & ſic ſemper magis ac magis accuſare. Et aſſidue Iudicare condemnare Quanto enim quis ſe profundius damnauerit. & peccata ſua magnificauerit, tanto aptior eſt ad miſericordiam & gratiam Dej. Hoc eſt enim. quod Apoſt. prohibuit, vt nobis placeamus vllo etiam puncto Sed maxime & in omnibus diſpliceamus ac ſic cum Iob vereri omnia opera noſtra. Nam qui ſibi complacet, non poteſt in timore dej ſtare & ſine preſumptione eſſe. Eſſe autem ſine timore quid peius? Ideo ad ſummam diſplicentiam ſũi. etiam in bonis noſtris. tendendum eſt omni ſtudio

Primo itaque Conſydera omiſſiones tuas & hoc multipliciter. primo in naturalibus Quia. Vide an per ſingulos dies & horas in tota vita tua. Deum laudaueris & gratias egeris adhoc enim teneris ſtricto precepto. & Iure naturali. Nam cum ſingulis diebus & horis beneficia dej acceperis. ſcilicet vitam, eſſe, ſenſum. intellectum. Inſuper victum & amictum & miniſterium ſolis cęli & terre. & omnium elementorum, multis nimis varietatibus, manifeſtum eſt quod acceptis gratias debes Sed quis hic non videat infinitas omiſſiones & ingratitudines ſuas? Quis enim pro vna die ſatis gratias ęgit? Secundo in gratuitis perceptis ſcilicet ſacramentis & bonis Eccleſię: Quę non minus tibi miniſtrat quam totus mundus. cum ipſa ſit mundus quidam intellectualis Igitur vitam, ſenſum eſſe. intelligere. victum & amictum in ſpiritualibus, miniſterium ſolis Iuſtitię. cęli & terre & omnium que ſunt in Eccleſia. bonorum accipis ſine intermiſſione. [*Am Rande links:* Beati oculi qui vident que vos videtis. quanto deſy-

derio illi ea querebant in quibus nos ſumus] Et ecce Iam alt
vice ſupplantaris a beneficijs Dej & infinitas omiſſiones im
Infinities infinitas ingratitudines tuas vides. Quia per ſing
momenta infinita beneficia tibi offeruntur a domino. Et ſicut
vna buccella panis. ita nec pro vno verbo veritatis dignas pot
agere gratias. Qui autem iſta beneficia vilia putat. & omiſſi
illas non magnificat, nunquam vere humilis & ſibi diſplicens
Nec miſericordiam & bonitatem idoneus erit eſtimare. ſicut
eis ps. 91. dicit. Vir inſipiens non cognoſcet Hęc: & econtra
factis tuis meditabar. & meditabor in omnibus operibus tuis
Ha quot ſunt qui omnia fortuitu fierj putant. Neſcientes vel
credentes Hęc a domino ſeſe accipere. Et hęc quidem tan
de omiſſione gratiarumactionum.

[*Ausgestrichen:* Secundo Conſydera Commiſſiones] T
cio tandem omiſſiones preceptorum Dej non tantum quo ad
ſtantiam facti vel operum, Sed multo magis etiam. quo ad
litatem vel quantitatem. Quia diligere deum & proximum
Cetera. quoties offendiſti. Sed & ſi dilexeris maxime timend
Ne non tantum & taliter

Blatt 94b: quantum & qualiter. quo ad numerum & pon
cordis & affectus teneris. Sed quis definiuit tibi aut quis
dicet. quoties aut quam feruenter Hoc deus a te exigat?
vt ipſe ſolus ſibi Hoc Iudicium reliquerit. ac iam ipſe neſ
cogaris omiſſionum tuarum & numerum & modum ſeu menſur
Ac certe Hoc vnicum ſatis abunde. omnes etiam ſanctiſſi
vehementer humiliat & in timorem mittit: Nam Ipſe Iudi
Iuſtitias, & gladius Iudicij ſui bis acutus eſt ideo orandum Deu
quis intelligit? Ab occultis meis munda me domine. & ab alie
parce ſeruo. Sane omnia in pondere numero & menſur
deo fiunt ita etiam a nobis requirit Numerus eſt. quo
faciendum ſit idem. Menſura. quot vel quibus ſcilicet tibi p
ximis, deo pondus feruor & intenſio. Sed Quis proxi
menſuret quibus debes? niſi deus, Quis pondus niſi idem p
derator ſpirituum? Quis numerum niſi idem? Igitur Vide
innumeratas tuas omiſſiones & neceſſarium timorem ac hum
tatem

Quarto denique omiſſionem Zeli ad alios corripiendos monendos. Hoc eſt vniuerſa peccata aliena: que tacendo incurriſti. vel Scandalo tuo fieri fęciſti. Sed & hic neſcis. quoties quantum & quam grauiter delinquas,

Quinto tandem commiſſiones & prohibitionum tranſgreſſiones. Quę ſuum quoque numerum habent & non potes ſcire quoties quantum ꝛc.

Sexto omnium aliorum peccata. tanquam tua facere. & omnium miſerias ferre debes. Nam alter alterius onera portare debet. Sed cum iſta ſint. per omnem dimenſionem infinita. ſi hec recte. & cum affectu ponderabis. ac non aliter. quam ſi tua eſſent. cogitabis. Quomodo non dej miſericordiam maximificabis: Qui tot tibi peccata & miſerias indulget? Nam qui non ita facit omnium peccata ſibi communia, quomodo implebit legem Chriſti? quomodo imitabitur Chriſtum? Qũi ſic feciſſe ſecundum Apoſtolum ſuper hunc ps cognoſcitur. Quia non ſibi placuit. Sed aliorum imbecillitates & miſerias ſuſtinũit. Quia Improperia Improperantium deo ceciderunt ſuper eum. Ita & ſuper te cadere debent. & omnia ſuſtinere. & totum iſtum ps cum eo: tanquam tibi proprium orare Et Sic potes dicere. Quam benigna eſt miſericordia tua. Saluum me fac. quoniam Infixus ſum

Septimo quod pax & ſecuritas noſtri temporis. maximum eſt impedimentum quare miſericordia Dej ſit non multum bona aut magna. quia mala non ſinit viderj multa & magna. quanquam ſiquis ponderet, eo maior ſit. Quia tanto maior ira dej ſuper nos eſt: quam ſi auertere volumus, multo maiore inſtantia & timore & humilitate orandus eſt. quam tempore martyrum Nam ibi tanta confidentia orabatur vt etiam laudaretur deus in malis & gauderent in paſſionibus. Nunc autem non ſic. quia in pace & ſecuritate gaudere non poſſumus. Ideo orationes noſtrę modo, triſtitię tantum plenę ſunt, timore & afflictione aut ſaltem eſſe debent Quia longe factus eſt a nobis conſolator. eo quod longe factus ſit tribulator.

Octauo ſuper hec omnia potes flere amariſſime. quod pre duritia tua. talia non ſentis, nec moueris, nec afficeris. Cum quodlibet illorum tale ac tantum ſit, vt omnibus lachrymis non

poſſit ſufficienter deplorari Quare. ſi in illis gemere non potes Geme ſaltem quod gemere non potes. plora quod plorare non potes, triſtis eſto quod triſtis eſſe non potes, humiliare, quod humilis eſſe non potes, Time quod timere non potes & ſic de alijs. ſi forte vel hoc diuina miſericordia reſpiciat. & magnificet ſeſe ſuper te

Et Vt modum & manuductum magnificande miſericordię dei accipias. Conſydera aliquem vel aliquos. qui ſubito in peccatis ſuis occiſi vel mortũi ſunt. puto autem. Quod ſi ſanus es. nec acciperes totius mundi omnem gloriam, diuitias & voluptates Et ita perires. Etſi ſcires te ita periturum. & totius mundi precio. te. ab eo interitu redimere poſſes. libentiſſime faceres.

Blatt 95a: Diligenter obſecro intende. & affectum talium pereuntium tibi forma & Induę. Credo videbis horrorem ſuper horrorem: & magnam bonitatem Dej ęſtimares ſi te ſic eripere Et ipſe putas iam damnati. ſi eriperentur. quam immenſe magnificarent dej miſericordiam At nunc id adde. Nonne ſi illi perierunt, ſic tu potuiſti eodem momento. & per momenta adhuc ſingula, Et ſicut illi damnati luunt, ita & tu potuiſti. Quod autem non eſt factum aut non fiat etiam iam. Nonne Hęc eſt infinita abyſſus bonitatis diuinę ſuper te? An tam inſipiens es quod minorem eam reputas bonitatem: quia conſeruat: quam quia redimeret? Noli ita ęſtimare. Sed omnino finge tete iam eſſe damnatum cum omnibus demonibus, (Quia ſine omni dubio talis ex te fuiſti & es.) Et ideo eadem menſura: gratiam dej perdera preſeruantis te a damnatione: qua menſurares eam tete. ex medio inferno eruentis. Talem deuotiſſimam & efficaciſſimam meditationem Habuit Ezech. quando ait. Ego dixi in dimidio dierum meorum. vadam ad portas inferi Cum tamen nunquam intrauerit. Et .infra. tu autem eruiſti animam meam vt non periret. Ecce Erutam dicit: quę nunquam ibi fuit. Sed quia ex ſeſe. ad ibi deputata fuit. Et Dauid. De profundis Clamaui ad te domine. ꝛc Sic enim dominus deducit ad infernum & reducit Sic magnificat miſericordiam ſuam nobiſcum. Qui autem tali meditatione non exercentur. vilem reputant miſericordiam ſuam. Contra quos Iona. 3. [*d. i. 2 Vers 9.*] Qui fruſtra derelin-

quunt miſericordiam ſuam ꝛc Nam & ipſe tali affectu dixit. De ventre inferi clamaui ad te. Et omnes ſancti ita affectu prius cum domino moriuntur. & deſcendunt cum eo ad infernum. Et ſic tandem cum eo reſurgunt. & aſcendunt ad cęlos & mittũnt dona ſpiritus in alios. Hec autem omnia tropologice inquam. Nam moriuntur quo ad affectum & intentionem peccati. Et ſimiliter quo ad affectum penarum inferni deſcendunt in illum Et ſic omnes orationes ps. que in perſona Chriſti in inferno conſtituti clamantur. Clamantur etiam in perſona ſanctorum: affectu & corde in infernum deſcendentium. Sic Conuertantur peccatores in infernum omnes qui ꝛc Quare qui non cum Chriſto moritur, ad inferos deſcendit, nunquam etiam cum eo reſurgit & aſcendet, Vnde hic orat Erue me, libera me: Quę omnes ſunt affectuoſiſſimę orationes, etiam eorum qui ſunt in meditatione inferni: ſicut ſunt Chriſti: literaliter in inferno conſtituti. Sequitur Ergo Quod Mundaui homines Quia in bonitate ſua viũũnt: & non deſcendunt cum domino ad inferos. Sed potius aſcendunt ad cęlos. ipſi tandem deſcendent & non aſcendent Sic de ſanctis dictum eſt ps 106. Aſcendunt vſque ad cęlos. & deſcendunt vſque ad abyſſos anima eorum in malis tabeſcebat Hanc autem Tropologiam paſſionis Apoſtolus nobis in multis locis ſtudioſe commendat. Quia plurimum ad intellectum ſcripture conducit & vehementer ad bonum promouet. Sic enim vt dixi Et hoc exponit Chriſtus non ſibi placuit ꝛc Volens quod nos tropologice idem faciamus. ſcilicet affectu & meditatione omnium peccata Induere. & ſic Infirmitates Imbecillorum ſuſtinere & non nobis placere. Sed placere alter alteri in bonum, non in malum eius. In Edificationem non in Deſtructionem, Quod autem hanc auctoritatem ſic tropologice accipere debeamus. Audi magnum verbum. Quęcunque enim ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt ſcilicet moralem. Ergo & iſta de Chriſto ad literam dicta. nobis ſunt Moralis doctrina

Cum igitur noſtro tempore Reales paſſiones & tribulationes non habeamus, ſumme neceſſarium eſt vt ſaltem affectuales iſtas nobis inferamus. Vt ſic apti ſimus. quibus deus miſereatur & quos ſaluet. Ac ſic

noſtri ipſorum ſimus Tyranni Tortores, Heretici. ex-
citantes tales affectus qui nos perſequantur & ad m-
liora cogant. ne per pacem & ſecuritatem diſſoluam-
Quia pax & ſecuritas hijs affectibus omnino repugn-
& Voluptas valde impedit gula ꝛc [*Darunter in der Ro-
mitte die Signatur: D*]

Blatt 95ᵇ: Et ideo cum Iacob lugens deſcende ad inf-
Et Hoc tibi inſigne pone. Quando tepidus es. & non in inf-
cum corde tuo Scias ibi periculum tuum adeſſe Et pacem
ſecuritatem tibi inſidiarj ad interitum. Quare diu & nocte
taceat pupilla oculi tui. Et ne dederis requiem & pacem
(.1. ſecuritatem.) quia tunc repentine ſuperueniet tibi interitus
Igitur Chriſtus ſemel deſcendit. Et ideo eum ſequuntur om-
quocunqne ierit, precepit enim ſequi ſe debere. ſi autem
omnibus alijs cur non etiam in hac? Igitur Si queris ſig-
gratię Dej. & an ipſe ſit Chriſtus in te: Ecce non datur
ſignum, niſi ſignum Ione prophetę. Si ergo triduo in inf-
fueris: ſignum eſt Quod tecum Chriſtus & tu cum Chriſto
Quare ſumme timendum ne illud ad te dicat Ezech. 16. Quie-
indignatio mea in te Et auferetur Zelus meus a te Qua re
non eſt maior. Quia ſimul neceſſe eſt Charitatem auferri
Zelus aufertur cum ſint duo comites inſeparabiles ps.
In tribulatione dilataſti mihi. ſic econtra in ſecuritate, ſine dub-
conſtrinxiſti & artaſti mihi Et ps. 17. diſciplina tua ipſa me
docebit, ergo econtra pax mea, me dedocebit Vides ita-
quam vere periculoſa ſint tempora iſtius pacis & ſecuritatis. qua-
ad Timoth. apoſtolus deſcribit Nam omnia que ibidem ponit
pace & ſecuritate oriuntur. ſcilicet Cupidi, elati. voluptatu-
amatores ꝛc Ideo tanquam ſumme iratum deum cogita. & no
falleris. Quia Zelum eius in te non ſentis. Et Not-
Quod ſicut prima tempora fęlicia fuerunt quia diſci-
pline & tribulationis tempora fuerunt. Vbi Eccleſi-
maxime profecit Sic nouiſſima infęlicia. quia pacis &
ſęcuritatis tempora ſunt & erunt vbi Eccleſia maxim-
deficit & deficiet. Et vltima perſecutionum Eccleſię erit pa-
& ſęcuritas, ſecundum Apoſtolum Qui ait Cum dixerint pax &

ſecuritas, repente ſuperueniet eis interitus. Sicut Zodomitis & in Diluuio. Sicut denique Iudęis in Deſtructione ſua. Vnde & Apoc. 3. vltimo inter ſeptem Angelos ſcilicet Laodicię. imputatur. quod nec ſit frigidus nec calidus Sed tepidus. Hoc eſt in pace ſecurus,

Conclude igitur. Quandocunque non es ſic affectus, ſicut iam in inferno ardens & damnatus, vel vt iam moriens, non poteris Digne tales orationes dicere. Nec preſumas quod perfectus ſis. Quia quanto expreſſius & intenſius hunc affectum Induere potes, tanto magis proficis Et quanto frigidius, tanto magis deficis. Quare hinc optimam habes occaſionem humiliandi. Quia Quando non es in inferno vel morte, confidenter. potes timere iram dej. & nondum ſperare eius miſericordiam. Necdum enim dignus & aptus es vt miſereatur tui Sic In vitispatrum. dicitur Quod nullum diem aliquis poteſt explere, niſi eum nouiſſimum reputet. Ita nos addemus, Nec vllam horam vel momentum digne explebit, niſi affectuoſe eam velut nouiſſimam eſtimet. Talis enim humiliabitur & timebit Et ita Deus ej gratiam ſuam dabit Et requieſcet ſuper eum ſpiritus eius Vnde dicit Sapientia. Ego mater pulchre dilectionis, timoris & agnitionis & ſancte ſpej. Hoc eſt autem non tantum in affectu timoris agendum. Sed etiam in affectu ſpej & amoris. Vt ſicut nullus digne orare poteſt. orationes afflictorias, niſi vts dixi, in mortem & infernum eat. Ita econtra nec digne poteſt. laudes letabundus dicere niſi affectu ſpej aſcendat in cęlum. ac quamintenſius poteſt, ſeſe in medio angelorum & ſanctorum iam de facto eſſe reputet. Sic etiam amare (.Scilicet ſecundum ſpiritum.) niſi quis. Induat affectum domini Iheſu. Hoc eſt Cogitet. ſi ipſe quoque ſummus eſſet, nobiliſſimus, ditiſſimus, potentiſſimus & maxima charitate: pro hoſte ſuo vel viliſſimo latrone. ſeſe in omne malum & mortem traderet. Hoc quanto affectuoſius fęceris, tantomagis intelliges Charitatem Chriſti. & accenderis ad Charitatem erga eum

Blatt 96a: Dederunt in eſcam meam fel ꝛc Hoc Iudęi etiam allegorice fecerunt & faciunt. Quando veritati quę eſt Scripturis (ipſe Chriſtus ſcilicet.) poſtquam eam crucifixerunt & contorſerunt

in ſuum ſęnſum & ſuum arbitrium, miſcere tentant amaras gloſas, Inũidas & blaſphemas contra Chriſtum vt Moſes deut. 32 prophetauit. fel draconum vinum eorum. Veritas enim comedit nos & nos eam Ipſa eſca noſtra. & nos Eſca eius: Ideo cum ipſi deberent eſca eius eſſe: quos in ſeſe incorporaret. ſicut Chriſtus nos deuorat & tranſmutat in ſe. & ſumus Eſca eius. Sed facti ſunt fel, amariſſime perfidię. ita vt comedi non poſſint. ſicut ficus ille male & male valde apud Ierem. 34. [*d. i. 24.*] Vnde & dominus maledixit ficum que non habuit fructus & quod hoc non propter ficum Sed in ſignum fęcerit maledicendę Synagoge per hoc nobis Indicant Euangeliſtę. Quia dicunt non fuiſſe tempus ficuum, q. d illa ficus non meruerat maledictionem. Sed illa quam ſignificabat. cuius fructus eſuriebat · Sic etiam nos ſumus potus Chriſto & veritati & veritas ac Chriſtus. econtra potus noſter. Quia Epulamur cum domino in mutuo conuiuio pinguiſſimo ipſe nobiſcum & nos cum illo. dum inuicem incorporamur. Sed Iudęi facti ſunt acetum & corruptum vinũm & Inueteratum per Infidelitatem Ecce quam magnum ſacramentum illi impii neſcientes contra ſeipſos perpetrauerunt. Dominus *enim* cum guſtaſſet noluit bibere. Quia veritas ſcrip. & fidej non recipit eos. nec gloſas eorum. Sed potius moritur & extinguitur in eis

Horum furorem per omnia imitantur Heretici. Qui ſimiliter veritatem potant felle ſuę perfidie. & aceto ſui ſuperbiſſimi ſenſus. Sed non recipit eos lingua & guttur Chriſti. Quia Doctorum ordo ſentit amaritudinem fellis draconis. & ideo reſpuit eos cum ſuo felle & aceto Sed & omnes qui in malitia & preſumptione peccant & ſacris participant in peccatis ſimiliter faciunt. Quia volunt domino incorporari & potare eum Sed non poſſunt Et horum Hodie grandis eſt numerus vt omnes qui in ſuperbia & Inuidia, luxuria, ira, cum propoſito accedunt ad ſacramentum Eccleſie. Vel preſumunt ſaluari Sed reſpuit eos Dominus ſicut Hereticos & Iudęos. Scilicet quam diu tales ſunt. Si enim emendarentur. vtique eos biberet & ipſi eum. Sed inter eos nullus eſt talis Ideo Iuſto Iudicio ſtatim ſequitur

Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum.. Hic Signanda eſt Notabilis Quod omnes vindicte & imprecationes &

maledictiones ſiue Iudęis ſiue alijs, in ſcrip. predictę. ſecundum tropologiam ſunt ſaluberrime & optantiſſimę [*so*] vtilitatis. ſicut Apoſtolus Ro. xi. innũit dicens Nolo vos fratres ignorare myſterium hoc, vt non ſitis ſapientes apud vosipſos. Quia Cęcitas contingit ex parte in Iſrael ꝛc Ecce myſterium hoc ait eſſe. vtique ſalutare, nobis ſcilicet licet [*so*] non illis Et ſic tales maledictiones non tam ex ira prophetantur. quam ex ſumma Charitate nobis impetrantur. Igitur in me ſit iſta maledictio moraliter intellecta Menſa ſiue ſcrip. ſiue Sacramentum altaris, ſiue refectio corporalis, fiat in laqueum vt capiat me ſecundum carnem, & liberet ſecundum ſpiritum. vt comprehendatur peccator in operibus ſuis Et in retributionem ſcilicet vt caro peccati ſubijciatur & humilietur Iuſtę. que dominata fuit ſpiritui Et faciat ej ſpiritus ſicut ipſa fęcit ſpiritui. Quia filia iſta Babylonis Miſera. Beatus qui retribuit tibi retributionem tuam quam retribuiſti nobis, vt cum Sanſone dicamus ad iſtos quinque ſenſus ſatrapas paleſtine (.1. carnis.) Sicut fecerunt mihi ſic feci eis

Blatt 96b: Et in ſcandalum. ſcilicet vt ſemper offendat & nunquam proficiat Sed peior fiat eius poteſtas & infirmior Obſcũrentur oculi, (ſcilicet concupiſcentie). vt non videant vanitatem Sed ſinant ſpiritum videre veritatem. Et dorſum eorum ſemper Incurua. vt non erigat ceruicem contra ſpiritum, nec leuet calcaneum ſuum contra eum aut incuruet eum Effunde ſuper eos iram tuam — ſcilicet Ieiunando, caſtigando, affligendo, frigus, eſtum, famem, ſitim, nuditatem. homines perſecutores verbo & opere. Et furor irę tuę comprehendat eos (.1. vt euadere non poſſit Sed omnino mortificetur. & crucifigatur. Fiat Habitatio eorum deſerta (.1. nullum peccatum. nulla delectatio: nihil mundanum aut carnale in ſenſibus moretur, Sed ſint deſerti Et in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet. Pereat omnis cupiditas carnis & in eius membris, non relinquatur. motus peccati. Et Hanc Tropolog. Apoſtolus Ro 6 .8. & 7. pulcherrime deſcribit. Vbi dicit Quod non regnet peccatum ꝛc.

Aliter etiam ſic poteſt ſalutariter intelligi Scilicet. Quod tales impij. agnoſcat [*so*] tantas vindictas ſuper ſe veniſſe & im-

pendere. Immo & quilibet ſanctus timeat ne ſint ſuper eum Et ſic illis Agnitionem. His timorem adde in Expoſitione illorum verſuum vt ſic. fiat menſa eorum (.1. vtinam agnoſcant vtinam reueletur eis, vtinam intelligerent & ſaperent. quod menſa eorum eſt eis in laqueum Quia enim ſic futurum preuidet et optat vt & ipſi ſic nouiſſima preuideant. ſecundum illud Moſ deut: 32. Vtinam ſaperent & intelligerent ac nouiſſima preuiderent. Sic enim fit menſa eorum in ſchandalum, quando eis non fit autem eis, quando ipſi intelligunt [*Am Rande links:* quando enim non cog .. ſcitur aliquid eſſe ſa ... m nondum ei vel .... eum, factum eſt ... autem apud eum, quando ... oſcitur factum eſſe] Quia vt ſepe dixi mos eſt ſcripture: loqũi & apparere ad modum eorum, quibus fit Ideo & hic, fiat, dicit: cum ſine dubio ſit aut ſicut eſſet. ita certe futura erat. Sed nondum eis fit aut facta eſt. Sic de ſequentibũs ſimili modo

Secundum Timorem. autem vt ſic. fiat menſa eorum [illegible] ſic timidi fiant & metuant, ac ſi menſa eorum ſit eis in laqueum vt ſic per humilitatem. & timorem, non fiat eis laqueus. [*Am Rande links:* ... enim timetur ta... eſſe. iam ej factum .ſt tale Quia ſine dubio. ſi preſumunt & non timuerint. Ipſa preſumptio fit laqueus vel facit laqueum ex menſa iſta. Eſcam enim dedit timentibus ſe. Non timentibus autem. Eſcam non Sed laqueum Quia vts. Niſi Quis deſcendat ſemper in infernum affectu a timore, non erit in ſecuri [*so*] ſtatu. Qui enim ſecurũs eſt minime ſecurus eſt. Et qui timidus & pauidus eſt Beatus eſt, quoniam minime pauebit

Hinc credo. quod tanta abominatio abundet Crapularum. & luxuriarum. Quia nec ſpiritualem nec corporalem menſam timemus in laqueum nobis fierj. Quia non cum timore ſumimus cibum ideo mox capit ipſe animam noſtram & illaqueat, in titillationem carnis, in multiloquia, in leuitates & alia portenta ſine numero (.1. in retributionem & in ſchandalum, Et tunc mox oculi obſcurantur. ad Videndum diuina. Et dorſum (.1. caro Incuruatur ad concupiſcentias ſuas & alia que ſunt in mundo Sed cum Hoc omnibus alijs contingat in menſa ſua: quam maxime Clericis & religioſis id contingit. Quorum menſa, cum ſit aliorum ſudor &

peccata incomparabili timore timenda ſit, ne ſit in laqueum. Vere non tantum in laqueum Sed in laqueos potius erit. Quia & alienis & proprijs peccatis irretiuntur. O vtinam & nos intelligeremus & ſaperemus ac nouiſſima preuideremus. Quoniam iſte imprecationes non alibi, nec inter Iudęos nec gentes (.quo ad menſam corporalem.) ita abundant. ſicut apud ſacerdotes & religioſos hodie. Qui etiam ipſi comprehenſi a furore irę dej ſunt, vt non videant, nec videre velint ſeſe in ira dej eſſe

Blatt 97a: Quod dicit Effunde iram tũam, ſignificat ſine omni miſericordia iram ſeũeritatis. Nam ira bonitatis non eſt effuſa ira Sed vix ſtillata. quia effuſio gratie eam mitigat. quam effudit in nos abunde ſecundum Apoſtolum Oleum enim effũſum nomen tuum. Si autem Stilla irę dej dicitur: omne illud quod ſancti patiuntur ſcilicet mortem & omne malum huius vitę: Qũid erit effuſio? O O o. Quis noũit poteſtatem ire tuę pre timore tuo? Sic Mich. 2. Et erit qui ſtillet populo huic .1. promiſſor bonorum temporalium Sepe enim in prophetis. Stillare. pro mala huius mundi prophetare accipitur. Quia ſicut populo Iudaico bona mundi promiſſa (que ſunt ſtilla ad bona ęterna.) ita & mala mundi eis communicata ſunt ideo prophetę ſtillare eis dicuntur. Chriſtianis autem promiſſa ſunt bona ęterna & mala ęterna. Ideo nunc non ſtillat Sed effundit vtrunque in Chriſto & Apoſtolis ſuis. [*Darüber:* per Cataractas, Et per cęlos tonitruat nunc *Und am Rande rechts:* Et aperũit cataractas celi Et abyſſus ... Inuocat.] Sicut enim Nomen eius effuſum eſt, ita & obliuio eius. Et ſicut Exinaniũit ſe ad nos. omni bonitate, Ita exinanit ſeſe omni ira. ſuper nos, Et ex menſura bonorum ſemper pendet magnitudo malorum Et promiſſa & minę mutuo ſeſe clarificant & oſtendunt.

Idem eſt quod ait. Et furor ire. vel ira fũroris ſicut alibi Et ira indignationis ps. 84. Eſt mera ira, ſine mixtũra miſericordię. Non ira bonitatis Et comprehendit (.1. totaliter inuolũit vt nullis modis exire poſſint. Quia in inferno nulla eſt redemptio

Quoniam quem tu percuſſiſti. Hic ratio aſſignatur tantę vindictę. Quia non preciſe ideo quod Chriſtum crucifixerunt, quia orauit pro eis. & potuit eis dimitti ſi vellent. [*Am Rande rechts:*

ſecundum illud Zach. 1. Ego iratus ſum parum, ipſi vero ad-iuuerunt in malum] Sed quia non ceſſauerunt eum perſequi etiam mortuum & reſurgentem in membris ſuis, percuſſus enim fuit a patre Iſaie. 53. Sed ſi tunc ceſſaſſent ipſi: quando pater ceſſauit eum percutere. Et eum glorificaſſent, quando eum pater glorificauit, omnia eis ſalua fuiſſent, Nunc autem glorificant eum patre, ipſi nolunt, & nihilominus eum perſequebantur. Vnde dixit ad eum qui erat illorum vnus Inſignior. Saule Saule quid me perſequeris. Igitur Quod vindicta iſta ſuper eos fuit, ex mera voluntas eorum. Nam deus voluit ſaluare eos. Sed cum nolint: ideo non poteſt deus eos contra eorum voluntatem. quare ſic neceſſario ſequitur vindicta, quia voluntatem ſuam non mutant. Et ex iſto patet. Quod iſta vindicta non eſt definite & abſolute ſuper eos Sed conditione voluntatis ſuę ſtante. Sic enim Apoſtolus Ro. xi. Sed & illi inſerentur, ſi non permanſerint in incredulitate Sequitur. Et vt affligerent vulneratos meos narrabant ſiũe Et ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt. Vulnerati Chriſti ſunt omnes ſancti eius, quia portant crucem eius tropologice ſunt vulnerati verbo euangelii & percuſſi a domino (ſicut Caput eorum) ſecundum carnem. Quia mortificant ſeipſos, caſtigant & affligunt Iugiter in humilitate & timore Dei in paupertate & contemptu. Hęc autem eſt percuſſio Dej miſericors & paterna. Tales autem ſic afflictos, humiles, & vulneratos Chriſtj. Iudęi non ſolum non ſunt miſerati. vt dignum fuit. Sed inſuper perſecuti. addentes ſupra id quod Deus perſequutus eſt eos. Vnde Iob. Miſeremini mej ſaltem vos amici mej. Quia manus Domini tetigit me. Quare me perſeqũimini ſicut Deus? Et carnibus meis ſaturamini (.1. lacerando me ſecundum carnem. expletis iram veſtram Sic enim Quilibet ſanctorum eſt. Quod pelli eius conſumptis carnibus adheret os eius. ſcilicet per concrucifixionem Chriſti & compaſſionem. Et ſic fiunt pelles Salomonis. Hos ergo compunctos corde mortificare [*Darüber:* ps. 108.] Eſt cauſa quare non poſſunt conuerti & ſaluarj. Conuerterentur autem. ſi deſiſterent. Amos. 1. Super tribus ſceleribus & ſuper quattuor non conuertam eum ꝛc Nec enim poteſt, Quia peccat peccatum

Blatt 97b: in mortem ſcilicet ter & quater .1. ſepties. qui eſt numerus vniũerſitatis quia ſine fine peccant Sicut per ſe totum tempus voluitur. Horum ſtudia imitantur Hęretici. Qui Eccleſiam pro malis afflictam. & in ſuis paſſionibus cum Chriſto crucifixam. cui deberent compati & condolore Inſuper diſcindũnt. & ſecant pregnantes Galaad. ad dilatandum numerum ſũum ac ſic magis addunt ſuper dolorem vulnerate ſponſe Chriſtj
Sed & hi quoque eos imitantur. Quia ſacris miſcent ſeipſos. in peccatis preſumptuoſe. & vniuerſaliter omnes, qui peccant ſcienter. Quia in his omnibus, affligitur Eccleſia. ſupra id quod ſecundum carnem affligitur. Quia minuitur nũmerus eius & infirmatur & vritur Et hodie pontifices addunt domino ſuper dolorem vulnerum eius

Appone iniquitatem ſuper iniquitatem ꝛc. Hoc vts intelligendum eſt. Si ſic permanſerint Quia vt tales non poſſunt intrare in Iuſtitiam dej, ſicut tamen preſũmũnt omnes eiuſmodi putant enim ſe obſequĩum preſtare deo: in iſta iniquitate ſũa. Et ergo contra eorum ſuperbam preſumptionem loquitur iſte verſus q. d. Noli approbare eorum opera, neque pro Iuſtitia eis reputes. quecũnque faciunt, Sed Imputa eis ſemper pro iniqũitate per omnes ſucceſſiones eorum Sic enim apponit deus iniqũitatem ſũper iniquitatem eorum. Quando poſteris eorum patrum facta imitantibus: ęque pro iniquitate impũtat. ſicut patribũs,
Secundo Quando tradit eos in ſenſum reprobum, vt continũe peiũs proficiant in perfidia ſũa. & maiora contra Chriſtum machinentũr Myſtice autem addendo predictis. Quoniam quęm tu percuſiſti perſecuti ſunt (.quia ſpiritum contritum & Hũmiliatũm, titillant & moleſtant motus ſenſuales. & ſemper nituntur eum perdere. Et ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt (.1. ſuper contritiones meas quibus ſpiritualiter pro peccatis gemiſco, etiam ſuas vexationes. ſenſus moleſti addũnt. Dum me ad gulam luxuriam, iram, ſuperbiam, accidiam & reliqua opera carnis [*so. Und am Rande links:* . unc etiam additur .. lor ſuper dolorem ... rurſum poſt ... am peccatũr. quia ... bra ſunt occiſa .... rucem Chriſti & ... ta: ideo ea reno .. re Eſt paſſionis .. riſti cauſam reno .. re] Appone

iniquitatem ſuper iniquitatem .1. pũnitionem & deteſtationem & caſtigationem eius magis ac magis. & imputa & imputare me fac carni etiam leuiſſimos motus, in malum. Et velut maximum malum doce me reputare eius ſuggeſtiones. Et non Intrent in Iuſtitiam tuam. Non ſinas me. aliquid carnale reputare, tanquam tibi gratum, tanquam Iuſtum & ſanctum coram te. Sic enim & Iob. 3. maledicitur & petitur non numerari Caro cum ſenſibus ſuis, vt ſpiritus ſalũũs fiat. Deleantur de libro viuentium. (.non appareant. quaſi opera vitę & ſalutis. Et cum Iuſtis non ſcribantur Sed diſcernantur ab eis, tanquam iniquiſſimi. Sed quam rarus iſte Zelus ſuper carnem Habetur. facile enim nobis Indulgere ſolemus. & mitius carnem reprobare cum motibus eius Sicut filii Iſrael. Iebuſeum & Chananeum, non expulerunt de finibus ſuis Quia omnino non diſplicuerunt ſibi in illis Sed placuerunt eis: ideo inter eos permixti manſerunt

Eodem modo. Quo ad agnitionem & timorem vts. ſcilicet vt agnoſcantur & timeantur perſequi ſpiritum & ſuper dolorem *eius* addere vt fugiatur. Et Apponatur ꝛc (.1. ſemper magis ac magis cognoſcatur iniqua, quanto clarius cognoſcitur ſpiritus. Quia qui proficit in amore ſpiritus. etiam in odio carnis proficit. Et inuenit in ea ſedum & iniquum, quod prius non Inueniebat. Et ſic non permittit intrare & miſceri aliquid ex ea. ſibi. Sed omnem tepiditatem & motum eius damnat & deteſtatur & accuſat. & cum bonis non ſcribit. Nec nũmerat inter benefacta. Et Hinc *enim* ſequitur maxima Humiliatio ſũi: Quia in omni opere bono. vix deeſt caro in aliquo. Et ſic efficimur nihil. Scientes quoniam in multis offendimus omnes. Ne aliquis in ſua merita confidat Sed deteſtetur. Sic etiam Appone (.1. fac timerj a me carnem meam. tanquam eam. que ſemper nititur apponere iniquitatem ꝛc

Blatt 98ᵃ: Ad principium psi

Iſti tres primi verſus. 4ꝛ intelliguntur. primo ad literam de Chriſto paſſo. Secundo de ſanctis martyribus membris eius exemplum Chriſti ſequentibus. & ſimiliter in carne paſſis. Quia ſunt cum eo infixi. vt non Infigerentur. Tercio Tropologice.

ſcilicet vt agnoſcat ſe Chriſtianus eſſe in peccatis. & miſerijs. & ſic humiliatus in ſpiritu hanc deuotiſſimam orationem faciat. Nam quod nobis videmur. eſſe ſecuri. & extra limum profundi, non ideo eſt. quod vere non ſimus ibi. Sed quia non videmus nos eſſe. nec agnoſcimus Apoc. 3. dicis quia diues ſum & locuples & neſcis quia miſer es & miſerabilis. Et hoc ſatis ſupra expoſitum eſt ad iſtum verſum Benigna eſt miſericordia tua. Sic enim miſeriam ſuam agnoſcere debet quilibet. Et quaſi in inferno cum Chriſto deſcendens Clamare deprofundis Quarto Eſt prophetia de miſeria Eccleſie, qua videtur noſtris temporibus currere. de qua 2 timoth 3. In diebus nouiſſimis erunt homines ſeipſos amantes ꝛc. Sic Aquę ſunt vts Eodem modo & ſequentes verſus duo poſſunt 4ʳ intelligi vt ex dictis facile colligi poteſt. Quia rauce facte ſunt fauces & defecti oculi Chriſto & martyribus corporaliter. Tropologice autem. agnouerant. Quod eorum oratio & oculus coram deo nihil ſit. Et 4º Quod in temporibus noſtris vere per peccatum ſic contingit. Et contra hoc 4ᵗᵘᵐ infra orat. Eripe me de luto vt non Infigar. ſcilicet in peccatum. vel non in eo perſeuerem. Nam quando pre abundantia iniquitatis pauci erunt docti & contemplatiũi. tunc deficient oculi. Quando autem inefficaces predicatores. & tepidi orantes & cantantes. tunc rauce erunt fauces. Sicut Iudęis contigit Quibus Chriſtus & tota veritas mortua eſt. Nam omne malum quod Chriſtus ab eis paſſus eſt: eis obtigit ſic quod oculi ab eis defecerunt, & rauce facte ſunt ꝛc Sic fiet omnibus & ſit. qui crucifigunt filium dej in ſe Sed Beati qui tropologice hoc faciunt, Vt ſicut Chriſtus mortuus eſt: ſic ſibi etiam moriantur. ſibi deficiant oculis. & voce. Quia qui ſibi videtur liquide canere. velut luſcinia coram deo. eo ipſo ſic raucus aſinus rudit & nihil eſt. Qui autem ſibi raucus & rudis videtur, eo ipſo optime placet deo. [*Am Rande links:* Vel quia ſecundum carnem & mundum canere, debet raucum putare coram deo (Vt ſic mundo per omnia ſit crucifixus & mundus ej. Quando autem vox mundi tibi rauca èſt, tunc eſt tibi crucifixus & econtra] Vnde Canticis Sonet vox tua in auribus meis. Non autem in auribus tuis, Sed meis: Quia noli teipſum audire & non tibi placeas. Sed diſpliceas tibi vt

mihi placeas. Sicut qui ſibi viuere videtur & aliquid eſt, ipſe ſe-ſedūcit. Sed qūi ſibi mortuus videtur & nihil eſt in oculis ſui-. ipſe viuet coram deo. Vnde Apte verbum Apoſtoli Ro. 15. quaſi totum pſalmum tropologice exponit. Arguit enim a litera ad tropologiam ſic Chriſtus non ſibi placuit. Sed ceciderunt ꝛc It. nos non debemus nobis placere Sed diſplicere. Et ſuper nos cadere Improperia dej. que nos & alii fęcerunt in deum. Et ſi nos debent humiliare vt ſic tam noſtra quam illorum infirmorum portemus infirmitates ſicut Chriſtus portauit. corporaliter nō moraliter ſeu affectualiter Et quod iſta conſequentia a litera ad tropologiam bene valet. probat ſic. Quecunque enim ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam (.1. tropol.) ſcripta ſunt ꝛc

Subſtantia vts Ambitioſorum eſt gloria, diuitum. diuitie, Guloſorum. Eſca & venter. luxurioſorum voluptas. Has autem ſubſtantias. Chriſtus per ſuam non ſubſtantiam, omnes deſtruxit: ꝛ fideles in illis non ſubſiſtant nec confidant. Sed ſint ſine ſubſtantia. habeant autem fidem pro eis, que eſt ſubſtantia alia ſcilicet ſubſtantia dej Sicut Mors Chriſti deſtruxit vitam glorię diuitiarum vt in ea non viuant neque ſubſiſtant. Et ſic non ſubſtantie ſimiliter. 4ꝛ poteſt accipi primo ad literam de Chriſti naturali vita. 2° martyrum ſimiliter. 3° Quod agnoſcunt ſeſe non habere ſubſtantiam fidej vel timeant Et videant quoniam omnia que ſunt in ſe & in mundo ſunt non ſubſtantia. Sed limus profundi. O felix qui hoc videre poteſt. quia talis facile contemnit ea omnia & aliam ſubſtantiam querit. Cui enim honor & diuitie & voluptas non eſt ſubſtantia: Et tamen ſe in eis eſſe videt. ſine dubio contritus eſt ſpiritus eius & anxius. Et fit contemptor glorie. pauper. & afflictus 4to prophetice quod pre abundantia iniquitatis ſubſtantia fidej peribit. ſicut dominus predixit putas Inueniet fidem in terra

ps. 69. [Hebr. LXX.]

Blatt 98b: Defecit iſta Vox plurimum in Eccleſia. deus in adiutorium meum intende, licet aſſīdue ad literam verſetur labijs & ſono. Nunc enim deum Accaron Inūocant Et adeo in adiutorium gladii & ſęcularis potentię confiditur. vt etiam cum ſummis

regibus & principibus de gloria belli contendere audeant. Si quis tempore martyrum talia prophetaſſet in Eccleſia futura quod propter temporalia, etiam pontifices. patres animarum: tantum ſangũinem eſſent effuſuri Chriſtianorum vtrum laudaſſent? Et quidem Apoſt. 1. Corin. 6. dure argũit. Quod non magis fraudem paſſi fuerant. & propter eſcam & victualia litigia habuerant. Nunc autem bella. & quidem cruentiſſima. atque ab ipſis ſummis, qui ea ſicut Apoſtolus hic facit ſedare debeant dicit. Eſca ventri Venter Eſcis. forte licet eis. Sed nunquid ideo expedit? Et quis ſcit ſi licet? Quod autem non expediat manifeſtum eſt. Sed & religioſi verſi in contentionem in inũicem. iam potius principes Inuocant: & deſcenderunt in ęgyptum ſperantes auxilium in pharaone: dominus autem dicit Aegyptus homo & non deus. Et equi eius caro & non ſpiritus. ideoque peſſime habent

Confundantur ꝛc. iſta verba. ſi ex affectu dicuntur & imprecatiue: tropologice accipienda ſunt ſcilicet in bonum eorum. Quia malũm non eſt optabile ſibipſi, neque aliis. niſi occaſionaliter ad bonum. Vt ſcilicet ſeipſos agnoſcant confuſos. Vel certe vt a deo intus, vel hominibus aliquam foras patiantur confuſionem & ſic erubeſcant. Vnde non ſuffęcit ſibi dicere. Confundantur Sed addidit & reuereantur. quia confuſionem non optat nudam & infructuoſam. Sed vt ea intellecta erubeſcant, Multi enim confunduntur. Sed non erubeſcũnt. Exempli gratia. Omnes nos audimus verba dej. audimus Exempla ſanctorum. Videmus alios nobis meliores, Et talia omnia ſunt nobis in confuſionem Sed tamen non erubeſcimus: Ideo petit hic vtrunque. vt confundantur. & etiam reuereantur Vt nobis non ſit frons meretricis. Impudens, que etiam gloriatur in confuſione & ignominia ſua ac nihil reueretur. Igitur pro nobis ipſis iſtum deuotiſſimum, orare poſſumus. Quia confundimur quidem per ſingula momenta [*Am Rande links:* ... llud ps. 43. orare .. leamus. tota die .. recundia mea ..... me eſt. operuit ... fuſio faciem . eam.] Sed non reũeremur neque erubeſcimus: Et ideo neque confundimur quia non agnoſcimus nos confundi, in mediis confuſionibus poſitj. Quapropter Scriptura, que ſic loqũitur ſicut auditor eſt diſpoſitus: petit hic nobis fieri confũſionem: cum talis nunquam deſit nobis:

Sed vt intelligamus eam. Qua intellecta ſequetur reuerentia. Et Hoc meo ſenſu, vult titulus: ſcilicet Ad recordandum (.l. vt ad cor redeamus. & intelligamus confuſionem noſtram, quę circunſtat nos quia obliti ſumus noſtri & dej.) Nullus enim poteſt ſui recordari vel dej, ſine confuſione & erubeſcentia Et ideo quando non ſumus in confuſione & rũbore, ſignum eſt, quod noſtri obliti ſumus Et opus eſt orationem huius pſalmi legere ad recordandũm. Sic Tyranni & Heretici omnes

Quod autem abſolũte dicit ad recordandum: non huius vel illius. Indicat. Quod omnium que obliti ſumus recordandum ſit que tamen ſunt in iſtis duobus. ſcilicet Deus & nos ipſi

Secundo ſcilicet iſta verba non ex affectu & imprecatiue. Sed tantum intellectu. & prophetice dicuntur. non vt ſic fiat. Sed quia ſic fiet. ſecundum b Aug ps preced. Et hoc illis qui nolunt ſalubriter confundi & erubeſcere. Quia continget illis Quod intelligent confuſionem & erubeſcent in inferno vel morte Sicut Iudęis contigit. Quorum confũſio Eſt in toto mundo. & erubeſcentia ſimiliter

Quod autem ter idem videtur repetere. & Sexies optat erubeſcentiam. perfectam poteſt ſignificare erubeſcentiam. Quia ſenarius perfectũs eſt numerus Sed aliud eſt in cauſa me videre Quia non vtitur eiſdem verbis per ſingula. Sed primo Confundantur & reuereantur quod proprię tyrannis ſuperbisque in ſęculo poteſtatibus congrũit, quę Eccleſiam perſecutę ſunt: & ſibi fortes & ſapientes & recteagentes viſi ſunt, Sed poſtea confuſi inceperunt reuereri & cum timore etiam pudeſcere. ſicut Iſaie. 41. predictum fũit: Confundentes ſuper omni fortitudine ſua.

Blatt 99a: Secundum Hereticis: quos non vexat niſi ſuperbia ſpiritualis. quaſi ſanctiores aliis ſint: ſibi videntur. alios omnes preuertiſſe & prędecedere longe. in ſanctitate & ſapientia etiam ſpirituali & Chriſtiana: Sub nomine enim Chriſti, eadem (.qua gentes & perſecutores.) opinione. fortes, ſapientes & recteagentes Ideoque tales quia minimũm profęcerunt: optandum eſt. vt reuertantur & retrorſum auertantur a ſuo profectu, ad initia ſalutis. Aũertantur a ſuo ſenſu & opinione vt ad Chriſtum conũertantur: cum erubuerint de ſua ſuperbia. & intellexerint, Quoniam eorum

ofectus non fŭit profectus Sed auerſio a Chriſto. ideoque Aŭerntur retrorſum. (.1. a ſuo propoſito redeant. Vel intelligant ſe agnoſcant ſeſe aŭerſos a Chriſto

Tercium autem. noſtris & noŭiſſimis temporibus congrŭit bi tepidi & preſumptuoſi & Schandaloſi abundant, quos omnium fficillimum eſt ad meliora promouere. Mox enim reuerberant ı nos doces? Quis oſtendit nobis bona? Hi in ſecuritate & ce perambulantes, omnem conatum in ſe & in aliis erga ſeſe. ident Et dicunt vah vah ita vt proprijſſime verſus iſte tales primat: Qui non credit tales nunc abundare Experiatur. Ego vtroque ſtatu ita expertus ſum, vt hanc vnicam maximam mper putauerim Eccleſie ruinam & miſeriam. [*Am Rande links:* t vulgus quoque ſaltem facto irridet verbum Dej] Hinc enim t Quod nec monaſteria, Nec collegia. Nec Eccleſie Cathedrales, lam velint recipere diſciplinam, Et quod multo peius eſt. Alter b altero adeo dedignatur erudiri & perfici: vt ſi non ab ipſis rimum proceſſerit verbum atque diffinitio. digniores ſeſe putent. uam vt ab alijs recipiant: Et irriſores tantummodo fiunt Quid rgo contra iſta portenta agat Eccleſia. niſi quod dicat Auerantur ſtatim erubeſcentes qui dicunt mihi euge euge? Et ad hoc on viribus ſuis nixa: domini inuocet manum. d. deus in adiutoium meum intende: domine ad adiuuandum me feſtina? Vel vt a heb. domine ad protegendum me (.ſcilicet ne tantum noceant ihi. vt perſeuerem ab eis.) ad adiuuandum me feſtina (.ſcilicet t Auertantur ſtatim ꝛc Et Hŭic tercio addidit ſtatim .1. elociter. quia maximum malum eſt. & inteſtinŭm valde in omni ollegio, ideo niſi mox curetur. vehementer diffundit contagium uum, vt putent non neceſſe eſſe adeo feſtinari. Ideo Auertantur cilicet a tali ignauia ſua. Vel ſeſe agnoſcant a domino auerſos t ſic ſaluentur. Quare licet hi tertii idem quod primi & ecundi faciant & illi idem quod iſti. omnes enim tales querunt nimam Eccleſie & volunt ej mala & irrident eam. Sed quia rimi manifeſte & ex intentione querunt animam Eccleſie. Heretici autem per Indirectum quia Eccleſiam potius ſe inſtaurare putant. Tepidi autem per ignaŭiam: In omnibus tamen perit anima Eccleſie immo multę animę. immo forte plures per Igna-

uiam & deſidiam. quam per hereſim & perſecutionem. Quia Hereſim & perſecutionem facile eſt, noſſe. & pũblice ſe diſcernit & ſeparat. Sed Hoc malum intus manet. & miſcetur ſemper. nec poteſt diſcerni. Quia omnia que ſunt fidej tenent. Niſi Quod virtutem eius abnegauerunt. Et verbis confitentur ſe noſſe denuo: factum autem negant. Et hinc Exemplo ſuo plurimos perdunt. dum non aduertitur paruulum accidie pacis & ſecuritatis

Heretici autem proprijſſime. Velle malum Eccleſie dicendi ſunt: Quia imponunt ej falſitatem & colluuiem vitioſorum & malorum Chriſtianorum: Et ita ex paucitate malorum. omnes concludunt eſſe malos. [non diſce *ausgestrichen.*] Quia plurimum vident palearum in Area: totum ſine vllo grano paleam eſſe audacter affirmant. Ac ſic ſibi tantum bona. Eccleſie autem mala volunt .1. Voluntatem habent. & vellent, vt ſoli boni putentur. Eccleſia autem in omnibus mala reputetur. Nec enim poſſunt ipſi boni viderj, niſi Eccleſiam malam, falſam & mendacem aſſerant.

Blatt 99b: ac nota vitium eorum: Volunt inquit q. d. Ignorant. atque ex mera temeritate & vitio voluntatis imponunt, vt ideo ſcilicet ſint mala apud me omnia, quia ipſi tantummodo volunt, non enim id oſtendere & demonſtrare poſſunt. Idem eſt quod alia tranſl. Qui cogitant mihi mala .1. fingunt ſuper me. & non vere omnia in re ipſa (.1. in me.) mala. Sed tantum in cogitatione eorum & opinione: quia ſoli boni videri volunt. Quod autem Hęc ſit intelligentia huius verbi. poteſt ex eo dignoſci. Quia quid hoc ad Eccleſiam, ſi quis in nuda cogitatione, mala de ea ſuſpicetur & ſentiat? Hoc enim ſine damno eius fieri poteſt. Sed ideo accuſat eos Quia foris plurimos ej abſtrahunt & ſeducunt in hereſim & ſic querunt animam eius, non alia cauſa, niſi quia cogitant & fingunt ej mala. & voluntarie ſuper eam componunt. Vnde non ait ſimpliciter. Volunt mala. Sed mihi mala ad meam perditionem & damnum (.1. ad meum malũm, volunt mala Merito ergo Clamat Domine ad protegendum me ab iſtis. ad adiuuandum me feſtina. ſcilicet duo petens primo vt non ſuperetur ab illis petit protegi & adiuuari. Secundo. vt illis preualeat & eos conuertat, Et quia hoc ardentiſſime cupit. quia Charitate & Zelo plena eſt. addit feſtina. Quia amor neſcit

moras. Veruntamen primum ſibi prouidet. deinde aliis ſuccurrere nititur. Quia a ſeipſo incipit Charitas Neque in ſuis viribus confidit ideo dominum Iuũocat.

Hanc ergo Tropologicam confuſionem. nos docet literalis Confuſio & erubeſcentia Chriſti. Quia ſicut mortuus eſt vt moriamur, moraliter. Ita etiam confuſus eſt, vt confundamur moraliter. Eſt autem moralis confũſio. vt ſibipſi quilibet diſpliceat: & non innitatur ſenſui. & prudentie aut bonitati ſuę. ſicut Heretici & preſumptuoſi. Ideo dicit Operuit confuſio faciem meam. Et propter te ſuſtinui opprobrium, Chriſtus enim ſibi non placuit. Voluit apoſtolus, vt etiam nos non placeamus vnusquiſque ſibi. ſicut heretici. Qui infirmitatem imbecillorum ſuſtinere nolunt. Quare? quia ſibi placent. & omnes alii eis diſplicent, non communicant malis aliorum: ideo non communicabunt etiam bonis eorum Non cadunt ſuper eos opprobria exprobrantium deo Quia Zelus domus Dej non comedit eos. In labore hominum non ſunt. & cum hominibus non flagellantur: ideo tenuit eos ſuperbia. prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum. tranſierunt in affectum cordis: Et poſuerunt in cęlum os ſuum & lingua eorum tranſiuit in terra Hoc quidem faciunt heretici. quia ſuum os exaltant & per terras dilatant. Et ex abundanti affectu & voluptate. iniquitatem (.1. ſuam Iuſtitiam ſuam [*so*] quia inique eam preferunt pre Iuſtitia dej & extollunt ſuper omnes.) Non ſic Apoſtolus qui ait. Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis ſchandaliſatur & ego non vror? Et ad Gal. Quia confundor in vobis. Non ideo ab eis receſſit. Non ideo aliam ſectam Inuenit. non aliam legem finxit quia illi iſtam tranſgreſſi fuerant. Sed ſollicitus fuit eos emendare. & non deſerere: ſicut Heretici faciunt, Qui fugiunt ſicut Mercennarii [*so*], ab infirmis omnibus, quos maxime ſuſtinere debebant. Quia non ſicut Apoſtolus diſplicent ſibi. Ceciderunt enim & ſuper eum opprobria exprobantium [*so*] deo (.opera mala & peccata, propter que deus & nomen eius. exprobatur & blaſphematur.) Et Zelus domũs eius comedit eum. Sane Infirmos ibi ſine dubio dicit, eos qui peccant in Eccleſia ex fragilitate Qui adhuc ſunt fortes in carne & mundo. Infirmos autem in ſpiritu. licet non ſint ſapientes in

carne. quia ſciunt veritatem humilitatis & fidej, Sed peccant v
dixi ex infirmitate carnis Et ideo Scrip hoc loco ide
docet. Quod b Greg. dicens Quoties peccatores conſpicimus
neceſſe eſt vt nos metipſos prius in eorum calamitate defleamus
Ecce quomodo non ſibi placet. Sed cum Infirmantibus infir
matur

Blatt 100a: Vnde omnibus ſacerdotibus commendandus
ps iſte. cuius principium tam frequenter diu nocteque voluunt
non tam frigide & perfunctorie. ipſum demurmurent. Sed to
intentione Eccleſiam dej in iſta oratione Iuuent. Quoniam
Eccleſia adiuta fuerit, nos quoque ſalui erimus. cum ipſa ſit ga
lina noſtra, nos pulli eius. Non enim fruſtra ſpiritus ſanctus
ordinauit in omni hora pro principio Hoc principium hu
pſalmi. Igitur. Memento vt dicas. Deus (.quia non eſt alius
Iuuet eam niſi tu deus noſter.) in adiutorium meum intende
tu me adiuua. vt Tyranni, Heretici, Schandaloſi me non opp
mant. Et cum a te adiuta & in me ſalutem primo Habuer
facile & alijs potero ſuccurrere tuo auxilio) ideo ad adiuuandu
me feſtina. Sane, nec Hodie deſunt tyranni & perſecutores. Q
pauperes opprimunt cauſas viduarum & pupillorum non Iudica
Quia ſcilicet proceſſum & ſtrepitum Iuris. non niſi diuites
potentes ductitare poſſunt, Ideoque pauper tractus in foru
antequam ad Ius ſuum peruenerit, plus conſumpſit quam habu
Contra quos orandum eſt vt pacientes ſint ij, quos perſequuntu
illi Deinde Heretici non deſunt & illuſores multi pleni leu
tatibus & nugis. Sed de hijs ſatis Vbi nunc tropologia?

primum Contra vitia & peccata preterita ne te in deſper
tionem inducant. Secundo contra inſultum concupiſcentie carn
& operum eius, 3° contra allicia mundi & ſuggeſtiones diabol
ne tibi preualeant Sed perſeueres in ſpe & fide & gratia & vnion
Chriſti. Dic. domine Deus in adiutorium meum intende. Qui
hec oratio eſt Clypeus, iacůlum, fůlmen & munimen contra omne
impugnationem. timoris, preſumptionis, tepiditatis & ſecůritatis
que maxime Hodie regnant vts dictum eſt. Deinde vt ei
preualere poſſis atque id cito: tam malos motus deſtruere. adde
domine ad adiuuandum me feſtina. Quia feſtinandum eſt in illi

explodendis. Maxime noſtra ętate, vitium ſecuritatis & tepiditatis: Tunc perſequere Confundantur & reuereantur (.1. falſa & ſtulta mihi reueletur omnis eorum intentatio ſcilicet. peccatorum preteritorum ad deſperationem. mundi ad peccata carnis ꝛc vt ſic videam, quoniam confuſibilia ſunt ſpiritũi: ſi ea ſequeretur. Deinde ſuperbi cogitatus de propria ſanctitate, motus ſingularitatis tanquam multum profecerim. auertantur retrorſum, vt videam quoniam nihil ſunt. & de nihilo me inflant. & profeciſſe me mihi fingunt. & per Hoc volunt mihi mala, vt eo peius ruam. quo magis aliis meliorem me mihi viderj fecerint. Vltimo & maxime periculoſa tentatio cogitationum, de ſecuritate. dicentium mihi Vah. quid adeo ſollicitus es? non eſt neceſſe. iam enim humilis es, & paciens? putas quod deus ita ſtricte de te requirat? Ipſe ſcit figmentum tuum. ipſe bonus eſt. Vnus gemitus eum placat. putas ſi nullus ſaluus fieret, niſi qũi ita rigide procederet: Vbi tota iſta multitudo. in qua nullam violentiam vides? Abſit vt omnes pereant. diſcretionem oportet ſeruare ꝛc Et ita paulatim obliuiſcitur miſera anima, timorem domini & quod regnum cęlorum vim patitur. Ac ſic incipit dormitare & ſtertere: quaſi iam apprehenderit. Contra iſtos ergo motus. Inuocato adiutorio dej dicito Auertantur ſtatim erubeſcentes. qui dicũnt mihi vah vah. vt videam Quod confuſibiles ſint. & mihi confuſionem parant Auertantur ergo & non ammodo proficiant mihi iſta perſuadere. Vel auerſi & auerſores mej eſſe a me agnoſcantur

Exultent autem & lętentur in te omnes qui querunt te (non qui inuenerunt te & apprehendiſſe ſe arbitrantur contra apoſtolum, qui potius triſtentur confundantur & humilientur. Sed qui aſſidue obliti que poſt eos ſunt in anteriora extendunt ſeipſos. Nam & heretici ſeipſos querunt & non Chriſtum vel ipſum Inuenerunt. Et tyranni querunt ſua immo animam meam

Blatt 100b: [*Ausgestrichen:* Vnde Iſaie] Et dicant ſemper Magnificetur dominus, qui diligunt ſalutarem [*so*] tuum. Si autem dominus magnificetur, neceſſe eſt vt ego paruificer & nihil fiam. & quo magis nihil fiam. eo magis verax fiam. Et quo magis verax fio, magis magnus fio Quia veritas magna eſt & magnificat.

Vnde ſequitur mirabilis conſequentia Qui ſeſe magnificat, paruificat Et qui ſeſe paruificat magnificatur. Quia qũi ſe humiliat exaltabitur. Sic enim oritur & fit circulus perfectiſſima figura, vt ad initium vnde cepit reuertatur linea. Quia a magnitudine in paruitatem deſcendit & eo ipſo aſcendit in magnitudinem. Igitur nec tyranni nec Heretici magnificant dominum. Sed ſeipſos potius. Ita nec ſuperbi & ſecuri. Qui non diligunt ſalutare dej. Amor enim alacer eſt non dormit. Quare ſequitur humilis ille orator. Ego vero (.vtcunque illi diuites & perfecti iam ſint & non egerint) egenus & pauper ſum. Video quod nihil habeo & tamen Indigeo. ideo deus adiuua me. Quia non eſt alius. Tu enim, adiutor meus es (vt illis preualeam.) & liberator meus (.vt mihi non preualeant: ideo domine ne moreris: Et eſt idem verſus in ſententia cum primo. Quia ſimiliter duplex petit adiutorium & feſtinum Vide ergo quare ſit ps ad recordandum: Quia eſt memoriale & monitorium, quo teipſum ſuſcites, ab ignauia & tepiditate. & Sic recordatiuncula iſta excitatus pugnes contra iſtas larũas. Sicut aliquis in tabula vel ante oculos ſignum memoriale ponat ſicut precepit Moſes filijs Iſrael. Et ideo breuis eſt Sed ad multa monet: que alijs diſtracti ſolemus obliuiſci, vt ſic Habeamus aliquod monitorium & memoriale breue in multis.

Hęc autem forte & cauſa eſt. quare ad ſpiritualem letitiam pauci perueniant. Quia cum deum non querant. non poſſunt lętari & exultare. Sed quia Inuenerunt eum. ideo marcidi ſiunt in ſe ipſis

Magnificatur dominus, magna eius beneficia reputando. 2° magnam eius iram metuendo Vt ſic magnifice diligatur. & magnifice timeatur: Et in his duobus Eſt proficere ſine fine ideo dicit. ſemper magnificetur dominus. 3° Magna & multa ab eo petendo. Vnde orando nullus pro ſe ſolo vel ſibi ſoli: Nec pro vno aliquo dono, Sed pro toto bono orandum eſt & pro omnibus hominibus. Quia alias eſſet ſuam bonitatem anguſtare & in vnum hominem concludere Vnde docuit orare, dimitte nobis peccata noſtra: Nobis ait ſcilicet omnibus. & omnia: que ſunt tamen innumerabilia & maxima. Nullus ergo pro ſe ſolo orare debet

pro Titulo Ad recordandum: ſcilicet ſuipſius. Quia qui ſui oblitus eſt omnium oblitus eſt & qui ſui recordatur omnium recordatur. Ideo abſolute dicit recordandum. Quia cognitio ſuipſius omnem ſcientiam in ſe comprehendit Vnde b. Aug ps. 70. Tota & ſumma ſcientia Hominis eſt Hec. Scire ſcilicet quod per ſe nihil eſt: Qui enim ſūi non meminit, nihil meminit. Et in Confeſſ. idem. Vbi Inueni me noui te. & vbi Inueni te noui me Et ideo cum Hic ps. Intendat. Vt omnes auertantur retrorſum ad ſui cognitionem. apte preponitur titulus ad recordandum

ps. 70. [Hebr. LXXI.]

Blatt 101a: Iſte ps quo facilior & aptior eſt, intellectu, eo fecundior & abundantior eſt. affectu. Et omnes pſalmi Laudatorij & obſecratorij, ſumme ſunt affectionis, & ipſis Seraphim accommodati Quia laudare deum & orare vltima perfectio eſt & ſumma. que prerequirit, victa vitia & triumphantes virtutes. Quia impurus laudare non poteſt, cum non ſit ſpecioſa laus in ore peccatoris

Igitur Singula Inſpice verba. Primo in deum ſperare non poteſt, qui nondum de Mammona & toto mundo deſperauit ac de ſeipſo. Quare neque, non confundetur inęternum

Secundo. In Iuſtitia dej nec liberarj pŏteſt: Quippe, cum non ſperet in deum qui Iuſtificat Impium. Sic Nec Eripi.
Ego autem puto quod ideo duplicet ſenſum ſcilicet libera & eripe: Vt non tantum a culpa Sed etiam a miſeria infirmitatis ſaluet Quia dimiſſa culpa adhuc multa nobis reſtant: de peccato inflicta ſcilicet Infirmitas in memoria, cęcitas in intellectu, concupiſcentia ſiue inordinatio in voluntate. Ex quibus tribus. omne peccatum originaliter deſcendit: Ipſa autem ſunt reliquię peccati originalis etiam dimiſſi in baptiſmo Alio modo ſic. Libera ſcilicet ſecundum animam per Iuſtitiam Vnde ait In Iuſtitia tua libera me, non ait in aliquo alio, niſi per Iuſtitiam vult liberarj: ergo ab Injuſtitia vult liberari. per Iuſtitiam enim ab Iniuſtitia. Sicut ab egritudine per ſanitatem & ab ignorantia per Scientiam liberamur. Tunc ſequitur Et Eripe me ſcilicet ex hoc corpore vel etiam ſecundum corpus. Quia etiam anima per Iuſtitiam

liberata adhuc tenemur. per corpus in periculis & captiuitate & exilio huius vite

Tercio Et ſalua me, dicere non poteſt, niſi qui ſe infirmum & egrotum & damnatum intelligit & agnoſcit. Quare, qui ſibi ſalũi videntur. Et quibus placet ſua ſanitas in carne, mundo & diuitijs, non orant etiam ſi dixerint hec verba

Quarto. Iam liberatus, ſalũatus, Iuſtificatus. reſtat vt mittatur in pugnam & probationem, Hic autem opus eſt protectore eo. qui fuit ſaluator, Quia ipſe eſt qui perficit qui & incepit. Igitur Eſto mihi in deum protectorem. ſcilicet ab impugnationibus, Ac Vide miram conſtructionem verbi. Non ait Eſto mihi in protectorem tantum. vel in deum tantum. Sed vtrunque ſimul. Scilicet magno periculo impugnatur & tam ardua res eſt huiusmodi pugne, vt non niſi deo protectore conſiſtere poſſit. Quia diuina eſt virtus. qua vincitur mundus, Nec poteſt vllo preſidio ſtare nisi diuino. Hoc autem verbum quomodo dicet, qui poſuit carnem brachium ſuum? Igitur primum ab omnibus oportet deficere & deum ſolum Sequitur Et in locum munitum ſcilicet vnde me perſeueranter defendam. vt ſic ſaluus fiam etiam in re, qui per te iam ſaluus ſum in ſpe. Quia fruſtra eſt ſalus in ſpe. nisi perueniat ad eam que eſt in re: Sed ad hoc opus eſt Deo protectore & loco munito, ne amittatur ea que eſt in ſpe, aut exturbetur tentatione Hic iterum geminatio eſſe poteſt. quod relinquo. Quia Spiritum cum litera ſignat

Quinto. Quoniam firmamentum meum & refugium ꝛc Iterum duplicat vt ſpiritalem [*so*] protectionem intelligamus vts ſepdictum eſt Et Hic ratio datur petitionis. q. d. Mea conditio & ſalus ita ſeſe habet, vt ſolum in te poſſit ſolida permanere, Quia non ex carne eam habeo. Ideo alijs quidem. firmamentum eſt Mammon, honor, quia quam diu illa ſunt, ipſi honorati, diuites ſunt. Sed meum (.1. ego qui tuis diuitijs inhio. non poteſt eſſe aliud firmamentum. in quo conſiſtam & permaneam, niſi tu ſolus. Ideo

Blatt 101ᵇ: dico Quoniam fir: ꝛc. firmamentum autem dicit Quia Bona ſpiritualia non perſiſtunt in ſe Sed in deo ſine intermiſſione ex eo ſcaturientia. Nam etiam ſi nullus ſit impugnator

adhuc ſalus animarum, in ſeipſa deficeret niſi continue in deo & ex deo conſeruaretur Refugium autem dicit. Quia in impugnatione ſimiliter tantum in deo & ex deo permanent Ideo apte ſua ſuis reddit. Eſto mihi in deum protectorem. quia firmamentum meum es tu. Eſto mihi in locum munitum, quia refugium meum es tu. protector & firmamentum. conſeruando tua dona inme. Locus munitus. & refugium, repellendo hoſtes meos. Aliter vt in gloſa ſcilicet Quia deſperaui de omni firmamento & refugio. Sed ſum in exilio & infirmitate. Igitur Nullus Hoc verbum dicit Qui ſuum refugium & firmamentum extra deum habent, quomodo dicent. firmamentum & refugium meum es tu.

Deus meus eripe me. Hic in ſpeciali deſcendit enarrare. a quibus petijt. deum pro refugio & loco munito. primum quidem Iudęos. Qui ſunt peccatores ſicut omnes qui ſunt ex Adam. Deinde addunt ipſi. quod contra legem agunt. ſcilicet nolentes ex peccatoribus Iuſti fierj per fidem Chriſtj, que eſt lex vera & lux vera. Tercio Sunt Iniqui. quia ſuam ſtatuunt Iuſtitiam. preferentes eam Iuſtitię dej. Hec ſunt tria peccata de quibus Amos 1. &. 2. Super tribus ſceleribus Iſrael & ſuper 4^{or} non couertam [*so*] eam ꝛc

In te Confirmatus ſum ex vtero. primo quidem de Chriſto. Sed quia geminat vterum & ventrem: ideo ſimul de Chriſto Hiſtorico & myſtico intelligendum. Igitur Sicut beata virgo fuit venter. vnde proceſſit Chriſtus deus. Ita Scriptura Eſt venter vnde oritur veritas diuina: & Eccleſia: Quia Thalamum Chriſti b virginem ps. 18. dicit Et Thalamus populi fidelis Eſt Euangelium, Vnde dicitur in Canticis. Que eſt iſta que progreditur quaſi aurora conſurgens, Et Iſaie. 46. Audite qui geſtamini a vulua mea. Et ps. 109. Ex matrice aurore, tibi ros Infantie tuę. Hec eſt Matrix in qua collidunt ſe Eſau & Iacob (.1. in Scrip.·) Ideo Apoſtolus vel doctor. qui eſt parens animarum. & generat filios Chriſto. & ſuſcitat ſemen fratri ſuo mortuo .1. Chriſto. Habet pro vtero ipſum Euangelium. in illo enim alit: format & parit & nutrit. Sed hunc vterum heretici conſtuprare nituntur Sed non poſſunt. Quia eſt virgo inuiolabilis. omnes adulterantes reſpuens. Verumtamen

Ruben aſcendit ſuperbũs. & maculat ſtratum patris ſũi. Ide non creſcit & effuſus eſt. [*Am Rande links:* ... vtero (.non e ... is) ante lũciferum ... ũi te. Sicut enim ... er ad genera tionem ... ij ſũi temporalem ha... vterum virginis ... quo eum genũit ... Quilibet predicator .. [*Ausgestrichen:* productor] habet.. vtero Scrip. ... qua generat fili .. ſpirituales. Eſt ... ante luc ferum ad ... ram genitus Et .... quam diabolus eum ... dem & infice . et. omnes enim .. lii poſt luciferum .. ſequentes tu quam ..... um naſcuntur ... t vnicum iſtum ... preuenit eum naſcendo & moriendo. ... ante luciferum .... tamen. Et vtero con...rui. Quia et vte.us iſte. nunquam a lucifero vi Sed immaculate conceptus eſt.]

Ego autem ſemper ſperabo, etiam ſcilicet quando mihi mal querunt. Spes enim in tempore proſpero facilior eſt. Sed i aduerſo difficilior: Ideo ſolus ſanctus ſemper ſperat. ſemper be dicit, ſicut Iob. Et Hoc idem eſt quod ſequitur. Adijciam ſup omnem laudem tuam q. d. Non tantum in bonis te laudabo. n eſt materia totius laudis. Sed etiam in malis. in quibus nu videtur materia laudis: Niſi ijs qui ſe viũũnt. Et in malis pr ſentibus & viſibilibus. ſimul Inuiſibilia vident & ſperant. Na qui talia non videt. Videt autem ſolum preſentia, non pot deum laudare niſi in bonis. Quia quia [*so*] neſcit quid & ad qui ſint mala. Ideo non poteſt adijcere ſuper omnem laudem: ſic ille qui ſperat Hic enim ſcit quod talia non tantum non Iniuſt Sed etiam vtiliter fiunt. quod illi ignorant

Blatt 102ª: Ideo ſequitur: os meum annunciabit Iuſtitiam tuam. q. d. Sic adiicio ſuper omnem laudem tuam quod predic Iuſtitiam tuam & ſalutem Inuiſibilem: Quia ſecundum ea qu ſunt viſibilia. omnia apparent eſſe iniqua & perdita. Quia per cutimur & mortificamur & tamen ſaluamur eo ipſo Et in tal percuſſione te laudantes, confitemur Hoc eſſe nobis ſalutare: qua alij non putant qui non niſi bona que vident laudant. Sic etiam iniqui reputamur & tamen Hec eſt Iuſtitia noſtra: Et ic ſemper in malis ſperantes adijcimus laudem ſuper omnem lau dem. Et idem dicit quod ſequitur. Quoniam non cognoui literaturam. q. d Non ſicut illi in litera & viſibili Iuſtitia & lege

incędo. quam Moſes ſcripſit vel homo. Sed intrabo. intus ibo. introrſum accedam in ſpiritualem Iuſtitiam. que eſt virtus Chriſti: que Scribi non poteſt literis. ſicut Lex Moſi Et hec tota ratio eſt, quare ab illis Iniuſtus reputor: qui literam & Iuſtitiam ſcriptam tantum habent. Sed per hoc eo magis Iuſtus ſum. Sicut perditus ab eis reputor, qui literalem & forinſecam ſalutem tantum ſapiunt: & in hac ipſa, tantummodo Deum laudant. Sed ego ea contempta, non agnoſco eam, non placet. mihi: ideo adijciam ſuper omnem iſtam laudem tuam. & intrabo in potentiam dominj

Videntur autem iſta verba obſcura. Sed quando comparatiue ad Iudęos accipiuntur primo facilia apparebunt Vnde ſequitur Deus Docuiſti me ſcilicet tu ipſe: in his omnibus, ne agnoſcerem literam Sed intrarem in potentiam tuam ꝛc

Antiqua tranſla. habet. Non cognoui negotiationes. Et in heb. literaturas. ſeu quod expreſſius diceretur ſcriptiones ſeu ſcripturas. per quas litere formantur. Nam Et ſpiritusſanctus Scribit. Sed non facit literas. quia ſcribit in corde. per linguam loquentis. ps. 44. lingua mea calamus ſcribe velociter ſcribentis. Non ſic Moſes. Cuius calamus eſt mortua arundo & inanis Negotiationes. autem b. Aug exponit. de Iuſtitia propria: que eſt ſine ſpiritu: quia illa negocium eſt. & non pax: quia non conciliat deum Sed potius irritat & negocium contra eum & eius contra illos ſuſcitat Sed nos cum noſtro textu videamus. Calamus quo ſcribitur. ſemper eſt neceſſario intus vacuus & inanis: Et facit literas extra in tabulis mortuas Lingua autem Eſt ſolida caro & plena. Et facit viuas literas in corde per aurem tranſſuſis verbis. Sic lex Moſi. Vacua eſt ſecundum literam & velut Calamus inanis. Et non facit niſi mortuas literas in corde. quia ſcribit tantummodo literalem ſalutem & gloriam. Lex autem Chriſti Eſt Lingua Vnde apparuit in linguis igneis ſpiritusſanctus. Cum tamen ſit columba & in pennis apparere debuerit, ſicut ſupra Chriſtum in ſpecie apparuit. Sed quia non vacuam literam docet. Sed viũm & ſenſitiuum ſpiritum, ideo in linguis apparuit In Chriſto tamen apparuit in ſpecie columbę. quia Chriſtus adhuc literam ſeruaũit. eam implendo ſpiritu

ſuo facit autem lingua viuas literas in corde Quod ita intelligendum eſt: Non quod etiam lex quelibet non faciat viuas literas in anima, cum nihil in viũũm ſubiectum recipi poſſit, niſi viũũm, Sed quia non facit viũas literas: que deo viue ſunt & immortalem intelligentiam ſiue ſenſum de ęternis, non de temporalibus. Nam quando anima temporalia ſapit: Dicitur habere mortuam ſapientiam, cum tamen ſit viua ipſa & omnis eius ſapientia. Sed deo non viũũnt hęc. Niſi quando ſapit ea: que ſemper viũũnt & ęterna ſunt Quare Et lex Moſi literis Hũmanis ſcripta Eſt etiam lingua viua: ijs qui eam ſpiritualiter legunt & intelligunt Sed eſt Calamus ſeu literatura: iis qui eam carnaliter legunt. Quia tunc imprimitur in animam eius ſenſus literalis. per verba legis. tanquam per quaſdam pennas ſeu Calamos.

Blatt 102b: Igitur Metaphora aſſumitur Hic in iſto modo loquendi. Non proprietas, Quando dicitur lex eſſe Calamus [*Ausgestrichen:* literatura] Euangelium autem lingua. Ea ſcilicet. Quo. ſicut Calamus facit literaturam mortuam in membrana mortua Sic lex vel verba legis carnaliter intellecta facit ſpiritualiter literaturam ſenſum & intelligentiam mortuam, in cordibus carnalibus & mortuis. Et ſicut Lingua viũa. facit naturaliter ſenſum ſeu literas, notas, impreſſiones viuas in anima viuente ſeu in auditore viuo. Ita Euangelium: facit ſpiritualiter impreſſiones ſpirituales intelligentiam ſpiritualiter viuam & ęternam in cordibus ſpiritualiter viuis. Quare lex Moſi: ſiue dicta ſiue ſcripta ſit, dummodo ſpiritualiter tractetur. Eſt viua lingua. & non iam mortuus Calamus. Et econtra etiam Euangelium ſi carnaliter tractetur: Eſt mortuus calamus. Et omne illud: quod de lege Moſi dicitur. teſtis eſt Apoſtolus. 2. Cor 4. Quod ſi opertum eſt Euangelium noſtrum: in his qui pereunt opertum eſt.

Igitur Eccleſia non agnoſcit literaturas, nec calamũm qui facit eas: Sed agnoſcit [*Ausgestrichen:* viuas intelligentias] voces quas facit lingua ſeu linguę igneę. [*Ausgestrichen:* 2 Cor. 3. Quare hic lingua & calamus metaphorice & ſpiritualiter: ſicut & litere & voces accipiende ſunt. [*Ausgestrichen:* Quare] Vt. 2. Cor. 3

Quod ſi adminiſtratio mortis, literis formata (ſiue literificata.) fuit in gloria in lapidibus ꝛc Quare Spiritus ſeu Euangelium Seu lex ſpiritualiter intellecta Eſt Voces: lex autem carnalis eſt litera: Et predicatio legis eſt Calamus. faciens iſtas literas. predicatio euangelij eſt lingua faciens iſtas voces. Voces inquam (.1. ſpirituales intelligentias in corde. literaturas autem (.1. carnales intelligentias in corde

Sic. 1 Iohan. 5. Hic eſt qui venit in aqua & Sanguine Non in aqua ſolum. Sed in aqua & Sanguine Iheſus Chriſtus. licet Hoc aliam intelligentiam requirat. Quia Iohannes baptiſta. venit ſolum in aqua Sed non in ſanguine. Quia predicauit baptiſmum premiorum. Sed non baptiſmum gratie & remiſſionem peccatorum. Et Quia Aqua Eſt Vocalis predicatio Sanguis autem Eſt gratia incrementi Et vtrunque Chriſtus ꝙgit & agit: homo autem & Iohannes ſolum alterum ſcilicet in Aqua.

Igitur dicat Eccleſia. Non cognoũi literaturas hoc eſt literificia ſiue factiones & formationes literarum in animo (.1. non placuit mihi nec aſpicio legem carnaliter predicatam. Sed vocem ſeu verbum viuum ſeu verbaturas (vt ſic dicam.) per linguam .1. predicationem & doctrinam ſpiritualis legis. quod eſt Euangelium Quia deus docuiſti me. ꝛc ſcilicet tu per linguas & miniſterium Apoſtolorum. Non Moſes me Docuit.

Hic applica totam logicam. Quia litere, vocem. Vox conceptum Indicat. Sic lex Euangelium. Euangelium Chriſtum ſignificat Et ſicut Ideota. [*so*] literas tantum materialiter, non vt ſigna vocum aſpicit & concipit. Sic Iudej legem. Et Sicut vocem barbarus audit & non Intelligit Ita qui Euangelium non cum intellectu & incremento audit

Et Iuſtitiam tuam vſque in altiſſima. In hoc tandem verſu, recta Diſtinctio Iuſtitie Dei & Humane deſcribitur. Quia Dej, vſque ad celos celorum pertingit & pertingere facit. Et eſt Iuſtitia ad altiſſima ſcilicet perueniendi: humana autem non. Sed potius vſque ad infima. Et Hoc ideo. Quia qui ſe exaltat Humiliabitur Et qui ſe Humiliat exaltabitur. Sed nunc Iuſtitia Dej. Eſt tota hec: Scilicet ſeſe in profundum humiliare. Talis enim venit in altiſſimum: quia deſcendit in profundiſſimum

prius. Et proprie Chriſtum Hic Exprimit. Qui eſt potentia Dej & Iuſtitia dej: per maximam & profundiſſimam Humilitatem Ideo iam eſt in altiſſimis per ſummam gloriam.

Blatt*) 103a: Vnde Qui Apoſtolum & alias ſcrip. vult ſapida intelligere: Oportet iſta omnia tropologice intelligere: Veritas ſapientia, virtus, ſalus, Iuſtitia ſcilicet qua nos facit fortes, ſalvos Iuſtos, ſapientes, ꝛc. Sic opera dej, vie dej: Que omnia Chriſtus eſt literaliter: Et fides eius moraliter hec omnia

Iudicium & Iuſtitia: in veteris legis Scrip. rariſſime [*Das gestrichen:* Anagogice] ad literam, de futuro accipitur Sed tropo quentiſſime ac vere ſemper. de tropoligico [*so*] & morali & Allegorico. Cuius ratio eſt. Quia Vetus lex: proprie ſolum primum aduentum Chriſti prophetauit: In quo Chriſtus in Iudicio benignus & ſalutari regnat quia aduentus gratię & benignitatis eſt. Vnde Apoſt Ro. 3. Iuſtitia dei teſtificata a lege & prophetis. Iuſtitia autem dej per fidem Iheſu Chriſti. Noua autem lex proprie. de futuro Iudicio & Iuſtitia. prophetat. Quia ſecundum Aduentum Chriſti prophetat. qui erit in Iudicio ſeueritatis. & vindicte ęterna. vtpatet in Multis auctoritatibus Iohan. 6. poteſtatem dedit ej Iudicium tuum facere Et. 1 Thimo. Qui Iudicaturus est viuos & mortuos. ꝛc Et Ro. 2. In Reuelatione Iuſti Iudicii dei

Quod autem hic de benigno Iudicio loquatur, patet quia dicit Iudicabit pauperes populi. Quia damnat illos vt ſaluet: Item Iudicare populum tuum in Iuſtitia: Sed impios Iudicat in Iniuſtitia eorum. Et bene dicit. Iudicare. Quia Chriſtus accepit Iudicium a patre: non fruſtra: Sed nec ſibi tantum: immo nobis Quia. populum tuum Iudicare inquit

Blatt) 103b:** Lex Chriſti, lex pacis, lex gratię, Euangelium, vocatur multis nominibus alijs: vt via domini ps 24 Vniuerſę vię Domini miſericordia & veritas, (.1. gratia & veritas Iohan. 1. per Iheſum Chriſtum) Sic illud Iſaie. 55. Quantum exaltatur cęlum a terra, exaltate ſunt vię męę a vijs veſtris Et ps. 70. Iuſtitia tua vſque in altiſſima. p. 103. Quantum dista

---

*) Gehört schon zu Psalm 71. Siehe Blatt 104a.

**) Gehört zu Psalm 71. Siehe Blatt 104.

ortus ab occidente longe fęcit a nobis iniquitates noſtras. Quantum ſecundum altitudinem cęli a terra, corroborauit miſericordiam ſuam ſuper timentes eum, [.1. gratiam a litera exaltauit. deiecta illa: quia eſt lex peccati & mortis Nũnc igitur Mirum quomodo Gratia ſeu lex gratię (quod idem eſt) ſit Iudicium & Iuſtitia Hoc videndum Sine dubio: ideo quia Iudicet & Iuſtificet credentem ej Hinc enim verbum quodlibet dej eſt Iudicium: Iudicat autem tripliciter

Primo Tropologice. Quia condemnat opera carnis & mundi. oſtendit enim quod omnia que ſunt in nobis & in mundo: coram Deo ſũnt abominabilia & damnabilia: Et ita qui ęj per fidem adheret, neceſſario ſibi vilis & nihil, abominabilis & damnabilis efficitur Que eſt vera Humilitas. Vnde & iſto vocabulo aptiſſime natura & proprietas humilitatis exprimitur Non enim qui ſe humilem facit vel dicit vel reputat. Sed vilem & damnabilem. Et hoc non tantum corde & verbo Sed & opere oſtendit [*Am Rande links:* Et hoc eſt Iudicium quod hic dicit] Quare Caſtigatio & crucifixio carnis & damnatio omnium que ſunt in mundo. ſunt Iudicia dej: que per Iudicium (.1. euangelium & gratiam ſuam. in ſuis operatur Et ſic ſit Iuſtitia. Quia qui ſibi iniuſtus eſt & ita coram deo Humilis. huic dat deus gratiam ſuam. Et iſto modo frequentiſſime accipitur in ſcrip. Sic Iuſtitia Tropologice Eſt fides Chriſti. Ro. 1. Iuſtitia dej reuelatur in eo ꝛc

Secundo Allegorice Quia ſicut inter carnem & ſpiritum diſcernit. & opera eorum diuidit Hęc approbando in Iuſtificationem: illa reprobando in condemnationem, immo omnia noſtra ſcilicet etiam noſtras Iuſtitias Ita etiam diſcernit, inter credentes & non credentes. Quia gratia ſiue lex chriſti non datur indifferenter quibuſcunque: ſicut olim in lege & etiam nunc temporalia: que ſine Iudicio deus videbatur dare omnibus. & quandoque malis plus quam bonis. Vnde Iudęi conqueſti. illud Ezech. 18. Non eſt equa via domini. Et illud natum proverbium: patres comederunt vuam ꝛc [*Am Rande links:* Et Iere 23. dixerunt verbum domini onus. Et ibidem dicit. Onus erit vnicũique ſermo ſuus] Quia & mala dabat indifferenter bonis & malis. Et ſic

deus nullam diſcretionem habere viſus eſt: Sed Nunc Euangeliu eſt ſpiritualia bona: ideo rigidiſſima diſcretione datur tantum modo bonis. & mala ſpiritualia tantummodo malis. ſicut ibidem predicit Et ideo vocatur Iudicium dei quia contrarium eſt Iudicio hominum, damnat enim ea, que eligunt homines, & eligit ea, que damnant homines Et Hoc Iudicium eſt in Cruce Chriſti nobis oſtenſum. Quia ſic ipſe mortuus est & abiectio plebis factus Ita oportet nos ſimile Iudicium cum eo portare, crucifigi & mori ſpiritualiter. vt apoſt Ro 6 & exponit

Notandum autem Quod Quando dico Euangelium eſſe Iudicium & Iuſtitiam: intelligendum de euangelio pleno ſiue impleto Euangelium enim Impletum & opere perfectum. ipſum eſt Iudicium & Iuſtitia quibus regit Chriſtus Eccleſiam. [*Am Rande links:* Quia quando Euangelium opere impletur tunc ſemper verbum dej incarnatur ſpiritualiter opus enim Eſt velut Caro. Et verbum eſt velut dej filius Quare Euangelium impletum Eſt Iudicium & Iuſtitia Et opus dej, Via dei ꝛc ſicut ad literam Chriſtus hec omnia eſt, in perſona ſua] Alioqñin. Si pro ſolo verbo Euangelii accipitur, tunc tantummodo eſt ſic Iudicium & Iuſtitia quod oſtendit, que ſint damnanda & eligenda Hoc eſt noſtro more loquor [*so*] Euangelium eſt, realiter & formaliter Iudicium & Iuſtitia: Quando ſic opere viuitur ſicut ipſum nos docet. Eſt autem oſtenſiũe & doctrinaliter Iũdiciũm & Iuſtitia: quando docet ſic viuendum. Qũi enim implent Euangelium, non ſunt ſub lege. Quia iam nulla eſt ſuper eos, cum eam impleuerint. & iam ej adequati ſint. lex enim non dominatur nec eſt ſupra eos, qui eam implent. Sed potius ad eam aſcendunt & pertingunt ad eam

[*Unten am Rande quervor:* Impletio legis Eſt Mors legis Ro 7. Quamdiu vir viuit

Blatt 104a:

Ps .71. [Hebr. LXXII.]

Hominum { publicum { Iuſtum / Iniuſtum } / priuatum { temerarium, / Iniquum / verum } } in { corde / ore / opere }

Secundum Scrip. autem Iudicium hominum illud dicitur. quod contrarium eſt Iudicio dej: Quia ſcilicet eſtimant tantum temporalia bona dicentes malum bonum, bonum malum Iſaie. 5. Sic Iuſtitia ſimili modo,

licium

Dej { Anagogicum: quod ab alijs damnationis Vocatur: Et in ſcrip. veteris legis. Sed bene in noua. raro Iudicium vocatur. Sed frequentius. Reuelatio Iudicii. Ro. 2. Et dies retributionis Iſaie. 61. Allegoricum. quod tamen eſt literale ſecundum prophetiam. Hoc vocatur ab alijs diſcretionis, cum tamen in omni Iudicio ſit diſcretio & damnatio. diſcretio bonorum. damnatio malorum: Et hoc agit Chriſtus deus occulte in Eccleſia: & eſt inſcrutabile Nec de hoc frequentius loquitur Scrip. Eſt autem aliud quod manifeſte agit. [*Nun rechts am Rande herunter:* Scilicet. quod .... aſſumit ... bonos & ..... Sed ſolum bon ..... buit ſua .... Olim enim .... figura .... tam bonos .... malos .... vtpatet in Actis .... alijs mal .. Similiter afflige .... los & bonos. Vnde prouerbium ... fuit., patres .... vuam ꝛc. quod ... pheta prouu .. turum. Quia v ..... ſine accept .... narum nunc ... Iudeus ſiue ... ſua iniquitas .. Vide Ezech [*Ezech. 18, 2 vgl. Ierem. 31, 29.*] .... pulchre. hoc .. cium deſcribentem .. ſic regnat in Iudicio. habens malos ... differentia: Et ... deligens ſine .... Et hoc pet ... primum agn ... dicens In v .... comperi. quia non ... Sicut ta-

men Iudę. Quia nunc in v .... bonis reg... Iudicio ea n ..... ps. 5. Quia non .... voles deus .... Et Homo ſignificat ... in Iudicio .... exit a mort... ſecundum ps. Quia ... non omnibus v ... fuit Sed tantum c ... Prius autem omnibus ... malis. propter .... miſſiones pr... Tropologicum. Et Hoc frequentiſſimum ſumitur in Scrip. Hoc eſt qua deus condemnat i condemnare facit, quicquid ex nobis Habemus totum veterem Hominem cum actibus ſuis [*Darüber*: etiam Iuſtitias noſtras Iſaie 64] Et eſt proprie Humilitas immo Humiliatio. Quia non qui ſe humilem putat Iuſtus eſt Sed qui ſe deteſtabilem & damnabilem reputat in oculis ſuis, [*Darüber:* & ſua peccata damnat vindicat ꝛc] Hic eſt Iuſtus. [*Am Rande links:* & Iuſtificare deum etiam in hijs, quibus Iniuſtus apparet Quia ſtultum ſapientius eſt hominibus ita Iniquitas viri, melior eſt. quam mulier benefaciens Et Iniuſtitia dei melior. quam Iuſtitia hominum] Qui enim mortuus eſt. Iuſtificatus eſt Ro. 8. Et in Hac notam Scrip. vtitur iſto vocabulo Iudicium vt exprimat veram naturam humilitatis. que est vilificatio & contemptus & omnino damnatio sui ipſius Et Hoc maxime ponitur. vbi coniungitur cum Iuſtitia vt Iſaie. 9. vt corroboret illud in Iudicio & Iuſtitia: Et. 11. Arguet in Iudicio pauperes. & in Iuſtitia pro manſuetis terre. Et ps. 88. Iuſtitia & Iudicium preparatio ſedis tuę. Et ps. 94. Iuſtitia & Iudicium correctio ſedis tuę. Et ps. 98. Iudicium & Iuſtitiam in Iacob tu fęciſti. Et ps. 32. Diligit miſericordiam & Iudicium, Et ps 36. Quoniam dominus amat Iudicium. Et ps. 98. honor regis Iudicium diligit. Et Hoc eſt Iudicium. quod omnes prophete clamant. Iudęos abominatos eſſe olim, ſicut & hodie faciunt. Quia Moab ſuperbus eſt valde. Et comprehen-

duntur in ſuperbia ſua. Quia Non reſurgunt Impij in Iudicio ꝛc Sic ps 95. & 96. Iudicabit orbem terrę in ęquitatę. Iudicabit populos In Iuſtitia Et Quoniam venit Iudicare terram ꝛc.
Sic ſi nos ipſos Iudicaremus, non vtique a domino Iudicaremur, Hoc enim Vocatur Iudiciũm dej: Sicut Iuſtitia vel virtus. vel ſapientia dej: (.1. quo nos Sapientes, fortes, Iuſti & hũmiles vel Iudicati ſumus

Sed Quia Hoc Iudiciũm, fit corde, ore & opere. ſicut quelibet virtus Ideo neutrum ſufficit ſine alio. Rurſus. Quia ſicut fides capitur quandoque pro interiori actu quandoque: pro ipſo Euangelio quod fidem docet. ſeu obiectis fidej. Inde fit. Quod & Iudicium ſignificet quandoque ipſum Euangelium & verbum Dej: Quia docet tale Iudicium exercere & agere. ps. 18. Iudicia Domini vera: ꝛc ps. 9. Auferuntur Iudicia tua a facie eius. Immo in omni loco. poteſt Iudicium pro verbo dej accipi: [*Am Rande links:* precipue quando pluraliter ponitur A Iudicijs tuis non declinaũi] quia per ipſum fiunt omnia Iudicia dej quecunque fiunt, Cum & filius ſit Iudicium & verbum patris.
Igitur. Hec tria vnum ſunt,

Iudicium verbum dej Iudicium ſui ipſius damnatio Iudicium. opere taliter impletio	Sic	Aqua Spiritus Sanguis

Hi tres vnum ſunt

Aqua. fluxum verbum in ore
Spiritus in corde
Sanguis vindicta in corpore

Qui enim ſe condemnat & vilificat in corde: talia etiam in corpore oſtendere & pati debet

Sic tropologice illud Gladii ancipites in manibus eorum. Ad faciendam vindictam in nationibus (.ſcilicet ſenſuum.) increpationes in populis (ſcilicet motuum carnis.) Ad alligandos reges eorum in compedibus (.Scilicet membra peccati regnantis in Homine.) Et nobiles eorum in manicis ferreis Vt faciant in eis Iudicium conſcriptum. ſcilicet tropologicum. Conſcientia Hęc eſt omnibus ſanctis eius. (.1. nullus eſt ſanctus quando: iſta glorietur

gloria: licet ſęculi Hominibus eorum confuſio & ignominia videa-
tur. quia non ſapiunt ea que ſpiritus ſunt

poteſt autem & allegorice intelligi ſuo modo

Blatt 104b: Eodem modo & Iuſtitia dej triplex eſt: Tro
pologice Eſt fides Chriſti Ro .1. Reuelatur enim **Iuſtitia** Dej i
euangelio ex fide in fidem. Et ita eſt frequentiſſimus vſus i
Scrip. Allegorice eſt ipſa Eccleſia tota. Vt ait Apoſtolus ait ;
Vt ſimus Iuſtitia dej in Chriſto. Anagogice ipſe deus in Eccle
triumphante. Verum Sicut Iuſtitia magis reſpicit bonos
in illis eſt: Ita Iudicium magis malos & in illis eſt. Quia Iud
cium in damnationem Sicut Iuſtitia in ſaluationem ſonat.
Corol. Suauiſſime ſunt iſte orationes in ps ſi ſi [*so*] ſaltem
affectu orationis dicuntur, & non in tenore prophetię proferuntu
Iudica me Domine. Iudica terram: Iudicabit orbem terre ꝛc
Quia tunc ſemper de tropologico ſunt Iudicio intelligenda: V
ſit ſenſus. Iudica me Domine (.1. da mihi veram **humilitatem**
carnis mee mortificationem, meimetipſius damnationem, vt ſic p
te ſaluer in ſpiritu. Sic etiam. Iudica domine terram (.1. doc
eos viliter de ſe eſtimare: & ſua vitia damnare & crucifigere
Si autem prophetice proferuntur. ſic ſunt terribilia & horror
plena verba: vt ſit ſenſus: Tu Iudicabis & damnabis eos ꝛc. & D
Anagogico Iudicio intelliguntur

Calumniator ſecundum Caſſi. Eſt qui innocentiam alienam
in reatum nititur exquiſita machinatione perducere. Quod di
boli proprium officium apoc. 12. Scribitur. proiectus eſt in te
ram accuſator fratrum noſtrorum: qui accuſabat eos die ac nocte
Sicut autem hoc malum in totum genus humanum agit diabolu
Ita Iudaicus populus in Chriſtum, Tyranni in martyres: Heretici
in Catholicos. & vſque in finem ſęculi: Detractores & ſuperbi
bonis & ſimplicibus. Sed omnis Calumniator humiliatus eſt
erit per Chriſtum

Sic enim diabolus etiam benefacta nititur. oſtendere: quod
deficiant. vt aliquid ſui in illis Inueniat vtpatet in multis obitibus
ſanctorum

Et permanebit cum ſole & ante lunam: licet iſtis verbis ſim-
pliciter quidem ęternitas Chriſtj deſcribatur: tamen aliis quoque

myſterijs graũida ſunt. Et heb. ſic. Et timebunt te cum ſole & vltra lunam Quare & ſol & luna tropolo. allego. & Anago: hic videnda ſunt.

Anagogice. Sol diũinitas: luna humanitas Chriſtj. Et ſic ſenſus eſt. Quod Chriſtus conſtat ex ſole & luna ſiũe vt proprijſſime dicit. Cum ſole & ante lunam: Eſt enim Chriſtus cum diũinitate & ante humanitatem: Quia ſecundum quod homo. eſt ante ſeipſum in ęternitate ſecundum quod deus: Eſt ſecum ſolus. tamen in vtroque permanet nunc inęternum, tam ſcilicet deus quam homo permanens in ſeipſo: & in fidelibus ſuis talis per fidem. Heb autem ſic. Et timebunt te (.ſcilicet filiali timore.) cum ſole (.1. filio.) eodem timoris cultu: Et vltra lunam (.1. plus in eo quam hominem in ipſo colentes [*Am Rande links:* facile concordat heb. Quia Chriſtum .... manere cum ſole .. ante lunam. Eſt ..... credi deum ... omnium ac ſic .... & timeri. Sed ... hominem eſt vltra .... ante ſeipſum quia .... us Quia creditur .... ſit aliquid vltra ... ante humanitatem ſcilicet .... us. Et hoc .... hereticos Si autem ſinitur litera queritur ... poteſt & ſic dici permanebit cum Sole (.1. ſicut ſol. vt ps 9. perijt memoria eorum cum ſonitu (.1. ſicut ſonitus vel ad modum ſonitus Sic hic Cum ſole ideſt ad modum ſolis vel ſicut ſol. Quia ſol non mutatur viciſſitudine lucis ſicut luna. Sic Chriſtus idem manet. per omnia tempora Eccleſię. alijs ſuccedentibus alij [*so*] recedentibus: Et ideo dicit: vltra vel ante lunam (.1. plus & ſupra quam luna (.1. Eccleſia. Que mittitur in varia incrementa & decrementa idem tamen Chriſtus ſemper ſol]

Allegorice Sol Chriſtus. Luna Eccleſia eius

Tropologice Sol anima fidelis. Luna Caro eius

Quia ſicut Luna (:ſecundum Aſtron: ſemper dimidio ſuo globo illuſtris eſt: ſcilicet ea parte: qua vertitur ad ſolem ex quo totum lũmen habet. Sic Eccleſia: ſemper dimidia (.1. ſecundum animam eſt illuſtris Sed ſecundum carnem obſcura coram mundo Multa alia myſteria in lune motu ex ſcrip. paſſim colligi poſſunt. prouer. 7. In die plene lune

Blatt 105a: Igitur Sic Chriſtũs permanet, cum ſua humanitate & ante lunam (.1. coram Eccleſia: que ipſum ſemper ante

ſe habet quia ab eo illuminatur Vel ante. prior & caput eius Nam non Sol a luna Sed luna a ſole lumen habet. Ideo non luna ante ſolem. Sed ſol ante lunam eſt

Tropologice. permanet cum ſole .1. fideli anima: aut carnem eius q. d. in ſpiritu

Deſcendet ſicut pluũia in vellus. ꝛc primo. ſine opere in mano incarnabitur: Vnde & Miche. 5. de Apoſtolis Erunt reliquię Iacob. in medio populorum multorum. ſicut ros a Domino & quaſi ſtille ſuper Herbam: que non expectat virum, & non preſtolatur filios hominum Sicut enim Chriſtus de ſpirituſancto conceptus eſt. Ita quilibet fidelis, nullo opere humano. Sed ſola gratia dej & operatione ſpirituſancti. Iuſtificatur & renouatur Secundo vt lyra & Caſſio: Sicut Vellus recipit plũiam & reddit, manens illeſum: ita Virgo concepit & peperit Inuiolata. Et pro vtroque canitur In Sequentia Sancto rorante pneũmate parituram diuinj floris amygdalum ſignauit Gabriel. Quod autem primo Vellus. deinde terra fuit irrorata: ſecundum Aug ſignificat Quod primum ſynagoga. deinde Gentilitas ſignif. (? β)

Donec auferatur Luna: vtraque ſcilicet literalis & myſtica. Luna autem ad literam auferetur: quando tota erit ſicut Sol modo eſt. Nam nũnc ſemper eſt dimidia lucens & peregrino lumine: tunc autem proprio: Et ceſſabit viciſſitudo luminis in ea ſicut Eſaie. 30. dicit Et erit lux lunę. ſicut lux ſolis. Et lũx ſolis ſeptempliciter ſicut lux ſeptem dierum (.quod non intelligo ſic. multi: de primis diebus. in quibus dicunt ſolem fuiſſe ſepties clariorem quam nunc eſt Sed propter peccatum Ade obſcuratum iam vix ſeptima parte luceat. Nec Hoc textus Iſaie habet nec intelligi ita cogit) Sed dicit. Quod lux ſolis erit ſeptempliciter lux ſolis: ſicut lux ſeptem dierum (.1. ac ſi ſeptem dies eſſent vnus dies Et ex ſeptemplici luce dierum. vna lux fieret facile autem poteſt concedj. Quod iam lux ſolis ſit ſepties clarior luce lune. Ergo quantum creſcet luna, tantum & ſol in claritate

Sic Eccleſia luna ſpiritualis auferetur. Quando [*ausgestrichen*: lux ſolis] ſecundum corpus fulgebit ſicut ſol: Et ſecundum ani-

mam: qua iam fide fulget, fulgebit in clara viſione dej. Quę viſio excedit fidej claritatem ſepties & amplius. Interim autem donec Eſt media parte ſui (.1. ſecundum ſpiritum per fidem) clara. que eſt radius a ſole Chriſto in eam deſcendens: Et altera parte ſui (.1. ſecundum corpus.) obſcura. ſemper oritur Iuſtitia & abundantia pacis Sic enim .1. Corin. 13. Cum venerit, quod perfectum eſt, euacuabitur. quod ex parte eſt

Vide miraculum. In omnibus prophetis: Quando gentes enumerantur, in ſpecie: que ad Chriſtum conuertentur. ſolum eę nominantur: que ſunt meridionales vt ęthiopes. Arabes. Egyptii Econtra quando mala prophetantur. ſemper fere eę nominantur. que ſunt aquilonares Vt Gog Magog. Tubal Moſoch & Dedan ꝛc In quo oſtenditur differentia vtriusque generationis. Quoniam Auſtrales ſunt quibus ſol approximat per fidem. Aquilonares autem a quibus recedit per infidelitatem. Et ſicut hoc Iudicium ſol agit in toto mundo. Ita Chriſtus idem in toto genere Humana [*so*] Et huic ratio redditur. Cur pre cęteris Ethiopes ita inducuntur. Scilicet propter myſterium. Quia per Ethiopes ſignificantur ii qui ſunt ardentiſſimę fidej. Sicut enim ſol proximus eſt ęthiopibus, & ſunt omnium nigerrimi ab eo decolorati. Ita qui ſunt feruentiſſimi in fide Chriſtj: proximi ſunt ej & ipſe eis

Blatt 105b: Ideoque ab eodem maxime decolorantur: quando ſeſe agnoſcunt eſſe nigros & hũmiliantur coram eo, Vt In Cantic. 1. Nigra ſũm ſed formoſa ꝛc

Tharſis ſupra ps. 47. dictum eſt quod quandoque pro mari capiatur: Et ita videtur hoc loco accipi: quia addit: Et in [*so*] inſulę. q. d. Reges maris & inſule que ſunt in marj Et ſic intelligitur mare mediterraneum, in quo ſunt regna. in litore meridionali Egypti, affrice, Numidie Mauritanię, libię. Cyrene. Ex altera parte & litore aquilonari. Hiſpanie Gallie, Italie. Grecię. aſie Ionię, pamphilie, licię Cilicie, anthiochię. Syrie ꝛc. Hec omnia iacent in litore maris noſtri ſeu mediterranej. Et omnia ſub Chriſti fide. glorioſe ſerũierunt.

Vbi Nos Habemus Reges Arabum. Heb. ſic. Reges Schaba (.per. ſ. pingue & ſpumans ſueũicum) & ſaba (.per ſ. tenue &

exile.) quorum hęc eſt differentia. Quod Quod [*so*] primum Schaba ſignificat Arabiam fęlicem: ſic dictam a Schaba filio ſui (.1. a nepote Chus qui fuit filius Cham Genes. x. Et latine dicitur Sabęa. in qua naſcitur Thus & myrrha [*Am Rande links:* ... tingit ad lit .. maris rubri .... ntalis] Virg. Solis eſt Thurea virga Sabeis. Scilicet ſcrip. Arabiam fęlicem ſic nominat: ſi infra. dabitur ej de auro Arabie. Heb. Schaba .1. Arabię felicis Et inde fuit Regina Schaba. que ad Salomonem venit 3 Reg. 10. Saba autem ſecundum. Eſt ciuitas regalis ęthiopie. Et dicitur a Saba filio ipſius Chus. Vnde Chus ęthiops Heb dicitur: quia pater ęthiopum eſt. Et ex iſtis duobus locis fuiſſe Magos putatur. qui ad Chriſtum natum venerunt.
Et poteſt ſane idem in prima parte verſus intelligi. Scilicet Reges Tharſis .1. maris rubri. quod ſoli arabes felicis arabie in ſabej. ex vtroque latere poſſident. & per conſequens, etiam inſulas in medio eius Et ſic ſecunda pars eſſet repetitio eiuſdem ad clariorem expreſſionem Sed primum melius. vt cum Iſaie [*so*]. 61. [*d. i. 60 V. 5 ff.*] conſonet: qui ait Quando ad te conuerſa fuerit multitudo maris (q. d. Reges Tharſis,.) fortitudo gentium venerit tibi (.q d.) Et inſule: Dromedarii Madian & Epha: Omnes de ſaba venient, aurum & thus deferentes: Item Omne pecus Cedar congregabitur tibi. Arietes Nabaioth miniſtrabunt tibi. In Hijs verbis exprimitur aliquo modo, qu & qualia ſint iſta dona: Quia homines conuertendos ſcilicet in miniſterium Chriſtj vult intelligi Vnde triplex Arabia: que a latinis .dicitur. petręa, deſerta & felix. in Scrip ſic nominantur. Quod felix ſemper Schaba Dicitur. Deſerta autem. ſuum nomen retinet: quia Arab. deſertum ſignificat. petręa autem non vno nomine Sed nunc Madian Epha. Nabaioth. Cedar. frequentius tamen Cędar. Sunt autem Iſmaelite. Amonite. Moabite, Madianite Idumej omnes in Arabia

Blatt 106a:

lxx / Hiero / lyra / Burg. / Kimhi — Erit { firmamentum / Memorabile / Abũndantia tritici / placenta tritici / particula frumentj } Chal. in capitibus ſacerdotum in terra, in ſummis montiũm Quę omnia in idem conſonant Nam ſupra montes dixit Apoſtolos & eorum ſucceſſores: ſummum autem ſeu vertex montium. Eſt caput eorum. In hoc autem vertice Chriſtus in ſacrificio miſſe: Eſt frumentum & panis celeſtis in ſpecie ſacramentali.

Primo. firmamentum. quia panis cor hominis confirmat ps. 103. Et Chriſtus in hoc ſacramento eſt vnicum & ſingulare. firmamentum totius fidej & religionis Chriſtianę. Tolle enim Hoc ſacramentum ait Bonauentura: Et erit confuſa gentilitas & idolatria per omnem Eccleſiam.

Secundo eſt memorabile triticum: quia in memoriam dominice paſſionis inſtitutum eſt. Ideo & memoriale domini dicitur

Tercio Abundantia, quia tale ſacramentum abunde per omnes terras conficitur

Quarto placenta. Hoc magis formam & figuram [*Darüber:* ritum & ceremonię] ſacramenti exprimit

Quinto particula. Hoc quantitatem panis oſtendit

Quod aut em ſeptuaginta magis firmamentum poſuerunt, eo factum eſt. ne tam ſanctum ſacramentum clare gentilibus proderent.

Florebunt de ciuitate ſicut fęnum terrę: Fenum propter tranſitorium ſuum eſſe: eſt male ſignificationis: Iſaie 40. Omnis caro fenum. & omnis gloria eius flos feni. Exiccatum eſt fenum & cecidit flos feni. Vere fenum eſt populus. ſcilicet propter mortalitatem & caducam perſeuerantiam. Sed quo ad ortum eius. eſt bonę ſignificationis. primo ſicut fenum naſcitur ſine opere humano. Ita filii Eccleſię. Secundo ſicut ſubito naſcitur. per omnes terras, ita per totum mundum fideles: quia velociter currit ſermo eius. Sic [*so*] enim fenum in vere eſt Iucundiſſimus aſpectus per prata: Sic Eccleſia primitiua in martyribus. Tunc enim fuit Iucundiſſimum tempus Eccleſie. Vbi tot flores & odorum fenum vbique. Si vinee florentes odorem dederunt.

Blatt 106b: Vnde Iob. dicit Quis reſtitit ej & pacem habuit? Et tamen hic dicit quod ſic

ps 72 [Hebr. LXXIII.]

Iſtum ps. dignum eſt. velut lucernam habere. ad multas auctoritates ſcrip: ſoluendas: que contrarie ſibi videntur. Qui Cum multę ſint auctoritates, que malis non niſi mala minentur. Et bonis non niſi bona promittant: In Contrarium ſunt. queren tot ſanctorum & experientia. Et per totum pſalterium. voces lamentabiles piorum In quibus potius male eſſe bonis. & bene eſſe malis oſtenditur

Hic ſuſcipit perſonam de hac materia diſputatoris: Et vel queſtionem primo proponit An verum ſit. Deum eſſe bonum rectis corde. Deinde arguit ad partes vtraſque & in dubium vertit primo dicens. Mej autem pene moti ſunt pedes. Quia videl Quod non rectis corde ſit bonus deus. Hoc probat Inducti Deinde in contrarium adducit inconueniens. Deinde po Notabilia pro concluſione inferenda. dicens Quod de iſta mater poteſt dupliciter fieri conſyderatio. primo ſecundum Hominem ſecundum viſibilia Secundo ſecundum deum & ſecundu ſpiritum. Quo ad primum. difficile eſt. immo impoſſibile eam in uere. Sed quo ad ſecundum. facillimum.

Tunc Infert Concluſionem. Quod Intelligendum eſt in nouiſ mis eorum (.1. intellectionem oportet habere, in hijs que venie Poſt Hoc ſoluit rationes in oppoſitum [*Darüber:* & propo *wovon letzteres ausgestrichen.*] factas. dicit. Veruntamen propte dolos poſuiſti eis Vltimo Confirmat & concludit queſtion partem affirmatiuam

poteſt autem ps de Iudęis primum Intelligi. Sed melio generaliter de omnibus. Iudęorum quippe carnalium (in quorum perſona & ſimilium. hic multa dicit) fuit hec ſententia. Ezech. 1 Non eſt ęqua via Dominj: Quia videbant ſeſe colere deum: & tamen a gentibus conculcari idolatris. Quia bona tantum externa ſapiebant: Deus autem indifferenter dat bonis & malos [*so*], Bona & mala exteriora, ſimul eos affligit in vnum, & ſimul eis bene facit in vnum, vtpatet vſque hodie immo malis. abundantius

benefacit: & bonos amplius affligit. [*Am Rande links:* . . s Hoc eſt . . . . . mum quod omnia . . . . . us eueniunt . . . . e non eſt peſ . . mum Sed ipſis . . ſipientibus] Et Hoc non iniquę Sed vt fides locum habeat. Si enim Malis tantum mala daret. & mox cum peccant, iam fides periret. & cogerentur ſibi ſeruire omnes Et ſi tantum Bonis Bona daret, ſimiliter periret fides & ſpes, quia putaretur, ej tantummodo pro iſtis ſeruiendum. Igitur vtile nobis eſt. iſta prouidentia Dej: quod malis bona. vel non ſolis ipſis mala Et Bonis mala vel non ſolis eis Bona tribuit per Hoc erudimur. alia reſtare & bona & mala. Vnde per Ezech vtſupra Si erit parabola iſta vobis vltra in prouerbium Sed anima que peccauerit ipſa morietur. Et filius non portabit iniquitatem patris: Quia Hic non dicit. Caro morietur Sed anima. Quia de ſpirituali pena loquitur & Spirituali premio: Iſta enim non ita indifferenter diſtribuit. Sed puriſſimo Iudicio Vnde non loquitur ibidem de peccato originali. vtpatet. Quia promittit Chriſti gratiam: Quam qui non acceperit ipſe morietur. Nam peccatum Ade Indultum erat illis per circumciſionem

Igitur. Differunt. Iuſtum & bonum. Quia Bonum proprie reſpicit malum pene cui contrariatur Sed Iuſtum eſt contra malum culpe Sic deus Bonus eſt. quia penam aufert Non autem Bonus impijs, quia non aufert eis penam. immo eorum Iudicio omnino contrarium de eo ſentiunt vt b. Aug. li. 1. tri. vlt Iuſtus autem quando dimittit vel imputat peccatum & malum culpe, & dat bonum gratię & Iuſtitię. Et ſic Iuſtum. eſt bonum Iuſtitię. vel malum Iniuſtitię Bonum autem eſt, ſalus & beatitudo. Malum autem pena & miſeria. [*Am Rande links:* . . . . Apoſt . . . gratia & pax. gratia contra malum culpe. pax contra malum . ene] Eſt igitur Deus Bonus. rectis corde. Quia ab eis vere malum pene aufert: Hic in ſpiritu: Et in conſcientia primum, In futuro etiam in corpore ſimul. Sed Hoc non facit, niſi prius malum culpe ablatum ſit, ideo addit. rectis corde. Quos enim Iuſtificauit, hos & beatificat. Et Hoc eſt vere bonum: quia ſpirituale & ęternum: Ideo Bene dicit Quod bonus Deus Iſrael ijs qui recto ſunt corde. Non enim ijs qui recto ſunt corpore & tantum in Iuſtitia carnis

[*Unten am Rande quer herüber:*
mea ſpiritu mea carne
dextra Eſt proſperitas in Siniſtra eſt aduerſitas in
illorum carne ....
quia illi recti .....]

Blatt 107a: & legis recti ſunt, ſicut hipocrite, talibus enim adhuc non eſt bonus: quia malum pene eis non aufert, in ſpiritu eo quod nondum ablatum ſit malum culpe: Nondum eſt Iuſtus eis ideoque necdum bonus. Hęc igitur eſt Concluſio propoſita totius pſalmi

Deinde mouet dubia Carnalium. & eorum argumenta proponit. Mej autem pene mo. ſ. p. pe ef ſ. gr m. Quia Zelaui emulatus ſum. iniquos.

Pacem peccatorum videns. Hinc manifeſte colligitur duplex pax. ſcilicet peccatorum & Iuſtorum. Quia ſicut pax piorum Et bonum eorum. qua deus eis bonus eſt: Quia prius eis Iuſtus ſit per gratiam vt ps. prece: Orietur in Diebus eius Iuſtitia & abundantia pacis. Iuſtitia & pax oſculate ſunt. [*Ps. 85, 11.*] S. pax peccatorum, eſt bonum eorum, qua & ipſis videtur eſſe bonum cum tamen Iuſtus eis nondum ſit, nec gratia eius in illis. Id niſi quis ſit animal mundum & vngulam fiſſam habens. diſcernerque potens precioſum a vili. inter pacem & pacem gratiam & gratiam, bonum & bonum, mouebuntur pedes eius. Et ponet malum bonum & bonum malum Iſaie. 5. Et dicet pax pax & non eſt pax. Sicut Ierem. 14. Expectamus bonum & non ecce pacem & ecce turbatio. ſcilicet conſcientię ſiũe malum pene Et hanc differentiam gracię. Zach. exprimit d. Exęquabit gratiam gratię eius. Et noſtri vſitatiſſ. verbo. dicunt gratia gratis data & gratia gratificans

Sed quam pauci etiam hodie ſunt, quibus non moueantur pedes. viſa pace peccatorum Videns enim eos in diũitijs, pompa luxurie & Gula, ſaltem ſubſiſtit. & conſyderat aperto ore. Immo vno ſpectaculo aliquo preſente. ſtamus & hiamus: interim oblii noſtrorum Rariſſimusque eſt. qui clauſis oculis & auribus procedat. Sed & multis quoque Cauſa tepiditatis hęc ſunt. Quia alioram perditos mores aſpicientes. longe ſe illis preſtare putant: quia

non ſicut cęteri hominum ipſi ſunt. Et ita ſibi placentes. eoipſo abominabiles fiunt deo. Non conſyderantes, quoniam illi forte mox conuertendi: multo eis meliores erunt. Et ipſi interim talentum gratię dej. defodiunt in terram

labor eſt ante me. Differunt ante me & ante deum: non ſecundum ſpacium loci: Cum vbique ſimus ante deum & omnia ante eum, & ante nos, Sed ſecundum Cognitionem & affectum [*Am Rande links:* Genes. 17. Ambula coram me.] Sic ante deum ſunt, omnia que ſecundum ſpiritum reputabilia ſunt, ſeu que deus reputat. [*Darüber und bis auf den Rand rechts:* Vnde iſta videre hoc eſt ante deum eſſe Sic econtra ante hominem & mundum ſunt ea: que mundus putat vel h .. iſta videre ... eſt ante h..... eſſe] Nam que ipſe reprobat, non ſunt ante eum.
Vnde frequens eſt verbum iſtud in Scrip. In conſpectu dej: Coram deo, apud deum & ante deum. Et nos enim ante deum ſũmus. quando ea cognoſcimus & amamus: que deus eligit. Sic enim Anima eſt ante deum. & ante faciem eius. Econtra Impii dicuntur Egredi a facie dominj. vt Sathan Iob. 1. Et ſeruus ille nequam . qui conſeruum ſuum, [*so*] Quia ſcilicet vertunt faciem ad ſe & ſua: & dorſum ad deum & ea que ſunt dei. Ideo iam licet literaliter ſint ſemper ante faciem eius. Sed non moraliter. niſi quando vertit faciem ad deum & ea que dej, ſunt, auertendo ſe a ſeipſo & ijs quę ſua vel mundi ſunt Ergo ante deum & ante faciem dej eſſe. Hoc eſt intrare in ſanctuarium dej: Non enim ille introitus ſpecioſus eſt vt dixi. Sed affectionalis & moralis (.1. Conuerſio ad ſpiritualia & diũina. Quia antequam ſic conuertatũr: Eſt in prophano. & ante mundum & ante ſe. quia ſua & mundi tantummodo videt. ac in conſpectu habet: Et ita eſt extra ſanctuarium dei & egreſſus.
Sanctuarium enim dej, eſt non niſi anima ſpiritualiter ad deum conuerſa Quia anima eſt ſedes ſapientie. Et in medio populi (.1. corde eorum) habitare ſeſe promittit. Quare Sanctuarium & prophanum, non ſunt longe querenda. intra nos enim ſunt. Sicut dicit ps. 84

Blatt 107b: [*Oben am Rande herüber:* ..... etiam ſanctuarium Alleg. Eccleſia hic intelligi. Et ſic ps. in perſona humanę

nature dicitur. Que non intelligit iſtam rerum diſpoſitionem. nil intret in Eccleſiam: ibi enim eruditur ... fidem. que eſt ſolius intellectus, vt intelligat in Nouiſſimis eorum: Extra autem ſolum videt in primis eorum: Et ita Chriſtus in perſona eius loquitur Deu 32 Abſcondam faciem meam ab eis & conſyderabo nouiſſima eorum hoc abſcondere eſt intrare in ſanctuarium dej & dorſum vertere ad eos.] Et ſuper eos qui conuertuntur ad cor. Et redi preuaricatores ad cor. Quid enim eſt redire ad cor. Niſi mentem reuocare ab ijs: que ſenſus attingit & foris ſunt? vt intus videa ea que corde tantum videri poſſunt. [*Am Rande links:* ... H dicit. Ideo ... uertetur populus . eus. hic] Nam omnes ta extra ſanctuarium dej ſunt. Ideo redeundum eſt illis. ſi volu ſanctuarium intrare. Quare idem eſt redire ad cor & intra ſanctum dej. Quippe cor eſt ſanctuarium dej. Regnum enim d intra vos eſt dicit dominus donec ergo illud facias, non intellige Sed mouebuntur greſſus tũi. Et Zelabis eos qui bene habent impii ſunt. Si autem intres. Ecce intelliges.

Et intelligam (.1. intellectualia tantum videam. ſiue intellectionem faciam: iam excludendo ſenſum. & ea: que ſenſibi ſunt.) in nouiſſimis eorum. [*Am Rande links:* ... ait Intellig ... iſſima. Sed in ... iſſimis. quia verbum ab ... tum: Eruditu intelligens ero ... inſpexero eorum .. uiſſima. Sic flagellis ſapie ... pientium, . Vnde ps. 58. leta... Iuſtus cum vide ... vindictam quia ..... quod non fruſtra ... ſerint] Nouiſſima dicunt contra prima. Prima autem eorum. Exteriora bona: Sed nouiſſima ſunt eorum interiora. quod vtrunque facile patet. Inſpiciendo. vtrorunque ſitum & conuerſionem: Ea enim que ant faciem ſunt. dicuntur prima: Que autem poſt tergum. nouiſſima & poſteriora. Sed nunc illi habent faciem ad temporalia. & ſunt eorum anteriora: Iuſti autem faciem ad ęterna. ideo tal ſunt eorum anteriora: primum enim querunt regnum dej & ant omnia, nouiſſime vero temporalia. ad que habent dorſum. Sed illi dorſum ad ęterna: quia nouiſſime venient ille ſtulte virgines dicentes ꝛc. quia nouiſſime illa querunt. cum iam hora tranſier

Ergo intrare ſanctuarium & redire ad cor. hoc eſt intellige eorum nouiſſima Quia videt ſua prima in illis non eſſe: Et iam

auerſus ab eorum primis videt nouiſſima eorum. ſicut Abacuk. 3. pro iniquitate vidi tentoria ęthiopię.

Dextera. felicitas. proſperitas & ſucceſſus ac velut fauor fortunę: Sicut ſiniſtra aduerſitas & Impedimentum. Dextera autem Iuſtorum eſt fauor & gratia dej: in qua viuunt, proſpere procedunt & regnant. Siniſtra eſt aduerſitas eorum temporalis. Ediuerſo Dextera iniquorum Dextera iniquitatis. proſperitas in temporalibus: Ibi enim ſuam dexteram ſtatuunt & eligunt Et Hęc moraliter [*Am Rande links:* ... ſit dextera ... ps. 1. dicitur ... quecunque faciet ſemper ..... buntur. Manus .... opera: proſpera autem ..xteram ſignificantur ...pera coram deo quia ...tera mea. Sic ps. 44. Intende proſpere.....e] Allego: Eſt Eccleſia que ſtat a dextris Anagog. Eſt futura Eccleſia ſtatuenda a dextris. Moraliter vt dixi Eſt gratia fidej Et hanc tenet Chriſtus in ſuis, ſiue ſpiritus. Caro autem ſiniſtra

Quia Vero Mundus ſemper & in omnibus eſt contrarius Chriſto: ſicut de Egypto Scribit Pompo: Mela [*Mela I. cap. 9.*] Ideo quod vnius eſt dextera alterius eſt ſiniſtra. vtpatet in duobus ſibi obuiantibus: Quia alter alteri eſt ad ſiniſtram ꝛc Et Hoc ſignum abhorrens Iacob Genes. 49. commutauit manus. ponens dexteram ſuper eum, quem Ioſeph ad ſiniſtram ſtatuerat

Eodem modo de alijs ſitibus: Quod vni eſt ſupra alteri. eſt infra: & ediuerſo. Quod alius portat in capite. alius conculcat pedibus. Quia Mundana Impijs ſunt ſuper eos portant ea in humeris: Celęſtia vero conculcant. Econtra ſancti mundum conculcant Et cęleſtià ſupra ſe habent in humeris. Sic Diuiſa eſt ps. 59. ſiccem (.1. humerus: Vt illi terrena. hij cęleſtia portant. Et hinc ad queſtionem. Vtrum ſint antipodes? Reſpondetur. Quod hi vere ſunt antipodes: Quia pedes vertunt: quo nos caput. & nos pedes. quo illi caput.

Sic eodem modo Quod vni eſt ante alterj eſt poſt. & ediuerſo. Sic nouiſſimi primi Et primi nouiſſimi. Sic dextrj ſiniſtri & ſiniſtri dextri: Sic Inferj ſuperi & ſuperi Inferj reſpectu diuerſorum Et in ceteris ſimili modo. Vt hic nuſquam

Blatt 108a: & nuſquam, Hic. Viũi mortui & mortui viũi. pauperes diuites & diuites pauperes domini ſerui. & ſerũi domini. Nudi veſtiti & veſtiti ſunt nudi [*Oben längs am Rande herüber:* Et Seneca. Nuſquam eſt qui vbique eſt. Et eiuſdem. Vbique eſt. qui in vno eſt. Item. Sic Bern. Et Scipio. Nunquam minus ſolus quam cum ſolus ſum]

Illud autem quod verſu. 10. in glo: dictum eſt: Aliter & aptius ſecundum b Aug & Caſſio. in bono accipitur. Cum populus meus conuertetur ab illis ſcilicet malis. q. d. Qui vult eſſe populus meus Vel qui eſt populus meus. moneo. vt conuertatur. Hic: 1. in tali facto vel re tali. Quia ideo permittuntur. vt dies pleni Inueniantur in eis Et dixerunt tales impij. Quomodo ſcit deus? ſcilicet contemptores diũinę prouidentię facti.

Ecce ipſi peccatores (.1. peccant.) & abundantes. obtinuerunt Non ait meruerunt. Sed occupauerunt, obtinuerunt. q. d Nihil ad eos pertinet quomodo eas habeant: obtinere tantummodo curant

Notandum autem

Quod iſta hic deſcripta: que faciunt Impij ex proſperitate licet non ſingulis conueniant Nam non omnes ea faciunt. tamen aliqui ex illis: Et ſic. quia de tota generatione malorum. que facit hec omnia. aliqui illud alij aliud ꝛc Et primo quidem quia ſcimus. quod quecunque lex loquitur. hijs qui in lege ſunt loquitur. Ideo de Iudęis tempore Chriſti exiſtentibus Valde plane intelliguntur: Quia hij in labore hominum non ſunt ſicut Euangelio dicit Matt 27 Onera grauia digito ſuo nolunt mouere Et amant primos recubitos in cęnis & Inuicem ſeſe glorificauerunt. Ideo tenuit eos ſuperbia. vt humilitatem Chriſti recipere non poſſent. & tranſierunt in affectum cordis. ſcilicet in ſua deſyderia. Deinde prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum. ſcilicet contra Chriſtum Et contra eundem Cogitauerunt & locuti ſunt nequiciam. ſcilicet cum poſſent bene loqui chriſto. ſponte male loquebantur. Differunt enim Malitia & nequitia: Quia malitia eſt: quando quis loquitur vel agit malum cognitum. Nequicia autem: quando etiam bonum auertit ne loquatur vel agat. [*Am Rande rechts:* Malicia .....

nocere N .... tia prod .... nolle & ..... bere. v ... a nequam. v... Aug li.....] Sic Iudei nequitiam loquebantur. quando verba & opera Chriſtj. optima ſemper auertebant in malum. Malitiam autem, quando ſuas falſas accuſationes contra eũm loquebantur. Sequitur Iniquitatem in Excelſo locuti ſunt (.1. in Chriſto: qui eſt deũs excelſus.) Et ſic poſuerunt in cęlum os ſuum. quia verba ſua ſuper verba Chriſti ſtatuere niſi ſunt, & ipſum Iudicare & reprobare. Eſt enim in celum os ponere, magnificare verbum ſuum. & cum deo contendere: quod illi in Chriſto vtique faciebant: Et lingua eorum tranſiũit in terra (.1. preualuit & dilatata eſt contra Chriſtum. Et dixerunt. quomodo ſcit deus (.1. Chriſtus quem propheta deum appellat. licet ipſi non eum ſic nominarent. Sed dixerunt. quomodo ſcit ille noſtras cogitationes contra eum? q. d neſcit. Sed propheta eum nominat ita. Quia reſpicit ad quem ipſi loquuntur. Et ſi eſt ſcientia in excelſo (.1. chriſto. q. d. nequaquam.

Eſt autem Hic Notandum. Quod licet impii directe in faciem dej non dicant: tamen dicunt indirecte. Nam Sicut Chriſtus apparuit Iudęis incognitus. Et tamen quicquid illi in eum ęgerunt: in deum excelſum egiſſe recte dicuntur. Ita & modo quicquid in veritatem & Iuſtitiam agitur & dicitur. in deum dicitur & agitur. Quia Iuſtitia & veritas in Iuſtis & ſanctis: illis videtur. neſcire. que contra eam machinentur Et vere Iuſti & ſancti ignorant. Sed deus qui in eis eſt. bene videt: Ideo omnino ſimiliter agunt. qũi ad hominem Iuſtum talia agunt ſicut Iudęi in Chriſtum Nam qũicquid in Iuſtum dicitur, indirecte in deum dicitur qui in illis eſt. Si igitur quid ęgeris contra Iuſtum. & in corde dixeris. Ecce ipſe hoc neſcit.

Blatt 108b: [*Oben am Rande längs herüber:* primo ſic. Aliqui ponunt & dicunt ſi eſt ſcientia in ꝛc. ſicut iacet litera. 2°: Quia Iudęj ſic Chriſto fecerunt. Quod autem dicit Quomodo ſcit deus, hoc nomen deus propheta addit. & ſic appellat eum: Non illi: Sed tantum quomodo ſcit ſcilicet ille quem ego ſcio quod deus eſt. Sic etiam allego: & tropol. Heret: Et ſenſuales ſuperbie. Non enim ipſi volunt Deum ſic blaſphemaſſe viderj: Sed Hoc cum dicunt: Quomodo ſcit: non putant eſſe deum. cum tamen

ſit.] quomodo ſciet? Et contra eũm contenderis. Iam iniquitatem in excelſo loqueris: & in cęlum os ponis: quia Iuſtus eſt celum in quo eſt deus, Et quando ei prefers tuum verbum. vel condemnas, iam ſine dubio. in cęlum os poſuiſti. Et putas, quia ipſe neſciat, Et non ſcientia in Excelſo. ſicut Iudęi in Chriſto. Quare Vt dixi. Quod Iudęi contra Chriſtum ad literam, hoc omnes Impii: contra membra eius & Iuſtitiam eorum. ideo valde multipliciter hodie hoc faciunt. Quia quando Iuſtis male faciunt: ipſo facto dicunt, non videt deus. Vel deus non eſt in eis: Sed longe alibi. Si enim deum in illis eſſe crederent, non contra eos ita agerent. nec eorum monitiones ſpernerent. Et in huius intelligentie notam. Non dixit ſolum quomodo ſcit deus? Sed addidit Et ſi eſt ſcientia in excelſo (.1. non eſt deus in eis. qui ſciat. Nec deus ipſe ſcit: licet ſit. quia in eis non eſt non curat. quod illis facimus. Quia nec illos noũit nec inhabitat. Sed alibi eſt. Ideo eos neſcit (.1. non habitat in eis.) ergo non quod eis facimus ſcit. quia non Imputabit eo quod iniuſti ſunt. quibus hec facimus. Sed potius nos ſcit: quia nobis bona dat Et Aſſumunt Impii argumentum exeo quod ipſi abundant Et ſancti egent. Et ſic concludunt. deus non eſt cum eis. Sed nobiſcum: Quia illis non facit bene & nobis non facit male. Ideo non ſcit deus. quod facimus eis: quia non reputat nobis pro iniqua Et Hec eſt propria opinio Iudęorum. Quod illis deum addere [*ſo*] putant: qui florent temporaliter Illis autem non. qui egent Et ſic ſunt inſipientes facti: vt etiam inopes & pauperes perſequantur Quia non ſuſtinent ab eis monitionem, cum putent eos non a deo, Sed ex proprio capite contra eos loqui. Neſcientes quoniam pauperes euangeliſentur

Et Valde bene Notabis Hoc inſigne punctum Quod Deus Chriſtus: qualis erat ſecundum diũinitatem in cordibus eorum in eſtimatione, talis apparuit eis foris in eorum oculis. Sed ipſi non niſi carnaliter de eo ſentiebant intus: tanquam ſolum carnalia dans & diligens ideo apparuit etiam foris in eis caro & homo. [*Am Rande links:* ... Caro apparuit ... omnibus ſuperbe. quia .... tem in corde non .... ſcunt apparet etiam .... s eis ignobilis .... in mortali & fluxo. .... oris Et .... poteſt

Eſaie. 6. intelligi Excęca cor populi huius Et oculos eius ꝛc .. cut Intus ceci fuerunt ... foris quoque ſchandali .... ſunt]
Vnde ad Apoſtolos. Expedit vt ego vadam (.1. vt carnalem apparentiam tollam. vt ſic nec intus de me carnaliter ſapiatis Vt ſciatis. quoniam deus in vobis: ſpiritualia & celeſtia diligit & donat, non carnalia De illis autem Iudęis: qui de deo vſque hodie etiam. non niſi carnaliter ſapiunt. & ſperant dicit. In prophetis Iſaie 40. Cui aſſimilaſtis me dicit dominus. Et in multis locis. ex eodem vitio vocat eos plastes idoli, fabros mendaciorum. Quia deum carnaliter cogitant. & non ſpiritualiter: eo quod aliter eum eſſe imaginentur quam eſt. agat, velit. Igitur ſicut in illorum cordibus deum Chriſtum non reputabant. Sed contrarium potius, cum tamen eſſet Ita omnes impii deum in ſanctis non eſſe putant, Et in veritate vel Iuſtitia schandalizantur. Et contra eam pugnant. Quia talis apparet eis Iuſtitia foris: qualis eſt apud eos intus. Sed intus videtur eis nihil & parum eam curant. Et deſpecta eſt eis ideo & foris eam contemnunt, blaſphemant & proijciunt. ſicut Iudęi Chriſtum in cruce: qui quod tam fedus apparuit, non putabant eſſe deum. Ita & illi. Quia Iuſtitia eis nihil apparet. quam ipſi in ſe ipſis fedauerunt. ideo etiam foris contra eam ponunt os ſuum & ſuperbe contra eam loquuntur & agunt. Et dicunt: quomodo ſcit deus?
Igitur Tota ratio Quare dicant deum neſcire Eſt quia non reputant: deum eſſe in illo vel in eis. contra quos loquuntur. Exemplum videamus in hereticis. Et ſit Celum Eccleſia: In hoc cęlum ponunt os ſuum, quia eam Iudicant, damnant, & diffiniunt contra eam vt volunt. Et tranſit lingua

[*Unten in der linken Randecke:*

Celum { Iuſtus / Eccleſia — Impii / heretici]

Blatt 109a: eorum in terra, Quia ſermo eorum vt cancer ſerpit Et eo ipſo non ſolum non peccare. Sed & obſequium preſtare deo ſe putant. Et ita deum neſcire ſuam nequiciam eſtimant (.1. non pro nequitia agnoſcere: Quare autem faciunt? Quia in labore hominum non ſunt. & cum hominibus non flagellabuntur .1. non compatiuntur peccantibus. Sed ſibi tantum

placent. Nec ſecundum legem Chriſti. alter alterius onera portant Sed tantummodo recitant, detrahunt, accuſant Iudicant facta eius. Ideo tenuit eos ſuperbia. Et ita vere os ſuum ponunt in celum. Sed quia magna ſpecie viũũnt ſanctitatis. Et ibi quoque pax peccatorum videtur. ideo pedes ibi pene mouentur etiam electorum. Simulant enim ſe pacem Chriſti & omnia que Chriſti ſunt habere. ideo periculoſa omnia ibi ſunt

Sic Iudęi in Chriſtum. qui eſt cęlum ſecundum humanitatem. in quo diuinitas benedicta: corporaliter habitat Et in hoc Iudej os ſuum poſuerunt, dum eius dictis contradixerunt, Iudicauerunt, recitauerunt, accuſauerunt, ſibi placuerunt ſolis.

Sic omnis qui rebellis & inobediens, arguit ſũũm ſũperiorem vel Eccleſiam ſuam: reprehendens eorum dicta vel facta, Detrahendo. Iudicando ꝛc ponit in cęlum os ſuum

Dies pleni Inuenientur in eis. Dies pleni. ſunt in quibus expletur totum deſyderium carnis & mundi. Vacũi autem. in quibus nihil habetur de carne & mundi. Sic enim ſancti licet ſint in diebus malorum: tamen quia nihil participant cum eis de hoc mundo: ideo eorum dies ſunt vacũi ac velũt fruſtranej. Econtra quia illi nihil de ſpiritu participant & ſicut vacũi coram deo & habent vacuas noctes ideo eorum dies pleni ſunt Sic Iob. 7. Et ego habũi menſes vacuos, & noctes laborioſas enumeraũi mihi. Dies Eſt Concupiſcentia mundi: qua videt caro Nox autem eſt excecatio, tenebra, mors & crucifixio concupiſcentię. Et ideo noctes iſte ſunt laborioſę. quia in exercitio ſpiritus aguntur. Et ſic ſimul currunt. dies vacũi: Quia ſanctus ſecundum carnem eſt nox & habet noctem coram mundo. Et iſta nox. eſt ipſe dies vacuus: Illi autem quia habent diem plenum, qui eſt ipſa nox vacua & non laborioſa: quia ſpiritus eorum. eſt vacuus qui deberet eſſe nox coram mundo.

Vnde iſte in ps hoc ait. Et caſtigatio meo [*so*] in matutinis: q. d dies mej adeo ſunt non pleni: vt etiam ſtatim in eius initio vacuetur ſcilicet in matutino: quando ſuggeritur lũx concupiſcentie & viſio mortis. ſtatim extinguo eam. vt non repleat mihi diem. Et noctem vertat mihi in diem. noctem inquam laborioſam, in diem plenam Sic ps. 137. Dies formabuntur &

nemo in eis (.1. vacũi erunt.) ſic Ierem. Et diem hominis non deſyderaũi domine tu ſcis. Sic enim ſancti: quia omnia que ſunt in mundo: ſterilia, vana & vacua reputant. ſicut & ſunt ideo eis non vtuntur. Et ita dies eorum ſunt vacũi ſcilicet ab vſu & voluptate omnium que in mundo ſunt. Impij autem, quia multum ea reputant ideo dies eorum ſunt pleni: quia plena & perfecta ea eſtimant: & nihil reijciunt Hęc eſt nox de qua in multis locis: Nox nocti indicat ſcientiam: Et Nox mea in delicijs meis. Et ps. 91. Ad annunciandum mane miſericordiam tuam. & veritatem tuam per noctem. In die mandauit dominus miſericordiam ſuam. & nocte canticum eius Et optime dicit Veritatem & noctem. Quia ſpiritus & veritas eſt. in exercitio ſpiritus. mortua carne & luce eius extincta: Et hec nox ſicut dies illuminabitur: Sicut tenebrę eius ita & lumen eius (.1. idem ſunt tenebre eius & lumen eius

Blatt 109b: Poſũiſti eis ſcilicet vt deijcias. Immo Hoc ponere eſt deponere. ponere ſecundum carnem & mundum, deponere autem ſecundum animam & deum. Econtra. Depoſuiſti ſanctis. vt ſcilicet eos ponas. immo hoc deponere eſt maxime ponere & ſtature [*so*]. Sic enim deponit & occidit ſecundum carnem. Et ſtatũit eos ſecundum ſpiritum. ps. 11. Ponam in ſalutari. Et: 54. Depone eos protector meus domine. Sic enim humiliat & exaltat, deijcit vt eleuet. elidit vt eliſos erigat. Sic ſimili modo deiecisti eos dum alleuarentur: quia quos exaltat humiliat. ſcilicet ſecundum ſpiritum hoc. ſecundum carnem illud. Sic econtra ſanctos. Eleuaſti dum deijcerentur ps. Cum ceciderit non collidetur. quia dominus ſupponit manum. ꝛc Et ſic omnia iſta in antitheſi de facto intelligi poſſunt, vt ſimul dum ponuntur in lubrico ſunt re ſpectu diuerſorum. Et hoc non vident ipſi: qui nouiſſima propria ſua non vident quia in prophano ſunt. & nondum ingreſſi ſunt Sanctuarium Dej: Sed tantum prima ſua vident. nec habent intellectum Sed ſicut equus & mulus tantum preſentia & exteriora ſapiunt Intelligunt autem talia. qui intrant in ſanctum dej. Vt abacuk. 3. pro iniquitate vidi tentoria. Secundo poteſt vtrunque intelligi ſucceſſiue: ſcilicet quod deiicientur finaliter: qui nunc exaltantur vt ſic ad diuerſa tempora referantur.

Sed Hoc non videtur ſecundum verba pſalmi exprimi. Sed ſi quod dictum eſt. Quia dicit Dum alleuãrentur: Et ſic Nouiſſima eorum vult accipi interiora & ſpiritualia eorum. q. d. foris ſunt in lucro: ſed intus in damno: Ideo talis vita fugienda poſſunt enim & ipſi conuerti. Et ſic non erunt talia nouiſſima eorum Non enim oportet eorum nouiſſima ſic eſſe neceſſario, qui tales ſunt. quia nec ipſi tales ſunt neceſſario

Sic illud quod ſequitur. Quomodo facti ſunt (.facti ait, non futuri vel fient) ſcilicet ſimul dum ſunt pleni. ſunt etiam deſerti Sed quomodo fiet, vt etiam ipſi agnoſcant ſeſe eſſe deſolatos Reſpondet. Velut ſomnium ſurgentium. domine. in ciuitate tua Ibi poteſt fieri: ſi in Eccleſiam conuertentur & feliciter rediganter in nihil: ſicut ſibi factum dicit Quia ad nihilum ꝛc.

Vide ordinem, numerumque verborum. Quoniam omnia verba dej ſunt in pondere, numero, menſura Deſolati ſunt, defecerunt perierunt. primum eſt magnum, 2^{m} maius quia poteſt aliquis deſolari & tamen rurſum proficere. Sed hic ait defecerunt (.) etiam paulatim minorati ſunt. vt proficere nequeant, Tertium maximum. Quia poteſt aliquid deficere, quod tamen ibi nondum pereat Ecce hic eſt pondus verborum Deinde Quia tria ſunt in mundo vt notum eſt Deſolatur ergo concupiſcentia carnis, deficit concupiſcentia oculorum & perit ſuperbia vite Et hic eſt numerus verborum Vltimo prius eſt concupiſcentia carnis vincenda & facilius eſt Difficilius autem & 2^{a} concupiſcentia oculorum: quia non poteſt deſolari ſubito ſicut illa. Sed deficiet paulatim, Vltimo difficillima ſuperbia vite: que etiam de victoria naſcitur viciorum Ideo hęc non vincitur ſi deſoletur deficiatue, niſi omnino pereat propter iniquitatem ſuam: quia iniquiſſimum genus vicii eſt. quod inique diuidit inter gloriam dei & confuſionem ſũi Hec eſt menſura

Et hec quidem in bono Nunc per oppoſitum: Deſolati ſunt: dum abundantes ſunt defecerunt dum profecerunt, perierunt cum perfecerunt. Vide mirabilem eloquentiam Scrip. Quanto plus itur in carnem tanto magis receditur a carne. Et Hic iterum eſt pondus verborum Quia maius eſt deficere quam deſolari maius perire quam deficere in ſpiritu

Blatt 110a: deſolatur enim. etiam per vnum peccatum. deficit autem dum addit & magis infirmatur ad bonum quam prius erat, magis excecatur, magis concupiſcentia incenditur: Quia expletio libidinis non extinguit Sed accendit concupiſcentiam perit autem dum obſtinatur & in conſuetudinem venit. vel contemptum. Vt iam omnino cęcus ſit. etiam bonum malum, malum bonum Iudicet: Et in ſenſum reprobum veniant. [*so*] Deinde. Quia deſolatur fides in intellectu. Spes in deficit in [*so*] memoria: Charitas perit in affectu. Vel melius. Charitas deſolatur fides deficit. ſpes perit Et ſic eſt iam deſperatus Et Hic eſt numerus verborum. Vltimo Deſolatur per concupiſcentiam carnis. deficit per concupiſcentiam oculorum perit per ſuperbiam vitę. Et hęc eſt menſura verborum

Sequitur iterum trinitas alia. Quia. ad nihilum redactus ſum (quia deus deſtruit ea que ſunt & eligit ea que non ſunt. & hoc memorie & ſuperbie eſt contrarium: que ſibi aliquid eſſe, poſſe, ſtareque videtur in ſuperbia vite & honoris iactantia. Et neſciũi. Quia ſtulta elegit. deus. vt confundant [*so*] fortia Et hoc eſt contra vitium intellectus qui ſibi ſapiens videtur in concupiſcentia oculorum. & ijs quę ſunt in mundo diuitijs. Vt Iumentum factus ſum Quia infirma elegit deus vt confundat fortia. (Sed Hoc pro primo ponendum erat & primum, pro hoc loco 3°.) Quia hoc eſt contra vitium voluntatis: quo concupiſcentiam carnis ſequitur vt Iumentum in guſtu & tactu tantum viuens Igitur qui ſic ſeſe agnoſcit eſſe: hic ſemper eſt cum domino. Nam licet Carnales ſint huiuſmodi, tamen quam maxime nolunt eſſe huiuſmodi. Sed omnia per contrarium de ſe ſentiunt, ideo non poſſunt dicere Ego ſemper tecum. ſed ſemper cum Diabolo.

Verum etiam alio modo, Iumentum eſt quilibet Iuſtus, eo modo quo ſupra ps. 43. Oues occiſionis dicuntur ſancti. Quia non in delicijs nutriuntur: Sed in labore & exercitatione ſicut Iumenta. a domino vſurpantur. arando, triturando, portando, vehendo: in miniſterijs Eccleſię

Deſęcit caro mea (.ſcilicet querendo exteriora ſibi.) & cor meum (.ſcilicet in ſe confidendo.) q. d defecit corpus & anima

mea. a ſuis bonis: propter te vt tu ſis mihi pro ijs omne bonum Et ideo deus cordis mej. Nam cum deus omnibus bona tribuat indifferenter: ijs, qui ſolum temporalia ab eo accipiunt & petunt vt Carnales Iudęj, erat & eſt deus, non cordis Sed deus carnis eorum. quia tantummodo carni eorum benefacit: ac ita ipſi volunt. Sed quibus in ſpiritu benefacit: ijs eſt deus cordis eorum Et ideo illi peribunt, cum carne ſua: Quia non deum Sed dona Dej. poſuerunt ſibi partem ſuam. Quare elongantur. Qm elongatio non eſt ſpacii. Sed cognitionis & amoris Scilicet quando creaturis derelicto creatore: Inheretur toto affectu. Et tanto magis elongatur: quanto intenſius ea amantur. Amor enim eſt approximatio anime & ſpiritus

ps. 73. [Hebr. LXXIV.]

Blatt 110b: Iſtum ps. b. Aug. de vltima Vaſtitate Ieruſalem exponit. Lyra de Captiuitate babylonica Alij de turcorum tyrannide. Caſſio. vero cum b Aug Conſonat

Ad concordandum autem omnes ſimul. Quia titulus indicat intellectualem eſſe psalmum Et de intellectuali ſeu myſtica vaſtatione loqũi. Ideo meo ſenſu abundans. puto. quod loqũatur de deſtructione perfidie. Qua impij interpretes Iudęi: Scripturas corrũmpũnt. Et ſpirituali intelligentia legis deſtrũcta: ſuum ſenſum carnalem erigũnt, Et adhoc valde proprie verba ſonant in ps. vt Ianuas exciderunt, poſuerunt ſigna ſũa ſigna: Et iam non eſt propheta apũd eos. ſcilicet nullus ſenſũs neque qui intelligat prophetam. Qui enim intelligit prophetam. Eſt ſine dubio propheta: Qũi autem non intelligit: etiam ſi libros eius teneat tamen verum eſt quod ſequitur. Et nos non cognoſcet amplius. Quia ignorans prophetam. etiam a propheta ignoratur Iſta autem perfidia incepit tempore Chriſtj. Et hanc preũidens propheta: in ſancto iſto populo venturam & diu duraturam: fecit hunc psalmum.

Hec autem vaſtitas ſpiritualis. fuit figurata. per captiuitatem babylonicam. Sed clarius in vltima vaſtitate: Et ideo illi figuram exponunt huius psalmi. nos autem myſterium & literam ſpiritu-

lem Sed quia id quod Iudeorum perfidia, ęgit & agit. in ſynagoge populum: omnes heretici & precipue Turcus egerunt & agunt in populum Eccleſię. ideo idem ps in allegoria de illis recte exponitur Veruntamen ſecundum primũm ſenſum: quem pũto literalem eſſe. (eo quod omnes prophete veteris legis ad tempus & dies Chriſti tantum prophetauerunt: ſicut Apoſt pet. act 4. teſtatur Et Dominus Matt. xi. lex & prophetę vſque ad Iohannem. tunc enim impletę ſunt ſcripturę prophetarum. quia ſolum hijs. qui in lege erant loquebantur. Et ad eos ſolum etiam mittebantur. In noua autem ad gentes Apoſtoli miſſi ſunt.) facilior eſt & plana intelligentia. prophetę. Orat enim pro populo ſũo: qũem Inimici Chriſti impii eorum doctores miſerrime deſtruunt, in ſpiritu. ita vt Chriſtus in eis nullum locum, nullum honorem, nullum feſtum habere poſſit, ſicut prius habũit quando ſtetit Synagoga, tunc enim habitauit in eis ſpiritualiter: ſicut modo habitat in Eccleſia. Sed tale ei tabernaculum nunc ej deſtruxerunt ac vſque Hodie deſtruunt.

Sũmpſit autem hanc ſpiritualis vaſtitatis intelligentiam: ex occaſione & intuitu viſibilis & corporalis vaſtationis. Nam quod ſecũribus & bipennibus agitur in deraſione ſculpture, deſtructione Ianuarum & lignorum materialium. Hoc agitur lingũis & doctrinis, in deraſione interioris ſculpture & intelligentie ſancte de cordibus hominum. Sculpturę enim & artificiata corporalia in templis & domibus: vmbra ſunt & ſacramentum: ſcientiarum. Sapientiarum, prophetiarum. & vniuerſaliter omnium habituũm in intellectũ: que formantur in anima vel deſtruuntur. per linguas, ſicut per ſuas bipennes & ſecures. Vnde In Iſaia tales Iudej, vocantur fabri & plaſtes Idolorum ſimiliter apud Ierem & Oſeam Ignis autem eſt figura & vmbra, Zeli & emulationis. quo Iudej contra Chriſtum ſuccenſi ſunt & ſic in ſeipſis Chriſto locum ſuum incenderunt. Et vniuerſaliter omnes habitus concupiſcibiles & iraſcibiles ſignificantur per ignem. Quorum ſunt duo genera contraria ſcilicet Chriſti & mundi: illius Boni huius autem mali ſunt Et mutuo ſeſe deſtruunt

Videtur autem propheta maxime reſpicere ad figuram. Iudic. 9. de Abimelech qui ex ſylua ceſis ramis ꝛc

Blatt 111ª: quia iſtam figuram inſpexiſſe videtur Et ins fuiſſe illuminatus quia dicit: In Sylua lignorum & Ianuas excid runt. que tunc Abimelech agens, figurabat futuros iſtos ſeductore ſynagoge impie: quę cum a domino Chriſto qui verus faber Salomon domum dei edificare Iuſſus eſt, nollet dolari & edificar Iuſte tradita eſt in illos fabros. ſicut eis predixit Ioh. 5. Eg veni in nomine patris mej & non me ſuſcepiſtis. aliŭs veniet n nomine ſuo. & hunc ſuſcipietis

Igitur ſecundum hunc ſenſum proſequamur. Vt quid deu repuliſti? in finem, iratus eſt furor tuus, ſuper ove paſcue tuę, frequenter enim in prophetis repulſionem repudiu & deſertionem Iudęis predicit. Ideo etiam Hoc ipſo verbo ſa indicat de quibus loqŭatur. Et experientia teſtis eſt: quoniam iam milleſimus & quingenteſimus annus eſt & eo amplius, q Iudei repulſi ſunt. Ideo dicit in finem ſcilicet ipſorum vt n de eis remaneat aut ſuperſit: quibus miſereatur

1 Et ſic primo In finem reſpicit nŭmerum ſeu multitud nem. vt ſcilicet omnes vſque ad vnum etiam repellendi inte gantur
2 Alio modo. quo ad tempus
3 Tercio vt circa textum quo ad gratiam. quia ſine mixtu miſericordie: qualis eſt electorum repulſio Sed prima

pulchre deſcribit Amos. 6. Et tollet eum propinquus ſu (ſcilicet a Chriſto reuocando) & comburet eum (ſcilicet odio zelo contra Chriſtum.) vt efferat oſſa de domo (.1. ſpiritu lem virtutem fidej & gratię de corde eius.) Et dicet ei qui i penetralibus domus eſt (.1. ſpiritŭi & animo eum ſeducenda Nunquid adhuc eſt penes te? (Scilicet Chriſtus. adhuc eum credis? adhuc locum habet apud te & opinionem?.) E reſpondebit finis eſt (Scilicet nihil de Chriſto in me relictu non reputo eum. Sed nego. Et ita faciunt Iudęi hodie. Et id quia Chriſtus [*ausgestrichen:* ab eis] eſt finitus in eis & in nul eorum. ideo & ipſi ſunt finiti in illo. ac ſic repulſi in finem.) E Dicet ej Tace & non recorderis nominis domini (.1. mat ſe exhortabuntur vt non meminerint nominis Chriſti. qui eſt do minus. licet ipſi negent, tamen prophetę eſt hec appellatio

Sic deut 32. Clauſi quoque defecerunt & reſidui conſumpti ſunt .1. repulſi in finem.

Hoc tamen ſic intelligendum eſt: Quod non de tota ſynagoga accipiatur. Sed de parte reproba In illis enim nullus eſt finis ire & repulſe. Alioquin ſi de tota capiatur tunc ille ps loquatur. 59. Deus repuliſti nos, iratus es & miſertus es nobis. iratus ſcilicet reprobis & miſertus electis. Denique ibidem Galaad. Manaſſe & Ephraim electi. Sed Moab. Idumęa & paleſtina reprobata

Qui autem dicit repuliſti nos, ſe non repulſum eſſe indicat quia repulſus non poteſt ad deum orare. Sed quia reliquię ſaluatę, tanquam pars illorum: ſibi imputant fierj ex affectu compaſſionis: quod illis fit & factum eſt. ideo tanquam ſibipſis fieret. Dicunt. Deus Vt quid repuliſti in finem? Sic ſcilicet repuliſti. quia iratus eſt furor tũũs ſuper oues paſcue tue Iſte ſunt oues domus Iſrael Et heb. ſic. fũmaũit furor tũũs ꝛc magis indicat de Iudeis dici vt Iſaie. 65. Iſti fumus erunt in furore meo & ignis ardens tota die. [*Am Rande links:* Et nomen prophete in titũlo poſiti ſatis indicat, vocem ſynagoge .1. Aſaph eſſe hunc ps. Synagoge nequam & ps intellectualis de intellectuali ſua perditione]

Memento congregationis tuę, quam poſſediſti ab initio hic deum proũocat ad miſericordiam in beneficijs prętęritis. Quia populus Iſrael fuit congregatio ſolius dej. quam ab initio poſſedit in Abraham, immo in Adam per lineas generationum vſque ad Chriſtum finem omnium tunc enim ceſſauit propago carnalis. in populo dej & congregatione fidelis populi

Blatt 111b: Redemiſti Virgam Hereditatis tuę: Hec eſt ipſa propago filiorum. de radice patriarcharum orta. quam primo de egypto, ac deinde ſepius tandem de captiuitate Babylonica redemit Nouiſſime autem de poteſtate diabolj Et De iſta nouiſſima ſe loqui: ſimulque quę ſit iſta virga hereditatis exponens oſtendit. Q. D. Virgam inquam iſtam ſcilicet. Quę eſt mons Zion. Hanc redemiſti ſcilicet O Chriſte deus per tuam paſſionem: in quo habitaſti. ſcilicet etiam per corporalem conuerſationem, vt Iohan. 1. Et habitaũit in nobis. etiam poſtea

ſpiritualiter. Exquo ergo redemiſti & habitaſti in nobis, vtquid repuliſti ergo nos? Veniſti ad nos omnes & non recipis nos omnes. Sed maximam partem repũliſti. Quę eſt ergo Cauſa quod nos repuliſti ita? Quid dicemus? quem accuſabimus? Nunquid iram tuam tanquam crudelem? Abſit. Sed Superbus eſt Moab. & auribus grauiter audierunt. & noluerunt audire Quia ſecundum Oſee. 4 repulit ſcientiam: Iuſte repellis & tu eum vt non fungatur ſacerdotio tibi. Sed & multos ſecum ducit in perditionem. & cecum cęcus in foueam pertrahit: Hoc ſaltem reſpice & miſerere. Quia ſuperbe tibi reſiſtunt increduli. Inſuper de aliorum cordibus te detũrbant & expugnant veritatem tuam in illis. per falſas machinas doctrinarum ſuarum Scripturas & intellectum eius vaſtantes. Ideo tu queſo. Leua manum tuas in ſũperbias eorum in finem. Non tu repelleres in finem: niſi ipſi ſuperbirent in finem. expone vts. allegatus Ans expoſitus eſt. Quia chriſtum & veritatem finiũerunt in ſeipſis omnino. vt non obedirent & hũmiliarentur ſub eo: finis enim lr eſt Chriſtj. Sed non ſic in fidelibus etiam peccantibus: qui ſa-tem fidem informem ſpem quoque eodem modo retinent & ſi velut vltima fimbria eum adhuc tenent. quam diu ſunt in ha vita Illi autem omnino eum abiecerunt & finem eius in ſe ipſis ſtatuerunt. vt nulla fide eum dignum reputent. Ideo ſequitur Quanta malignatus eſt inimicus in ſancto .1. omnia mala egit in animabus. in populo ſancto, in Scripturis ſanctis: Notandum enim quod triplex ſanctum [*Am Rande links:* Sanctum eſt vts. dictum eſt ps precedente. Anima, Eccleſia, Scrip. Iude autem in primitiua Eccleſia, maxima mala fecerunt, dum e abſtulerunt maiorem partem populi Iſrael. qui erat deſtinatus ab initio ad Eccleſiam. ideo quod in illis mali agitur in ſancto agitur. Similiter faciunt in Scrip. vt notum eſt. Et omnes Heretici

Secundo notandum Superbia vel malitia in finem [*Am Rande links:* In finem] Eſt ea. que eſt incorrigibilis, obſtinata & deſperata, quę etiam agnitam veritatem impugnat, vbi non eſt locus emende. & ſpes correctionis, & fructus monitionis. Sed defenſio ſue Iuſtitie & excuſatio pertinax ſenſus ſũi vt Iudeorum

Hereticorum & Turcorum Qui autem ex infirmitate & errore peccant, non in finem peccant Sed citra manent & poſſunt emendari. Vt pulchre diſtinguit Iohan. 1. Iohan. 5.

Tercio Notandum. [*Am Rande links:* Virga] Quod Eccleſia primitiua Eſt virga. ſcilicet de ſynagoga tanquam radice orta Sicut enim radix in terra abſconditur. Virga autem foris in altum procedit Sic Eccleſia quando erat adhuc in radice: in ſynagoga. abſcondita erat coram mundo. Sed tempore Chriſti, cepit prodire & creſcere. & replere totum orbem & maxima arbor tandem facta eſt. ramoſa ſicut therebinthus. Iſaie 11. Egreditur virga de radice Ieſſe. ps 109. Virgam virtutis tue emittet. Numeri. 24. Et virga conſurget ex Iſrael. Sic enim Scrip. Eſt virga. Eccleſia virga. Anima virga ſeu fides anime Vnde Eccleſia ps. 47. dicta eſt Specioſũm germen, ſeu ſurculus Virgula. arbuſcula. nouella plantula ꝛc

Manus leũare. [*Am Rande links:* leuare manus] Eſt deprimere & humiliare. Quod dupliciter fieri poteſt vt ſepe

Blatt 112a: dictum eſt in { bonitate / ſeueritate } Sed hic in bonitate principalius videtur orare, quia non dicit leua manus tuas in ipſos ſed in ſuperbias eorum: q. d. opto vt ipſi ſalui fiant pertinax eorum & vſque in finem obſtinata ſuperbia. hũmilietur. Et cognoſcant manum tuam ſuper ſe eleuatam & ſic confiteantur potentiam tuam & ſaluentur Quod ſi nolint. fiet vt eam ſentiant & damnentur.

heb autem ſic habet. ſublimitas pedum tuorum diſſipata eſt in finem, omnia mala egit inimicus in ſanctuario, quia in prima parte verſus omnino alius ſenſus eſt. Terra enim ſcabellum pedum Chriſti eſt. (.1. terreſtres Homines vel ſancti ſecundum carnem Sed nunc tale ſcabellum ſubducunt Chriſto ne ſint ſub eo: ne carnem ſuam ej hũmilient & ſubſint. ideo diſſipati ſunt: qui debuerant. ſublime & glorioſum ſcabellum pedum eius eſſe ſecundum corpus. Ideo ecce ponuntur ſcabellum pedum eius ſecundum vtrunque ſcilicet corpus & animam in ſeueritate Et qui nolunt eſſe ſublimitas pedum eius ſint profundum pedum eius

Et gloriati ſũnt qũi oderunt te, in medio ſolen-
tatis tue. (.1. Iudęi inimici tũi domine Iheſu. ſũperbi ſunt
fuerunt, in fidelibus tuis, eos perſequendo & in eorum ma
gloriando: [*Am Rande links:* quod poteſt etiam intelligi de l
ctantia eorum contra Chriſtum in medio die paſche quando cr
cifixus fuit Chriſtus qui fuit vere ſolennitas eius.] Solennit
enim Chriſtj. Eſt totum tempus gratię: in quo eſt ſpiritual
ſabbatiſmus & feſta myſtica in corde: Sed nunc Iudęi ſuperb
ſua & perfidia repleuerunt. corda multorum: in quibus domi
feſtum ſuum & requiem conſcientie eorum: habere volũit: a
operibus peccati ſeruilibus, carnalibus, mundanis & diaboli
(.iſtis enim violantur ſabbata Chriſtj:) Sed illi etiam in tali
violationum monſtris gloriantur Et ſuperbe defenderunt V
notanter ait in medio ſolennitatis tuę. non in finibus. vt Ind
differentiam medii & extremi (.1. ſpiritus & litere in ſolen
tatibus. Medium enim ſolennitatis Eſt interior ſolennitas cor
que eſt ęterna. Sed exterior. Eſt circumferentia & extremit
huius ſolennitatis. Iudęi igitur abſtinent quidem ab extrem
ſolennitatis & literam ſabbati non polluunt. Sed intimum & m
dium eius peſſime polluunt. Sicut & modo Chriſtiani facie
feriantes ab opere laborioſo. operibus peccatoris inuoluuntur

Heb ſic. fremuerunt hoſtes tũi: in medio pacti t
Et facile in eandem ſententiam recidit. Quia medium pacti
ſabbato. Eſt pactum de ſpirituali ſabbato de quo Zach vlti
& Iſaię vltimo prophetatur. Niſi quod medium pacti latius
extendit quam medium ſolennitatis. ſcilicet ad omnia promiſ
dej: que ſunt ſpiritualia: Sed Iudęi volunt ea carnalia: ideo f
riunt & ſuperbiunt in ſpiritu ſuo: & fruſtra literalem ſimulat
religionem & obedientiam dej. Et iſtũm verſum clari
exponunt ſequentes

poſuerunt ſigna ſua, ſigna. Iſta ſunt Idola cordis ill
rum. & figmenta doctorum illorum: ſcripture Magiſtrorum
Inuentiones rabim eorum. de quibus Ezech multa nimis in pr
phetis. [*Am Rande links:* ſcilicet populum contra Chriſtum acer
bando in die paraſceue] Chriſtus enim eſt in ſignum ex
celſum (.1. fides Chriſtj & opera fidej ſunt ſigna dej. Hęc il

deiecerunt & abiecerunt: & ſuam fidem ſuam opinionem ſuum ſenſum, ſua opera. (.1. ſua ſigna poſuerunt. Sicut & heretici & turci fecerunt de quibus Dominus, dabunt ſigna & prodigia ꝛc Et Apoſtolus Cuius aduentus eſt ſecundum operationem ſathane in ſignis mendacibus ꝛc Et Hoc omnes ea faciunt aſtutia: vt auctoritatem Scripture pro ſe habere videantur. Ideo Hic dicit

Blatt 112b: poſuerunt ſua ſigna ſigna (.q. d Volueruut ſua ſigna: tua ſigna videri & ſuum ſenſum. tuę ſcripture ſenſum eſſe. Quia & hec ſunt ſigna credentis in Chriſtum, linguis nouis loqui. & ſcripture ſpiritum intelligere. Et talia ſigna ſibi arrogant falſo. Heb ſic. poſuerunt ſigna ſũa in trophęum. Quia volunt ſemper ſuperiores alijs videri & victores in veritate: aliorumque magiſtri

Et non cognouerunt: ſicut in exitu ſuper ſummum, Mox enim ſequitur Vt inſipiens ſit & nihil cognoſcat: qui ſibi ſapiens videtur. & ſuo ſenſũi innititur vt prouer. Vidiſti hominem ſibi ſapientem videri: plus eo ſpem habebit inſipiens. Et ibidem. Sapientior ſibi ſtultus videtur. ſeptem viris loquentibus ſententias Igitur poſuerunt ſigna ſua. Et ergo non cognouerunt. & traditi ſunt in tenebras & excecati vt. infra. dicit. Replete ſunt tenebris terrę Quod autem ſequitur valde obſcurum eſt. Et primo ſic poteſt intelligi. Quod ſunt excecati eo modo: quo lucifer. ſcilicet pertinaci & incorrigibili cecitate. auerſi a deo & egreſſi ab intima veritate & luce ſpiritus. ſicut ps. 81. dicit Vos autem ſicut vnus. de principibus cadetis .1. ſicut primus ſcilicet lucifer. Ita Hic. Non cognouerunt .1. inſipientes facti ſunt. & veritatem amiſerunt. ſic contigit in exitu & egreſſu ſathane luciferi a veritate in qua non ſtetit, ſuper ſummum. ſcilicet volens ęquare immo ſuperare altiſſimum. & in ſummum eius aſcendere diuinitatis: Ibi enim eſt. per ſuperbiam a ſeipſo egreſſus: ideo percuſſus eſt cecitate & cecidit. Sicut enim homo per humilitatem intrat in ſeipſum & ſic cognoſcit, illuſtratur & fit ſapiens. Ita per ſuperbiam exit a ſe ipſo Et ſic non cognoſcit, obſcuratur & fit inſipiens Vt in lucifero factum eſt: quem in hocipſo imitantur. Et ſicut homo per humilitatem & cognitionem ſũi: intrat ſub infimum.

Sic per ſuperbiam exit ſuper ſummum Quia qui ſuper-bit, deo vel equalis vel ſuperior eſſe nititur. Qui autem hũmiliatur. etiam omni creature ſeſe inferiorem facere nititur. Igitur in hoc verbo pulchre natura ſuperbie exprimitur. Quę eſt a ſe exire ſuper ſummum & ex ſe volens facere altiſſimum. Vnde totus p non niſi ſuperbiam accuſat vt. infra. Superbia eorum qu te oderunt ꝛc Quia Hęc eſt cauſa incredulitatis & initium omnium malorum

Alii textus ſic habent. Sicut in egreſſu deſuper. Et ic ſenſus videtur eſſe Quod ſuperbi exeunt de ſublimitate ſpiritualis intelligentie. in literalem ſenſum & qui interiora & celeſtia ſapere debuerant: ſapiunt terrena & exteriora. Et ſic ab intimis egre-diuntur ad exteriora, a ſpiritualibus ad carnalia. a ſummis & ſuper ad infima Et hoc totum: quia ponunt ſua ſigna & n cognoſcũnt. ideo neceſſario exeunt deſuper de ſummo. in inferior partes terre vts ps. 62. Ad hoc potẽſt duci ſic noſter textus. ſicut in exitu ſuper ſummum, (.1. quando ponunt ſua ſigna egrediuntur a ſpiritu in literam. Et Hoc tam pertinaciter. vt ſuper ſummum ponant & ſtatuant ſuum ſenſum ac preferant literam infimam ſuper ſpiritum ſummum [*Am Rande links:* litera enim terra et ſpiritus autem celum. illa infimum hic ſummum: ſiue ſummum ſi ſenſus Chriſti, Infimum autem ſenſus humanus Illi igitur exeun de ſuper ſummum in infimum Quia non cognouerunt: quia ponu ſigna ſua ſigna]

Heb ſic. Manifeſta in introitu deſuper. quod ſic con cordat: Quia non cognoſcere & manifeſta ſigna ponere idem eſt Dum enim Scripturam de viſibilibus ac manifeſtis exponunt: ab iecta fide: que eſt non apparentium rerum argumentum & ſignum Sequitur Quod non cognoſcant Inuiſibilia & ea que ſunt fidę fides enim non ponit

Blatt 113ᵃ: manifeſta. Sed non apparentia: Nec in introitu deſuper. Sed in introitu de deorſum Vel in exitu de deorſum. Vide vt mira conſonantia verborum. fides habet exitum a viſi-bilibus & introitum ad Inuiſibilia ſurſum: ideo eſt ſignum vel ſigna non apparentium. Infidelitas autem habet exitum ab Inui-

ſibilibus & introitum ad viſibilia deſuper: Hoc eſt Spiritus ducit ſurſum a litera & carne per humilitatem. Incredulitas autem deducit infra a ſpiritu per ſuperbiam. Ideo ſiũe. ſic ſiue ſic textus ponatur. vera eſt intelligentia Vnde heb. pulchre exprimit malum eſſe introitum: quando dicit. deſuper in introitu: qui non poteſt eſſe. niſi in infima: Sicut etiam exitus deſuper: non poteſt eſſe niſi ſubtus. Quod autem noſter textus habet ſuper ſummum. poteſt accipi ad eorum eſtimationem: Quia ſibi videntur ire ſuper ſummum: quando egrediuntur de fide Chriſti & ſpiritu. Suus enim ſenſus optimus eis videtur Ideo ſe ab alijs ſegregant & exeunt de medio eorum: quaſi ipſi melius quid ſapiant Et ſic ponunt ſua ſigna: ſicut in exitu ſuper ſummum (.1. quia hoc facientes ſibi videntur de inferno & omni malo exire: ſuper ſummum cęlorum. Sed quia non cognouerunt ideo potius intrant in inferiora & ſubter infimum inferni Et hic fortaſſis erat primarius intellectus huius verſus

Tropologice autem Hęc omnia, ſi fiant: optime fiunt. vt homo fiat non cognoſcens & ponat ſua ſigna ſigna (.1. peccata ſua.) & exeat a ſui eſtimatione deſuper a ſuperbia ſua vel ſuper ſummum (vt ſibi ſummus peccator appareat. ſicut illi ſibi ſummi ſancti quod relinquo ex precedentibus practicarj: quia facile poteſt fieri. Vt homo proponant [*so*] in conſcientia ſua Et accuſet peccata ſua: que fęcerunt in corde ſuo. omnia iſta mala: quę Hoc ps ſcribuntur. Et oret pro congregatione virium & gratiarum: quas redemit in baptiſmo ꝛc

Quaſi in ſylua lignorum ſecuribus exciderunt Ianũas eius in idipſum Hęc eſt perfidorum & Hereticorum conditio. vt non contenti propria perditione: plurimos ſecum perdant & ſuum virus late diffundant longeque propagent vt apoſtolus ait. Et ſermo eorum ſicut cancer ſerpit. Et ſermo eorum valde proficit ad ſubuerſionem. Ideo hic idem querulatur dicens: Quaſi ꝛc. Non enim magnum eſt, quod ligna & lapides deſtruuntur Neque hoc propheta deplorat Quia ſecundum Aug. Non erit magnus, qui putat magnum quod cadunt ligna & lapides & moriuntur mortales. Sed quod in ſpiritu deſtruuntur ſicut & dominus ſuper Ieruſalem flens, oſtendit, Romani enim corporaliter Iudęos

vaſtauerunt. Sed ipſi multo peius ſeipſos. per inſtrumenta doctr narum ſuarum

Et vt nobis oſtendat. quoniam plus de ſpirituali Vaſtatio quam corporali loquatur: ſatis digna ponit argumenta. 1° Na quid neceſſe fuit addere. in ſecuri & aſcia deiecerunt? quaſi n ſuffeciſſet. Si ſolum, deiecerunt vel exciderunt, diceret: Niſi qu exprimens inſtrumentorum nomina. vocat ad modum ſpiritua deſtructionis. 2° Item Si deſtructe ſunt Ianuę & incenſę: q modo in eis ſigna ſua ponere potuerunt? Sed in ſpiritu hec co fieri poſſunt 3° Item Quia Ianuę templi erant ereę om vt dicit Ioſephus. ergo Securibus excindi non potuerunt ne lapides quibus innixe erant 4° Item Aſaph fuit ante temp ſalomonis edificatum. Igitur in ſpiritu videbat in quo & locu eſt. Neque hic niſi de ſanctuario loquitur. non enim facit m tionem niſi de monte Zion & ſancto: quod fuit templum: in tunc nondum fuit. Sed preuidit templum & Zion ſpiritualem

Blatt 113b: Securis *axt* Aſcia & dolabra. *Beil.* bipen *barten*,

Quaſi in ſylua lignorum. (.1. quaſi non eſſet ſacre Ia Sed prophanę ſicut ſunt ligna in ſyluis eadem eſtimatione co temerauerunt: qua & illa Secundo ſic (.1. copioſe & in delectu omnes exciderunt, quaſi eſſent ligna ſyluarum: in qu nihil pretij nihil neceſſitatis eſſet.) ſecuribus exciderunt I nuas eius in idipſum .1. ſimul omnes nullum relinquentes. At ſecundum intellectum & Inuiſibilia. populus Iudeorum ſ fuit & eſt, lignorum: quia amiſſo ſenſu & ſpiritu: hominem ex ſolum creſcere viſibiliter & florere nouit. Et videtur aliud e Sylua lignorum & ligna ſyluarum. de quibus ps. 95. Sed Hoc al ocium poſcit Igitur. Secures aſcia vel dolabra ſunt lin docentium, quorum miniſterio. exculpuntur anime & formant in diuerſas figuras & doctrinas ac diſciplinas: Quibus linguis t etiam hoc, vt ſeducti negent auditum prebere verbo ſalutis a aſſenſum veritati tunc certe Ianuę ſunt exciſe. Quia auditus e Ianua: per quam intrat verbum Chriſtj in mentem. Quod vitium vſque hodie in Iudęis pertinaciſſimum eſt. Quia nolunt vllo mod audire vel aſſentire Chriſto. Sicut ps. 23. eis dicitur. Attollit

portas principes veſtras: omni enim ſtudio, omni vſu lingue, id agunt, vt perſuadeant ſuis, ne credant Chriſto. Hoc autem eſt Ianuas anime ſecuribus & aſcijs exſcindere Sed & Turcus: non tantum lingua & verbo id facit: immo & gladio & morte prohibet audiri verbum Chriſti: Et ideo quam maxime. hic etiam Ianuas deſtruit ſalutis

Et Notandum primo. Quod non ait. Cultris aut aculeis perforant. Sed Securibus exſcindunt In quo nota: quod non leũi monitione pungunt auditum verbi dej aut mordent eos qui audiunt ſeu caſtigant eos. Sed toto niſu perſuadendi preualent. vt nullo modo audire aut aſſentire ſinant Eſt enim lingua. Culter: aculeus, quando leuiter monet & perſuadet Eſt autem Securis, quando graũiſſimo pondere & forti ictu perſuadet. vt Iudęi faciunt Eſt etiam Nouacula acuta: quando detrahit, Quia Nouacula acuta non ſicut ſecuris, omnino excindit & deijcit: Nec etiam pungit aut ſaũtiat ſicut culter & aculeus qui intrat carnem. Sed tantum foris ſuper cutem leuiter tranſit & radit

[*Am Rande links:* .... ua { Securis / Culter / Nouacula }

Secundo Notandum. quia dicit Ianuas pluraliter: Vna Ianua eſt Auditus per quam intrat ſalus in animam Chriſtus. Altera Eſt os per quam exit Confeſſio Chriſtj. ſcilicet confitendo peccatum ſuum & gloriam Chriſtj: Immo Totum corpus & quodlibet membrum eſt Ianua. per quam exit opus fidei: quod confitetur Chriſtum coram hominibus. [*Am Rande links:* ...ua] Has autem omnes, illi ſuis peſtilentibus aſcijs deſtruxerunt in ſemetipſis: Vt exire non poſſint talia opera.

Heb. Sic. In ſaltu lignorum ſecures, Et nunc ſculpturas eius pariter bipenne & dolatorijs deraſerunt fuit enim in Synagoga quondam. notus deus: & intelligentia ſpiritualis: que accedente aduentu Chriſtj: per Scribarum interpretationem valde mutabatur in nudam literam. vt eos Dominus in Euangelio arguit: Que ſunt eorum Thalmudica plena mendacijs, & inuerſionibus immo peruerſionibus Scrip. Sicut Zach. 5. De Amphora Impietatis prophetat. Et Ierem. [*23, 36.*] Et peruer-

tiſtis verba dej viuentis. Et Treno. [*4, 1.*] **Immutatus eſt** color optimus: Et Hanc gloriam ſapientie & vere intelligentie. vocat Sculpturas illas ſpirituales: quas dicit deraſiſſe eos. leũiter. Sed aſcia & bipenne. linguis ſuis magniloquis & grauib ad perſuadendum. Ac ſic habent nunc Scripturam & Sanctuariu Sed deraſum. omni ſculptura ſpiritualis forme doctrinę. Habe Sanctuarium ſynagogam. qui ſunt ipſi & anime eorum. Sed der ſunt. deiectus omnis decor myſtice eruditionis. Iſaie. 3.

Blatt 114a: Incenderunt igni (.ſcilicet Zelo & emu tione.) Sanctuarium tuum, (.1. ſynagogam tuam: popul tuum. contra te Chriſtum dominum ſuum prouocando.) in terr polluerunt tabernaculum nominis tui. Quia nomen tu inuocatum fuit ſuper populum ſynagoge. & in eis erat. Et debuerunt eſſe Sanctuarium tuum ſicut olim fuerunt. Sed E Incenſi ſunt & polluti a ſuis Magiſtris & inimicis tuis. Dixerunt Cognatio eorum ſimul (.1. poſteri eorum ipſis.) Quieſcere faciamus omnes dies feſtos dej a ter (.1. ſpirituales ſolennitates & dies in corde, non agemus Chri qui eſt deus. Non quod ipſi Deum vocant illum. Sed prophe ſic appellat eum: quem ipſi deum negant. ac ideo nullum cul ej impendunt. neque intus neque extra. Et ſic vere quieſce faciunt omnes .1. vtroſque dies feſtos Chriſti a terra (.1. a popu ſynagoge.) Qui enim Chriſto non celebrat: nec deo celebrat. Et qui ej aufert: deo etiam aufert. vnde totus ps. ad perſona Chriſti proprie dirigitur. Sequitur **Signa** non vidimus (.ſcilicet inter eos Quia neque ſenſum, neq opera patrum ſuorum habent Iudęi hodię.) Iam non eſt pr pheta (ſcilicet apud eos. quia ſi haberent prophetam & propt tiam vtique Chriſtum intelligerent. Cum prophetia nunquam allata. humana voluntate. Sed ſpirituſancto locuti ſunt ſanc dej homines ac ideo tales Chriſtum non poſſunt neſcire. Sic nec olim vlli prophete neſcierunt: Et ideo cum illi Chriſtum neſciant: patet. quod apud eos nullus eſt propheta Et no non cognoſcet amplius (.1. populus iſte auerſus, non intellig nos prophetas, quos tamen per omne ſabbatum legunt. Ve ſic propheta nos non cognoſcet amplius, orando in perſona ille

rum. quia ſcilicet nullus eſt inter eos amplius propheta: ideo eos non poteſt vllus agnoſcere tanquam populum ſuum, ſicut olim fecerunt. Sed ſolum Chriſtianos agnoſcunt prophete. Et iſte ſenſus Iuuatur ex Heb. vbi ſic Et non eſt nobiſcum qui ſciat vſquequo: Quia non eſt inter eos (qui tamen ſunt de generatione & ſemine patriarcharum & prophetarum: ideo dicit. nobiſcum.) qui poſſit prophetare eis. quam diu duret eorum iſta Calamitas horribilis

Vſquequo deus (.o Iheſu Chriſte.) improperabit inimicus (.q. d queſo vt facias ex eo amicum, vt ceſſet tibi improperare Et incipiat nobiſcum te laudare. Hoc enim Expectatur impleri adhuc ante finem mundi Irritat aduerſarius (Iudaicus populus reſiſtens tibi.) nomen tuum ſcilicet diuinitatis quia negat te deum. fac obſecro vt deſinat irritare & aduerſarius eſſe. in finem (.1. vt non ſit reſidūūm: quod nomen tuum non irritet.

Vt quid auertis manum tuam & dexteram tuam, de medio ſinu tuo, in finem Bonum imprecatur hic verſus. licet enim: manum ad punitionem: & dexteram ad fauorem in Diuerſis hominum meritis aliqui accipiant: tamen melius in idem capienda ſunt. Vt ſit manus. qua eos corripiat ad ſalutem. & dextera. qua eos gratificet: illic auertendo a peccatis hic conuertendo ad ſe. Ideo enim ſemel tantum poſuit: Auertis: Et copulatim ej dedit. manum & dexteram. Sic enim ej promiſit & minatus eſt per Ezech. 23. [*16, 42.*] Non iraſcar tibi. Et hoc eſt auertere manum: Et eiuſdem. 9. [*8, 18.*] Non miſerebor. Et Hoc eſt auertere dexteram.

De medio autem ſinu tūo., ocioſum verbum videtur aūt ſaltem obſcurum eſt. valde Heb ſic. Conūertis ma t & d. t. in medio ſinu tuo conſumens. Senſus ergo videtur a metaphora. Quoniam abſcondit auxilium apud ſe & non extendit ad illos extra ſe: Et Hoc, in finem totaliter eos deſerendo. Et ſic conſumens eos nullis reliquijs reſeruatis Sicut qui manum ſūam in ſinum ſuum abſcondit, nihil operatur aut auxiliatur.

Veruntamen occulto indicio. Vult quod Chriſtus abſcondit (non ſuo Sed eorum vitio.) diuinitatem ſuam ab eis. vt eam non

agnoſcant. Nam dextera dej Eſt filius dej: Et ipſe eſt in [*Das die Signatur A*]

Blatt 114b: ſinu patris ſũi. Ideoque Conuertere dexteram ſuam in medio ſinu ſuo. Eſt diuinitatem ſuam abſcondi ab eis in patre. vt illi non filiũm. Sed ſolum patrem deum putent ipſum tantum hominem Sicut manus in ſinu poſita non videtur Sed tantum ſinus. hoc autem non faceret eis, niſi ipſi prius dexteram ſuam, in ſinum ſuum auerterent (.ſpiritum in literam intruderent & fidem abſconderent coram deo. Ideo ſicut fecerunt ej ſic ipſe facit eis. Dextera enim noſtra auertitur in ſinu noſtro quando operari ſecundum ſpiritum renũimus. Et abſcondimus totum ſpiritum, in carnem. ſicut talentum in ſudario vel terra Et occupamus negocijs huius vitę. Vel certe in medio ſinu ſuo (.1. in humanitate ſua coram eis abſcondit eo. quod [illegible] deum non credunt eum eſſe. Sed tantum hominem. Sic enim Iſaia. vocatur deus abſconditus valde. Humanitas enim gratiſſima Chriſtj Eſt ſinus iſte. formatus de mundiſſimo panno carnis virgineę: & in medio eius. in intimo inquam illius humanitatis abſconditus eſt. Et auerſa dextera eius ab illis. Sed non a nobis. Sic enim factus eſt petra ſcandali & lapis offenſionis iudeis & omnibus ſuperbis. Quia in eo quod Chriſtum negant. ac crucifixum & feſtos eius dies polluunt: non putant ſeſe deum negare cum tamen vere negent & vere polluant. Sicut Heretici, quando veritatem negant. etiam deum honorare ſe putant. Et tamen ſimul verum eſt: eos dicere. Quieſcere faciamus omnes dies feſtos dej a terra. Quia eo ipſo. quo veritatem excludunt deum excludunt.

Vides ergo quomodo incipit elucere, non modo eſſe neceſſarium. Sed pregnantiſſimum illud verbum. Et tota ratio omnium dictorum. Cur illi ſuperbi ſint & repellantur Quia ſcilicet abſconditus eſt. auertit dexteram ſuam in ſinũ ſuo, & deitatem ſuam non oſtendit eis quia noluerunt ſuſtinere vt oſtenderet vtpote in Euangelio. Vnde quod ait, ſinu tuo: videtur diſtinguere ſinum patris. a ſinu ſuo Quia ſecundum diuinitatem eſt in ſinu patris Sed ſecundum humanitatem in ſinu matris. Sed ſinus patris eſt diũinitas, Et ſinus matris caro. illam de patre. hanc

de matre habet [*Am Rande links:* Ambr. ſer: oct .... Chriſti ſinus ... eſt diũinitas: in ... euangeliſta fides ... matre virgini ... Vide ibidem .. lchre*)] Huius rej figuram Moſes olim geſſit Quando manum ſuam miſit in ſinum & facta eſt leproſa Quia Iudęi abſcondunt dexteram ſuam in ſinum ſuum. (.1. ſpiritum in literam.) Deum in hominem purum, ſcilicet Chriſtum, vertentes. quantum in eis eſt. Eritque in diebus nouiſſimis. vt eam rurſum in ſinum mittant Secũndo ſigno & tunc credent. qui primo ſigno non crediderunt ſicut ibi textus dicit Et tunc ceſſabit lepra illa hucuſque incurabilis proprii ſenſus. Hoc autem fiet: quando in ſinũm ſpiritualem. & veram intelligentiam Scrip. miſerint manum ſuam Et ſic Duplex eſt ſinus Chriſtj: litera & ſpiritus: virgo mater. & deus pater. De primo loquitur Heb. tex. De altero noſter. qui dicit. de medio ſinu tuo: (.1. de ſinu patris auertis dexteram tuam, non tibi Sed illis: Quia illi non credunt te eſſe in ſinu patris: ideo eis es auerſus de medio iſto ſinu tuo: Et es conuerſus in ſinu tuo medio ſcilicet matris (.1. carnis.) Hoc eſt breuiter Vtquid differs. cognoſcere eos: te eſſe deum verum? quamdiu ſines eos te ſolum hominem putare? Sic enim carent dextera & gratia tua. Ecce Hic eſt intellectus Aſaph: quem titulus indicat: ſcilicet deum in homine intelligere. Et non eſſe auerſam dexteram dej in medio ſinu eius vel de medio ſinu eius. Vnde nunc vlterius ex iſto intellectu proſequitur confeſſionem eiuſdem diuinitatis per recitationem operum eius Diuinitatis teſtium Et Eſt mira Confeſſio dicere ad eum qui apparet tantum homo: Tua eſt dies. tua eſt nox ꝛc

Blatt 116a, d. i. **115a:** Poteſt & ſinus accipi tropologice vel allegorice: de ipſa ſynaga [*so*] vel qualibet anima: A qua auertit dominus dexteram gratie ſuę: propter incredulitatem eorum. Quia ſicut homo in ſinu corporali: ita Chriſtus per fidem requieſcit in ſinu cordis, in memoria & conſcientia quięta. Sed extra hunc ſinum, eũm Iudęi proiecerunt omnino. Similiter Sinus Eſt. ordo doctorum & contemplatiuorum. in quibus requieſcit

*) „Nam Chriſti ſinus erat in Ioanne Euangeliſta fides, in Deo Patre diuinitas, in Mariâ matre virginitas.“ S. Ambroſii (Sermo XVII.) In Octava Epiphaniae Domini. Opp. Lutetiae Paris. M.DC.LXI. Tom. V. Sp. 22.

veritas Chriſtus. Et ſic Sinus Abrahe dicitur Conſcientia fidej Abrahe: in quo recipiuntur omnes fideles & membra Chriſti.

Deus autem rex noſter, ante ſęcula (.1. abeterno fuit ęternus.) operatus eſt ſalutem in medio terre (ſcilicet Ierusalem per mortem ſuam.) Et per hanc: Tu confirmaſti in virtute tua mare) Et hic myſteria Exodi exponit. prophetarum eorum impletionem in Chriſto. Nam ſicut in medio Egypti fecit ſalutem filiorum Iſrael. per phaſe ſuum figurale Sic in veritate fecit ſalutem ęternam: per tranſitum ſuum ex hoc mundo ad patrem. Et ſicut ibi diſſipaũit mare rubrum & vtrinque firmaũit ad pertranſeundum Sic mundum diũiſit. & virtute ſua continũit. vt electos ſuos per illum duceret ad celum. Et ſicut Electos principes pharaonis vna cum ipſo, pharaone contriuit in aquis. (nam Ezech. 29. &. 32. pharao rex ęgypti draco vocatur & leo: Sic & dracones ſunt principes.) ita demones & principes demonum. contriũit in perſecutionibus. & patientia victoriaque martyrum. Hinc dicit. Tu contribulaſti capita draconum (.1. demones principes.) in aqũis (.1. in perſecutionibus) [*Darum am Rande rechts:* Vel exiſte.... in aquis .... in populis ....te per mu.... qui & prin..pes ſęcul... cuntur] q. d in propria eorum perſecutionibus contriuiſti eos, . Tu confregiſti caput draconis (.1. ſuperbiam ſathane, aſtutias. & potentias eius) Dediſti eum eſcam populis ęthiopum (.1. in deuorationem & conſumptionem eorum qui prius erant peccatores. Sicut Iob 41. dicitur diuident eum amici, concident eum negociatores Et ps. 103. Draco iſte quem formaſti ad illudendum ej. Quia Quando Eccleſia collecta de nigris peccatoribus diuidit diabolus & membra eius ſibi incorporat continue: recte eum pro Eſa habere dicitur. Vel populus Ethiopum ideo Eccleſia gentium dicitur: Quod Nigra eſt ſed formoſa: foris in oculis hominum nullius ſpeciej ſicut Ethiops.

Vel Si in malo accipiatur populus ęthiopum (.quod vix credo. Senſus erit. Quod Impii homines paſcuntur diabolo & malis anime ſuę. Sicut pii paſcuntur Chriſto pane ſuo viuo. At autem Vere ad literam. cętum maritimum edant neſcio. vt hinc myſterium trahere putetur propheta

Hierher gehört von Blatt 116b Signatur C: .14. & .15. verſus. poſſunt multipliciter: primo de Iudęis (.omiſſa ea qua lyra de pharaone exponit ſicut bene ej licet.) Qui ſunt mare rubrum per quod Eccleſia primitiua tranſijt quod dominus diſſipaũit ſecundum heb. tranſ: .1. diũiſit. ſeu confirmaũit virtute ſua: ſcilicet a dextris & ſiniſtris, vt ſanctis liberum daret greſſum ad celum: Nec ſiniſtre perſecutiones, nec dextere proſperitates eos impedirent: que erant in ſynagoga. Sic ibidem contribulaũit ſeu contriũit Capita draconum, (.1. principatus ſuperborum ſacerdotum & ſeniorum qui progenies ſerpentum ſunt & draconum,) in aquis .1. populis ſynagoge. Nam ſic figurat virga Moſi verſa in draconem: immo Magi pharaonis in ſuis draconibus: Quia Apoſt. dicit. Quod ſicut illi reſtiterunt in Moſi: ſic iſti veritati Euangelij vtpatet in actibus. Tu confregiſti capũt draconis Heb. capita leuiathan. ſcilicet eoſdem principes ſynagoge ſuperbos, iratos & inflatos. dediſti eum Eſcam populis Ethiopum (.1. nigris Iudeis, qui nunc ſunt ęthiopes Abacuk. 3 Et alibi. Nunquid non ſicut filij ethiopum ꝛc Illi enim paſcuntur: illis ſuis Magiſtris & maioribus: Nos autem Chriſto paſcimur: illi antichriſto ſuo

Secundo de diabolo & toto mundo. pariformiter. 3° de hereticis & eorum principibus. 4° de Turco & antichriſto: 5to de quolibet ſũperſtitioſo capite: quod loquitur ſicut draco detrahens veritati. & reſiſtens ej vt apoc. 12. patet qui trahit 3am partem ſtellarum in terram

Blatt 116a, d. i. 115a: Tu dirupiſti fontes & torrentes: (Sicut in deſerto fecit per virgam Moſi.) Sed nunc melius: fontes ſunt Apoſtoli, prelati & doctores. tanquam capita & origines ſpiritualium populorum. Torrentes autem ſunt: populi ex eis repente multiplicati per orbem terrarum Tu ſiccaſti flũũios ęthan (.1. populos induratę ſynagoge & robuſtę. Ethan per. n. ſignificat fortem: durum: robuſtum velut inexpugnabile ſaxum) Et ideo Quia Iudęi pertinaces & dura generatio ſunt & inexpugnabilis perfidię. merito amiſſa aqua ſapientie: quam olim in lege & prophetis habuerunt, exiccati ſunt. Cętera omnia facilia ſunt. ideo dimittenda. [*Am Rande links:* Beſtię autem ſunt

ipſimet: lupi rapaces, ſeductores animarum.] preterquam iſte verſus. Repleti ſunt qui obſcurati ſunt terre domibus iniquitatum, Cuius conſtructio perplexa. ſic poteſt primo conſtrui vt diceretur. Repleti ſunt peccatores terrę (quia obſcurati ſunt. Diuitijs & domibus ac poſſeſſionibus iniquis & iniquitatis. Quia diuitie. faciunt cęcum & incre [*Unten Signatur B*]

Blatt 116[b], d. i. **115[b]**: dulum cor. Illi autem ſunt repleti dicit diuitijs. immo cupiditatibus potius, cum diuitijs repleri non poſſunt Auari. pauperes enim Euangeliſantur & illuminantur Diuites autem excecantur & obſcurantur. Dicuntur itaque obſcuri terrę. (.1. obſcuri. in terris de terra. vt ſicut dicitur. Obſcuri mali, Indocti, peccatores terrę) vult enim loqui de Iudęis. qui ſunt de populo terre ſancte: q. d Sunt quidam etiam Sancti Homines terre promiſſionis. illi autem ſunt obſcurati eiuſdem terre & generationis. Heb. Sic Replete ſunt tenebre terre. habitationes inique ſubrute: ſcilicet deſtructe a fide Chriſti aliene & non edificate in radice & ſocietate patrum ſuorum. Ideo ſequitur dimiſſis illis obſcuratis diuitibus & obſcuratamente: Pauper & inops laudabunt nomen tuum domine. Nec vtique laudarent niſi noſſent. Nec noſſent niſi illuminati eſſent. Quare pauperes euangeliſantur. Et ſerũi mammon obſcurantur

Notabĩlia

Finis eſt duplex ſcilicet Conſumptionis & conſummationis (:quod cum philoſophia poteſt conſonare de fine quo & gratis cuius: finis enim quo Eſt conſumptionis & ceſſationis: finis autem gratia cuius eſt adeptionis & acquiſitionis. Et ſic aurum ęgypti. ad tabernaculum comodatur [*so*]. Eſt vterque 3[s] ſcilicet Tropolog. Alleg: Anagog. Quia



Vnde Chriſtus dicitur finis in Hijs omnibus, quia illos conſummat / hos conſumit Et fides eius ſimiliter ſicut ipſe Eſt verbum

Conſummans / Abbreuians illos hos .1. virtutes, & ſanctos vitia & impios a ſanctis & vitijs diuidendo Et ſic conſummatio abbreuiata inundat Iuſtitiam.

Et ita in omnibus titulis ps, vbi ponitur. in finem. poteſt ſic accipi: Similiter illud. Ad Victoriam. Eſt enim victoria: finis belli conſumptionis. & finis pacis. conſummatiuus. Tamen [*Ausgestrichen:* In hoc autem] frequentius eſt & vſitatius, finem ſemper pro conſumptione accipi. Sic enim Chriſtus eſt conſumptio ſchandali petra, lapis offenſionis, & omnino finis omnium malo-

rum. ſimiliter fides eius In hoc autem ps. de omnibus accipi debet. tamen in Malo ſcilicet fine. gratię, populi ſancti, & beati

Anagog.

Conſump. Bonus Eſt finitio omnis mali etiam corporalis
Malus Eſt finitio omnis boni etiam corporalis

Conſum. Bonus perfectio omnis boni
Hec erit ęterna beatitudo & felicitas

Et

Malus perfectio omnis mala Hec erit ęterna miſeria & damnatio

---

Chriſtus itaque finiũit legem. Et per hoc omnes finiũit qui legi adheſerũnt. Sicut quando frangitur virga frangitur: illud ſimul frangitur. [*so*] quod vnum eſt cum virga. Zach. [*Sachar. 11.*] De duabus virgis

Blatt 116a: Intellectus vel eruditio in Titulo ps. poſitum: ſemper Indicat: Inuiſibilia. ſpiritualia, quę videri nequeunt. Sed ſolo intellectu & fide attingi poſſunt: ibi dici, ſiue bona ſiue. mala Vnde Intelligere in Scrip. aliter quam in philoſophia capitur. ſiũe ſit abſtractiua ſiue vniuerſalis: quia philoſophia ſemper de viſibilibus & apparentibus. vel ſaltem ex apparentibus deducta loquitur. fides autem Eſt non apparentium, nec ex apparentibus deducta: immo de cęlo eſt: Cum ex apparentibus potius contrarium fidej ſemper deducatur vtpatet.

Orat ergo Aſaph. pro populo Iſrael ne in finem repellatur. Sed recordetur eius deus quem ab initio poſſedit. Vidit enim futuram Iudęorum perfidiam: tam grauiter ſynagogam deſtructuram Vnde dicit Quanta malignatus eſt inimicus in Sancto. Vbi Notandum. Quod triplex ſanctum eſt Scilicet

Anima ſiue fides
Synagoga fidelis } de quolibet illorum. omnia ſequentia exponuntur propriiſſime. vt ſcilicet
Scriptura ſancta

Sublimitas pedum tuorum (.hęc eſt Anima fidelis, populus fidelis, Scrip. ſancta, Quia adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius.) diſſipata eſt. Quia populum de fide futuri Chriſti ſanctum: detraxerunt in perfidiam Et ſic de ſingulis animabus. fidem Chriſti diſſipauerunt. Et Scrip. inſuper negauerunt. & in

ſuam perfidiam traxerunt. Synagoga enim habuit fidem in fidem Ro. 1. vnde fuit populus ſanctus: Quia tenebantur concluſi in eam fidem, quę erat reuelanda: Et Ro. 13. dicit. Nunc propior eſt noſtra ſalus. quam cum credidimus: Sicut ergo nos per fidem factę incarnationis & future glorię ſanctificamur Sic tunc populus ſynagoge ſanctus erat per fidem futurę incarnationis Et in tali ſancto omnia mala ęgit inimicus. Et poſuerunt ſua ſigna: Et Ianuas eius exciderunt ꝛc Et gloriati ſũnt in medio pacti dei (.1. teſtamenti ſiue Scrip. ſancte. Vnde heb. textus aptiſſime ſonat ądhoc. fremuerunt hoſtes tui (.1. furiunt ſenſum ſuum Zelo inſipienti ſtatuere, in pacto tuo

Signa ſua in { animabus ſunt doctrine eorum vel opiniones
populo. ſunt mores & ceremonię eorum. Et ideo. infra. dicit quieſcere faciamus omnes dies feſtos dej a terra (.1. vt Chriſto nullus ritus apud nos ſit. qui eſt deus
Scrip. ſunt Expoſitiones & gloſe eorum, vnde annotationes dicũntur

Ianue in { Animabus. populo Scrip } ſunt { Auditus vts in Commento: Erũditi & docti. per quos alii intrant & exeunt
Verba Scripturę: quo torquent violentiſſime in ſuum ſenſum, abſcindendo, que ſibi non placent }

Incendunt { animas populos Scrip. } { Zelo igne contra Chriſtum Inuidis & iracundis expoſitionibus.

Et ſic irritat aduerſarius nomen Chriſtj in finem, quia ſine ceſſatione & vſque ad omnimodam conſumptionem: Et Vide ne hoc forte ſit: quod ait dominus. Niſi abbreuiati fuiſſent dies illi Quia omnium hereſum machinatio in Eccleſia, non peruenit ſic ad finem: vt iſta perfidia Iudaica. Sed ceſſauit & ceſſat tandem omnis hereſis, vincente Eccleſia. Niſi Quod ſecta Turcorum adhuc reſtat. vt & ibi non in finem prolongetur furor dominj & repulſio [*Unten Signatur C*]

Blatt 116b: poteſt autem & de noſtris moribus peſſimis ip
ps Exponi. Quia. vel ſimiles vel peiores ſumus Turcis in pr
phanatione ſacrorum. Et ſatis diu durat: iſte furor ſchandal
rum in ſacrorum contaminatione. Ita vt Eccleſia merito oret
quid deus repuliſti in finem? Iratus eſt furor tuus
Quanta malignatus eſt inimicus in ſancto: Quis Inim
cus? diabolus. Sed etiam. Inimici hominis domeſtici eius
amici tui & proximi tui aduerſum te appropinquauerunt et
terunt,

primo in diſtributione & occupatione beneficiorum & bo
rum Eccleſie: quis enumeret mala & abuſus

Secundo. in luxuria, in pompa, in ſuperbia ſacerdotum

Tercio in temeritate adminiſtrandorum ſacrorum. verbi d
poteſtatis Iudiciarię, Iuriſdictionis ꝛc In iſtis enim talia fiunt
Eccleſia: que dominus multo egrius fert: quam Turcorum
ſphemias

Quarto. In medio ſolennitatis Vide quot monſtra fia
an non omnes dies feſti dej comprimantur & quieſcu
[*so*] in terra: Siquidem. Hodie ideo feſta aguntur: vt liber
malefaciant. quam in aliis diebus non potuerunt pre labore
nuali Non hic Signa noſtra videmus Sed ponu
ſigna ſua ſigna. Et incendunt ſanctuarium de
polluunt. omni concupiſcentia & peccatis, Et ita irritat
nomen Dej. & blaſphematur in nobis. Quare vide
deus dexteram ſuam auertiſſe de medio ſinu ſuo in fine

At forte nondum apparet. quomodo in ſecuri & aſcia de
ciunt eam Et ſecuribus excidunt Ianuas eius ſimul. Turcus i
facit myſtice & literaliter. Nos autem ſpiritualiter. vt
Commento Non quidem hereticis doctrinis. Sed ſcandaloſis verb
& factis. Ita vt verbum dej iam fruſtra videatur predicari. q
non ſunt Ianue quas intret. Sed Secures (.i. grauiſſim
ſcandala fortiter eas exciderunt.

ps. 74. [Hebr. LXXV.]

Blatt 117a: Ps Cantici. Sicut apud nos. quedam ſunt Ca
tica tantum, vt Reſponſoria. antiphone. Gradualia ꝛc. pſalm

tantum, vt que ex pſalterio leguntur. pſalmi autem Cantica poſſunt apud eſſe. vt Magnificat, Benedictus. te deum laudamus, hymni: Que omnia ſecundum verba & voces. ſimiles ſunt ps. & ſunt psalmi. Sed Cantu & melo differunt ab alijs. Talis forte quedam differentia etiam olim fuerit. vnde iſti tituli reſtant.

Cum accepero tempus Ego Iuſtitias Iudicabo: quod Chriſtus primo facit in omnibus: Sed quilibet eius: idem ſimiliter facit in ſeipſo, quia ſuas Iuſtitias deteſtatur & Iudicat. Confitetur autem ſoli deo & Inuocat nomen eiũs, Quia autem ſuas Iuſtitias non Iudicant Sed ſaluant & excuſant, non vtique confitentur deo ſed ſibi & ſuę virtuti: ac ideo deum Inuocare non poſſunt, quippe qui gloria dej non egent, cum ſuam potius querant Iohan. 5. Quomodo poteſtis vos credere: qui gloriam ab inuicem accipitis. Et gloriam que a ſolo deo eſt non queritis? Gloria enim dej Eſt confeſſio & Inuocatio noſtra

Liquefacta eſt. Hic nos nihil dicimus: de liquefactione illa perfectorum & contemplatiuorum de qua multi multa loquuntur: Quoniam expertis credimus ſolum de ea loqui licere Sed de liquefactione incipientiũm tantum loquimur: que nos latere non poteſt. Nam cum, ab inchoatione ſanctitatis vſque ad perfectionem ſint, infiniti gradus. [*Am Rande links:* quia ſapientie eius non eſt numerus. Et ſemper de claritate in claritatem. de virtute in virtutem. Ex fide in fidem eũndum.] In ſingulis gradibus deus ſuis donis abundat: & aliud experitur qui eſt in ſecundo. quam qui in primo & ſic deinceps: ſecundum quod multe ſunt manſiones in domo patris Chriſtj Hinc enim tot oriuntur expoſitiones in Scrip. ſanctis. Quia quiſque in ſuo ſenſu abundat. Et vni Eſt liquefactio illud: quod alteri nondum eſt. Sic eodem modo in ceteris donis & virtutibus. Vni Eſt illud fortitudo & decor. quod alteri nondum eſt. Exempli gratia Subdiacono Eſt ſuus decor. Diacono ſuus, preſbytero ſuus. Epiſcopo ſuus. Et tamen cuiuſlibet eſt decor. Et quilibet in ſuo poteſt habere liquefactionem, vnctionem ꝛc Cariſmata. Quoniam deus eſt mirabilis & infinitus in ſanctis ſuis. Ac ideo Non ſunt contemnende diuerſe expoſitiones vnius textus. perſertim morales.

At nos vt dixi. cum incipientibus maneamus. Igitur Liquefactio Eſt duplex Bona Eſt quando durus peccator, ſicut Chriſtallus liquefit ad ignem ſpiritusſancti. Et ita in ſe ipſo tabeſcit. & omnino nihil fit: Qui enim ſic liquefit, a domino confirmatur. Nam Infirma ipſe fortificat, ſtultos ſapientes facit. Et vocat ea que non ſunt vt ſint. Sic liquefacit vt Induret. liquefacit eos vt in ſuo ſenſu ſint ductiles & flexibiles In domino autem inflexibiles & inſuperabiles Altera Eſt huic contraria & mala, quando homo a rectitudinis firmitate & forma in omnem ſenſum & ventum ductilis & flexilis efficitur. Sicut Iudeus a vero & ſolido intellectu in Scrip. olim habito: nunc tabeſcunt diſſoluuntur & liquefiunt, in omnem doctrinam mendacem Qui omnem doctrinam potius ſequuntur: quam Chriſtum veritatem. Igitur vide contrarias liquefactiones: Iuſti & fideles Chriſti: ad omnem veritatis normam: ſunt molliſſimi & liquidiſſimi: ad normam autem falſitatis, rigidiſſimi & inflexibiles. Econtra Iudei ad omnem normam mendacem. liquidiſſimi. ad normam autem veritatis. rigidiſſimi & obſtinatiſſimi: ſimiliter heretici & omnes capitoſi & ſingulares. Vnde de illis dicit hic Quod exaltant cornu ſuum, ps. 67. Sicut fluit cera a facie ignis ſic ꝛc: quod vtraque liquefactione fieri poteſt.

Blatt 117b: Iniqui ſunt primo qui quę ſua ſunt tantummodo querunt: & proximo ſuo nocent ſeu poſitiue ſeu priuatiue maxime autem in Iudicijs Hoc ſignificatum habet Secundo magis proprie. Iniqui qũi ſpiritum poſtponunt literę: Et sic inique agunt, quando ſuas Iuſtitias agunt tunc enim inique Iudicant, vile preferentes precioſo. Et Hęc eſt mera ſuperbia: quam in hoc ps arguit per totum. Superbia autem ſpiritualis: qua exaltat cornu ſuum.

Magnum verbum eſt. quod ait. a deſertis montibus (.i. poteſtatibus & principibus gentium qui prius deſerti a deo erant. Vult ergo nos docere. Quod nulli ſunt damnandi, nulli deſperandi a ſalute Chriſti: Nec quiſquam ſe ſolum, ſaluum putare debet ac alios Iudicare: Quia Hoc faciunt Iudęi, Heretici & ſuperbi. [*Am Rande links:* Ro. 2. Exiſtimas autem homo, qui Iudicas eos ꝛc hoc enim Iudęi faciũnt confidentes in Iuſtitias carnis.

quas gentes non habere videbant, cum tamen vitia gentium ſimiliter haberent] Quia qui hodie eſt deſertus. cras forte erit cultus & fecundus Et qui hodie fecundus, cras deſertus, & Hec omnia ideo: quoniam deus Iudex eſt Qui humiliat & exaltat ſolus. Nolite ergo Iudicare ne Iudiceminj. In quocunque enim. [*Matth. 7, 1.*]

Scio autem. quod iſte verſus aliter conſtruitur ſcilicet ſeorſum & non pendenter ad precedentem & vt ſit vox prophete: non illorum iniquorum. Sed hoc violentum eſt: Et bene aſſentirem ſi ſic poneretur. Quia neque ad orientem, neque ad occidentem, neque ad deſertos montibus. ſcilicet effugere poteſtis. Vbique enim deus eſt, qui Iudex eſt. Sed Ieiuna & abrupta ſententia eſt Cum autem dicat ab oriente ꝛc motum a loco ſignificat. ſecundum illud Magi venerunt ab oriente Et Iſaias. filii tui de longe venient. Et dominus Matt. 8. Multi venient ab oriente ꝛc hanc enim ęquitatem Iudęi: a deo negant, Quia dicunt. Non fecit taliter omni nationi Nos populus eius & oues paſcue eius.
Igitur illi volunt eum, neque ab oriente neque ab occidente, deum haberi. Sed ſolum apūd ſe. hoc autem eſt iniquum. Nolunt enim gentes ſibi participarę ſuperbi: Ideo ſequitur

Hunc (.1. Iudeum ſuperbum.) humiliat & hunc (.1. hūmilem gentilem.) exaltat. Quia ille preſumit de ſuis meritis: hic autem de domini virtutibus, phariſeus ille, publicanus hic. ita enim b. Aug. exponit & optime. Quia iſto literaliter intellecto: facile patet ſimilis ſententia de hereticis. & omnibus ſuperbis. Sic enim Inclinat ex hoc in hoc. & relinquit fecem ſuperbis: ex populo Iudaico tranſtulit gloriam legis. Et ſicut ait: auferetur a vobis regnum cęlorum & dabitur genti facienti fructus eius: Et ita fecem (.1. literam reſiduam. effuſo viuo ſpiritu ad gentes.) Iudęi peccatores bibunt Sic enim ſpiritualia ſunt vinum, Carnalia ſunt fex. Sic Intelligentia ſpiritualium eſt vinum Et intelligentia carnalium fex: hanc Iudęi ſuperbi: Illud humiles gentes bibunt. Quia Inclinauit. (.1. ad humiliatos fūndit) Et vide vt vigilante verbo vtitur. Inclinauit, non ait fudit aut propinauit. Quia vinum legis ſolum humilibus datur.
Eodem modo ſuperbis & hereticis. relinquitur fex ceremoniarum tantum exteriorum. & hypocriſis. Sed intus gratia & viuus ſpi-

ritus, ſolum humilibus datur. Vnde omnis obſeruantia t religio exterior Eſt fex: quam ſolam relinquit bibendam: L qui per illam ſuperbiunt in ceteros Quare? quia calix in ma domini: vini meri, plenũs mixto .1. potens eſt enim dominus facere ſuperbis, vt eorum obſeruantia ſit eis tantum fex Calix Eſt diuina Scriptura & doctrina legis. Sicut C Babylonis. Eſt doctrina mundi Vnde Calix in manu meretr apoc. 17. plenus abominatione & fornicatione ſpirituali. Et p Calix inebrians quam preclarus eſt .1. claritate ſpiritu preſtat: Et quod calix talis ſit Scrip. patet ex precedenti Quia in loco paſcue me collocauit, ſuper aquam refect. V tua & Baculus paraſti in conſpectu meo [*Am Rande* h Claritas litera eſt Sed preclaritas ſpiritus eſt ps. 15. funes derunt mihi in preclaris]

Blatt 118ᵃ: menſam. Et Impinguaſti in oleo caput me Multis nominibus eadem res eſt ſignificata ſcilicet Scrip. ſa Et ps. 15. Dominus pars calicis mej (.1. in Scrip ſanctis. habeo ſenſum de domino Chriſto: vt .infra. Benedicam domi qui tribuit mihi intellectum. Nam habere intellectum Sc ſecundum ſenſum Chriſti: Eſt habere dominum pro parte cal iſtius. habere autem intellectum ſecundum literam Eſt hab ſeruum & Moſen pro parte calicis iſtius. Ideo Spiritualis pop dicit. dominus pars calicis mej & hereditatis meę: Carn autem. Seruus Moſes Eſt pars calicis mej. Iſta au pars calicis eorum ps. 10. dicitur. Ignis grando. nix: ſpiri procellarum. Hoc autem loco. dicitur. fex calicis: quia n finunt eam exinaniri Sed pertinaciter ſeruant. [*Am Rande* re Calicem ſalutaris accipiam (.1. verbum ſpirit . . lem habens tel . . . . . & ſenſum per fidem accipiam] [*Ps. 116, 13.*] Sen ergo eſt

Calix eſt in manu Domini (.1. Scrip. eſt in pote Dej, cuicunque voluerit, dabit eam Dat autem eam humilibus. Calix inquam vini mej (.1. puriſſime intelligentię ſine admixtio carnalitatis. Sed tantummodo ſpiritualia ſapiens & ſapere facie Eſt autem in heb. Vna dictio. Vini merj: Vnde Et Iſaie. Scrip. Dicitur Vinea meri (.1. puri vini. quod eſt Euangeliu

Quia vinum corporale bibit corpus: Sed anima non: [*Nun am Rande rechts:* niſi ſuum vinum: quod eſt doctrina & veritas: ſimiliter autem eſt pura veritas ſine vanitate: Nam & litera ſeu ſcriptura: que de temporalibus docet: eſt vinum non merum: quia non docet aut dat ſpiritualia: Sed tantum temporalia . Qu . . . ſunt vana non mera . . na . immo ſigna v . . . Et ſic inquantum ſig . . ſunt vera. Sed . . . ſimpliciter ve . . .]

plenus mixto: quod poteſt multis modis ſumi. Primo quod idem calix ſit mixtus varietate omnium intelligentiarum & gratiarum: Vt vnicuique ſapiat ſecundum quod voluerit. Iuxta illud Sap. 9. Bibite vinum quod miſcũi vobis. Et hoc verbo repugnante. verbo illi. meri vini. vult nos a carnalis vini intelligentia remoũere: quod non poteſt eſſe ſimul merum & mixtum Alio modo mixtũm. Quia ſimul literam cum ſpiritu, ſimul humanitatem cum diuinitate in Chriſto: ſimul veritatem cum enygmate fidej Bibit Eccleſia. ſicut ait in Canticis. [*Cap. 5, 1.*] Comedi fauum cum melle meo: Nam ſecundum verbum domini, Caro non prodeſt quicquam. ſcilicet ſola ſed eſt fex. Veruntamen caro mea vere eſt cibus & ſanguis meus vere eſt potus. Scilicet ſimul deum & hominem credere & intelligere hoc eſt bibere meraciſſimum vinum. tamen mixtum optime. Iudęi itaque Qui ſolam carnem in Meſſia ſapiunt: vere fecem huius calicis bibunt: Quia deum in carne negant Ac ſic ſapientiam abſconditam in myſterio non cognoſcunt, Sane Non fuit Intentio Dej in lege Moſi: vt vmbra iſta & figure aliter acciperentur niſi vt ſigna future veritatis. aliquando finienda: Et qui ita ea intelligebant Bibebant calicem meri plenum mixto Sed quia illi vmbram in rem & figuram pro veritate ſtatũũnt: iam fecem ſibi faciunt ex mixto illo puriſſimoque vino. Et reſeruant ſibi tantum literam & ſignum: Sicut qũi nucem retineat amiſſo nucleo. Et putamina pomorum. Ideo ps. 4. eis dicit Vt quid graui corde diligitis vanitatem & queritis mendacium?

Sicut Autem hoc de Scriptura. ſic de natura quoque & omnibus alijs bonis intelligi debet Quia Vera bona: que ſunt ſpiritualia: ſunt in viſibilibus tanquam in ſuis ſignis, vmbris &

calicibus. Quia ſicut Calix eſt locutio vinum in illo Eſt ſenſ in illo. fex autem eſt carnalis ſenſus, Sic Vſus cuiuſq creaturę Eſt velut Calix. Que ſi ſpiritualiter accipiatur & ſ matur. Eſt calix meri & mixtus. Si autem tantum. quod vide Eſt calix fecis. ſic bibunt omnes peccatores terre. Sic ſunt om eorum vana ſicut *stroernmenner*, *potzemenner*. Iſaie 1. Vin tuum mixtum eſt aqua Argentum tuum verſum eſt in ſcor Sic etiam de punitione: Quia Res exterior eſt cal dolor & pena quam infligit eſt vinum in illo. Sicut per calicem immittitur potus. Sic deus per res penam & ma

Blatt 118b: [*Am Rande links:* Mixtum] Et multum preg tibus verbis vtitur ps: Mixtum enim: Etiam poteſt aq Quia bona & mala infert Quia Euangelium Imponit crucem vitam, pacem & bellum, bonum & malum paupertatem & diui Et Hec eſt veriſſime mixtura ſalutaris, quam diu hec vita d Verum. quia talis intelligentia ſcripture. ſiue intelligere hanc voluntatem dej. vt bona ſpiritus & mala carnis ſimul ſuſcipian Eſt puriſſime intelligere ſcrip. Et vere vinum merum Intelli autem eam de bonis carnis tantum: Eſt ipſam miſcere aq Iſaie. 1. vinum tuum mixtum eſt aqua. Quia tales peſſim mixtum faciunt. Scilicet vitam & crucem. pacem & bellum pacem extra. bellum intra, vitam foris, crucem intus ꝛc. Et S intelligere, Eſt Scrip: fecem habere: Quod autem fecem aſſu & non aquam: facit ad expreſſionem finiende & defecture Sy goge: Quia ſic fex eſt finis vini exhauſti Sic Iudei amiſſa g Eccleſię: ſunt relicta fex: ſicut & Scriptura ſimiliter eis eſt qu ipſi ſunt

fex autem Eſt vltimum vinj & finis. quod non valet niſi po & ad vinum ſtillandum .1. ad Exemplum & timorem habend ex perditione Iudęorum

Tropol. Et inclinauit ex hoc (.1. carne.) in hoc (.1. in ſp tum.) Hoc eſt enim mixtum vt dixi Tropol. Quod inclinat carn & aufert ea que illius ſunt. Et dat ſpiritui ac eum exaltat

pro documento.

Omnes qui in Biblia & ſacris literis. volunt ſtudere: hu verſum ſibi quam diligentiſſime notent. Calix in manu do

vini meri. Hoc eſt dicere. Quod Scriptura non eſt in poteſtate noſtra, nec in facultate ingenii noſtri: Ideo in eius ſcrutinio nullo modo confidendum in intellectum noſtrum: Sed humiliarj & orare oportet: vt inclinet ad nos illum: Quoniam non datur niſi inclinatis & hũmilibus Exemplum Eſto Iudęorum miſeria. Qui ſuperbiunt in hoc quod dicitur Non fecit taliter omni nationi & Iudicia ſua non manifeſtaũit eis. Et putant Scripturam & Calicem ſeſe in manu & poteſtate ſua habere omnino: Et ideo exponunt eam ſecundum ſuum ſenſum. Sed Hic dicit Quod ſit in manu dominj. Quia poteſt deus auferre Scripturam ſeu ſenſum eius, illis ignorantibus & non aduertentibus: Et adhuc ſe habere eam putantibus vt Iudeis contigit: Quoniam ablata eſt ab eis: ac ſic ablata: quod oſtenſum eſt: quia Calix eſſet non in manu eorum. Sed in manu Domini: dans eum cũi volũit. Sic Dicit Iob. 9. Qui tranſfert montes, & non cognouerunt. Ita ps preced. Non cognouerunt Sicut in exitu ſuper ſummum: quia ponunt ſigna ſua ſigna: In exitu (.1. in litera exteriori & vmbra: & ſuper ſummum eam preferunt ſcilicet ſuper ſpiritualem ſenſum ſtatuentes illum

Ita ſit omnibus ſuperbis & pertinacibus, qui innituntur ſuo ſenſũi inflati: quod deus inclinat ab eis in alios veritatem & vinum ſyncerum: & relinquit eis fecem: Dum ignorant. vt hereticis. Qui ſibi maxime veritatem habere contendunt: & antequam intelligant habent fecem quam bibunt. Quia deus tranſtulit ab eis vinum merum. Et mittit illis operationem erroris ſecundum Apoſtolum: quia calix in manu eius meri. Quia non poteſt pura veritas ſimul ſtare cum ſuperbia cordis. Etiam ſi veritatem dixerit: tamen quia non humiliter dicit: iam nec vere dicit: ideo neque veritatem: quia non quomodo, cũi, quando, vbi, quantum debet dicit: Quare quandocunque vnum illorum deeſt: iam non eſt vinum merum, Sed mixtum vinum fece carnalis alicuius paſſionis, ideo dominus ab eo aufert illum Ierem. 32. Qui habet ſermonem meum loquatur ſermonem meum vere Et eiuſdem 25 Si viuit Dominus dixerint, hoc ipſum falſo Iurabunt. Et Eſaie Qui Iuratis non in veritate ꝛc Iurant in nomine meo mendaciter. hoc eſt nomen

Dominj aſſumere in vanum. Et Apoſt. 1 Timoth. Tractans ve-
bum veritatis recte.

Blatt 119a: Igitur in Scrip. ſanctis. non ſicut in Ariſtote-
faciendum eſt: Vbi ſapienti licet contradicere ſapienti Quia i
qualis Magiſter. talis eſt eius & doctrina: prophanus & prophan
Hic autem ſanctus & Sancta. Quare vbicunque
quocunque profertur aliquis ſenſus, qui non repugn
fidej regulis, nullus eum debet reprobare, aut ſun
preferre, etiam ſi ſuus ſit multo euidentior & magi
proprie litere conſonat. Nam in talibus illud verbum S
lomonis vtiliſſimum, locum debet habere prouer. 1. Aud
ſapiens, ſapientior erit. Et ibidem. 3. Ne innitaris prudentię
Mirabilis enim eſt deus in ſanctis ſũis: Et mirificauit ſanc
ſuum, ita & ſanctam ſuam ſcilicet Scripturam. Experie
ego id edoctus ſum ſepius Quando cum mihi quandoque alio
doctorum ſenſus: ineptus licet non falſus videretur: poſte
alio paſſu, ſtupũi: cum viderem, tam proprie eum eſſe dictum
Exempli gratia illud quod Doct. exponunt: de Exemplis
tuorum patrum: Calceos inquam filiorum Iſrael in manducati
paſcha, mihi extortum & violentum videbatur: Quia magis
ſecundum Apoſtolum videbatur dici: oportere eſſe Calciatos p
in preparationem euangelii. Sicut Et in Canticis. 7. In Cal
mentis tuis. Et Ezech. 17. Calciam te Iacintho ꝛc Et ps. 59.
Idumęam extendam Calciamentum meum Et hunc ſen
illi ſemper pretuli. Sed cum recte inſpexiſſem: eſt idem ſen
Et ille multo perfectior & plenior Et quaſi entelechia hu
Nam Quid ſunt Exempla patrum mortuorum: niſi opera E
gelica? Et ſic Calcei. ſunt (vt ſic dicam:) Euangelium incarnat
& operibus indutum: Quod ego de nudo Euangelio illi de
pleto ſenſerunt. Et vtique idem ſenſimus. Sed illi perfectius
Ita & in alijs multis. Quocirca ſuſpecta eſt
nequaquam ſecure audienda illorum ſententia: qui h
braicam veritatem literę: adhoc allegant, non vt ill
minent [elucident *am Rande rechts.*] noſtram. Sed vt repr
bent tantummodo & contendant, Non oportet hęc i
fieri. Sed vnuſquiſque in ſenſu ſuo abundet. Et Inũicem ſup

riores arbitrari neceſſe eſt. Corol: Qui vellet & per tempus poſſet: vtique omnium expoſitiones diuerſiſſimas etiam: quam facillime poſſet concordare: Et ego pro mea parũitate: putarem etiam mihi in Domino id non Impoſſibile

Et Hęc eſt ratio quare dominus teſtimonia demonum de ſe: nolũit. Et quia Idem iſte Aſap ps 49 dicit. peccatori autem Dixit Deus. Quare tu enarras ꝛc.

Dicit autem lyra in heb. ſic Calix in manu Domini vini fortis. Burg ſic. Vini lutuoſi. Sed Hec omnia potius (.precipue Burg.) ex Coniectura Iudaica videntur Dici. Quia carnaliter Scrip. intelligentes aptant. que ſuo ſenſui videntur. Quia fęx vini non videtur eſſe: niſi vini lutulenti & ſpiſſi. ideo contemnendum Hoc eſt.

Sicut ergo in ſegete. ſimul eſt palea & triticum. ſicut in Calice mixtum. ·1. vinum lũtũlentum ſeu fęculentum quod a fecibus nondum eſt depuratum. Sic in Scrip. confuſum vinum literę & ſpiritus Sed defecaũit ipſum Chriſtus Quia Inclinaũit calicem ex hoc in hoc. Et fecem ſeorſum literę illis. Et ſpiritum ſeorſum nobis. Sic ps. 16. In reliquijs tuis ꝛc (.1. fecibus literę relictę.) Sic Iſaie [*Ies. 25, 6.*] Conũiuium pingũiũm & vindemię defecatę & conũiuiũm medullatorum. Quia Sicut Nux habet teſtam & medullam. Caro. cutem & pingua [*so*]. Vña. vinũm & vinacia oſee 3 Diligunt vinacia vuarum Ita in Scrip. vet. teſt. mixtum vtrunque. Sed nunc defecatum. ps 126. filii Excuſſorum. defecatorum depuratorum, .1. ſpiritus & non literę. vini defecati

ps. 75. [Hebr. LXXVI.]

Blatt 119b: A montibus ęternis Illuminans mirabiliter: Heb. A montibus rapinę ſeu captiuitatis Hij ſunt ſancti doctores in gentibus a Diabolo rapti: & ſpoliato eo: ad Eccleſiam vocati Quia ſic captiuam dũxit captiũitatem: Sic enim Catulus leonis Iuda: ad predam aſcendit Et predaũit predantem Iſaie 33. Ve qui predaris, nonne & ipſe predaberis? Et .9. Sicut exultant victores capta pręda, quando diuidunt ſpolia. Iſta autem depredatio facta eſt ſine tumultu vt ibidem: Omnis violenta predatio cum tumultu.

q. d Non autem iſta. Quia paruulus natus eſt nobis I
Magna ſunt opera dominj: Quia mirabilia: Que enim comp
ratio: predę temporalis. ad hanc predam ſpiritualem? I
minat autem mirabiliter: Quia per fidem intus: ita vt nulla
homo lucem eorum videat. lux enim in tenebris lucet, & te
eam non comprehenderunt: Sapientia enim dej ſtultitia eſt
nalibus & non poſſunt eam lucem videre Vnde & hic ſequi
Turbati ſunt omnes inſipientes corde. [*Oben am Rande quer
über und links herab:* Montes rapine Actiue ſunt Apoſtoli:
rapuerunt & ſpoliauerunt diabolum hominibus & gentibus
captiũauerunt in Eccleſiam & fidem: paſſiue ſunt doctores
Epiſcopi, taliter rapti & captiuati, Tropol. ſunt anime ſanctę
virtutes theologice: que rapiunt ſenſus carnis & membra pec
vt faciant membra Iuſtitię ꝛc Et ... heę proprię ſunt montes et
Quia Charitas nunquam exci.... & Iuſtitia ... manet in ...
ſęculi: A.... libus enim venit .x virtutibus .. ſtitia tua
montes dej] [*Ps. 34=35 V.* 7.]

Aſcenderunt equos. Exquo Iſaias. 31. equos exp
pro carne: Ergo aſcendere equos Eſt in carne & iis que ca
ſunt viſibilibus tantum & temporalibus vehi, exaltari & confi
non in ſpiritu & fide Inũiſibilium.

De celo Auditum fęciſti Iudiciũm tuum, Hoc eſt I
ciũm (.1. euangelium.) quo oſtendit omnes carnales & quicq
carnis eſt: damnabile eſſe: Quia per reſurrectionem ſuam C
ſtus. vicit mortem, carnem & omnem corruptionem. Et no
vitam aſſumens, veterem damnauit, ac ſic in Iudicium ſurr
[*Am Rande links:* .. Iudicium tropol.... ncipaliter int
dit .. quia carnem illi de..rere nolunt: ideo ... i
preter domini .oluntatem. damnatur .udicio allegori
Anagogico.] Sic Ro. 1. Reuelatur ira dei de cęlo ſuper *omn*
impietatem ꝛc Sic enim princeps mundi Iudicatus eſt. & nunc
Iudiciũm mundi

Ideo ſequitur. Terra tremũit & quieuit. Quia compu
ſunt & ceſſauerunt carnaliter ſapere & tũmũltũs carnis quie
vt act. 2. Quid faciemus viri fratres. [*Am Rande rechts:* que
tremorem ſpiritualem figuraũit motus terre ſenſibilis in re

rectione Chriſti Non enim homo quieſcit a terrenis. niſi terrore tremefactus. Et hoc fit aũdito Iudicio Dej. quod Iudicat omne carnale & minatur futurum Iudicium Eſt ergo 2ˣ quies & inquies] Sic Iſaie. 1. Quieſcite agere peruerſe: Et ſic per tale Iudicium, ſaluos fecit omnes manſuetos terrę: ſuperbos autem damnaũit: Verũntamen. Non Iudicium Hoc ideo audiri fecit Vt illos damnaret. Sed vt ſaluaret: Sed quia ipſi manſueti eſſe noluerunt: perierunt

Quoniam Cogitatio Hominis confitebitur tibi. (.Hoc eſt Iũdicium: quod homo ſibi diſpliceat, ſibi iraſcatur, ſibi vileſcat. ac ſic ſeſe abneget. & ſolum deũm confiteatur) Et reliquię cogitationum feſtum agent tibi: Tale feſtum. non poteſt niſi ſpirituale eſſe: Quia cogitationes ipſum agunt [*Am Rande links:* vide infra ps .. v9?] Quę autem ſunt reliquię iſtę? Quid remanet cogitationum: poſtquam homo ſibi iratus fuerit & diſplicuerit? Nempe memorię & perſeuerantie talium. Quia ſemper ſe Iudicare. ſemper ſibi iraſci debet homo vt pulchre Exponit b. Aug

Vnde Heb. Quoniam ⟨ira / Meror⟩ hominis confitebitur tibi Et reliqui is meroris accingeris

as ire cinges vel retinebis q: d. Iuge ſacrificium tibi erit: ſpiritus contribulatus. & cor contritum: Sicut ps. 4 docuit. Iraſcimini & nolite peccare, loqũimini in cordibus veſtris. & in cubilibus veſtris compungimini. Et ſic ſacrificate ſacrificium Iuſtitię & laudis: Quia talis compunctio & ira & locutio cordis: eſt ipſum ſacrificium laudis & Iuſtitię: Et Confeſſio deo

Quare patet quod Cogitatio hic & reliquię cogitationum. pro diſplicentia. & iraſcibilis potentie actus [*so*] accipi debent: quibus accingitur Chriſtus libenter: Quia ſic Iſaias. 59. ait. Induit quaſi palliũm zelum [*Darüber:* Et opertus eſt quaſi pallio zeli] Quod autem Cogitationem exprimit &: non locutionem vel operationem. Eſt quia locutio & operatio poteſt eſſe ficta: Sed non cogitatio confitendo Et vt doceat, nos ex vero corde deo confiteri

Ibi Confregit ꝛc ſic ps. 49. Venite & videte opera domini, Auferens bella, arcum conteret & confringet bella & ſcuta com-

buret igni (.1. voluntatem illorum & ſtudium.) Quia Eph. 6. Non eſt nobis luctatio aduerſus carnem & ſanguinem .1. homines. qui materialibus armis expugnantur vtpatet experientia: Noſtra enim Arma non ſunt carnalia. 2 Corin. 10. Sed ſpiritalia [so] Sic Iſa. 2. Mich. 4. Non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad prelium: Et Multis alijs locis.

Blatt 120a: Tripliciter itaque Chriſtus notus fuit in Iudea: primo Quia Sancti vet. teſt. ſoli dei verj cognitionem & religionem habuerunt. Secundo magis proprie: per carnis perſonalem preſentiam Vbi ad ſenſum etiam notus eſt & apparuit: Et ſic iſte ps poſſit etiam Epiphanie feſto applicari. Quia ibi ex carne natus & manifeſtatus eſt. & per totam vitam ſuam. clarus ibi miraculis & doctrinis Tit. 1. Apparuit humanitas ſaluatoris noſtri Dej Tercio proprijſſime. Quia ibi incepit manifeſtari reuelata fides Chriſti. lux Euangelij veritas & Iuſtitia. per miſſionem ſpiritus ſancti. Et Hec fuit & eſt: manifeſtatio Chriſti in ſpiritu ſicut illa in carne: Et Hec ſola ſalutaris eſt. Illa autem non profuit omnibus quibus facta eſt: Hęc autem omnibus eſt ſalus quibus apparet. Et Quod ps de hac potiſſimum loquatur. Indicat quod ſequitur. Et in Iſrael magnum nomen eius

Magnum eſt nomen Dej: vbicunque eſt. & vbique est. Sed non dicitur magnum, niſi: vbi cognoſcitur eſſe magnum, ſcilicet intellectu & affectu. colente ipſum & magnificante Quare idem eſt Nomen eſſe magnum, quod magnam habere notitiam de eo. Magna autem notitia eſt. noſſe ipſius magnitudinem. Et Hoc eſt quod Notus eſt in Iudęa Deus

Tunc recte ſequitur

Et factus eſt in pace locus eius: Quia per cognitionem & amorem: paratur ej habitatio prius oportet notum eſſe Deum & nomen eius magnum: Et ſic erit ibi ej locus in pace. Sanc Noſtra tranſlat (vt ſepe dixi.) ſemper magis ad ſpiritum accedit Ideo pro Salem habet pace: Quia non literalem Ieruſalem exprimit Sed ſpiritualem. Quę tamen tunc ſimul fuit in literali. Nam Eccleſia que eſt ſpiritualis Ieruſalem fuit tunc & incepit in

literali Ieruſalem: quod dicitur. Viſio pacis ſeu pacifica. Quia Ibi videtur pax & pax eſt videntibus. formaliter & obiectiue

Ibi Confregit ꝛc Quia ſecundum Apoſt Eph. 6. Non eſt nobis luctatio aduerſus carnem & ſanguinem (.1. nos non ſęculariter vt homines pugnamus.) Non enim hic Caro & ſanguis capitur. pro noſtra carne in concupiſcentijs. Quia contra hanc eſt nobis Iugiter colluctatio Sed pro Hominibus. Vult ergo dicere: Nos non ſicut reges & principes mundi bellant. materialibus armis. occidendo Homines. 2 Corin. 10. Arma noſtra non ſunt carnalia. Quia Eccleſia non conſiſtit in munitione ſenſibili Sed eſt populus ſpiritualis: ideo ſpiritualia habet arma. Ibi ergo confregit ꝛc Non ſic in ſynagoga: illi enim in figura pugnabant & expulerunt carnem & Sanguinem. Quia erant populus carnalis & figuratiuus futurorum. Sic ps. 45. Venite & videte opera Domini auferens bella vſque ad finem terre: arcum conteret ꝛc Sic enim orta eſt Iuſtitia & abundantia pacis cuius non erit finis. Quę pax licet ſpiritualis intelligitur primo tamen etiam ad literam verum eſt. Quia veri Chriſtiani: ſpiritu & non litera: Bella carnalia non gerunt. cum ſint pauperes & cedant libenter & pacienter: Ideo alij bene bellant Sed Hij non ſunt veri Chriſtiani Sed filii huius ſęculi Vel inquantum Chriſtiani non bellant carnaliter. inquantum ciues Eccleſię. De quo loquuntur prophetie: Sic enim Eccleſia contra homines non bellat. Sed inquantum ciues huius peregrinationis Sic Iſaie. 2. Conflabunt gladios ſuos in vomeres ꝛc

Blatt 120b: Terra tremũit & qũieũit. Quies ſecundum carnem eſt tumũltus ſecundum ſpiritum Quia pax carnis eſt turbatio mentis. Econtra Turbatio ſecundum carnem eſt pax mentis. Quia ſic terra tremit & quieſcit. Caro enim quando crucifigitur & in ſuis paſſionibus non finitur. Sed caſtigatur. pacem tunc habet cor. Iſaie 30 Quia ſperaſtis in tumultum. & in calumniam ꝛc Et 9 Omnis violenta predatio cum tumultu, & veſtimentum mixtum ſanguine erit in combuſtionem & cibus ignis predatio Eſt 2ª prima eſt qua caro predatur ſpiritum quia aduerſatur & inſidiatur ej. Vt prophet. [*Klagel. 3, 51.*] Oculus meus Depredatus eſt animam meam Quia rapit ani-

mam ab interioribus ad extra & Iugulat eam. Sic enim Caro eſt ſpelunca latronum. Senſus enim ſunt latrones ſemper vigiles ad malum. Sic enim nos habitamus in ſpelunca latronum. Dum in carne habitamus. Et inde Iudęi ex templo dej fecerant ſpeluncam latronum: quod & nunc omnes faciunt, qui carni obediunt. Hęc eſt predatio violenta & cum tumultu: Non coram hominibus: quibus videtur hoc ſuauiter contingere. Sed coram deo: ibi enim clamat Syntherefis & remurmurat ratio & excitat ſtrepitum & tumultum in auribus dej Altera eſt Qui ſpiritus predatur carnem. de qua preda. Iſaie. 33. Ve qui predaris, nonne & ipſe predaberis Sic Catulus leonis Iud. aſcendit ad predam: Et aſcendit per fidem quilibet fidelis ſimiliter ad predam. & alligat fortem. & arma eius aufert atque diſtribuit. ac ſic omnia trahit ad ſeipſum. Hęc autem predatio eſt ſine tumulto [*so*] sine violentia: Non coram hominibus: quibus videtur dura iſta caſtigatio: immo eſt coram deo pacifica: Quia huic conſentit ratio & pacatur anima. & ſic ceſſat eius murmur coram Deo [*Am Rande links:* ... et caro nititur ... uret & in . ouetur. Et .. emat ſicut . lauſtrum onuſtum] Igitur Iſta eſt quies & pax anime: que ex tremore & depredatione ſalubri oritur

Eodem modo Veſtimentum mixtum ſanguine exponas. Vtrumque enim fit cibus ignis & in combuſtionem (.1. ira contritionis & Zeli in penitentia Iugiter punit & conſumit. iſtam predationem anime. Non ait ſolum in combuſtionem. Sed etiam cibus (.1. diu durans conſumptio. & nutrimentum ignis: Quia nunquam debet ceſſare penitentia. Sed ſemper ante memoriam conſtituere: peccata illa predationis. Vt habeat ea pro fomento & obiecto Iugis compunctionis [*Am Rande links:* Beati qui lugent] Hoc enim requirit figura Iugis ſacrificii. & ignis ſempiterni. Vnde & Hic ſequitur & reliquię cogitationum diem feſtum agent tibi. Quare? Quia in Iudicium exurrexit Deus (.1. ignem Zeli. Iudicium indignationis in corde ſuſcitauit. Et ſic ponit eos vt Clibanum ignis. Et ibidem in reliquijs tuis preparabis vultum eorum. Eſt autem veſtimentum mixtum ſanguine.) Indumentum iniquitatis Sicut Virtutes ſunt veſtimentum candidum

Ita peccata. veſtimentum rubrum & conſperſum peccatis carnalibus. (.1. operibus carnis.) Et Hoc quoque cibus ignis erit, loquitur enim de veſtimento anime ſpirituali

Poteſt autem totus iſte ps. pro tropologia exponi. & erit pulchra intelligentia: Sic enim ſalubriter turbantur inſipientes corde: Et dormiunt ſomnum ſuum bonum ſuper carnem. Et nihil Inueniunt (.1. inuenire ſe agnoſcunt.) in manibus ſuis: Et hoc ab increpatione dej fit. vt equos deſcendant. Quia terribilis eſt Quia initium ſapientie timor dominj Ex tunc enim ira eius in corde penitentis Quia predicari facit Iudicium ſuum. a quo tremunt & ceſſant malefacere. & a conſcientie ſtrepitu accuſantis. [*Am Rande links:* Huic ire nul ... peccatum reſiſtit ... tunc enim ira quia ... debet durare .... liquie enim cogitationum ... em feſtum agent] Hoc autem totum ideo facit: Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: Ecce quam apte iſte verſus ſequitur illos ſecundum hanc expoſitionem.) ſcilicet ad laudem ſuam Sic enim auferet ſpiritum principum, quo erant inflati: quia terribilis eis factus eſt. Amen, mihi Amen

Blatt 121a:

pro ps. 76. ſequenti: [Hebr. LXXVII.]

Veruntamen. Vt notemus. quod incidit, antequam excidat. Triplicia ſunt opera dej.

Generalia ſunt omnia opera creature: Et hec oſtenſa ſũt omnibus hominibus vt illorum memores ſint, gratias agant & cognoſcant deum ac ſic ſeruiant creatori earum ſic enim Apoſtolus Ro. 1. diſputat. precipue tamen gentibus. Vnde & in vet. lege ſancti ſepius ea allegant. & benedicunt in illis dominum

Spiritualiter ſunt opera mirabilia populo Iſrael oſtenſa in ęgypto: Quia illa voluit dominus ſingulariter memorari: licet poſtea plura alia fęcerit: Et hęc proprie pertinent ad Iudęos. vt in illis Deo gratias agant: propter figuram futurorum

proprijſſime Sunt opera ſpiritualia. redemptionis & Iuſtificationis: Quia Hęc ſumme commendata ſunt omnibus Chriſtianis. Opera autem glorificationis ſunt ſub hijs comprehenſa:

Quia nondum facta vt poſſint memorari. Niſi in capite Chriſto Hec enim erunt omnium mirabiliſſima. Et hec [literaliter in Chriſto (Anago. in celo & inferno) tropol in fidelibus carnem & ſpiritum diſtinguendo Allego. in mundo alios ſaluando. alios damnando

Diess Alles ist ausgestrichen.]

In hijs autem omnibus non ſolum que bona preſtitit Sed etiam quę mala malis intulit memoranda ſunt Vt ſcilicet ex bonis ſpem & amorem. Ex malis timorem & odium peccati, accipiamus. Veruntamen Quia omnia ad ſalutem ordinantur & maxime Bona ſunt rememoranda. Ideo non ait. Vt timeant Sed vt ponant ſpem ſuam in deo Corol.

In qualibet creatura & vſu eius. dej meminiſſe. Eſt perfecti Chriſtiani. Sic enim Apoſtolus hortatur. vt in omnibus gratias agamus. Ita certe Timere, ſperare amare, odiſſe. in omni vſu creature debet omnis Chriſtianus. Quia cognoſcere debet hec eſſe opera dej ſui ſibi benefacientis & monentis

Secundo Notandum Quod Hic non debet accipi memoria vt in philoſophia pro parte anime diſtincta. Sed ampliſſima ſignificatione. pro cuiuſlibet potentię perſeuerantia [*Am Rande links:* pro realiter & ... effectu mem ....] in dej laude Sic enim Memorari. Eſt ſemper laudare, gratiasagere, aliis narrare benedicere, non tantum lingua, ſicut carnalis ſynagoga. Sed toto corde. lingua & tota vita Sic enim Intellectus memor eſt: Quando aſſidue meditatur in illis. Voluntas memor quando Iugiter amat & orat, Manus memor. quando Iugiter operatur Quia ſi tantum ſemel vno ictu faciat eius memoriam, Non eſt memoria. Sed recordatio Atque Vt Hoc diſceremus eſſe memoriam. dicit ps. preced. Memor fui operum domini Quia memor ero. ab initio mirabilium tuorum. Et meditabor in omnibus operibus tuis Et in adinuentionibus tuis exercebor. Ecce Expoſuit: quid ſit me-

morem eſſe. ſcilicet meditari & exerceri vtique tota vita. Vnde Noſtra tranſlat. hic iterum melior eſt quam Heb. quę pro Exercebor habet loquar. Igitur Concludamus

Meminiſſe operum Dej: Non eſt nudus eorum intũitus. Sed gratias ej in illis agere ſemper & ſic per ea. ſpem in deum ponere, timere illum. amare illum, querere illum & odiſſe malum & fugere peccatum. Qui enim ſic facit, oſtendit ſeſe vere memorem eſſe operum Dej. & non oblitum: Qui autem aliter: vtique oblitum ſe oſtendit

Blatt 121ᵇ: Quia Vero abſolute dicit. opera domini, nulla ſpecificando: vt & ps. prece: dicit In omnibus operibus tuis meditabor: debet hoc. ad omnia opera dej extendi: etiam ea: que particulariter quandoque & contingenter facit, in locis diuerſis. vt ſunt punitiones. plage, bella, fames, aut contra fertilitas. benedictio, miracula ꝛc Quia hec omnia ſunt tanquam fomenta, timoris & ſpej odii & amoris ęſtimanda & ponderanda. Cum autem frequenter dixerimus Tropologiam eſſe primarium ſenſum Scripturę. Quo habito facile ſequitur ſua ſponte Allegoria, & anagogia. & applicationes particulares contingentiũm: Vtile eſt pro clariore intelligentia multorum. amplius iſta opera dej diſtinguere Scilicet vt dictum

Eſt	primo opera Creationis	primo literaliter in Chriſto perſonaliter facta
	Secundo opera ſpiritualia populi Iſrael	Secundo Tropol. eadem in anima contra carnem
	Tercio opera redemptionis Et Hec 4ʳ	Tercio Allegorice in mundo contra malos
		Quarto Anagogice, in celo & inferno

Et ſecundum Hoc ps iſte & alii. habent 4ᶜᵉᵐ immo ſextuplicem intelligentiam. De operibus dej De virtute eius, Ad credendum prophetam appropriate de opere redemptionis potiſſimum loqui Et ideo videamus. Quomodo Tropologia infert allegoriam & Anagogiam

Opus dej & virtus eius Eſt fides: ipſa enim facit Iuſtos, & operatur omnes virtutes caſtigat & crucifigit & infirmat carnem: Vt ipſa non habeat opus ſuum nec virtutem. Sed vt opus dej ſit in illa. Et ſic ſaluat & roborat ſpiritum. Quando autem hoc fit: Tunc omnes qui illud faciunt: fiunt opus dej & virtus dej allegoricum: Et ſic Eccleſia eſt opus & virtus dej: Mundus autem eſt infirmus & abiectus & ſicut in carne ita & in. ipſo nullum opus dej: eo quod ſit ſeparatus ab Eccleſia & populi fideli Quod ſi in iſto perſeuerauerint. deuenient tandem ad anagogiam malorum & Iudicium ęternum. Et illi ad anagogem bonorum. Et ita Malum tropolog. Eſt primum, Exqua oritur malum Allegoricum. quod eſt corpus Diaboli Babylonicum. natum ex corpore peccati. Quia peccato & infidelitati adherent. Econtra Bonum Tropolo. Eſt fides & opera eius. Ex quo & per ipſum oritur bonum allegoricum (.1. Corpus Chriſti qui Domino adherent. vſque ad gloriam futuram anagogicum bonum

Quare obliti operum dej. potiſſimum arguuntur Iudęi quoꝛ ſuę opera Iuſtitie ſtatuentes opera fidej. non conſyderant. Et non intelligunt. Quod per Chriſtum & in Eccleſia ſalus ſit

fecit itaque notam virtutem ſuam. Quomodo? Quia ſcilicet oſtendit populis. Quod virtus dej non eſt in carne & poteſtate ſęculari. Sed potius infirmitatem ſecundum ſęculum: eſſe ſibi gratam Quia ſpiritualis eſt virtus eius: que ſpiritualiter vincit & operatur: Elegit enim infirma vt confundat fortia. Quia notum fecit omnibus. Quod non in tibijs viri. neque in fortitudine equi beneplacitum ſit ej. Nec opera dej. tales operantur: qui potentes. diuites ſani & validi ſunt Quia hec eſt virtus mundi Sed pauperes, infirmi ſubiecti & contempti: hij ſunt qui in virtute eius operantur

Blatt 122a: poſſunt & aliter diſtingui opera domini. Vt primum membrum ſint omnia opera creature viſibilia ſiue in natura ſiue miraculo olim facta. Secundum opera chriſti pro nobis facta & totius creaturę nouę [*Darüber:* Vel tota nova creatura Eccleſia.] (.1. Eccleſie. que eſt mundus Spiritualis & intellectualis. Tercium opera Moralia & fidej ſecundum Deum

facienda. Quartum Opera futurę reſurrectionis: Et ita prima ſunt litera: Secunda allegoria. Tercia. Tropolog. Quarta autem Anagogia. Vnde & in primis ſcilicet literalibus, omnia iſta tria legere & videre poteſt. qui ſpiritualis eſt. Et forte propter iſta 4^{or} membra: quater hic ps repetit. dicens Memor fui operum domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum. Et meditabor in omnibus operibus tuis & in adinuentionibus tuis exercebor: primum ad Anagogica opera domini Secundum ad literalia. Tercium ad allegorica. Quartum ad Tropolo. in quibus proprie exercendum eſt & ſunt adinuentiones & conſilia dej ad ſalutem noſtram inueniendam Quod ſi hoc non placet. primus totus verſus. de opere creationis & mirabilibus in ęgypto intelligatur ad literam: Quia illa memoratu ſunt digna. & iſta ſimiliter Sequens autem de operibus Chriſti in perſona geſtis. Quia in iſtis Iugiter meditandum eſt Et de operibus que facere docuit: quia in iſtis exercendum eſt: Et ita oritur adhuc alia quadruplicitas: Et Hęc ſane mihi placet valde. & apte conſonant verba Nam primo. opera creationis non mirabilia Sed abſolute opera recte dicuntur: Nec in illis agere & exercere. Sed tantum memorarj poſſumus, non enim ſunt in noſtra poteſtate Secundo. Mirabilia olim facta: recte vltra quam opera etiam mirabilia dicit. Et Hec non in noſtra poteſtate ſunt ideo ſolum memoranda. Tercio opera Chriſti: quibus nos redemit & regenerauit & Eccleſiam ędificauit: In quo multa ſunt opera: Ideo dicit. Meditabor in omni opere tuo (.1. vtroque ſcilicet quod in perſona ęgiſti. & in Eccleſia formanda effeciſti hec ſimiliter nondum in poteſtate noſtra. Sed quartum. in adinuentionibus tuis loquar. Hec ſunt opera a nobis narranda, facienda ꝛc. Econtra enim Impij ibunt in adinuentionibus ſuis. ps. 80.

Vel ſi quis aliter poterit diſtinguere vel in pauciora vel plura. non repugno quamdiu regula fidej non repugnat Sed de primis ſcilicet creationis ſingulariter notandum. quia pauci credunt ea eſſe opera dominj. Si enim crederent aliter agerent. Quare Sine dubio valde tenella & bone complexionis, ſanguinea tota. & viuaciſſimi ſenſus anima Hec Eſt Quę ex omni

re & vſu eius. quocunque etiam ſenſu ſentiatur, percipiat deum. elicit timorem & Reuerentiam dej: item amorem & ſpem & devotionem & affectum in deum [*Am Rande rechts:* Tales erant animatrium pueorum [*so*] in Camino.] ac odium in malum & peccatum: Inſuper gratiasagit, laudat & benedicit: Et quod maxime eſt ponderandum, etiam erudiuit. Nam vts dixi. In qualibet re legere incarnationem Chriſtj: virtutes & vitia: futuram gloriam & miſeriam: non eſt Inſipientis anime. Nam omnia creata ſunt pro adiutorio intellectus & affectus hominum

Sic enim optimus creator omnia viſibilia in ſapientia creauit vt non tantum corpori miniſtrent in tam innumerabilibus viſibus & miniſterijs: quod tamen ſapientię in qua creata ſunt & quę in illis relucet, non eſt capax. Sed etiam anime quo ad intellectum & affectum

Blatt 122b: [*Ausgestrichen:* Vnde] que [*so*] ſapientie capax eſt. Vnde ps. 31. Spiritusſanctus hortatur nos. ne efficiamur ſicut equus & mulus. quibus non eſt intellectus: Nam creaturis tantum ſecundum corpus vti. & in illis non affectum & intellectum in deum dirigere. Eſt ea tantum ſenſu percipere ſicut equus & mulus: quę non diutius vident: quam cum preſentia ſunt Sic & illi. obliuiſcuntur operum domini & non memorantur. Quod ipſe ps iſte indicaret Non ait videbo, audiam, aut ſentiam opera tua quod faciunt omnes inſenſati. Sed memor ero & meditabor. - intellectualis & ſpiritualis homo.

Quare omnes tales anime ſunt melancolicę: ſpiſſe cutis, pessime complexionis, ſtupidi & hebetis ſenſus neſcientes meditari aut memorare aut loqui aut exerceri: Sed tantum ſentire & videre ſicut equus & mulus vt dictum eſt. Nota autem iſta 4or verba. Memor fui, memor ero. meditabor, exercerbor [*so*]. E vide ordinem illorum. Item operum domini, mirabiliũm tuorum. omnibus operibus tuis, adinũentionibũs tũis. An non quid amplius in illis clauſum ſit quam apparuit & dictum eſt. Gradatim enim creſcit Deuotio & eruditio. intellectus & affectus, Ideo iſta 4or membra ſuper quodlibet opus domini ſingulariter poſſunt applicari quęcunque ſint. Primo affectus meminit & agnoſcit

confitetur domino opus ſuum, Et ſic apparet opus eſſe dominj: Quia non meminit affectus. quod non monſtrat intellectus Hoc autem monſtrante: ille afficitur & meminit. Deinde opera conſyderata fiunt ſtupenda & admiranda. quia creſcit eorum notitia & comprehenſio clarior: Quanto enim res creata profundius agnoſcitur. tanto plus mirabilium in ea videtur. ſcilicet quomodo plena ſit ſapientia dej: Vnde in eadem re. multa videt ſpiritualis homo. & mirabilem ſapientiam Dej. Inſenſati autem Iuxta ps. non intellexerunt opera domini. Sed tantummodo ſenſerunt. Ex iſta autem cognitio. oritur maior flamma affectus, ita vt perpetuo optet ſic meminiſſe. & dicit: memor ero abinitio mirabilium tuorum.

[*Ausgestrichen:* Tercio procedit] Vnde iam vertit verbum ad dominum, cum prius, tantum operum Dominj velut in tercia perſona: iam tuorum dicit. quia eleuatior facta eſt mens ex operibus in deum: Vt iam plus deum quam opera Sicut in primo gradu plus opera quam deum videat. Tunc tercio gradu adhuc amplius proceſſit. & concludit. quod omnia opera ſic ſint mirabilia. & optat in illis ſimiliter meditari .1. meditate & ſapienter meminiſſe. Hic autem finis eſt profectus. quia eſt perfectio: primus gradus incipit Secundus proficit Tercius perficit. Quia primus opera tantum domini: Secundus mirabilia eſſe. Tercius omnia videt: extra illa autem nihil reſtat: Et memorem fuiſſe, minus eſſe, memorem fore maius. maximum autem meditari. Sic autem perfectus homo. Ecce. alijs etiam prodeſſe vult, non ſibi tantum habere talentum dicens. Et in adinuentionibus tuis exercebor. narrabo loquar alijs. verbo & opere de tuis mirabilibus, vt & ipſi cognoſcant opera Dominj

Corol. patet. Quod per tot annos oraũimus & oramus. pater noſter: qui es ꝛc Et Credo in deum patrem omnipotentem creatorem cęli & terrę. non tamen perfecte hanc primam partem orationis & ſymboli oramus: eo quod non in omni creatura & eius vſu, eum vt patrem qui nobis eam concedit, & vt creatorem: qui eam creauit, agnoſcimus laudamus & benedicimus, timemus, amamus, & erudiamur [*so*]

Blatt 123*: Poſſunt inſuper (.Vt Caſſio.) opera Dominj. ac-

cipi: ea que in propheta. & quolibet hunc ps. orante. egit in conuerſione eius. Vt ſic Qui cepit nouam vitam. nihil agat, niſi hanc mutationem dextere excelſi in ſe factam predicet: & opera eius Iugiter confiteatur in gratiarumactione. Sic enim precepit filijs Iſrael ſemper meminiſſe exitus ſui de ęgypto: & miſerię ſue in qua fuerunt. Et in Euangelio dominus precepit a demonio liberato vt vadens narraret, quanta ſibi fęciſſet deus. Quod & h. Aug. facit in libris confeſſ. Sic cum iſte ps ſit in perſona fidelis ſynagoge ſeu Eccleſie primitiue dictus, ipſa confitetur opera domini Chriſti: quibus eam de ſpirituali ęgypto eduxit. de regno ſcilicet peccati & mundi & diaboli: Vnde Hic pulchre deſcribitur Crucifixio ſpiritualis: & plage ęgypti moraliter. primum enim oportet compungi & humiliari & deſtrŭi moralem ęgyptum. Et ſic tandem ſequitur mutatio dextere excelſi. Quod si copiam queris. Ecce totus ps. habet. quod liber exodi a principio: Ideo ſicut ille ita & iſte poteſt 4drupliciter exponi lit: trop, alle, anag,

primum enim filii Iſrael in Aegypto clamauerunt ad dominum. oppreſſi dura ſeruitute: Ita peccator oppreſſus peccatis ſentiens ſe cogi: a diabolo & membris peccati ad peccandum ſemper: Clamat intus & murmurat graui conſcientię voce. Quibus dicitur Venite ad me omnes qŭi laboratis & onerati eſtis. Sic incipit ps. Voce mea ad dominum clamaŭi. Reliquię enim (ut ratio & ſyntheresis.) quam diu remurmurant, ſemper. ad dominum clamant, etiam ſi peccet voluntas coacta a peccato. Et ideo dic: In die tribula. meę. ꝛc Quia tribulatur ad peccatum. Iam ſequuntur plage

prima. [*Am Rande rechts:* Aqua] Renuit conſolari anima mea ꝛc hic aqua voluptatis in ſanguinem verſa eſt vt non poſſit nec delectet bibere illam: Quia ſanguis eſt & mors anime talis aqua. Secunda [*Am R. r.:* rane] Et exercitatus ſum: hic rane natę ſunt, quę fatigant animam importunis ſtrepitibus: que ſunt memorie & reliquie peccatorum preteritorum & voluptatum nauſeam facientes Tercia [*Am R. r.:* Scyniphes] Et defecit ſpiritus meus: Hoc tercium ſignŭm efficax eſt: quod non poſſunt emularj Magi ęgypti. quia digitus dej hic eſt. poteſt quidem

& homo. aquam in ſanguinem. & voluptatem in nauſeam vertere: atque ranarum voces & clamores conſcientie ſuſcitare Sed Scyniphes non poſſunt. Hee ſunt muſcę minute ſine ſtrepitu acute pungentes: & mordentes ſignificant ſtimulos conſcientie atque compunctionis

Quarta [*Am R. r.:* Muſcę] anticipauerunt oculi mei vigilias. Hic ſequitur extinctio luminis mali: vt iam videre nolit: ea que mundi ſunt. Quod diuerſi generis muſce faciunt: que prohibent videre exteriora Et ſic dedit eis ſpiritum compunctionis oculos vt non videant

Quinta [*Am R. r.:* pecorum mors] Turbatus ſum. Heb. ſtupebam, Hic ſit ſtupidus & inſenſatus, quando motus carnis & deſyderia eius: ſicut pecora occiduntur, ceſſat titillatio concupiſcentie & omnium que ſunt in mundo.

Sexta [*Am R. r.:* Veſice] Et non ſum locutus. Veſicas & vlcera ſexto mittit. Quę dolorem infligunt. vt ſilentiũm imponant omnibus peccatis. vt nec loqui nec cogitare de illis libeat. Sepe enim etiam non moũemur & tamen cogitamus & loquimur de malis

Septima [*Am R. r.:* Grando] Cogitaũi dies antiquos ꝛc Iſta enim ſunt dura & grandia de Iudicio

Blatt 123b: futuro meditata. que conterunt, omne viride omne quod pũllũlat de carne

Octaua [*Am R. r.:* Locuſta] Et meditatus ſum nocte cum corde meo. Hec eſt locuſta, rodens carnalem animam aſſidue & corrodens eius in carnem virentiam

Nona [*Am R. r.:* Tenebre] Et exercitabar. Hee ſunt tenebre palpabiles per triduum: in quibus nihil videri & agi poteſt: Vt pro concupiſcentia $\begin{matrix}\text{carnis}\\\text{oculorum}\end{matrix}$ ſuperbiaque vite. luceat $\left\{\begin{matrix}\text{fides}\\\text{ſpes}\\\text{Charitas}\end{matrix}\right\}$ que illa tria obtenebrent

Decima [*Am R. r.:* Mors primogenitorum] & Scopebam ſpiritum meum, Hic occiduntur primogenita

Blatt 124ª:

ps. 76. [Hebr. LXXVII.]

Obſcurus Eſt iſte ps: Et vt meo ſenſu in illum abunde[...] Et ad tabernaculum dominj etiam ego pilos craprarum [*so*] ſaltem offeram: puto ps eſſe deſcriptionem, meditantis hominis in compunctione. Iſte ſunt enim proprietates & geſtus ac ſtuc[...] eorum qui compuncti ſunt vt per ordinem videbimus

1 primo In die tribulationis meę exquiſiũi dominum Hęc eſt tribulatio compunctionis Et tota miſeria huius vite intellecta. ſecundum b Aug hoc loco. [*Am Rande rechts:* Quod autem ait: me. exprimere videtur tr... lationem: quam ſibi ſubtauit m . ditatione.] Quia compunctus intelligit ſuam miſeriam & videt ſe in media tribulatione & tentatione eſſe. quippe, cum tentatio & militia ſit vita hominis ſuper terram. Iſta autem agnitio ſalutaris compungit. & auertit a temporalibus & conuertit ad deum miro modo, ideo dicit. Exquiſiui Dominum manibus meis nocte contra eum Heb. Manus mea nocte extenditur & non quieſcit ſiue hoc de nocte ſpiritualiter ſiue literaliter accipiatur verum eſt: Quia Nox eſt aptiſſimum tempus orandi & recolligendi atque orandi in compunctione Quantum enim Nox impiis eſt comoda [*so*] ad malum faciendum tantum eſt pijs etiam vtilis ad bona agenda: illi carnaliter ita ſpiritualiter

2. Secundo Renuit conſolari: Quia Compunctus mi faſtidit conſolationes exteriores. Et ſunt ej amarę & inſipi valde: ſicut ait b. Greg. Guſtato ſpiritu, deſipit omnis caro [*An Rande rechts:* ps. 38. Et Silũi a bonis ſcilicet carnalibus] Anima mea. Quare? Quia memor fui dei & delectatus ſum. He & conturbabar: Quia omnium oblitus. & auerſus a carne. d ſolius recordatus (.1. turbatur & indignatur contra vanitate conſolationum carnalium. Et in Deo potius conſolari oportet intelligit.

3 Tercio Exercitatus ſum & defecit ſpiritus meus (.Heb. loquebar) ſcilicet iraſcendo & arguendo meipſum Et ſic compunctus, contritus, humiliatus eſt ſpiritus meus & defecit He

enim Negocium & exercitium, iſta rixa, intus in domo cordis excitata contra ſeipſum vehementer conterit ſpiritum & humiliat atque compungit vt b. Aug li 8. confeſſ. de ſeipſo confitetur.

4 Quarto Anticipauerunt vigilias oculi mej .1. ne vigilarent ſecundum Diabolum male apertos habendo ſeſe. vt Melius Heb. prohibebam ſuſpectum oculorum meorum (.1. non fui auſus ſuſpicere ad cęlos: pre vilitatis & indignationis meę agnitione quia vehementer humiliatus. etiam oculos carnis declinat & humilis ac quietus incedit: que res eſt ſignum veriſſime compunctionis & recollectionis. [*Am Rande links:* Sed multo magis in ſpiritu. oculos inclinat (.1. ſenſum ſuum non extollit.) vide in gloſa] Sicut econtra diſſolutus & vagus in omnem partem ſpargit oculos ſuos inſtabiliſſimos. Noſtrę autem tranſlationis ſenſus eſt Quod qui compunctus eſt etiam ante tempus euigilat: & promptus eſt ad opera domini: ſemper primus eſſe nititur & paratiſſimus eſt. ac ſic preuenit ſemper vigilias & ea. que facienda ſunt

5 Quinto Turbatus ſum & non ſum locutus: quod facit compunctus.. quia eum nec videre nec audire nec loqui delectat: faſtidit muſicam, faſtidit fabulas & iocos. Silentium, quies & nox ej gratiſſima ſunt: quia iratus eſt & turbatus in ſemetipſo & infremũit. [*Am Rande rechts:* Vt b. Aug p ... 8 confeſſ. Et b A.tho: dicens tempus .. quendi tempus tacen.. Sic omnis compunctus Vel non locutus .. coram hominibus ... bonis mundi ... vt in gloſa] Sic enim Ira accenſa, non ſinit concupiſcentiam monere & intrare: Que facit loquaciſſimos & ocioſos accidioſosque poſt vigilias vix euigilare

6 Sexto iam ſequitur. Vnde talis geſtus in eo. & talis turbatio ac iracũndia ſiue compunctio orta ſit Quia inquit. Cogitaũi dies antiquos ſcilicet videns quam omnia tranſierunt que fuerunt, quam nihil ſit tempus & omne quod in eis eſt. Cogitaũi tot geſta veterum, qui iam mortũi ſunt Et ita meditatio mortis Iſta fecit in me hanc compunctionem, Quia non ait preſentes dies: oſtendit Idithum eſſe. Nam nullam clauſulam huius pſalmi poteſt dicere, qui non eſt Idithum: Talis enim ſolus proprie iſta dicit

Blatt 124ᵇ: 7 Septimo. Annos ęternos in mente habui. Hoc eſt enim quod maxime monet: ſcilicet ęternitas tam in bonis quam malis Cogitare enim penas malorum ſine finem manentes, Et gaudia bonorum ſimiliter manentia: mirabiliter horrere & ſtupere facit animam. Et qui non horret ſignum eſt quod non cogitat vere neque intime ponderat. Sed ſuperficietenus & perfunctorie tranſit Vnde notanter dicit. in mente habũi (.l. tenui.) Quia niſi fixe & moroſe quid ruminetur non ſufficit. Si autem fixerit mentem videbit & ſtupebit & terrebitur. Nullus enim eſt qũin cogitet idem, quando loquitur: Ecce moriuntur & damnantur Impii inęternum. Sed quia non diutius mente retinent, quam verbum ſonũit, ideo non afficiuntur. tranſiit enim cogitatio eorum cum tranſitu verborum: ſicut ps. 9. perijt memoria eorum [*Darüber geschrieben:* actiue & paſſiue] cum ſonitu. Et oſeas dicit de illis. Tranſire fecit Samaria regem ſuum, ſicut ſpumam ſuper aquas (.1. Chriſtum ſeu veritatem: fecit in ſuperficie carnalis cordis tranſire) Ediuerſo ps prece: Reliquie cogitationum diem feſtum agent tibi. (.1. fixe impreſſe cogitationes. & profunde diiudicationes eorum que audita & cogitata ſunt. [*Am Rande links:* optime dicit reliquię. Quia quod cito .... ſit de corde, to ... tranſit. Et ideo non eſt ibi memoria alicuius, niſi .. tum ibi ſit.] Quomodo erunt autem ibi reliquię: ſi cum ſono tranſierint? Igitur quia ipſi fecerunt perire memoriam veritatis & Chriſti cum ſonitu Iuſte quoque memoria eorum perit cum ſonitu. ac ſic. tam actiue quam paſſiue verum eſt quod memoria eorum perijt cum ſonitu. Quia quam citi ipſi obliuiſcuntur Chriſtj, & ipſe obliuiſcitur eorum. Immo eius obliuiſci: eſt quod ſinit illos obliũiſci veritatis: Sicut memorari eius. Eſt facere memores eſſe. Quia meminit noſtri: (.1. facit nos meminiſſe eius

Quod vtique pro magno reputatur dono in Scrip. vt ps. 7.: Memento congreg: t. Et. 44. Memor ero nominis tũi: Et. 86. Memor ero Babylonis ꝛc Sic enim Impiorum obliuiſcitur. vt ps. 68. deleantur de libro viuentium, Quando facit omnino obliuiſci illos. ſui dej . veri Vnde orat ps. Ne obliuiſcaris nos. Item obliuiſceris inopię & tribulat. noſtre. (.1. facis nos obli-

uiſci. Regulare enim eſt Hoc Quod quando nos obliũiſcimur eius: ipſe oblitus eſt noſtri quia idem eſt & vna obliuio. ps. [*136, 5.*] Si oblitus fuero tui Ieruſalem, obliuioni dabitur dextera mea: Quare iſte compuctus [*so*] Hoc ps dicit Memor fui dej: Et. infra. memor fui operum domini Et memor ero: Sic arguit .infra. patres noſtri non intellexerunt Quare? Quia non fuerunt memores multitudinis miſericordię tuę. (.1. quia non ruminabant, non figebant in corde. ideo intelligere & erudiri non poterant. [*Am Rande links:* .. regnum celorum vim .. titur. Et petra bis .... uſſa dat aquas.... oleum de ſaxo . uriſſimo ſugitur Deſcendendum in hortum nucum] Meditatio enim Eſt ſumma, efficaciſſima & breuiſſima eruditio

8 Octauo Meditatus ſum nocte. Hoc eſt quod dixi: Quia meditatio non poteſt habere locum, niſi quis prius in mente fixum habeat, in quod operetur. Exemplum ſume [*Am Rande links:* Exemplum] faber, aut dolator: quando vult operari, primum materiam figit, in quam operetur. In fugitiuam enim, vagam & mobilem, operari non poteſt. Inſtrumenta enim fabri: ſunt actus intellectus & affectus, qui figi nequeunt, niſi fixam habeant ante ſe: Et vt clarior detur ſimilitudo. [*Am Rande links:* Similitudo] Ecce faber intus in corde, non poteſt diſponere formam domus faciende niſi figatur in eam: Inde illi qui ſunt lubrici cordis: vna hora loquuntur infinita ſemper alia & alia: ſicut phrenetici vel capite leſi: quia talia loquuntur: que nec ordinem, nec conſonantiam habent, aut compendentiam

Hec autem aptiſſime fit nocte, tam ad literam quam ſpiritum. Eſt autem nox ſpiritualis: omnium exteriorum obliuiſci. & intus rapi: nec vlla viſibilia iam eſtimare aut videre | (* Quare Stulti ſunt qui dicunt. Quid mihi de biblia & Euangelio? Scio iſta. O Bulla. Meditandum in illa eſt: Quia non tantum fiſſam vn'gulam ⁞. Sed etiam ruminare oportet. tunc enim ſenties affectum: Quia hortus nucum eſt*) |

*) Diese merkwürdigen anderthalb Zeilen schliessen sich sogleich an den Text an, beginnen aber unmittelbar am Rande und laufen unten quer

Blatt 125a: 9 Nono optime ſequitur, Cũm corde meo Exercitabar Heb. loquebar: vt ps 4 Quę dicitis in cordibus veſtris: Quia ſecum diſputat quis ſit, quis fuerit, quis erit. E: eſt ſoliloquium anime vbi ſeipſam: actibus Ierarchicis exercet: que fiunt copioſiſſime & mirabiliter: Quia officium predicationis quecunque in populum facit, hoc facit iſta locutio cum corde: r animam Quę qũis numeret? vnde ſequitur

8 [*ſo für 10*] Decimo Et Scobebam [*ſo*] ſpiritum meum (.1. Scobe mundabam. ſicut habet euangelium.) Hoc autem ag caſtigatio, reprehenſio, & compunctio vt bene ſequitur ps. 4. E in cubilibus veſtris compungimini: Hoc enim carnales non facit Sed Aſaph fidelis

Quod nunc ſequitur Varie poteſt accipi: Nunquid inęternum proijciet deus. primo vt ſint queſtiones. compuncti, ſuper ipſum: q. d. Inueni in me multa que ſunt digna ira & damnatione: Sed nunquid ſemper ita erit? An ne vere Deus me prociet pro iſto Et ſic eſt verbum. timentis: ex diſcuſſione conſcientie timorem. ſicut ait Iſaie. 4. A timore tuo concepimus ſpiritum ſalutis. Taliter enim compuncti: ad deſperationem & infernum rapiuntur: Et videntes magnitudinem miſerię, timent & exclamant. Nunquid ꝛc Alio modo Vt ſit Meditatio affirmandi: q: tamen pre ſtupore negatiue querit ſicut ſolet fieri in vehemen: ſtupidis: cum aliquid grande factum vel fiendum audiunt qu: incredibile admirantur. d. Nunquid hoc ita eſt? ꝛc Et ita vi: tur Hoc loco capi, cum precedentibus concordius Ter: vt pro populo ſuo perituro inęternum accipiatur loqui ꝛc. Q: illa ineſtimabilem iram: que eſt. ęterna, ſtupet quam videt ir: ram: q. d Ah heu quia vere proijciet deus inęternum, q: tamen videtur incredibilis pena. Heę ſunt igitur meditatio: & locutiones quas cum corde ſuo habũit, ſecum iſta ruminat: apud ſe: iſtam ęternam miſeriam ponderat Et dixit ad cor ſuum Nunquid inęternum proijciet deus. pre magnitudine enim dubitare velut videtur, quod fit & ijs, qui profunde iſtam re:

herüber; sie sind in kleinsten Buchstaben mit schärfster Feder, ander: die ganze Blattseite, auch mit andrer Dinte von Luther geschrieben. dere an, dass er Etwas einschalten wollte, ob habere? (Lev. XI. 3.) S. Vorwort

ponderant, vt fere dubitent, an ita ſit futurum, pre nimia (vt dixi.) rej magnitudine. Sed cum aduertunt quoniam deus ſic diſpoſuit, vehementer terrentur & horrent, ac ſic compunguntur

Et dixi Nunc Cępi. (.1. ex talium conſideratione compunctus. mũtaui vitam & incepi aliam. Sed non meis viribus Quia Hęc mutatio dextere excelſi: Qui enim talium eſtimatione, non mouetur [monetur?] ſtupidus & inſenſatus eſt nimis Si autem Mouetur, non ex ſeſe mutatur. Sed ex deo Et quod iſta ſit mutatio bona, oſtendit quod ait. Dextere (.1. gratię & fauoris dej:) Heb autem ſic. Et dixi. Imbecillitas mea eſt. Cuius ſenſus preter eum: qui ad textum datus eſt) hic eſſe poteſt Quod confitetur. ſeſe infirmum eſſe & impotentem. ad aliam vitam mutarj: ideo ſecutus dicit Hęc mutatio dextere excelſi. [*Am Rande rechts:* Vel hec mutatio qua me muta .. in ſupradictis: n .. eſt mea: quia ex compunctione intellectus .. quod Imbecillitas ſ .. mea. (.1. vide. quod nihil ſit m ... niſi miſeria .. infirmitas] Igitur perditio tua Iſrael. Ex me tantummodo auxilium tuum, Sic nunc Imbecillitas mihi ex meeſt, mea eſt, tantum ex deo mutatio mea eſt. Vel. quia in meditatione agnoſcebat. nihil eſſe ſibi vel ſuum niſi imbecillitatem Quia ſi queras eum. Quid reputas te? Quid habes pro tuo? Reſpondet Nihil meum eſt, niſi Imbecillitatem & miſeriam: hoc ſane adeo ex meditatione intellexi. qua perueni ad cognitionem mej. Ibi enim vidi. quam homo ſit nihil: qui ambulat extra talem compunctionem Sed hanc compunctionem neque ex me habeo: Quia me mutauit in alium virum: Illuminauit

Blatt 125b: enim me ad cognitionem mej: Hęc enim mutatio. ſi eſſet ex hominibus, omnibus eſſe poſſet Igitur Nunc Cępi. Vnde docemur. Quod nullus poteſt incipere nouam vitam niſi peniteat eum veteris, niſi in iſtis compunctionibus vt ps iſte docet, ęſtuauerit

[*Ausgestrichen:* Quia] memor fũi operum dominj (.1. firmiter propoſui in corde meo: opera tua. ſcilicet vt ea facerem. [*Am Rande links:* Heb. Cogitationum domini. idem eſt. Quia pro operi ... cogitatis accipitur .. s ps. 39. Et cogitationibus tuis non eſt quis [*so*] ſimilis ſit ſibi: Quando enim .pus foras procedit

tunc intelligitur ... d cogitauerit, qui .. cit Sic enim manifeſtat conſilium opus] Compunctus enim & iam ex terrore ęterne miſerie, mutatus. quid faciat, niſi vt opera dej facere diſponat? Opera enim domini Hoc loco prophetice ſiue in ſpiritu accipiantur Ea: quę nos facere debemus ſecundum deum vt Iuſtitia dej, via dej. vt ſepe dictum eſt. Sic enim aptius ſequuntur. que infra dicũntur vt videbitur Hęc enim Iugiter ſũnt meditanda & exercitanda vt dicit Quia memor ero ab initio mirabilium tuorum (.1. operum tuorum ab antiquo, que in antiquis patribus operatũs es. Non enim ipſi egerunt talia Sed deus in ipſis vts ps. 43. patres noſtri narrauerunt. Opus quod operatus es in diebus eorum. Et ſequitur Non enim in gladio ſuo poſſederunt terram. Et idem ps ſatis oſtendit quomodo ſit memorandum in operibus domini: ſcilicet quod & Hic dicit Deus in ſancto via: Hoc eſt vt non in viribus noſtris & Iuſtitiis noſtris operemur Sed opera dominj diſcamus· operari. propheta enim inſpiciens opera patrum: vidit in omnibus: quod deus cum illis operaretur. Et non ipſi Inde eruditus conclũdit Opera dei non eſſe, niſi quę deus in nobis operetur. Quare Iuſtitie & opera noſtra, coram eo nihil ſunt Ideoque opera exterioris Iuſtitie non ſunt opera Dej: Sed in ſancto ait via tua. Hoc eſt in ſpiritu. & non in litera aut atrio prophano

Igitur Siue opera dej: ſint ipſę creaturę, ſiũe opera que in nobis operatur & nos operari debemus. Memores eſſe debemus illorum. Potiſſimum tamen opera moraliter (.1. que nos operari ſecundum Deum Debemus): ego hic accipi puto, vt dixi. Sic enim Iſai. 5. Cythara & lyra in manibus veſtris. & domini non reſpicitis: & opera manuum eius non conſyderatis. Vide ſupra ſatis longam diſtinctionem operum Dej.

Opera enim dej: ſunt opera fidej moralia
Opus autem ſingulariter Dej: Eſt Chriſtus in ſua tota vita
Opera manuum eius. ſũnt ipſi ſancti & Eccleſia Chriſti.

Senſus ergo Eſt Quod non reſpiciũnt opus dej (.1. quę ſecundum deum facere debent.) nec opera manuum eius conſyderant i ſanctorum vitas. quod noſtro vſu ſic diceretur. Non cogitat de virtutibus nec de exemplis ſanctorum Sic prophet

Hic in perſona fidelium. Quod memor ſit operum Domini & mirabilium eius Scilicet operum fidelium & exemplorum patrum

Meditabor in omnibũs operibus tuis, Omnia iſta dicuntur contra ſuperbos & Iuſtos apud ſe, qui meditantur quomodo ſũa opera ſtatuant, & ſuas adinũentiones exerceant doceant & loquantur. Hic autem dicit: In omnibus operibus tuis .1. dabo operam .vt omnia opera in quibus meditor, ſint tua: ita vt nihil meę Iuſtitie relinquatur. Sed perfecte tibi ſubſim & obediam. Superbi enim & heretici meditantur in omnibus operibus ſuis, (.1. omnia que tractant & agunt, ſua ſunt. Et non cogitant vt opera dej exquirant Inſuper Et docent & loquuntur ſuas adinuentiones, ſuas ſapientias: ſuum ſenſum. Sed Sancti adinuentiones dej (.1. ſapientiam quam adinuenit ſecundum Baruch: [*Bar. 3, 29 ff.*] Iſte enim ſunt adinuentiones dej, mirabilia conſilia: quibus diabolum vincit: & mundum eripuit: ſicut figurauit in adinũentione & conſilio. quo ſubmerſit pharaonem

Blatt 126a: Deus in ſancto via tua: Hic exponit, que ſint opera dej, mirabilia & adinũentiones Dej: Quia ſcilicet in Sancto. Sanctum ſepe dixi ſupra. ſignificare ſpiritum reuelatum nunc, olim autem velatum. ſicut habet figura tabernaculi. Tunc autem erat occulta iſta via: ſicut & ſanctum vt .infra. Hic dicit Veſtigia tua non cogno: Igitur Qui in via dej vult ire Ecce vbi eſt: In ſancto: (.1. in ſpiritualibus in fide, vbi non videt homo Sed Deus, Non enim qui foris ambulant in carne & carnali Iuſtitia Vnde Heb. 14. [*d. i. Hebr. 13, 11.*] Quorum enim animalium ſanguis introfertur per pontificem in ſancta: horum corpora cremantur extra caſtra. Igitur & noſter ſanguis per Chriſtum introfertur. & offert ipſe nos mortificatos carne Deo

Quis deus magnus: ſicut deus noſter. Tu es deus. qui facis mirabilia. Magnus Quia facit magna & mirabilia, ſcilicet in quibus ſe meditaturum dixit. Sed queritur. Quomodo ſunt eius opera omnia magna & mirabilia: Neceſſe enim eſt: vt omnia opera: que in ſanctis operatur ſint magna & mirabilia: Quia ſũnt figurata per mirabilia & magna: Quod ſi litera & moritura ac tranſitoria fuerunt mira-

bilia: quanto magis eorum: veritas & res ſignificate erunt mirabiles & magnę. Sed Quia iſta fuerunt ſenſibilia: ideo putabantur. & ore carnis laudabantur. Hic autem dicit quod intus de illis tractabit. ſcilicet in ſpiritu: ſpiritualia eorum intuendo. Vbi oculi carnis ea videre nequeunt. Et quid moramur Omnia olim facta mirabilia Vſque hodie fiunt per fidem: fides enim cecos illuminat, claudos ſtabilit ſurdos audire facit. Sicut dominus In Euangelio nunquam fecit mirabile, niſi prius fidem illorum haberet: vt ſcilicet non ſolum vmbratile Sed & verum mirabile faceret Sic enim Marci vlt. Signa autem eos qui credunt in me. Et Matt. xi. Ceci vident. Et vere magnum eſt animam ſanare & Iuſtificare vt omnia mirabilia contemnat, & celeſtia ſperet. Magna magnalia. Sed quia hec virtus occulta eſt in ſpiritu. Ideo ſequitur.

Notam fęciſti in populis virtutem tuam. Idem propheta ps. 110. Virtutem operum ſuorum annunciabit populo ſuo Hęc eſt fides Chriſti. Quia predicamus Chriſtum crucifixum virtutem & ſapientiam Dej, Chriſtum .1. fidem Chriſti: Ipſa enim operatur iſta Magna Quid enim maius quam vincere totum mundum: & principem eius? Item Quid maius quam omnia bona & mala in hac vita ſuperare? Quid maius quam ęternam mortem conculcare. quam animam ex peccatis ſurgere .& filiam dej fieri. Heredem cęleſtis regni: fratrem Chriſti ſotiam angelorum. amicam ſpiritusſancti. Hęc enim ſunt inęſtimabilia: ac ideo mirabilia & magna vere: vt antiqua mirabilia vix ſint vmbra & figura Horum Igitur Hanc virtutem neſciũit omnis homo Sed Chriſtus dominus annunciauit eam populo ſuo: Vere hec eſt virtus Dej: quę facit opera Dej Ergo virtus operum eius eſt Quia Hec eſt victoria veſtra, quę vincit mundum, fides veſtra. [*Am Rande rechts:* Iohan. 6. Quid faciemus. x Itē Credenti ..... poſſibilia ſunt . I ... Si habueritis f... & dixeritis.]

Virtutem tuam, ait Quia Homo non niſi virtutem carnis nouit ac ęſtimauit quam Chriſtus potius Deſtruxit, vt ſuam erigeret

Item Signa qui crediderint hec ſequentur: ꝛc

Blatt 126b: patet ergo quod propheta Hoc loco: magis pro-

phetat de futuro: quam narret de preterito. Redemiſti in brachio tuo populum tuum. filios Iacob & Ioſeph, Scilicet tam ad literam quam in ſpiritu: vtrunque enim Inuoluit: Quia mirabilia antiqua recitat vt in illis prophetet noua: Sed quis det. vt & nos non ſimus inſenſati in medijs mirabilibus dej: ſicut illi fuerunt? Et quis credit: Quod in tantis ſacris hodie nos ſumus? Vndique dominus operatur mirabilia. Sed quia ſunt ſpiritualia: ideo non curantur. Certe rari ſunt, qui memores ſint operum Dominj. qui meditentur in mirabilibus eius & exerceantur ac loquantur in omnibus operibus eius. Eccleſia quidem hoc facit. Cuius hic Aſaph perſonam gerit. Exercentur autem in operibus carnis, mundi & diaboli. Ecce enim ea ſancta nunc ſunt, que olim videre & audire voluerunt reges & prophete, tanto ardore. & nos nihil attendimus. O Inſipientes: Si vnum hoc opus domini. ſcilicet Miſſa tantum ageretur: nimium eſſet, quia eſt memoria mirabiliũm dej. Igitur Superbiam vincere, luxuriam cohibere, carnem crucifigere. hec ſunt magna. ſuper omnem virtutem hominum. Et mirabilia valde: quia propter Inuiſibilia fiunt: Et qua ratione: non ſciunt homines, Deducit enim ſanctos dextera dej mirabiliter: In hijs ergo loqui & meditari Hec ſunt opera domini. Vt Apoſt ad Tit. Apparuit gratia dej Erudiens nos vt abneg. ꝛc Sequitur Hec loqũere & exhortare in Chriſto Sic enim hoc ps Eccleſia vouet Et ps. 50. Docebo iniquos vias tuas Sicut autem dixi Simul recitat vetera & prophetat Noua Quia vidit Quod ſicut opera dej mirabilia olim non fiebant opere hominum: Ita multo magis intellexit Quod omnia opera dej: quibus nos redimit & triumphat: non fiunt ex hominum virtute. Si enim figuralia per deum fiebant: quanto magis vera & ſpiritualia? Ne ſcilicet glorientur, Sed confiteantur omnes deo Vnde ps. 113. Cum recitaſſet opera dej: ſequitur. Non nobis d. non nobis. Sed nomini tuo da gloriam: Super miſericordia & veritate tua.

Quod autem Hic exprimit filios Iacob & Ioſeph, myſticant multi: poteſt tamen etiam ad literam accipi: Quia iſti duo patriarche nobiliter in filijs multiplicati Et Quia duo filij Ioſeph computati ſunt in filios Iacob, pro duabus tribubus

B. Aug. Allegorice exponit. filios Iacob: populos ex gen hebrea: filios Ioſeph populos ex gentibus: quia in gentib Ioſeph venditus, exaltatus & multiplicatus fuit vxore alienigen accepta

Viderunt te aque deus Viderunt te aque. Iſta geminat facit & cogit nos ſpirituales aquas intelligere: illis ſignificat [*Am Rande links:* Quia dicit Viderunt ps 67. Viderunt ingre dej mej,] Secundo etiam ex eo quia ait Et timuerun Timor enim in proprio ſenſu maieſtatis non conuenit, niſi re tiſſima metaphora (.1. ad modum timentis fugiendo ſcilicet cedendo. ſe habuit Tercio Et Turbate ſunt abyſſi. eade locutione Sunt autem Abyſſi aque profundę. H ſunt homines profundi & occulti cordis. Quorum aliqui Boni quibus ps. 32. Qui ponit in thezauris abyſſos. tales enim in in ſpiritu viũũnt & non apparet vita eorum oculis carnis. A mali. de quibus Iſaie. 29. Ve qui profundi eſtis corde. quor ſũnt in tenebris. opera eorum: horum enim mors. qua in ſpir mortui ſunt: ſimiliter non videtur foris: quia viuunt in car ideo ſunt Abyſſi hij autem turbantur & indignantur con veritatem eis contrariam vt ps preced: Illuminans tu mirab mont. Ideo turbati ſunt omnes Inſipientes corde (.1. abyſſi: Id enim eſt Abyſſus & inſipiens corde. licet foris coram mund ſuperficie ſint ſapientes Quare autem

Blatt 127a: turbantur viſo domino: Et illũminante montibus ęternis? Quia veritas odium parit. Vnde Hic App tionem domini notificat in carne: Chriſtus enim deus viſus e Iudęis & apparuit in carne. Sed inde turbatus eſt Herodes omnis Ieroſolyma cum illo: tunc enim ad literam iſte prophet ſenſus impletus eſt. vnde & ps iſte. recte in feſto Epiphanie le tur Turbate autem ſunt etiam poſtea. cum illuminaret a monti ęternis vt ps prece: ſcilicet in die pentecoſtes & deinceps. E ita ab increpatione eius dormitauerunt in ſpiritu: ſicut pha dormuit [*so*] morte carnis in mari. Ac ſic tota hyſtor exodus [*so*] recidit in ſpiritu ſuper Iudęos inſipient qui illud in ſe expleuerunt myſtice: quod in pharaon contigit literaliter. Tũnc enim abſtulit ſpiritum prin

m. ſpiritualis ſcilicet vite. ſicut abſtulit ſpiritum (.1. animam incipum pharaonis. & ſicut ibi terribilis in ira ſua & nemo ſtitit ej ita & hic. vide ſingula ps preced.

Quare ſequitur Quod de iſtius hyſtorie myſterio quitur verbis hyſtorie. Quia elegans eſt & efficax odus loquendi: parabolicus ſeu apologicus: vt etiam us communis habet in proverbijs. plenis omni metaphora

In mari Via tua & ſemite tuę in aquis mũltis. Quia riſtus ambulat ſuper aquas (.1. populos) ſpiritualiter: ſic in corpore fecit figuraliter: Et hoc ſic. Quando opera eius in pulis fiunt. Opera enim Chriſti & Iuſtitie & fidej Ipſa ſunt Chriſtj: ſecundum quam in nobis ambulat & proficit (.1. proere facit Quia omnia opera bona, ipſe in nobis operatur. & n ipſi nos. Vnde ſupra dixit Deus in ſancto via tua.

Hoc habet figura Exodus. Quia via per mare rubrum & per ſertum Eſt via Chriſti. Quia ipſe dux itineris fuit ducens eos r viam ſuam Et ſic ibi via eius in mari. & in aquis multis .1. opera iſ.. egit in m... & via. qu..... cit populo ſ.. *am lande rechts.*] ſignificauit viam. Quia ipſe in medio mundi. in edio inimicorum ſuorum vadit & dominatur. Et ſuos ſimiliter ucit per eandem viam ſpiritualem

.1.° Igitur Breuiter. Via Chriſtj in mari & ſemite in aquis ultis, Eſt Quod Vita & conuerſatio ſua & ſuorum. Eſt in meio mundi. & inter homines mundanos qui ſunt mare & aquę ultę Sicut figurat tranſitus per mare rubrum Aque a dextris nt Homines in proſperitate allicientes. Aque a ſiniſtris ſunt omines aduerſantes & perſequentes. Sed has facit dominus ccleſie ſuę vt murũm vtrinque vt eis minari & apparere & ouere ad ſenſum quidem poſſint Sed obruere & Inuoluere non oſſint

2° Secundo ſic ſcilicet Quia Mare ſunt ipſi Homines in quius ipſe ambulat vt illum ambulantem ſuper ſe portent glorifiantes & portantes deum in corpore ſuo Sed hec expoſitio. ad anc figuram & ad propoſitum non eſt. Aliud eſt enim per medium aris ſeu in mari medio: Aliud ſuper aquas ambulare. Ideo elinquatur & primum pro textu ſuſcipiatur

Tropolog. quoque ſimiliter. Mare & aque multę. Eſt caro cum ſuis ſenſibus plena omni procella malorum motuum & cupiditatum a ſiniſtris & a dextris. Sed Hijs qui ſunt Chriſti. Nihil damnationis eſt. qui non ſecundum carnem ambulant. licet

Blatt 127b: Anima. in carne. in medio ſcilicet eius & omnium ſenſuum proficiat via ſua virtutum vſque ad deum. Nam dominus: Animabus fidelibus facit. vt caro licet a ſiniſtris & dextris titillet, concupiſcat, moueatur deſyderijs contra ſpiritum: non tamen regnet per peccatum, aut animam inuoluat. ſicut fuit Hominibus ęgypti & mundi

Vnde Deſyderijs ait Apoſtolus carnis. non eſſe obediendum nec regnare peccatum Debere: licet eſſe deſyderia & peccata: carne prohiberi non poſſit. Sicut Docet figura. Nam Aque a ſiniſtris & dextris in marj: vtique videbantur. vtique more ire fremebant, vtique imminebant. Sed non irruebant. Sic in medijs tentationibus eundum eſt. Sentiri & videre & experiri oportet bonitates & malitias carnis. Sed non conſentire. Sic eſt lilium inter ſpinas, Sicut Daniel in medio leonum Sic canit. Sancti tui domine Mirabile conſecuti ſunt iter. vt Inuenirentur illeſi in aquis validis. Terra apparuit arida & in mari rubro Via ꝛc.

1°. Et Veſtigia tua non cognoſcentur. Hoc quidem in mari rubro ad literam patuit. Ita & in ſpiritu fit. Quoniam Carnales non cognoſcunt quod Hec ſit via Dej: per quam ſancti ambulant. Immo videtur eis eſſe non via dei. Sed ſtultitia: error & ſchandalum. Vident quidem viam eorum & vitam eorum Sed hanc eſſe dei. non vident, quia carnalis homo non percipit ea quę Dej & ſpiritus ſunt. Sicut pharao cum ſuis bene vidit viam: per quam filij Iſrael ierant Sed Hanc eſſe viam Dei non intellexerunt, Donec ſubmergerentur

Sic Dominus Iohan. 3. Spiritus ſpirat vbi vult. & vocem eius audis & neſcis vnde veniat, aut quo vadit, Sic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu. Scilicet Quod vocem eius audis confitendo Chriſtum Sed neſcis vnde & quo vadat. Quia vts Dixi Neſcis Hanc eſſe viam a deo & ad deum Sic prouer. 30. Et viam viri in adoleſcentula penitus ignoro Vnde vocatur Eccleſia

bſcondita & in occultis & in ſancto & alijs multis nominibus. uia ſic eam abſcondit dominus & decolorauit eam ſol ſuus, coram undo. Sed albauit coram ſe. ps 26 protexit me in abſcondito bernaculj ſuj

Deduxiſti ſicut oues: Iſte verſus ineptus videtur ad precentes. Vel cogere nos vult omnia dicta. de litera occidente. o] Sed poteſt ſic accipi. Quia dixerat ſupra de deo incarnato. iod eum viderint aquę. quod apparuerit in carne. homo inter ominес Ne quis ideo: eum ſolummodo Hominem putet. & non iam ante fuiſſe: Dicit Tu es qui deduxiſti q. d licet iam viſilis factus ſis: & infirmus appares Et opera tua in humilitate cis. ac ſic iam non cognoſcuntur a ſuperbis. Non enim in aieſtate & potentia operaris. Sed ex occulta virtute. ideo non gnoſcuntur veſtigia tua. ergo nec tu quod ſis deus. Opera iim tua humilitate velantur vt non tua eſſe credantur. Sed ominis alicuius infirmi Nihilominus tamen tu es ipſe qui olim in aieſtate. & apparenti virtute operabaris in manu Moſi & Aaron *Nun unten am Rande quer herüber:* Sed & nunc quam ſepe dominus obuiat (.vt prouerbium habet.) & neſcimus eum ſalutare: uia non cognoſcimus veſtigia eius. Humilitas enim veritatis pparet: ideo eam non agnoſcimus

Blatt 128*: Et iſta eſt prima intelligentia huius verſus. Veigia tua non cognoſcentur: Quia ſicut diũinitas fuit velata ſub arne infirmitatis. Ita opera eius: que fuerunt maxime [*ausgerichen:* paſſiones] deiectio diaboli, victoria mundi deſtructio iferni: acquiſitio Celi. & ſanctificatio Eccleſię: Occiſio mortis. Quę int opera prorſus diuina fuerunt velata infirmitate paſſionis. uis enim crederet. Quod crux & paſſio tam ineſtimabilia faceet? Igitur, Veſtigia eius non cognoſcebantur Nec videbat omnis omo. viam eius quam tunc ibat. Et quid operaretur non intelexit nec mundus nec diabolus. Nec tamen ideo non fuit deus le Qui deduxit olim in manifeſta virtute populum. Sed quia unc literam: nunc ſpiritum literę operabatur. qui occultus erat n litera. Et ita rurſum cogimur ad ſpiritualem intelligentiam ſalmi. Licet enim vt predictum eſt. in figura exodi Iſta ieſcientia monſtrata ſit. quod pharao non intellexerat Hanc eſſe

viam & opus dej Tamen melius ſentimus: quod propheta ex oppoſito loquatur. Ac ſi diceret. Tunc virtus tua fuit manifeſta & viſibilia erant mirabilia tua: ac veſtigia virtutis tue omnibus cognita. Sed nunc cum ſpiritum illius manifeſtę literę occultus facturus es: erunt opera tua ita occulta. opera tua adeo abſcondita: vt niſi fide percipiantur, nullo modo cognoſcantur: Immo niſi fides doceat. quod paſſio tua tanta opera faciat: Videbitur quod ſint opera infirmiſſimi hominis cuiusque. Quid enim ei pati? Nunquid eſt hoc opus dej? Igitur Diabolum eſſe victum mortem occiſam. celum apertum fides intelligit: ratio autem non cognoſcit. Velauit enim ea opera ſub infirmitate paſſionis vt deitatem ſub humanitate. vt fide quoque velaret rationem & ſtultam faceret ſapientiam mundi Quare vltimus venit contra Iudęos incedit. Qui quoniam veſtigia eius non cognoſcunt nec cognoſcere volunt: non credentes: Sed tantum ea que in ipſo viderunt infirma conſyderantes, ſtatim eum quoque deum eſſe ſuum verum negant qui olim deduxerit eos in Manu Moſi & Aaron: Quem adhuc ſemper expectant Hic autem dicit. Quod idem ipſe ſit. qui olim deduxit & non alius: qui modo in infirmitate opera ſua abſcondit: & iam non in maieſtatis virtute ſua manifeſta mirabilia. Sed in humilitate paſſionis occulta mirabilia. Vnde Iſaie. 53. In humilitate Iudiciũm eius ſublatus eſt. quod quia ad manum venit exponemus & cum noſtra tranſlatione concordemus que dicit. De anguſtia & de Iudicio ſublatus eſt. Itaque eſt ſenſus. Ipſe ſublatus eſt, abſconditus a Iudeis & in altum ad dextram patris ſublatus eſt: in humilitate paſſionis & anguſtia infirmitatis: Quod enim Iudej eum non cognoſcunt & abſconditus ac ſublatus eſt ab eis, facit humilitas, afflictio, anguſtia & Iudicium & damnatio quam ſuſtinũit: Ipſi enim ſuum Meſſiam talem non ſperant. Sed ſolum in gloria, poteſtate, virtute ꝛc Ideo ſublatus eſt ab illis. Igitur Noſtra tranſlatio dicit De Anguſtia (.1. propter afflictionem paſſionis.) & de Iudicio (.1. propter damnationem mortis ad crucem.) ſublatus eſt: per eorum incredulitatem: Quia propter iſta, non credunt eum eſſe Chriſtum eis promiſſum. & deum. Idem alia tranſlatio In humilitate .i. paſſione. Iudicium (.1. poteſtas Iudiciaria & regnum ſuper Iu-

ꝓos, ſublatum eſt per eorum infidelitatem. Vel quod melius ·edo vel eque bonum. Ipſe ſublatus eſt (.1. exaltatus ſuper nnia.) & Iudicium eius ſuper omnia. exaltatum ſcilicet Iudiaria poteſtas: propter paſſionem & mortem. Quia ſecundum .poſtolum Quia fuit obediens vſque ad mortem: ideus [*so*] deus ɛaltauit illum. Et quia paſſus eſt Inde conſtitutus eſt Iudex uorum & mortuorum. Et Inde venturus eſt ꝛc Item Quia per ıſſionem & mortem gloria & honore coronaũit eum Heb. 2.
ic ergo De anguſtia & Iudicio: ſublatus eſt, Et quia de torrente ı via bibet. propterea exaltabit caput.

Videtur itaque mihi eſſe Intentio totius ps: Quod Homo uilibet Iuſtus: & ſimul tota natura humana: Videns miſeriam ıam & compunctus: ad dominum. pro redemptione clamat: poſt oc exauditus & redemptus ac mutatus & iam verus Idithum: e miſeria in ſtatum ſalutis tranſiliens. pro gratiarumactione romittit & proponit ſemper laudare deum & opera eius arrare. ad aliorum quoque Inſtructionem Sic enim facit

ps. 50 Docebo iniquos Vias tuas. Et exultabit lingua mea Iuſtitiam tuam Item Et os meum annunciabit laudem tuam

ps 39. Eduxit me de lacu ꝛc ſequitur Annunciaui Iuſtitiam tuam Et iterum Multa feciſti tu domine deus meus. mirabilia tua

ps. 65. Venite & videte & narrabo omnes quanta fecit anime meę

ps 49. Venite & videte opera domini que poſuit prodigia [*ist Ps. 45 (46), 9.*]

ps. 117. Non moriar ſed viuam. & narrabo omnia mirabilia Dicant nunc qui redempti ſunt ꝛc. [*Psalm 106 (107), 2.*]

ps. 9. Narrabo omnia mirabilia tua. Quoniam feciſti Iudicium meum ꝛc

Ex quibus patet. Quod Hec eſt regula Iuſtitię. Domino ·onfiteri ſua mirabilia: que fęcit in conuerſione cuiuſlibet
Vnde Hic ps. pro tota Eccleſia primo. & pro quolibet Homine ingulari tropologia poteſt exponi: Nam in quolibet deus fecit

iſta mirabilia que figurata ſunt in Mari rubro. Verum Non facit Hec in quoque, niſi eum prius humiliet, affligat & in compunctionem ponat vt hic deſcribitur [*Am Rande links*: [*1. Pet.* 2. Vt virtu ... annuncietis eius ... de tenebris ..auit Vos in .. mirabile lu .. n ſuum. Vnde ..... Iudęi olim ſibi .. a mirabilia ſemper .... tabant : ita nos ... multo magis ... eius recitare ..... & dominus ad .... c ipſum Inſtituit memoriale ſuum, .. ſemper memores ſimus .... m ſuorum. Et .. pulſus vbique gratias .. ere mone] Et ſi vis Exemplum pro hac expoſitione habere. Accipe conuerſionem Sancti Auguſtini. 8. confeſ. Ibj habebis expreſſam & Iucundiſſimam practicam huius psalmi. Vide ibi quomodo ſit turbatus & non locutus: & quomodo cogitauit & meditatus in adinuentionibus. & conſilijs diuinis ſuper ſalutem generis humani. Vt hic Deſcribitur. Vnde qui non eſt expertus hanc compunctionem. & meditationem: nullis verbis poteſt Hunc ps doceri. Inde enim & mihi Difficilis Quia extra compunctionem ſum. & loquor de compunctione Nullus enim loquitur digne nec audit aliquam Scripturam: niſi conformiter ei ſit affectus vt intus ſentiat quod foris audit & loquitur Et dicat. Eia vere ſic eſt

Igitur quia mee compunctionis practica non poſſum Declarabo eum ad exemplum & ex practica b. Aug.

Ps. 77. [Hebr. LXXVIII.]

Blatt 129a: S. Mattheus. 13. ſũi [*so*] dicit. Sine parabolis non loquebatur eis, vt impleretur, quod dictum eſt per prophetam dicentem Aperiam in parabolis os meum, loquar [*Darüber*: eructuabo] abſcondita a conſtitutione mundi. Ergo de Chriſto. Ipſe loquitur immo Chriſtus eum loquitur. etiam auctoritate tanti euangeliſte Sed Cur non dicit Aperiam parabolas in ore meo? Hoc autem ſimiliter fecit & ſuos facere diſpoſuit poſt miſſionem ſpiritusſancti In tempore enim plenitudinis aperuit os ſuum proprium: qui prius ſolum aperuit os prophetarum. Non enim Ipſe ad populum loquebatur ore ſuo: Sed ore Moſi & prophetarum. Et Hanc 2dam locutionem Apoſt. Heb. 1.

ılchre diſtinxit. Multifariam olim, Nouiſſime autem diebus iſtis cũtũs eſt nobis in filio. Sic enim verbum dej in tercium vas anſſuſum minus efficax eſt. Sed in alterum vas eſt efficax.

loquar Abſcondita, enygmata, propoſitiones ꝛc .1. ea quar. que ab initio mundi fuerunt abſcondita Colloſſ. 1. Vt ıpleam verbum dej, myſterium quod abſconditum fuit a ſęculis generationibus. Nunc autem manifeſtatum eſt ſanctis eius. uibus voluit deus notas facere diuitias glorie ſacramenti huius, ı gentibus Idem Eph. 3. Mihi enim omnium ſanctorum inimo. data eſt gratia hęc in gentibus. illuminare omnes que t diſpenſatio ſacramenti abſconditi a ſęculis. Vnde ſequitur ;uod Gratia Euangelica & Iuſtitia fidej: ſemper quidem fuit. ed non erat reuelata. poſita enim fuit: in enygma & propoſi- ones Sic Iere. 23. in nouiſſimis diebus intelligetis conſi- um eius: Sic enim Cogitauit deus facere. vt per Ezech. [*Ierem. 9, 11.*] dicit. Ego cogito cogitationes pacis & non afflictionis. Et ıuod ps preced. loquatur de iſtis conſilijs & cogitationibus exhibitis ın opere Teſtatur textus Heb. qui habet. Memor fui cogitatio- num domini. Sed quia noſtra tranſlatio ſemper ad ſpiritum plus accedit: Ideo ait Memor fui operum dominj. Volens de operibus ſpiritualibus nos dicere: vt conſonet cum heb. que hoc exprimit fiendum. quod illa factum narrat Sic ps. 39. Et cogitationibus tuis non eſt quis ſimilis ſit tibi (.1. operibus redemptionis Eſaie. 64 Oculus non vidit ꝛc

Corol.

plus philoſophie & ſapientie eſt in iſto verſu: Aperiam in parabolis os meum: quam ſi mille metaphyſicas Scripſiſſet Ariſto- teles Quia hinc diſcitur. quod omnis creatura viſibilis eſt para- bola & plena myſtica eruditione ſecundum quod ſapientia dei diſponit omnia ſuauiter & omnia in ſapientia facta ſunt. Omnis- que Creatura dej. verbum dej eſt: Quia ipſe dixit & facta ſunt: Ergo Creaturas inſpicere oportet: tanquam locutiones dej. Atque ideo ponere cor in res creatas. Eſt in ſignum & non rem ponere, que eſt deus ſolus Ex operibus enim iſtis Inuiſibilia dej intellecta conſpiciuntur Ro. 1.

Blatt 129b: Vt ponant in deo ſpem ſuam. Hoc maxime arguit Iudęos: Qui habent in lege promiſſiones temporalium Ideo in deum confidunt propter illa: ergo in illa magis. Sed tamen deus ideo eis iſta conceſſit vt per ea diſcerent in ipſum ſperare. Sperat autem in Domino: qui tam in copia quam inopia temporalium deum non derelinquit: futurum enim erat: vt Chriſtus veniens doceret paupertatem & humilitatem & nudam ſpem futurorum bonorum: Ideo premiſit legem in qua temporalia promiſit & dedit. vt ſic lacte eos nutriens: a temporalibus diſcerent ſperare in domino habere Vnde dicit Teſtimonium ſuſcitauit in Iacob. ſcilicet quo teſtificaretur de tali futura ſpe & fide Et ideo precepit patribus vt narrarent filijs ſuis. Quaſi diceret propheta. per hoc Quod dominus precepit filijs narrari: opera ſua & legem: manifeſte colligitur. Quod futura erant in poſteris alia bona que priores non receperant. Alioquin iniquitas fieret ſi Bona temporalia patribus negata, filijs concederentur. Quare tale neceſſe eſt vt ſint Quę omnibus poſſint concedj

Filii Ephraim intendentes & mittentes arcum. obſcurus plane iſte verſus [*Am Rande links:* ..rſum verit [*so*] ad nós ...o Vult vert ... in faciem inſpi..... Vertamus ergo eum] Et occulto indicio Hic nos ad myſterium vocat. quod partem populi nominat. cuius tamen nuſquam legatur. quod illi talia fęcerint. Deinde Quod mittentes arcum dicit, cum potius ſagittas dicere videatur debũiſſe. Noua locũtio, Noua nominatio, aliquid indicat

primum Itaque Quia ſemper mixti fuerunt etiam tunc boni & mali: Et ideo nomine partis exprimit illos: quia non omnis Iſrael talis fuit. Secundum Quia filij Ephraim ſemper ceteris fuerunt ſuperbiores: quia fuerant a Iacob adoptati: & Manaſſe prelati: & ex Ioſeph pre ceteris. magnificati patriarche nati: Et ideo talibus priuilegijs inſoleſcebant. ſicut & Iudicum 8. &. 12. contra Gedeon & Iepte tumuerunt ſuperbi

Tercium Quia propheta eſt qui loquitur. Vidit in ſpiritu Quod filii Ephraim olim ſuperbi vt dictum eſt: figurabant Iudęos tempore Chriſtj: Vt ſicut illi contra Gedeon & Iepte Duces Iſrael & Iudices: ita Iudęi contra Chriſtum ducem & Iudicem verum Iſrael Vnde & eoſdem Oſeas propheta per totum librum

nper nominat Ephraim: Denique figurati ſunt per Ieroam Qui fuit de tribu Ephraim. Qui primus erexit vitulos reos in Bethauen: Hoc enim ipſum vſque hodie Iudęi faciunt ;ſtice. Vitulum enim exaltare & adorare. Eſt carnem & eram ſtatuere ex auro Diuine Scripture Sicut enim vitu-ı: non habet ſpiritum & intellectum Sed tantum caro eſt morıis nihil diuini & immortale habens, Ita Ipſi Carnaliter de deo Chriſto ſapiunt & Scripturam conflant in ſenſum literalem: ı nihil habet. de ęternis & diuinis rebus Sed tantum de temralibus & mortalibus Quod autem Vitulus aureus hoc ſignificat tet ex eo Quod Moſes. Exo 32. dicit Aaron ex inauribus rmaſſe vitulum conflatilem Stilo: quod noſtra tranſla. habet ıere fuſorio: Sed lyra dicit. Stilo vt ſic formauit Stilo & fecit tulum conflatilęm: Tunc enim prophetauit, quod iam faciunt nde Iere. 8. Vere mendacium operatus Stilus mendax Scribaım: Mendacium operatus eſt ait (.1. Idolum, vitulum, falſum)gma. Vt ps. 4. Vt quid queritis mendacium Quia Scripturam ınctam que eſt aurum: Conflare humano ſpiritu. & diſponere ɜcundum ſenſum humanum Hoc eſt vere vitulum. & Sculptile ıcere

Blatt 130a: [*Oben quervor nachgetragen und noch ein Stück m Rande rechts herunter:* Vnde totum tempus Eccleſie eſt ſimul ɜmpus pacis & tempus belli. Eccleſiaſtes. 3. omnia tempus habent ɜmpus pacis, tempus belli: Vnde dominus. Eſtote fortes in bello. ob. 7. militia eſt vita hominis ſuper terram. Ephe. 6. Non eſt obis luctatio ꝛc. Sic Eccleſia pugnat cum diabolo, mundo, carne ue ſunt di.... acies diaboli.... figũratur in t.... ps. 59. pac.. abet cum deo. Sed b..... cum mundo ꝛc]

Hos igitur Superbos. Hic in ſenſu prophetico arguit: Qui empore Chriſti & Apoſtolorum fuerunt Vere filii Ephraim magis mitatione ſuperbię & impietatis quam propagine carnis. Hii nim Intenderunt & miſerunt arcum: In quo verbo quia nulti laborauerunt: licitum erit & nobis laborare. Et faciiori via accedamus: quę eſt Chriſtus: Contra hunc enim intenlerunt & miſerunt arcum: quando eum gentibus tradiderunt)ccidendum Et ita conuerſi ſunt in die belli. Dies iſta

belli. Debet intelligi, quantum poteſt de maximo & mirabiliſſimo omnium bello: Hoc autem fuit bellum Chriſti in die paſſionis eius contra diabolum: Nam ſpirituale fuit hoc bellum ac tantum & tale. Vt omnia bella mundi vix figura & vmbra tenueque ſignum huius fuerint Nam tunc diabolus, omnem vim, omnem furorem, omnem malitiam quam potuit exercuit. omnia Iacula omnes machinas, omnia tormenta ſua emiſit: Ita vt vacuus armis iam nihil haberet, quo amplius fureret: Et ſic exhauſta malitia & furore Chriſtus vicit ac triumphauit eum victor. In iſto die belli Iudęi publica etiam confeſſione. retro conuerſi ſunt Quando Chriſtum negantes coram pilato dixerunt. Non habemus regem niſi cęſarem. Et iterum. Noli ſcribere Rex ſum Iudęorum & deinceps per totum tempus Eccleſię Tunc vere non ſolum iacula Sed & arcum miſerunt: Quia priuauerunt ſe omni potentia nocendi. Sicut qui pre furoris abundantia & impetu. etiam arcum proijcit cum telis, volens plus facere quam poteſt. [*Am Rande rechts:* In hoc n. quod d . . . . | Intendentes v . . . | ſignificare p . . . . . | eos voluiſſe . . . . . | potuerunt. Vt d. | Moab Iſai. l. [*15. 16.*] | & Iere: 48. I. | dignatio eius poſt(?) | fortitudo eius Ita & Iudęi in Chriſtum per nimium furorem: miſerunt ſe & ſuos in poteſtatem alienam vt iam nihil poſſint contra Chriſtum agere. Ipſi enim erant arcus iſte vt . infra . dicit Conuerſi ſunt in arcum prauum. [*Am Rande links:* Arcus enim dicuntur propter intentionem animi per quam ſeſe intendunt in malum. Sed cum non poſſent. ſagittare arcum ſi animas ſuas miſerunt in mortem. dicunt Sanguis eius ſuper nos] Hunc arcum Intenderunt & maxime in Chriſtum direxerunt: Quia omnem virtutem & aſtutiam ſuam tentauerunt in eum vt eum perderent. Voluerunt eum ſagittare & non habebant iacula: Quia intenderunt & querebant falſum teſtimonium vt eum accuſarent coram preſide: Sed non Inuenerunt: Et ita arcus vacuus erat & inanis: Quid igitur faceret furor. qui voluit. & ſe non poſſe vidit. nec habere quo ſagittaret? Hoc fęcit. tetendit arcum. & ipſum arcum miſit: putans vel hoc preualere malo Quia ſeſe tradiderunt vt illum occiderent Dicentes: Sanguis eius ſuper nos Et Non habemus regem. Ecce hic nullum telum. Sed ipſum arcum mittunt.

Sic faciunt omnes. qui vt alijs noceant, cum alias ın poſſunt: ſeipſos perdunt. vt illos perdant anc intelligentiam puto ex eo veram eſſe. Quia ar- m ipſosmet eſſe: Idem iſte ps vt diximus, infra dicit licet itaque Verſus iſte exponi poſſit vt lyra facit. retor- endo verba, tamen iſtum ſenſum ſi volũiſſet principaliter ſpiri- ı ſ. vtique ſic ordinaſſet verba. Intendentes arcum & mittentes ›ple. ſagittas. Nunc autem non fruſtra ſic ordinauit Et cum ıſus iſte ſit bonus, verus, facilis. conſonansque ordini verborum: ſtum eſt eum tenere pro literali Et Huic ſenſui. Heb. aſti- latur ſecundum Reuch. Filij Ephraim armati ſagittantes arcum . arcum iaculantes pro ſagittis Iſte Habitus, iam ːile coaptantur que ſequuntur & precedunt in eoſdem: Nam iſti nt filij: quibus

Blatt 130b: narrare debuerant patres eorum: opera ːj. Vt in domino ſpem ponerent: Sed ipſi teſtamen- ım dei non cuſtodierunt. & noluerunt in lege eius am- ulare. Et obliti ſunt operum & benefactorum dej Vt pem in deo ponerent. poſuerunt autem in terram. Quia anc timuerunt amittere Et potius Innocentem occide- unt: quam terram amittere vellent: immo quam vel- ːnt timere amittere: Et ſic legem dei obliti. & omnino no- ıerunt eam cũſtodire. Si enim legem Dej voluiſſent audire ıue prohibet innocentem occidere) & in deo ſpem ponere non tique fuiſſent facti generatio praua. & retroconuerſa

Hic autem: O homo: tibi notam ſigna: antequam bliuiſcar quod mihi incidit In omnibus malis. que udęis audimus accidiſſe: illud Ro. 2. ſumme eſt memo- andum Exiſtimas autem o homo, qui Iudicas eos: qui alia agunt: quia tu effugies Iudicium dej? Hoc enim erbo: Apoſtolus. Docũit, nos omnia mala illorum: etiam ad ıos applicare: ſi eorum mores ſimiles habuerimus Si enim llos male ęgiſſe intelligis. Cur non tu ceſſas male agere? Et ſi udicas eos digne quidem talia pati Cur non & tu times tibi imilia. qui ſimilis eorum es? Sic enim ibidem contra Iudęos oquitur. Qui recte gentibus cuncta accidere mala & Iuſte puta-

bant Et tamen ſibi non timebant, cum non minora faceren. Scimus enim quoniam Iudicium dej in illos eſt ſecundum veritatem q. d Scimus & bene ſcimus. Nec tu ſolus hoc ſcis. Sed vide tibi, ne ſimilia eorum immo quia vere ſimilia patieris ſo. niſi alius fueris.

Proinde Si Spiritualia ſunt centuplum ad temporalia Et ſic arguuntur qui temporalia beneficia ſunt obliti, & operum domini carnalium non fuerunt memores. Sequitur Quod nos Chriſtiani ſumus centuplum peiores illis, qui tam leuiter oblivſcimur operum & mirabilium Chriſti ſpiritualium: que ſunt ęterna & inęſtimabilia. Et ſi illis fuit iratus Iuſte deus: quanto magis nobis? Sicut nobis Apoſt. 1. Corin. 10. diligentiſſime commendat allegans illorum geſta & paſſa in figuris dicens. Scripta ſunt ad correptionem noſtram. omnia autem contingebant illis in figura. Non ait illis ad correptionem Sed in figura. Ideo videtur Quod illi ſint temporaliter puniti. ne inęternum punirentur Nos autem propter quorum correptionem Scripta ſunt manet ęterna punitio

Quare & myſticemus illa mirabilia & beneficia dei Et videbimus: quomodo ps totus in nos .1. Iudęos, Hereticos, & ſuperbos verba. dirigit. ex intellectu loquens ad intellectualem populum Et qũidem Iudęi tempore Chriſti & Apoſtolorum Hoc primo fęcerunt, Deinde Hereti: Tercio nos miſeri peſſimi Chriſtiani Igitũr ſeptem primi veris noti ſunt. Sicut enim Iudęos tunc: Ita quoque Chriſtianos nunc vſque ſemper alloqũitur Attendite · popule meus legem meam: Inclinate aurem veſtram in verba oris mej p totum enim mundum iſta verba & legem Apoſtoli predicauerunt Et aperuit os ſuum in parabolis: que nunc vbique cognitę ſunt Et abſcondita myſteria ab initio mundi. vbique ſunt narrata Ita vt verum ſit quod ſequitur. Quanta audiũimus & cognouimus ea. patres enim noſtri (.1. Apoſtoli & ſucceſſores eorum) narrauerunt nobis. ſcriptis & verbis. Et non ſunt occultata a filijs eorum in generatione altera Nemo enim poteſt dicere ſeſe neſcire que Chriſtus pro nobis locutus & operatus eſt

Blatt 131a: Narrantes laudes domini & virtutes eius
'cilicet vt in Euangelio ponuntur.) & mirabilia eius quę
cit. in Deiectione diaboli & [conuerſione *ausgestrichen.*] victoria
ortis. per ſuam paſſionem. Et Suſcitauit teſtimonium in
ıcob (.1. Euangelium in populo ſuo.) & legem poſuit in
'rael Quanta mandauit pat, noſ. nota fac. ea filijs ſuis.
t cog. ge. al. filij, qui naſc. & exur. & enarr fr ſuis.
oc fecit dominus. Quando precepit tam ſtricte predicarj euan-
lium. Et talentum dare ad vſuram: vt nullus eſſet excuſatus
ram eo

Vt ponant in deo ſpem ſuam: & non obliũiſcantur
›erum domini & mandata eius exquirant hic incipit
:unditas verborum huius psalmi Ideo dominus precepit euan-
lium predicari, vt homines diſcerent. credere & ſperare in deum,
nare celeſtia. & contemnere terreſtria. Et opera que in carne
'o nobis geſſit ſemper haberemus in memoria: illa enim mira-
liter augent ſpem & fidem. Qui enim oblitus eſt. & nihil
ırat tam magna: que pro nobis geſſit dominus: aut parũi pen-
it, nec aſſidue gratias agit. Verum eſt quod nec credit, nec
›erat in deo. & vere oblitus eſt operum eius: Sperat autem in
ia ſcilicet creaturam. ſeruiens creaturę potius quam Creatori
ıi eſt benedictus in ſęcula amen Si enim reputaret opera
hriſti, & ea ęſtimaret & vera crederet, ſine dubio intelligeret
ıod ſibi in Exemplum & teſtimonium futurorum exhibita eſſent:
eum vtique imitari ſtuderet credendo & ſperando in eum. &
:ut ille fęcit: omnia temporalia contemnendo. [*Am Rande
'chts:* Si enim quis in ... ſe meditetur paſſ..... Chriſti pro ſe
:ct .. & non afficitur .. Vere ipſe cent ..... marmor eſt] Nunc
ıtem quaſi nihil ad eum pertineant, ita ea negligit: Et in ſua
ınitate merſus miſere obliuiſcitur Quod talia ac tanta. dominus
ro ſalute eius fęcerit: ac ſic neque credit. ea pro ſe eſſe facta.
el non eguiſſe fieri. Nonne Hęc eſt hodie omnium deuo-
›rum querela. Quod Incarnatio & paſſio Chriſti: adeo in
bliũionem venit? Vt vix Chriſtianiſmus appareat: omnibus
ıchrymis amplior hec miſeria. Ipſe enim precepit vt ſicut ſigna-
ulum ſuper cor noſtrum, eum poneremus, vt Coma noſtra eſſet

purpura regis labia noſtra ſicut vitta coccinea: & manus myrrham primam diſtillarent. Et vtrunque poſtem ſanguine eius tingeremus. Et in feneſtra cum Raab. vittam coccineam figeremus. Que omnia Hoc volunt. vt corde, ore, manu, & toto ſenſu. memoriam paſſionis eius Haberemus Igitur Non agere gratias pro redemptione. pro morte & cruce ſua & non affici in illis, non ſapere, eadem. hocipſum eſt. obliuiſci operum domini O horribilis obliuio. contra quam tanta mandauit patribus noſtris, nota facere filijs ſuis Vide igitur quantus eſt iſte ps in verbis quam directe nos tangit. Hec enim ſunt myſtica & vera mirabilia domini. in ęgypto pro nostra liberatione facta. Vnde Ne fiant ſicut patres eorum generatio praua & exaſperans (.1. incredula ac per hoc ipſum prouocans. Nihil enim ita prouocat deum ſicut incredulitas. Quia omnis talis arguit deum mendacii. Quia hoc quod dicit verbo & opere teſtatur. illi dubitant & non credunt. ac ſic eum velut falſum & mendacem reputant: Si enim Crederent Chriſtum veracem eſſe in verbo & opere ſuo: quibus damnauit omnem mundi: & oſtendit ſpiritualia & cęleſtia: Vtique acciperent eius verba & opera. & ſequerentur. Et mundum relinquerent Sed nunc Vel non credunt Vel ſi dicunt ſe credere: facto tamen non credunt Ideo Eſt vere generatio exaſperans & praua (.1. irritans & incredula. Hoc autem primum fęcerunt Iudęi Qui nec ſuum nec Apoſtolorum verbum & opus credebant

Blatt 131b: poſtea Heretici ſimiliter. Qui non audiunt vocem domini quibus precepit humilitatem Hoc enim mandatum humilitatis non exqũirunt. Nec opus & Exemplum humilitatis eius. Ipſi enim audire nolunt Sed audiri Quare? quia non memorantur operum domini & mandatorum eius: Ideo & illi prouocant eum. arguentes eum mendacii. Et ſunt generatio praua per ſuperbiam & incredulitatem. Tercio omnes mali & ſuperbi vt dixi ſatis Quia non credunt corde tota Sed ficta fide viuunt: Eoquod non memorentur operum domini nec mandata eius exquirant. Sed ſuperficietenus audiunt & poſtea relinqũunt

Vnde vide verborum ordinem. prius oſtendit Deus opera &

ɔſtea mandat Quia cepit Iheſus facere & Docere. Vnde & c prius dicit. vt non obliuiſcantur operum dej & poſtea: manıta eius exquirunt, [*Am Rande links:* ... & olim prius ęgit irabilia in mari & egypto. & poſtea dedit legem. ſicut verſu | dicit. Mirabilia que fecit. Et (ſupple tunc.) ſuſcitauit teſtionium in Iacob. Sane Notandum quod per Emphaſim dictum t. Vt non obliuiſcantur operum domini ꝙ. d. Si non volunt rborum eius meminiſſe, aũt .. verba minus mouent, ſaltem ɔerum meminerint. Et qui doctrina Chriſtj, non mouetur, oueatur vel paſſione & exemplo ſuo excellentiſſimo vt mandata us exquirant] Impoſſibile enim eſt. Qui opera Chriſti ı corde figit & vera credit verba eius, quin promptus at mandata eius exquirere. Et econtra. Impoſſibile eſt. uod is exquirat: qui operibus & verbis eius non credit, c non figit in memoriam. figitur enim per fidem memoria ɔerum domini Sed hec omnia non poteſt facere, niſi prius. de ſe mundo deſperet: & in Domino ſpem ponat: Tunc enim poteſt pera eius & verba figere in cor. poſtquam eũũlſerit ſpem ſęculi ; nudus in Domino ceperit ſperare. Quare primum eſt vt ſit auper ſpiritu ꝛc Igitur illi omnes ſunt generatio praua & exaɔerans, ſicut patres eius. Generatio quę non direxit or ſuum. Et non eſt creditus cum deo ſpiritus eius. ɔirigitur enim cor. quando a ſe ad dominum tenditur: que ſt vera directio: que fit per fidem & ſpem Non enim poteſt cor ı dominum dirigi: niſi fide. quia dominus ſpiritus eſt. & Inuibilis ac incomprehenſibilis. ideo fide opus eſt que ad eum perngat. Illi autem non dirigunt cor. Sed deprauant & inflectunt domino ad ſe ad carnem ad mundum ad creaturam Et tot inexiones. quot habent deſyderia: & deſyderabilia: Oculum uidem & carnem dirigunt Sed non cor. Et quare non direxit or? Quia ait. non eſt creditus cum deo ſpiritus eius loc eſt quod dixi: quia ſine fide iſta directio non fit: Ambage nim voluuntur in circumferentia omnis venti: fides enim eſt comendium per quod breuiter venitur ad pacem & ſalutem: hec eſt ia recta. Sapientia autem carnis. querit pacem & bonum Sed ɔer ambages: & tamen ad ea nunquam pertingit Sed mira

locutio: quam b. Aug lucide & pulchre exponit ſic ſcilicet. Spiritus eorum non eſt creditus (ſcilicet ab eis.) cum deo. q. d ab eis non eſt creditus. ſpiritus eorum cum deo. hoc eſt ipſi non crediderunt quod ſpiritus eorum cum deo operari deberet Voluerunt enim & volunt ſemper Quod Deus cum carne eorum operari debet: ſcilicet dando eis. & promouendo eos in hijs: quæ ſunt carnalia & temporalia. Et ideo non crediderunt ſpiritui ſũũm cum deo. Non enim ait. Non eſt creditus in deum vel a deo Sed cum deo ſpiritus eius. Et in Hoc iterum noſtra tranſlatio expreſſiorem habet ſpiritum: quam heb: qũę ſic dicit Et non credidit deo ſpiritus eius: Igitur Qui non credit ſpiritum ſuum cũm deo: Videat carnem ſuam cum diabolo: Quod & contigit illis vſque Hodię. poteſt etiam ſic Accipi: Non eſt creditus cum deo ſpiritus eius .1. non crediderunt, nec putauerunt: Quod ſpiritualis ſenſus & interior eorum homo: eſſet cum deo Sed crediderunt quod caro eorum eſſet cum deo Et ideo creditus eſt caro eius cum deo ſupple eſſe & operari

Blatt 132a: Filii Ephraim intendentes & mittentes arcum: ꝛc Hoc quidem ſupra expoſitum eſt de Iudęis: Et potest ſimili modo de hereticis exponi Quia & ipſi arcus prauus intenderunt ſe contra Eccleſiam. & non habentes vnde eam damnarent efficaciter: ſeipſos tradiderunt & miſerunt in perditionem, ne eam ſuperiorem ſuſtinerent & ei obedirent tanquam regi & regine ſue Ipſi Vtique etiam dixerunt. Non habemus iſtum regem. Nisi cęſarem (·1. carnalem dominum qui eſt caput eorum ſecundum ſuum ſenſum electum Vel diabolum. Et ita conuerſi ſunt in Die belli: quando ipſi contra Eccleſiam ſicut Iudęi contra Chriſtum pugnauerunt. Et victi ſunt atque conſumpti per victricem Eccleſiam: cũi portę inferi non preũalent Sic omnis ſuperbus & contentioſus. qui mandato & obedientie reluctatur. pugnat cum Chriſto, cum Eccleſia. cum veritate Et intendit arcum vt ipſam vincat. ne obediat. ne ſubſit: Sed eam vult cedere. perire ceſſare, ſe autem & ſuam inobedientiam & rebellionem ſtare: Et ita antequam cedat, cum vincere nequeat. nec Habeat ſagittas quibus eam poſſit impetere. eo quod manifeſta ej ſit veritas & teſtimonium non Inueniat contra eam, tamen arcum mittit

ntra eam (.1. ſeipſum perdit & proijcit in obſtinationem & luntariam inobedientiam O quam multi Hoc faciunt. & ſciunt quod Iudęis ſimiles immo peiores ſunt: Quia illi ntra Chriſtum in carne. Hii contra Chriſtum in iritu & veritate bellant. [*Am Rande rechts:* Vnde filii ɔhraim] Vere filii Ephraim tũmidi & ſuperbi. faciunt autem s manifeſtas contra cognitam veritatem, rebelliones, non niſi, i ſingulariter ſunt gratiis illuſtrati preceteris. Tales enim entia & proprius ſenſus inflat qua ſeſe vident alijs preſtare: olim heretici: Nunc docti & promoti hii enim omnem obe-ɛntiam deſtruunt. Et bene figurati ſunt per filios Ephraim: iia & ipſi ſingularibus erant benedicti priuilegijs: vnde & in-bantur pre cęteris. Et in Hanc cauſam Credo prophetam hoc ɔo: iſtud nomen ponere. Vt legiſperitorum phariſeorum here-orum. doctorum ſuperbiam oſtenderet procedere ex ſcientia & ıditione alijs preſtantiore Generaliter tamen quia omne ccatum eſt ſuperbia: Ideo de omnibus iſte verſus etiam intelli-tur, qui in ſenſu ſuo ambulant & diem belli malis operibus ıntra Chriſtum & veritatem agunt. Quia &ſi doctrina non eam ıpugnat [*ſo*], tamen Scandalis plurimum nocent: & timeo ne forte oc ſit maximum bellum quod Eccleſia vnquam ſuſtinuit ſcilicet handalorum

poteſt tamen fortaſſe multis aliis modis iſte verſus exponi, ia obſcurus eſt. An & ita? Intendentes (.ſcilicet ſeſe in tempo-lia totaliter intendentes.1.intra carnem tendentes in profundum mergentes..) & mittentes arcum. ſcilicet ſeipſos vt dixi. in ɛdium maris & literę. Quia conuerſi, ſcilicet omnibus viribus ıs collectis in carnem. auerſi a ſpiritu & litera. in die belli. Et e ſenſus bene coheret prece: & ſeq: Quia dixit non eſt credi-s ſpiritus eius. Et non direxit cor ſuum. Ergo intendit illud n ad deum. Sed ad aliud. Quia dirigere cor eſt ipſum inten-re ad deum. Et ideo non cuſtodierunt teſtamentum dej ɔc iia intenderunt & miſerunt arcum, conuerſi in Die belli

B. Aug Sic Intenderunt arcum & miſerunt ſupple ſagittas licet promittendo ſe obedire. Sed conuerſi ſunt in die belli .1. obationis: Sed quia Intendere arcum & mittere ſagittas: non

ſic pigram ſignificationem habet. Sed bellicam ſonat operationem: ideo aliam poteſt ſententiam habere putari merito. Item Quia Arcus potiſſimum eſt Lingua in Scrip. Inde & Scriptura: que eſt lingua dej: arcus dej eſt. Hunc arcum lex intendit. Sed Euangelium ſagittas poſuit Quia lex paraũit. Euangelium ſagittauit. Ideo illi reiecto euangelio intendunt & mittunt arcũm

Blatt 132b: Iam Quod ſequitur. facile eſt in omnibus videre. Quia ſcilicet **Non cuſtodierunt teſtamentum** dei i **in lege eius noluerunt ambulare.** Cognouerunt enim. Sed noluerunt & nolunt vſque hodie. Quia non ſunt occultata a filijs eorum. Audiuimus & cognouimus ea. Sed quia non in de ſpem poſuimus. Sed filii diffidentię facti ſumus: ideo voluntas noſtra, non eſt in lege Domini. Sed in noſtris beneplacitis Viciũm ergo voluntatis Hic accuſatur. Non error & ignorantia excuſatur. Ergo **Obliti ſunt benefactorum** eius & **mirabiliũm quę oſtendit eis,** Nonne hodie obliuiſcuntur omnium que Chriſtus egit. etiam pro vaniſſimo vnicoque comodo [*so*] carnis. O obliuio noſtra craſſa & ſtupenda. & centupla ſuper illorum olim obliuionem. **At dices.** Illi viderunt mirabilia & obliti ſunt. Ego non vidi. Sed tantum audiũi & credidi Chriſtus nobis tanta fęciſſe: Ideo mea minor eſt obliuio & ingratitudo quam illorum. Reſpondeo Non hoc verſu. eos arguit. q viderunt Sed qui audierunt: ſcilicet filios illorum: de quibus dixerat. Non ſunt occultata a filijs eorum. Et Audiuimus & cognouimus ꝛc Quod patet quia ſequitur. Coram patribus eorum ꝛc Vnde patet quod proprię loquitur de ijs qui tempore Chriſti fuerunt, poſteris illorum. qui arguuntur Quod ſicut patres eorum ſunt generatio praua & obliti omnium mirabilium, quę coram patribus eorum fęcerat Vnde [*Ausgestrichen:* Multi ſunt qui non mirantur] & nos pariter arguit. Quod licet non viderimus opera Chriſti tamen audiũimus ea & nihilominus ſtupenda ingratitudine obliuiſcimur. **At iterum dices.** In Hoc ſaltem Iudęi vituperandi. antiqui. quod in deſerto viderunt mirabilia & tamen non crediderunt, Nos autem non vidimus. Verum quidem eſt Quod Multi nimis admirantur Iudeorum illorum cęcitatem & inſipientiam. & Iudicant eos qui talia ęgerunt. Et non vident qui-

oipſo ſeſe condemnant: quia multo peius quam illi faciunt & ıulto maioribus viſis. adhuc tamen apponunt peccare ej: Quibus oteſt Iure verbum Apoſtoli Ro. 2. ſupra allegatum obiici. Viemus enim eos ſedere in gula & pompa & recitare, Iũdicare, ituperare, Iũdęorum infidelitatem. Qũaſi ſũis crapulis, ſuperbijs nũidijs, adulterijs, ꝛc non multo peſſime ſint infideles & ingrati: recioſo ſangũini agni immaculati pro ſe effuſo. & quo ſunt gnati. Nec certe ſunt minus nota mirabilia Chriſti nobis cet tantum per intellectum videantur: quam illis illa licet per ınſum cognita Nam Nec illi deum operantem viderunt, Sed pera tantum eius Ita & nos Chriſtum pacientem non vidimus, ed tamen opus & fructum per totum mundum paſſionis eius idemus, Sicut autem illi obliti non curauerunt licet vidiſſent. ita ; nos licet videamus opera ſtupenda & fructum crũcis Chriſtj, ımen ea minus curamus & ad alia nos vertimus: quam illa recoitanda. Quaſi vel non ſint vere facta vel nullo modo facta. ıtque non audemus negare facta: ſicut nec illi auſi ſunt aut ıotuerunt, Veruntamen, negligenter ea inſpicimus & obliuiſcimur, icut & illi Negare enim Chriſtum eſſe crucifixum. & populum ıum redemiſſe: eſſet contra totum mundum luctari. & contra ımne quod videmus & audimus fierj & laudarj: Et tamen talia identes non curamus. & obliuiſcimur beneficiorum eius. in medio orum exiſtentes & videntes

Regna autem hic dicit, ſenſuum regiones quinque: quorum motus & actus deum & diūina non poſſunt apprehendere Sed tantummodo ſenſibilia: ideo in iſta regna. iraſcendum eſt: qui non tantum non Inuocant nomen domini Sed &

Quia comederunt Iacob & locum eius deſolauerunt (.1. animam victricem & ſupplantricem de Iure eſſe Iacob Debitum deuorauerunt in peccatum trahendo & omnem eius populum filios, prolem bonorum operum, cogitationum, propoſitorum. abſorbuerunt Et ſic Locum eius deſolauerunt vt iam nihil ſit domorum. Locus ſane eſt fides in conſcientia ſeu conſcientia in fide: que eſt locus, in quo edificantur. bona doctrinarum. ſcientie, ſapientie, intellectus. & alie bone formę eruditiones: que ſunt velut edes & turres & muri: in quibus tunc populi, bonarum affectionum & operationum, viuunt multiplicantur: Nam ſicut. populus eſſe non poteſt niſi in domibus: Ita affectus & bona opera non fiunt, niſi prius regule, modi, forme ſtatuantur ſecundum que &

Teſtimonium In Ioſeph poſũit illud cum exiret de
rra egypti. linguam quam non noũerat, audiũit, Dixi
prece. Cur populus Iſrael Ioſeph a propheta dicatur. Quia
licet regnum & tabernaculum tũnc in tribu Ioſeph ſcilicet
phraim erat. Nam & ſic in mundo fit vt populi diuerſi a no-
ine regni dicantur. Vt Miſnenſes. Turingi: populi Saxonie
cũntur propter principes eorum. qui ſunt duces ſaxonię.
cundo ad differentiam populorum aliorum ſcilicet egypti. Quia
pulum Iſrael in egypto Ioſeph. pauit & rexit. Ideo orat tunc
pulus non pharaonis Sed Ioſeph. Myſtice autem rationes
at potiſſime Quia Eccleſia ſynagogam precellit. Sicut Ioſeph
os fratres in Dupla portione. Habet enim regnum & ſacer-
tium Eccleſia. Et in iſto Ioſeph poſuit. firmiſſime ſtatuens
em Inũictam nũnquam defecturam. que eſt teſtimonium futu-
rum & teſtimonium conſcientie. & quod ſumus filii regni. Cum
iret De terra egypto .1. in neomenia, in initio Eccleſie, in prin-
pio alterius vite & exordio ſpiritus Quia fuit prius in
era & morte peccatj: & ſub iugo legis. Tunc enim exul &
regrinus. audiuit linguam quam non nouerat Sane Quod pena
audire linguam ignotam. Deutro 28 probatur. d. Adducet
minus ſuper te gentem de longinquo: cuius linguam intelligere
n poſſis Quod

Blatt 148b: myſtice eſt. Quando homo exul a regno dej
dit lingũam peccatoris in mundo in quo eſt populus Barbarus
o ad deum. Hanc igitur linguam non nouerat quia non eſt
gua patris cęleſtis. Sed lingua tyranni & diaboli. ſcilicet locu-
x luxurie, Impudicitie, blaſphęmie ꝛc Hanc populus dej electus.
tequam redimeretur audiũit viuens ſub iugo duriſſimo pharaonis
fernalis

Quod ſi in bonum accipiatur vt aliqui putant. Et ſic in heb
beri dicunt. Cum exiret ſuper terram egypti ꝛc Tunc ſenſus
Quod Ioſeph (.1. verus Chriſtus. & eius fideles.) cum exiſſet
hac vita. & de ſynagoga: ſuper vniuerſam egyptum .1. mun-
m dominari, audiuit diuerſarum gentium linguam ſibi confi-
ntem. ſicut ps .17. populus quem non cognoui ſerũiuit mihi:
c & linguam eius non cognouit. velut alter Ioſeph. Et in

Vel vicini ſunt ſenſus noſtri. qui illudunt animę ſuis peſſimis voluptatibus.

Vſquequo iraſceris in finem? accendetur velut ignis Zelus tuus. Hęc .n. eſt ira vera domini. quando permittit peccata dominarj in animam: & carnem aduerſariam ſpiritum ſupplantare, & miſerabiliter vaſtare: Quare orat.

Effunde iram tuam in gentes que te non nouerunt: & in regna que nomen tuum non Inuocauerunt (.1. Copioſa fac nos iraſci: corde & ore & effectu in opere in vitia: ea per orationem, ieiunium, fletum, planctum, vigilias, ſtudia deſtruendo Non tantum ſtilla iram tuam. Sed effunde. Quia opto ut omnino pereant gentes ille ſcilicet vitia Eſt enim ira dej: quando nos ſecundum deum iraſcimur contra peccata: Quia tunc deus per nos iraſcitur in vitia Et nos miniſtri ſumus irę eius. Igitur deuotiſſima eſt hec oratio. Quę optat

Blatt 145a: perfectam ſe habere indignationem in peccatum vt ps. 4. Iraſcimini & nolite peccare, loquimini in cordibus veſtris ꝛc. Sancta hęc ira eſt Et ira dej in veritate ſalubris. Et qui Hanc iram dei nolunt habere tropolog. neceſſario erunt in ira eius allegorica de qua tandem venient in iram anagogicam.

Regna autem hic dicit, ſenſuum regiones quinque: quorum motus & actus deum & diuina non poſſunt apprehendere Sed tantummodo ſenſibilia: ideo in iſta regna. iraſcendum eſt: qui non tantum non Inuocant nomen domini Sed &

Quia comederunt Iacob & locum eius deſolauerunt (.1. animam victricem & ſupplantricem de Iure eſſe Iacob Debitam deuorauerunt in peccatum trahendo & omnem eius populum filios, prolem bonorum operum, cogitationum, propoſitorum. abſorbuerunt Et ſic Locum eius deſolauerunt vt iam nihil ſit domorum. Locus ſane eſt fides in conſcientia ſeu conſcientia in fide: que eſt locus, in quo edificantur. bona doctrinarum. ſcientie, ſapientie, intellectus. & alie bone formę eruditiones: que ſunt velut edes & turres & muri: in quibus tunc populi, bonarum affectionum & operationum, viuunt multiplicantur: Nam ſicut. populus eſſe non poteſt niſi in domibus: Ita affectus & bona opera non fiunt, niſi prius regule, modi, forme ſtatuantur ſecundum que &

Hęc Inuocatio poteſt vel ea intelligi quando adhuc in peccatis. per ſyntheresin clamat ad deum ſicut filius prodigus a longe agens agnoſcitur. Vel ea qua poſt Neomeniam inſtat tentatio

Blatt 149a: Mox enim in melius mutatis: ſurgit perſecutio pharaonis: Ibi autem Inuocandus eſt deus Eodem modo & Abſconditum tempeſtatis. Vel id intelligi poteſt, Quando Conſcientia occulta clamat in aures dej. oppreſſa peccatis. Vel poſtea poſt nouam vitam. tentatio ſpiritualis vitę. Dicitur autem abſconditum tempeſtatis Quia eſt ſpiritualis tempeſtas quam homo non videt Sed Deŭs. Item Quia anima in illis ſemper obnubilatur paſſionibus. & turbatur a furore oculus eius: Et lumen oculorum eius non eſt cŭm ea. Item Quia anima licet foris tempeſtas ſit & perſecutio. tamen intus coram deo ſecura & pacata eſt. ſpe & fiducia in illum.

Quando enim anima peccauerit. mox incipit ſtrepitus & murmur ſyntheresis quę valde clamoroſa Vox eſt in auribus dej. Hec eſt namque. Violenta predatio cum tumultu Iſaie .9. Quomodo ibidem Dicit: non eſſe predationem Chriſti. Quę eſt quidem manifeſtum tempeſtatis. Sed abſconditum quietis & pacis. Econtra. Diaboli eſt manifeſtum quietis. Sed abſconditum turbinis & tempeſtatis Quia foris titillat ſenſum: & intus turbat mentem. Sed Chriſtus foris turbat ſenſum & intus titillat & pacat mentem: Ille dŭcit ad celos & deducit ad inferos. Chriſtus deducit ad inferos & reducit Sed videtur. dici debuiſſe. In tempeſtate abſconditi. & non in abſcondito tempeſtatis: Quia Sic vere dicitŭr. in tempeſtate ſpiritus. qui eſt abſconditus & in tempeſtate carnis quę eſt manifeſta. Sed patet iſta hypalloge. Sicut illa. diuertit ab oneribus dorſum eius. Quia poteſt autem meo ſenſu ſic intelligi aliter. Exaŭdiŭi te in abſcondito tempeſtatis (.1. in protectione mea: ne tempeſtas te perderet. Quia poſui ſuper te abſconſum tempeſtatis ſeu protectionem in tempeſtate vtilem & congruum [*so*]. Sic enim in mari rubro erant in abſconſo tempeſtatis. ps. 26. protexit me in abſcondito tabernaculi ſŭj Et ps. 62. Et in velamento alarum tuarum. Sed mirum eſt. Quid ſit abſconſum tempeſtatis. Nam abſconſum tabernaculi vel faciej vel alarum. ſatis patet aliter dici quam abſconditum

tempeſtatis. Quomodo eſt tempeſtas abſconditum nobis? poteſt dici Quia viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum. Sic enim tempeſtas & perſecutio conſeruat in timore & feruore dej: pax autem & ſecuritatis [*so*] diſſoluit & prodit potius Ideo vtiliſſimum eſt abſconditum tempeſtatis. multo melius: quam proditio pacis & ſecuritatis illa enim foris prodit ſpiritum, tempeſtas autem ad interiora pellit & vrget ſpiritum ad deum Vnde & ſequitur.

Probaui te apud aquam contradictionis. Hęc literam Exo. 15. deſcribitur. Sed myſtice. Eſt doctrina Christi quam qui bibit. non ſitit in ętternum. Sed quia huic aquę contradicitur, & aduerſaria illa carnalium hominum. Ideo Sancti ſpm eam probantur. Dum propter eius contradictionem ſuſtinent martyria: affirmantes pro ea: ſicut illi negantes & ita eſt aqua Iuxta & contradictionis. Et ſignum affirmatum quidem & poſitum a & a multis. Sed tamen cũi etiam contradicitur a multis Vel eſt talis aqua: qua Gedeon probat bellaturos vt infra ſequente in verbo Amalech.

Ps. 81. [Hebr. LXXXII.]

Blatt 149b: Neſcierũnt neque intellexerunt .1. Noluerunt Scire ipſum eſſe Chriſtum. dominum glorie. Et ideo non intellexerunt. Quia habere intellectum ſpiritualium non nisi Scientia ſeu notitia Chriſti habetur. Neſcito enim Chriſto: non poſſibile eſt habere intellectum in Scrip. Cum ipſe ſit ſol & veritas in Scrip. Ergo neſcire refertur ad Chriſtum. Non intelligere ad veritatem fidei.

Quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus. Hoc eſt contra Iudęos & Hereticos Et eſt ſimile in ciuitatibus multis Vbi Indigene Inũident aduenis. Cum tamen frequenter Ciuitates creſcant ex aduenis magis quam ab Indigenis vt experientia habet Sic & Eccleſiam & regnum celorum magis feruidę gentes magnificauerunt quam Iudęi literales Et tamen eis Inuident. Sed ideo aufertur ab eis regnum & datur genti facienti fructum eius

Pſalmus Aſaph.

Blatt 150a: Deus ſtetit in ſynagoga deorum: [*Am Rande its:* Regula] Sciendum. Quando ſcriptura: de deo: affirmat: ra vitalia & animalia: ſemper ſecundum literam intelligendam de Chriſto in humanitate ſua benedicta Stare enim diuinitati conuenit. Sed homini: ſic Exurgere. ps 27: Sic dormire ps. . Sic ps cix: dixit dominus domino meo: ſede a dextris meis: ic de alijs

pari regula. de membris humanis ſentiendum eſt: vt in multis s patet Secus autem ſi ſecundum Anagogen exponatur it Ergo. deus .1. Chriſtus deus & homo: ſtetit ſecundum anitatem: in ſynagoga deorum: ſepius Hoc legitur domi- feciſſe: quia ſemper docebat in ſynagogis: deorum .1. Iudeorum iſperitorum: Vocantur enim prelati Iudeorum elohim .1. dij in pturis. Quia omnis prelatus eſt Vicarius dej. ideo ſunt: dii arij Secundo generaliter: quia omnes ſumus filii dej vt ſequi- , & ideo dij. In medio autem deos dijudicat: Hoc tum eſt: quando eos arguebat de falſa doctrina & auaritia rum: proferens ſententiam: dicendo: hypocrite: ſimiles eſtis ulchris dealbatis: Et iterum: inter bonos & malos Iudicans dixit. ſi abundauerit Iuſtitia veſtra plusquam ꝛc Et iterum: In Iudicium ui in hunc mundum, vt qui vident ceci fiant. & qui ceci ſunt eant. Non ergo eligebat ſcribas & phariſeos multos: ſed catores ꝛc Ecce quomodo dijudicauit deos. Sed quid eſt: in dio? Eſt primo tempus inter ſynagogam & Eccleſiam: quo riſtus vixit in mundo: ſicut Abaquq. [*so*] dicit: [*3, 2.*] domine us tuum: in medio annorum viuifica illud: duo enim ſunt anni: us legis: alter gratie: & in horum medio: .1. in fine legis. & tio gratie: conſummatum eſt myſterium incarnationis & redem- ionis: quod eſt opus dominj

Tunc enim Iudicauit Chriſtus: reprobando plurimos & eli- ndo paucos in Iudea: Aliud medium Eſt: loci: quia in aperto publico redarguit ſcribas: ſcilicet in medio templi: quia in gulo & occulto locutus eſt nihil: Multa alia poſſunt media addi. licet in medio latronum in cruce: in medio diſcipulorum: Sicut

enim centrum eſt. Iudex totius circunferentie: a quo. ſecundum quod diſtat: agnoſcitur eſſe congrua: Ita Chriſtus eſt Iudicium ex cuius collatione ac quaſi ex prototypo conuincuntur cetera exemplaria: an digna ſint: Et ſolius Chriſti Iudicium eſt Iuſtum & verum: pater enim omne Iudicium dedit filio Sicut enim Iudex per Iudicium: ita pater per filium Iudicat: filius enim eſt Iudicium: quia quicunque conformis ej repertus fuerit: ad eum additur: Qui autem difformis: ſeparabitur: Sicut fit in Collatione. & qualibet menſura: cum ſuis menſurandis & menſuratis: pannus enim ſi ad vlnam reſponderit. ſufficiens eſt: Sinautem: vtique deficere Iudicabitur. Ideo in Extremo Iudicio non erunt multe actiones & queſtiones: Sed manifeſte apparebit omnium vna regula Chriſtus: cui qui conformes reperientur: diſtincte apparebunt: & ſaluabuntur: Qui autem difformes ſimiliter omnibus clarebunt & damnabuntur: Et ita poteſt & Hoc medium intelligi: ſcilicet inter Bonos & malos: ſicut in cruce pependit inter bonum & malum: Sicut enim Quelibet menſura medium eſt & Iudicat inter: ſibi commenſurabile & incommenſurabile: vt vlna inter vlnare & non vlnare: Ita Iuſtitia inter Iuſtum & InIuſtum: Chriſtus autem eſt Iuſtitia: metrum & menſura. & primum in ſuo genere: Conſequens Eſt vt qui non ſint de genere Chriſti: non Iudicabuntur Sed` iam Iudicati ſunt ꝛc Non ſic Iudicant impii illi Vnde dicit Vſquequo Iudicatis iniquitatem: & facies peccatorum ſumitis? poſſunt hec accipi vt verba Chriſti: vel prophete: contra pontifices & ſcribas Iudeorum: Nam ipſi Iudicauerunt: Ioannem bap: habere demonium: Chriſtum eſſe ſamaritanum, & demonium habere: eſſe peccatorem: in Beelzebub facere miracula: & omnia eius opera male Iudicabant: Ita vt & ipſe ad eos diceret: Iuſtum Iudicium Iudicate: Et iterum Quis ex vobis arguet me de peccato? Inſuper in diffinitionibus peccatorum multa iniqua Iudicauerunt ſcilicet quod donum ſanctius eſſet altarj: quod aurum ſanctius templo: quod decimabant mentam & rutam: quod glutiebant camelum colantes culicem ꝛc: Hee autem ſunt iniquitates iudicii eorum: Inſuper facies peccatorum ſumebant: quod propter ambigua nomina tripliciter poteſt intelligi

Blatt 150b: primo Quod in Iudicio acceptabant perſonas:

ıro iniuſtis ſententiam proferebant propter lucrum: quod viden-
ſequentia probare: quia egenum & pauperem ꝛc ſimiliter idem
imponit Iſaias .1. Micheas .7. & pene omnes prophete: Sic
o vult: quod inique Iudicant: & aſſumunt facies .p. perſonas
catorum .1. iniuſtorum contra Iuſtos. Ita fecerunt in paſſione
:iſtj: quando falſos teſtes querebant contra Chriſtum: ſicut
abel mater eorum contra Naboth. 4. Regum: Et ſeniores
tra Suſannam: Notanter dicit ſumitis q. d. toto affectu queſi-
is tales: vt in paſſione domini. Eſt enim mos ſcrip. vt parce
nodeſte deſcribat vitia malorum: Non dicit: venerunt facies
catorum: aut deceperunt vos: Sed vos ipſi: ex certa ſcientia
nalitia ſumitis: & eligitis tales: quos ſcitis eſſe falſos & ini-
ıs. Vnde expreſſe magis. Non dixit aſſumitis peccatores: ſed
ıes peccatorum: .1. apparentes & cognitos peccatores: facies
m quemque notificat & diſtinguit ab altero: Et ideo licet hii
decepti: aſſumant quandoque peccatores: tamen non aſſumunt
ies peccatorum: niſi qui noſcunt eos eſſe peccatores: ſicut iſti
lej fecerunt: Ex quibus patet: quod loquitur de iniquo
licio: quo Chriſtum condemnauerunt dicentes: reus eſt mortis:
ebant enim: quod iniqui eſſent teſtes: ſimiliter & teſtimonium
iphe: dicentis blaſphemauit. ꝛc Quare etiam Vocatur: iniquitas
onomatica quia iſta eſt iniquitas omnium maxima. & figura:
ɔcunque facte ſunt aut fient Aliomodo licet minus apte ad
ıpoſitum poteſt capi ſic: Sumitis facies peccatorum: vt veniat
ı a peccatoribus. Sed a peccato: ſic eſt ſenſus: ſumitis &
eptatis ea: [*Darüber und bis in den Rand rechts herab:* non
ıtum peccata Sed facies eorum .1. licet ſciatis ea eſſe & ap-
ɔeant eſſe peccata] que manifeſte & velut facietenus noſtis eſſe
ɔcata. ex malitia potius quam ignorantia Iudicantes iniquita-
ı quod ſimiliter verum eſt de eis: Sciebant enim ſe inique
ɔre: ideo facies peccatorum non erant eis abſcondite. [*Am
nde links:* Facies in ſcriptura: ſignificat preſentem agnitio-
n, ꝛc] Tercio Sumitis facies peccatorum .1. induimini for-
ım peccatorum & ſcelerum Sic enim luxuria dat faciem luxu-
ſo: Superbia ſuperbo: tunc dicit: Quare ſumitis & quam diu:
vſquequo facies peccatorum .1. tam euidenter facitis malum.

vt iam faciem peccatorum geratis: & ab omnibus agnoſci poſſitis quod ſitis iniqui & Inuidi: quod etiam pilatus vos agnouit: ipſe Iudas: Ipſeque Centurio: quod per Inuidiam eum traderetis ſue cauſa Exquo ſequitur illud: Quod qui contra conſcientiam agit peccat: quia ibi ſumitur facies peccati quod hic reprehenditur Iſti autem duo modi ſunt magis ſaltem 2ᵘˢ myſtice dicti

Iudicate egeno & pupillo: humilem & pauperem Iuſtificate .1. Iudicii ſententiam pro egeno & pupillo ferte non contra: Et Iuſtificate .1. Iuſtum eſſe declarate: ſicut ſcitis modo velletis: Non docet propheta, eorum intellectum. quis ſit fit Iuſtus egenus quia vt ſupra dixit. ſciebant enim Chriſtum eſſe Iuſtum: Ergo voluntatem eorum accedit vt velint: id quod ſciunt faciendum: Chriſtus enim Egenus factus eſt propter nos & ſine pupillus: & ſine patre in paſſione: quia derelictus omnino, a manibus peccatorum quaſi patrem non haberet: tunc cum maxime egeret: ideo ſimul egenus & pupillus: Nunquam enim auxilio eguit patrono: nec vnquam ſic derelictus eſt: ſicut dicit ps. 87. factus ſum ſicut homo ſine adiutorio: Et longe feciſti notos meos a me: Et alio ps [*141, d. i. 142, 5.*]. Conſyderabam ad dexteram (.1. ad locum vel partem ſanctorum.) & non erat qui cognoſceret me Ita eſt humilis & pauper: quia opprobrium hominum & non homo. Eripite pauperem & egenum de manu peccatoris liberate .1. de manu pilati: Sed cum ipſi tradiderunt eum pilato perfidi: Neſcierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant. .1. neſcire voluerunt, neque intelligere: Sed in tenebris ambulare: Nolebant enim recte operare: ſicut ſapientie .5. dicitur: Excecauit enim eos malitia eorum cum prius non ignari dicerent: venite opprimamus Iuſtum ꝛc [*Am Rande links:* ſcilicet ſcripturas quas impleuerunt .1. neſcientes vſque hodie: in penam illius iniquitatis neſciunt, neque intelligunt & in tenebris ambulant.] Mouebuntur omnia fundamenta terre .1. apoſtoli: qui ſunt fundamenta Eccleſie: que eſt terra viuentium & benedicta: illi enim tunc trepidauerunt. & turbati ſunt omnes: ps. 86. fundamenta eius in montibus ſanctis

Blatt 151ᵃ: [*Oben über den Rand quer herüber:* Vel o Vos Iudej: vocaui vos deos, in principio ps. & ita exponit ſe ipſum

vos non vultis eſſe tales ideo: vos ſicut] Sed O fundamenta: dixi dii Eſtis & filii excelſi omnes: Et niſi eſſetis: ex motu nunquam reuerſi fuiſſetis: neque vnquam vltra funda- a terre manſiſſetis: Ideo intelligo ex hoc quod ſitis dij: & homines: quia talis cadit: & non adijcit vt reſurgat: poteſt homo cadere & mori: Sed non ſurgere: Sed dii & filii ex- ab eo reuocantur ad ſtatum ſuum. Vos autem (qui eſtis dii neque fundamenta.) Sicut homines moriemini, poſt non reſurgunt, Sed corrumpuntur ꝛc Et ſicut vnus ›rincipibus .1. ſicut primus lucifer cecidit, cadetis in in- ım: More hebraico: qui vnus. pro primus. ponit Genes. 1. ım eſt veſpere & mane dies vnus: Quomodo autem cecidit er? irrecuperabiliter: ſicut & homines morientes damnantur. ı Vita Chriſtiani non eſt vita humana, Sed angelica & celeſtis: lligit enim homines: ſecundum veterem hominem: qualiter & ı Eccleſiaſtis. (*Cap. 9, 12.*) Sicut piſces capiuntur hamo: ſic ines tempore malo: Non autem dii. Ita & in Euangelio: ım dicunt homines eſſe filium hominis? Vos autem (.1. qui eſtis.) quem me eſſe dicitis? Surge deus Iudica terram: ›niam tu hereditabis in omnibus gentibus Surge Chriſte: ıortuis: & Iudica atque condemna terram .1. carnalem Iſrael: ındum hoc poſſint: & fundamenta terre accipi: prelati & ores populi Iudeorum: qui moti ſunt & mouentur amodo. & ıe in ſempiternum: quia iſta terra non eſt fundata ſuper ſta- tatem .1. ſuper Chriſtum: ſicut terra viuentium Eccleſia: Iudica ſcilicet ſeparando a Iudeis terram .1. Eccleſiam: Quo- m tu hereditabis (q. d. etſi lapſus fiat in Iſrael: ſuccedet editas gentium pro eis.) in omnibus gentibus: ſicut ps. 2. tum eſt: poſtula a me & dabo tibi gentes in hereditatem. & ſeſſionem tuam terminos terre: Et .1. hebre: Quem conſtituit ·edem vniuerſorum.

Myſtice in allegoria: pone pro Chriſti perſona: veritatem & ıitiam: Et eadem patientur que Chriſtus: qui eſt veritas & ſtitia: Veritas ſtetit in ſynagoga verorum. .1. vicariorum veri- .is. Ita Iuſtitia ſtetit in ſynagoga Iuſtorum .1. vicariorum ſtitie. qui ex officio debent veritatem & Iuſtitiam adminiſtrare:

hec ſynagoga: Eſt Conuentus & Concilium maiorum in Eccleſia: vbi ſepius pro falſitate & iniuſtitia diffinitur: & contra veritatem conluditur: Stat autem ibi veritas & Iuſtitia: cum digna ſit ſedere alijs ſtantibus quia ipſa iudicatur & damnatur: cuius eſt Iudicare & damnare Sicut Chriſtus in Concilio Caiphe quia non admittitur nec datur ej locus: Sed reprobatur: ideo ſtat deſolata: Et ſumpto tempore conſydera: quoniam omnia: & ſingula, que paſſus eſt & dixit Chriſtus in ſua paſſione coram pontificibus & preſide: eadem nunc patitur veritas & Iuſtitia coram iniquis Iudicibus Et pari occaſione: contemnitur. quia non apparet in gloria ſua & virtute: ſicut & Chriſtus vilis apparuit coram illis: quaſi non potens eis retribuere. conſpuitur: alapis: colaphis ceditur conculcatur, Et vt nondum conſtant omnia: que in illa nocte paſſus eſt: ita multas occultas ſuſtinet veritas machinationes & dolos alijs omnibus occultos preter ej qui patitur. & ijs: qui faciunt Tandem publice damnatur. & veritas pro falſitate reputatur. ſicut Chriſtus cum ſceleratis reputatus eſt: & ita Iuſte pati: & non eſſe veritatem neque fuiſſe: Non obſtante. quod eius miracula plurima ſint in memoria: que fecit in omnibus ſanctis martyribus. virginibus, confeſſoribus ꝛc: Sed inter Hec tamen nihilominus. ſicut Chriſtus dixit. Videbitis filium hominis in nubibus ꝛc Ita veritas illis loquitur occulte: quia non ſunt tam mali: quin audiant intus Syntheresim: & ſuſpicentur atque timeant: ne forte palam fiat eorum iniquitas tandem & preualeat veritas contra eos: Hic timor: Hec ſuſpitio: eſt admonitio illa: quam Chriſtus tunc illis verbis ſignificauit & eis dedit: hoc eſt Quod dicit. In medio autem deos dijudicat: In medio ſcilicet eorum .1. in corde eorum verberat conſcientias: Hec omnia faciunt: quia nouerunt veritatem qualis quantaque eſt: & ſuam voluntatem preferunt ej. Si enim

Blatt 151[b]: cognoſcerent eam eſſe dominam glorie: non eam ita crucifigerent. Abſcondita enim eſt maieſtas eius ab oculis eorum: tunc autem apparebit in gloria ſua: Cetera facile patent in pſalmo Ita Myſtice fit & in qualibet anima allegoria ſpeciali: Coram mala voluntate & membris eius miniſtris ꝛc Sed Tropologice diſcendum eſt: Quod & nos ita ſtemus in ſyna-

ga deorum pro veritate. Non ſedeamus aut pigre iaceamus: l eorum iniquum Iudicium: fortiter ſuſtineamus. In medio ;em Iudicemus eos: quia ſpiritualis omnia Iudicat: & ipſe a nine Iudicatur: Non enim poteſt fieri vt Impius: viſa con-ıtia Iuſti: apud ſe non confundatur & Iudicetur a propria con-;ntia: hoc autem Iudicium: quis agit, niſi Iuſtitia Iuſti: Que ıtra Impium in corde dicit: vſquequo Iudicas iniquitatem: & ; ſequuntur: Sed preualet indignatio contra Iuſtum: ira & idia: ideo in tenebris ambulat ꝛc

ps .82. [Hebr. LXXXIII.]

Blatt 152a: Deus quis ſimilis tibi? Sicũt dictum eſt ps. 77. ›phetię & vetus lex. precipue ad perſonam filij loquuntur. Ideo ſte ps & ſequens ad eum dirigit. Quod ex eo patet Quia commu-er aliquid miſcent. quod deum incarnatum tangit vtpatet intuenti.

Igitur Cum Chriſtus ſit homo: multi ſimilem eum habere non bitabant, quia deum eſſe eũm non ſciebant. Contra quos dicit. ;us O Chriſte qui ſecundum hominem omnibus ſimilis appares. ıis ſimilis tibi erit? ſcilicet cum veneris in carnem & ſimilitu-ıem indueris. Similis eris nobis Sed nũllus ſimilis tibi. Vt alius. 88. Quis in nubibus equabitur Domino. Similis erit deo filijs dej? Q. D. Ipſe quidem nobis per omnia ſimilis erit. d nullus ei per omnia ſimilis erit. Erit enim primogenitus in ıltis fratribus Et ſic primo ictu in frontes Iudęorum percutit opheta & omnes Chriſti negatores Quia ſimilem illum ſibi gunt Quare intentio pſalmi Eſt

Chriſtum deſcribere. vt deum magnificandum & manifeſtan-m. Cuius exaltationis & glorie inimici eius negantes eum talem e. & Inuidentes eum ita ſurgere & creſcere ad ſummum diũi-;atis populum eius velut pharao detinere niſi ſunt ne eum ſic ›rificarent. Vnde dicit

Deus Quis ſimilis erit tibi? Erit (ait) .1. fiet quod deus ;noſceris ſuper omnia. licet ſis homo. etiam ſi nolint inimici & ſiſtant ne ſis talis. cui nullus ſit ſimilis Sed tu tunc. Ne ›ceas (.1. non quieſcas, non occulteris, Sed incipe manifeſtari. verbo & opere te oſtende eſſe deum. Quod autem ait Ne

taceas. loqui ſe oſtendit de clarificatione Chriſtj in hac vita. Quia in aduentu primo nondum oculis. Sed auribus tantum manifeſtatur Chriſtum eſſe deum. Vnde non ait. Ne lateas. Sed ne taceas (.1. effice vt non taceatur predicatio de te deo Sed publice & quam maxime predicetur. Sic enim Nunc deus noſter manifeſte venit non oculis. Sed auribus. Quare? quia ſequitur. deus noſter & non filebit [*Am Rande links:* tunc .n. non tantum non filebit Sed nec latebit] Non enim filet. Sed loquitur per totum mundum in ſuis predicatoribus & ſeſe omnibus manifeſtat ad auditum. Tunc autem etiam manifeſtabit ſe ad viſum cum videbit eum omnis oculus. Cui nunc dicitur. Deũs ne abſcondaris [*Darüber:* auertas faciem tuam a me] ne lateas. Sed certe ſic non taceat: ſurgunt inimici volentes eum compeſcere ne loquatur in ſũis diſcipulis: nolunt enim audire eum eſſe deum Sed tu. Neque Compeſcaris. Non ſinas vt te compeſcant, vt comprimant os tuum Sed loquaris & non taceas. neque compeſcaris (.1. quam maxime & eo amplius loquaris & loqui facias vt omnes agnoſcant, quia nullus erit tibi ſimilis: neque fuit Vel i non fruſtra Erit poſitum eſt: forte fuit ſimilis & eſt ej ſcilicet pater Sed hęc ceſſent. Cur ergo propheta monet ne taceat neque compeſcatur?

Quoniam (.ait.) **Ecce inimici tũi ſonuerunt:** quam mira verba & mire poſita Quid ſonuerunt? ſine dubio nihil niſi inimicum contra te: Scilicet vt te compeſcant & tacere tacerique faciant negantes, blaſphemantes & maledicentes: Qui

Blatt 152b: [*Oben links auf dem Rande herüber:* Sonuerunt & turbate ſunt aquę eorum. [*d. i. Pſ. 45 (46), 4.*] cum ipſi tacere & compeſci debuerint, ſonant & te tacere atque compeſci volunt. Sed quia hoc nimis Indignum eſt. Ergo tempus eſt. cum ipſi ſonent. vt tu non taceas neque compeſcaris. Et Vide aptiſſimum verbum. Sonuerunt inquit. Non ait locuti ſunt. Quia furor & odium neſciunt loqui. Sed tantummodo ſonare & ſtrepunt ſicut Bruta inſipientia & inſenſibilia: neſcientes ipſi quid aut ad quem & contra quem ſonent. Loqui enim rationalium eſt. Verũntamen Quia inimici ſunt Inimicus autem non niſi abolitionem & perditionem ſui aduerſarii querit: ideo & illi

ſonitu ſuo: quem ſtatuere niſi ſunt, Chriſtum abolere & per- ꝛ laborauerunt. Sed fruſtra Quia non tacebit neque compe- ur, deus enim manifeſte venit & non ſilet.

Et qui oderunt te extulerunt caput: ijdem inimici Iudęi caput ſubmittere ꝺebuerant ſub pedibus tuis. & captiuare ſen- ſuum in obſequium, potius erigunt illum contra & ſupra te. e enim ſonuerunt. quia caput extulerunt Cuius caput? lius. quia nullius hic exprimitur. eo. quod vere non ſit caput . fingitur. Chriſtus enim caput omnium. Et illi proprium ut (.1. ſenſum ſuum ceruicoſum quo te negant & ſe confiten- atque iactant ſuper te & tuos. Sed quia ablatus eſt iſtus Et iam non eſt in mundo. Non habent quid faciant Ideo inſurgunt contra eos. qui predicant eum. & in quibus ı tacet neque compeſcitur. volentes eos abolere. & nihilominus npeſcere Nam

Super populum tuum malignauerunt conſilium .1. lum concluſerunt conſilium Et hoc ideo: quia te aduerſarium ım inimici tui: in Illis loquentem & loqui facientem compeſcere lunt: Quia te non poſſunt. Saltem illos. in quibus predicaris. olere parant. Quia ſic ſine dubio compeſcereris Et ita Cogi- uerunt aduerſus ſanctos tuos, .1. conſiliati ſunt non pro ı neque cum eis. Sed contra eos: & hoc propter te cuius ſũnt mici: Sancti tantum a te ſantificati in ſpiritu & veritate. Cum illi ſancti. Sed ſibi & in vmbra eſſe velint [*Am Rande links:* eb. aduerſus . rcanum tuum, .n quo myſtice lo . ui ſe oſtendit, | myſterio Chriſti | . . . quod literales | . ugnant.]

Dixerunt Venite: & diſperdamus eos de gente: & ɔn memoretur nomen Iſrael vltra. Hoc quidem Iudęi ɔerunt vt populum Chriſti & nomen eius abolerent. vt ps. 40. uando morietur & peribit nomen eius?

Quoniam **Cogitauerunt vnanimiter: ſimul aduerſum te ıſtamentum diſpoſuerunt tabernacula .1. Idumeorum & .2. maelitę, .3. Moab & .4. Agareni .5. Gebal & .6. Amon & . Amalech .8. alienigenę cum habitantibus .9. Tyrum** ſouem nominibus hic exprimit Iudęos. Quę eis tam propter ıterpretationem quam propter figuram populorum: quorum ſunt,

conueniunt: Hij ſunt ergo qui pactum & fedus fecerunt contra Chriſtum. primo Tabernacula Idumeorum dicuntur. Quia Sunt vere tantum Tentoria Sanguinea: ſecundum carnem tantummodo viuentia que eſt taber

Blatt 153a: naculũm ſpiritus. Specioſa autem ſunt tabernacula tua Iacob: Sed non ſic tabernacula tua Edom vel Eſau

Sane ſatis ex Apoſtolo ad Gal: patet Quod Iſrael ſecundum carnem. ſit Idũmęi & Iſmaelite & Agareni quando hunc pſalmum velut exponens ait Sed quemadmodum tunc is qui ſecundum carnem perſequebatur eum qui ſecundum ſpiritum Ita & nunc Et ad Ro .7. manifeſte excludit a filijs Abrahe & Iſrael qui tantum ſecundum carnem naſcuntur. & attribuit eos Iſmaeli & Eſau Quare patet Quod ipſi iſtis tribus nominibus Idumęi, Iſmaelitę. Agareni. etiam ab Apoſtolo nominantur: eo quod non filij Iſrael ſecundum carnem & ſemen Abrahe ſicut & illi fuerũnt par ratio eſt de alijs populorum nominibus. Quia Moab & Amon etiam tantum filij carnis fuerunt. Sed in Hiſ aliud myſterium quoque adeſt. vltra natiuitatem carnis. Quia ex filiabus nati ſunt illegitimo concubitu: quod ps. 59. ſatis expoſitum eſt: quare ſic vocentur. Quia de lege Moſi male ea vtentes naſcuntur. Et ideo ſicut propter carnalem ſucceſſionem patriarcharum. vocantur Idumęi Iſmaelite Agareni: Ita propter ſpiritualem generationem: qua ſecundum animam ex lege adulteri naſcuntur filii fornicationis coram deo Vocantur Moab & Amon.

Sic Amalech filius Eliphaz filii Eſau. ex concubina tantum natus, nec in hac carnis linea. legitime natus eiuſdem ſignificat.

Reſtant Gebal. qui neſcitur Et non mirum ſi iam populo ignotus dicatur Deo: qui tot modis alienauit ſe ab illo. vt merito ignotum nomen habeat amiſſo vero nomine

Et Philiſtijm. propter vitam carnalem in quinque ſenſibus conſiſtentem quam ſolam ſequuntur. & temporaliter omnia expectant atque carnaliter a Deo

Et habitantes Tyrum. propter diuitias & ſuperbias mundi Quia opulentiſſima & glorioſa fuit hęc Ciuitas ſicut & illi eſſe optant.

Sequitur

Etenim Aſſur venit cum illis (.1. Romanus qui alteram
riam habet in mundo Quia Romanum Imperium maxime
iſto & ſuis aduerſatum eſt. Et venit ſua ſponte in idem ma-
cum Iudęis contra Chriſtum

Et facti ſunt in adiutorium filijs Lot. Hoc enim Iudęi
iſſimi acceptarunt. Sed cur dicit in adiutorium filiis Lot. &
Idumęorum aut aliorum cum ſint ijdem? Quia Iudęi maxime
pter legem perſecuti ſunt fideles Chriſti: Quęſtiones enim &
tentiones in lege & ſuo ſenſu ſtatuere voluerunt: quibus cum
ſtoli per Euangelium contra irent. tota hinc occaſio perſecu-
is nata eſt Ergo inquantum filii lot. (.1. per adulteratam legem
& propter ſuum ſenſum. perſecuti ſunt eos, & in hoc Romani
fuerunt in adiutorium Sed nihil profecerunt

Blatt 153b: Nunc Nominum rationes & interpretationes Videa-
s. Quia geſta illorum populorum: quę contra populos & ſan-
s olim egerunt, non eſt dubium, quin ea ſignificauerint quę
tea Iudęi contra Chriſtum. & populum eius egerunt. Et ideo
pter ſimilitudinem operum & vitę illorum. nomina quoque
rum poſſederunt, quorum poſſederunt & mores Si enim apud
tiles. Zoili dicuntur qui Zoili mores habent & heroſtrati &
: quanto magis apud deum: qui ſine perſonarum acceptione
licat Igitur

Idumęi: ſanguinej vel rũffi dicuntur. Vel a ſanguine ſecun-
m aliquos vel a rubra terra. que adam dicitur: Dam autem
guinem ſignificat: a quo aliqui Edom & Idumęi deflectunt, Et
te nomen illud. eis congruit Qui inimici & Sangũinarij hoſtes
t primo Chriſti deinde omnium qui ſunt Chriſti Rubri etiam
t a terra: Quia ſolum terrena ſapiunt. candidum celeſte non
unt vnde & Idumęi a terra terreni dicuntur

Iſmael Auditus Dej vel deo. eo quod deus audierit vocem
s in deſerto Ipſe enim populus eſt, qui auditus eſt deo. Au-
tus vel aũditio dej dictus ſicut Iuda. confitens vel confeſſio.
dęus enim populus. habuit prophetas & verbum promiſſionis de
hriſto. Sed non vidit. non fuit Iſrael .1. videns deum Sed tan-
m Iſmael (.1. audiens deum: Quia oculos fidej noluit recipere.

Vnde dictum eſt eis. vt audientes non audiant. Et Auditu audietis & non intelligetis Quare? Quia Iſmaelitę eſtis & non Iſrael. Quod factum eſt Chriſto domino in carne preſente. tunc enim audierunt deum verum. & tamen non viderunt. neque cognouerunt Quia verbum quod audierunt. vere erat dej loquentis Sicut & modo multi nos ſumus Iſmaelite. quia aũdientes vocem Dominj: non videmus. quod ſit vox dominj Sicut illi qui cum Apoſtolo paulo comitabantur. Vocem qũidem audientes. neminem autem videntes. Si enim ita videremus eum ſicut audimus: non dũbio aliter ageremus.

Moab dicitur. ex patre. Quod ſatis pulchre. b Aug. Hie & ps 59. exponit. Sunt enim non ex deo Sed tantum ex patre Quia carnis filios ſeſe eſſe gloriantur Et ſicut ex patre veniens ſcilicet cum peccato nature: ita manent. & non querunt etiam renaſci ex aqua & ſpiritu. Quare recte ex patre vocantur: ita etiam vocari volunt ſcilicet quod ex patre ſint carnis Qui enim ex patre eſt filius irę eſt. Alia autem que eis conueniunt ex geſtis Moab iam relinquo. quia ſatis b. Aug expoſuit Nos autem hic rationem nominis tantum queſiuimus

Agareni. omiſſa figura. quod fuit ancilla & carnis mater Ratio nominis eſt Quia aduenę ſunt & peregrini a teſtamento dej facti. Agar enim proſelyta, aduenaque Dicitur. Nos autem ciues ſanctorum & domeſtici dej. Illi autem ciues mundi & domeſtici Diaboli. Et nos peregrini & aduenę mundi: illi autem peregrini & aduene dej Non iam quidem. quia ſunt expulſi Sed tunc cum ſynagoga adhuc ſtaret: ii qui erant tantum carnis Iſrael ſine ſpiritu: erat [*so*] Agareni. Iſta enim omnia nomina illis tantum conueniunt Qui Nũmero ſunt in populo dej & non merito. Sicut illi tunc. & noſtrum multi quoque nunc. Nam heretici & abſciſi. ijs nominibus proprie non ſignificantur. Sed tantum vt

Blatt 154a: dixi. Qui ſunt mixti & in medio ac numero populi veri, habentes nomen & formam atque ſpeciem populi dej Et tamen virtutem & veritatem eius abnegantes. Sicut illi Iudei & Iſrael carnales & nomine tantum. loco & numero. Ita Chriſtiani carnales, nomine. loco & numero tantum. Aduene enim &

ſpites ſunt eiuſdem ciuitatis participes Sed non ſunt ciues. ibunt enim in locum ſuum

Gebal Vallis vel foũea vana dicitur. Quod illis aptiſſimum . Qũia ſunt profundi cordis & tamen vacui veritate Sed pleni ıitate Et eorum humilitas, qua Chriſti humilitatem ſpecietenus itantur. Eſt ficta & Ideo omnes tales ſunt hipocrite Sicut m Iudęi Gebalite hipocrite. Simulantes ſeſe humiles & ſanctos fingentes verum populum dei recte Vallis vana fuerunt

Amon. .1. populus doloris, meroris vel turbidus. Quia ıdium ſpiritus non habent Et ideo licet coram mundo ſint pulus gaudij. tamen coram deo ſunt populus meroris. Et ıſydera. Quod hęc omnia nomina eis congruunt. coram deo. ım coram mundo contraria videntur habere Nam Quia ıt in numero & loco populi dej

ɔn	Idumej aut	terreni Sed celeſtes & Iſraelite	Videntur eſſe Sed coram deo & in ſpiritu non ſunt
	Iſmaelite	Sed cognitores veri ipſius dei	
	Moab	Sed ex deo	
	Agareni	Sed ciues & domeſtici	
on	Gebalite.	Sed veri humiles	
	Amon	Sed gaudentes & leti	
	Amalechite	Sed rationales & manducantes	
	Philiſtei	ſed ſũrgentes per temperantiam	
	Tyrij	ſed latiſſimi & liberrimj	

Dicitur tamen Amon populus doloris illius ſcilicet qui affligit ıimam. Vnde On heb. ſignificat. luctus. triſtis, dolor, murmurans, iiũſtitia Quia omnes iniqui ſunt in afflictione & contritione ſpiitus. ſicut Eccleſiaſtes dicit (*Cap. 1, 14.*) Vniuerſa eſſe afflictiom ſpiritus

Amalech. populus lambens vel gens bruta. Et Hoc ıis non ſtatim intelligat omnes carnaliter ſapientes & titulo- enus populum dei, ſignificare? Lambunt enim ſpiritualia bona ż in ſuperficie tantum ſapiunt audiendo, videndo, tractando. Sed ıon glutiunt aut comedunt vel bibunt eadem: quia non toto ıffectu ea ſapiunt. Sed tantummodo vſuali & temporali Simul autem tamen temporalia deuorant, ſicut Bruta: que non ıiſi viſibilia paſcuntur Hic enim non lambunt ſed glutiunt.

Sicut Econtra verus populus dej. Eſt populus rationalis glutiens ſpiritualia. & lambens temporalia. Quia ſpiritualia ſapiunt carnalia vero tantum lambunt atque in ſuperficie velut ex neceſſitate tantum pro hac vita illis vtuntur tanquam non vtantur. Nam & illi carnales eodem modo ſpiritualibus vtuntur tanquam non vtantur Lambunt enim: Et habent tanquam non habentes. Quare optime Apoſtolus petrus eos velut irrationalia pecora appellat .1. amalech ſeu gentem brutam Et in figura huius olim. Gedeon eos monitus eſt eligere, Qui aquam ſicut canes lamberent. Qui autem flexis genibus ſicut boues ore biberent. reprobaret. Quia

Blatt 154b: [*Oben quer über den Rand herüber:* Affur (.1. dirigens, Beatus (.1. felix & procedens, in ſucceſſu exiſtens, Vnde & Greſſus dicitur. Quia Impii diriguntur Et procedunt ſicut daniel. 7. Et dolus dirigetur in manu eius & proſperabitur & faciet: Vnde teu: *Es geht ym woll. Et* [ſic] *geht ym nit woll. Es will nyrgen fort mit ym* ꝛc] hii qui carnalia bona: tantum lambunt. apti ſunt ad bellum contra vitia. Qui autem ingurgitant ventrem inclinati. ſicut boues. inepti ſunt. Siquidem Gula non frenata nullus feliciter pugnat contra vitia Et ideo omnes tales genu curuuant quia male humiliant ſpiritum in obedientiam gulę: & ad ſe inferiora inclinant. cum illa potius ſurſum ad ſe proijcere deberent: Hęc eſt aqua contradictionis vbi probat nos omnes dominus. Sic ps. 71. Et inimici eius terram lingent Quod in bono ſonat. quia dixerat. Coram illo procident ęthiopes, ſcilicet adorantes qui erant inimici. Et ita viuent abſtinenter vt tantum lingent [*so*] terram, non glutiant Vel ſi in malo ſonat. Lingent ſcilicet terram promiſſionis. Sed non eam comedent

Alienigene .1. philiſtijm. quod quaſi idem ſignificat ſcilicet Cadentes potione. Nam qui ſunt lambentes ſpiritualium, potantes autem temporalium, recte nunc philiſtijm dicuntur. Quia non eſt vitium: quod ad plura alia diſponat. quam Gula & ebrietas Ex ebrietate enim ruitur in omne malum. Quare recte omnes Ebrioſi philiſtijm dicuntur: quia cadentes ſunt de vno in aliud peccatum. docente ebrietate. Et hij percutiuntur in poſteriora. Et recte Idolum Dagon .1. frumentum colunt pro deo Sancti autem Sunt econtra ſurgentes per ſitim & potus

iplinam quia proficiunt de virtute in virtutem, ſicut illi ınt de vitio in vitium Hii ergo ſunt infenſi Hoſtes populi dej ıulta eis mala faciunt. Vnde Statio philiſtinorum omnis erna potatoria eſt. Igitur hii proprie ſunt Guloſi ıtemperantes. Quorum quinque ſatrape ſunt quinque ſenſus ·um homines amiſſo ſexto. quod eſt ratio. que eſt ſexta crea-ı: quia ſexta die formata. Ratio enim hominem facit le & vere ſunt alienigene a regno dej. [*Am Rande links aus-·ichen:* Aſſur *Siehe oben. Darunter:* loth a verbo quod .. lare, oluere . . culere ſignificat. Et | eſt (?) litera legis | (que?) ıt ſpiritum & | . . uoluit. Cuius | . . lii Moab & Am | mon Ex bus | . . iabus (.1. mũlie | . ibus, non viris, qui | (non?) ſa-ıt virilia. | Sed mollia ꝛc]

Tyrus. Cum habitantibus Tyrum. Quę Heb. Zor di-ır: quod interpretatur artitudo Anguſtia ſeu tribulatio ſicut t qui artantur vel obſidentur vel oppugnantur vndique circũn-i vt nuſquam exitus pateat quemadmodum dominus de Ieru-ım in Euangelio dicit, Coanguſtabunt te vndique. Sic enim ·e ſunt in anguſtia ſpiritus qui ſunt in libertate carnis, obſeſſi peccatis vndique. Quę miſeria tanto eſt maior. Quod ſunt bitatores huius anguſtię & velut ciues. Poteſt etiam iſta guſtia ſic intelligi. Quia qui in carne viũũnt: in arto & an-ſto loco habitant. Qui autem in ſpiritu: in latitudine habi-ıt. ſecundum quod ps. 17. Eduxit me in latitudinem ſcilicet de guſtia. Et ps. 117. Exaudiuit me dominus in latitudine: ontra ps. 17. Contrahentur in anguſtijs ſuis (.1. artabuntur & ıudentur in ſpacio paruo quod teut: *enge* dicitur. ps. 4. In tri-latione dilataſti mihi Et alibi Statuit in loco ſpacioſo pedes des [*so*] meos [*Ps. 30, d. i. 31, Vers 9.*] (.1. extra anguſtiam in latitudine. Ita enim arca Dei (1. Reg. 6.) venit vſque ad bel magnam .1. planiciem) emiſſa a philiſteis (.1. Anima fidelis peccatis dimiſſa venit in latitudinem ex anguſtia.

[*Am Rande links:* Sancti foris angũſtiati intus dilatati: illi ıtem foris dilatati. intus anguſtiati] Quare Anguſtia illorum ſpi-tualis eſt. quod anima eorum. que apta eſt in latitudine ſpiri-ıalium ſpatiari quę ſunt incomparabiliter latiora. temporalibus:

artatur ab eis in temporalia: quibus nihil eſt anguſtius Breuius tenuius, minusque ꝛc Ex quo tunc oritur vera anguſtia etiam penalis in conſcientia

Vnde Abel quilibet Iuſtus interpretatur

{luctus / planicies} quia {Beati qui lugent ſecundum carnem / dilatantur in tribulatione

Blatt 155ᵃ: Fac illis ſicut Madian. Optatiue in bonum illorum, ſic intelligitur (.1. conturba eos per vocem tubarum: gladii Gedeonis (.1. clamorem euangeliſtarum & verbi Chriſti, ſic conturbati. ſeipſos occidant carne. Et ita viuificentur ſpiritu. Hoc enim factum eſt dum gentes ſuis lingũis in ſeipſas in ſua vitia armate ſunt & ſeipſos deſtruxerunt & mortificauerunt ad verbum & vocem Apoſtolorum

Et Syſſare [*Am Rande links:* qui eſt ſuperbia caput omnium peccatorum] Qui conturbatus fugit. & clauo percuſſus a capite eſt occiſus. Ita & Impius in conſcientia concuſſus fugit ab exercitu peccatorum ſuorum & ingreſſus tabernaculum Iahel vxoris Cinei (.1. Eccleſie ſponſe Chriſti, qui eſt cognitus Moſi in eadem [*so*] lacte mollioris doctrine primum potatur vſque dum dormiat & quieſcat mens eius a timore conſcientię Et tunc perforat eum in capite (.1. ſpiritu.) forti verbo Euangelii occidit

Sicut Iabin in torrente Cyſon. Qui ceciderunt ibi alij fugierunt [*so*] Ita in ſpiritu multi ſunt occiſi in ardorem. alii autem fugati vt non occiderentur Sed tamen non repugnarent

Diſperierunt in Endor facti ſunt vt ſtercus terre (.1. humilitate vt ſeipſos pro ſtercore reputent & fedos coram deo confitentes ſe diſperiiſſe in Endor (.1. fons generationis.)

Pone principes eorum. ſicut Zeb & oreb. Quia ad literam Madian de quo ſupra prius erant occiſi: nam principes iſti fugerant. Sed tamen ſunt poſtea comprehenſi **Et Zebee & Salmana** qui vltimo per ipſum Gedeonem occiſi ſunt

Hęc omnia iam dicta. primo moraliter in bonum deinde qui in bonum & moraliter noluerunt, in malum

ım occiſi ſunt allegorice & magis occidentur anago-
:. Et ita non eſt oratio Sed prophetia
Iam rationes Nominum. Madian. de Iudicio vel decli-
Iudicium Hoc eſt qui fugitans eſt Iudicium. non ſectatur
cium, Sicut Grece acriticus diceretur Et hii ſunt contra do-
ım qui amat Iudicium. Sunt enim animalia vngulam non
lentia ideoque immunda. Iudicium inquam ſcilicet diſcretionis
e a ſpiritu. vel Iudicium crucis quo caro crucifigenda, Iudi-
a & damnanda eſt. immo quo mundus & princeps eius Iu-
tur.

Syffara Equi viſio vel excluſio gaudii: Iabin. Sapiens, in-
gens Cyſon. duritia eorum. Endor. fons generationis, vel
us naturalis HOreb ſiccitas. Zeb. lupus. Zebee Victima,
iſicium Salmana vmbra commotionis. Hęc ex Aug & alijs.
ɡula videamus.

Madian ſunt omnes inimici crucis Chriſti, & paſſionum eius,
ıptatum tantummodo amatores & ea que bona ſunt carnis
unt. de quibus Iſaie .5. Ve vobis qui dicitis malum bonum
ɔonum malum. Hos ergo occidi optat. quia. multum nocent
re Iſrael Sicut in lib. Iudic. 6. dicitur, Quod nihil relinque-
ıt, non boues, non oues & nihil quod quod [*so*] ad vitam per-
:t. Ita & illi Spiritualia omnia abſorbent. & vaſtant dum non
ſuas voluptates ſectantur

Blatt 155b: Siffara. Quia gaudium ſpiritũs in illis exclu-
gaudium carnis. quod preponunt non enim poſſunt ſimul Spi-
ıs & caro gaudere. cum ſibi Inuicem aduerſentur. ideo alterum
:lũdit. pallium enim breue eſt ſecundum Iſa. [*Cap. 28, 20.*]
unque operire non poteſt. Quod autem Clauũs Iahel ſit ver-
m dej. ex Eccleſiaſte. 12: patet. Qui dicit Quod verba ſapien-
ın ſunt velũt claũi in altum defixi. Malleus autem quo
ıuus impellitur Eſt ipſe grandes minę de Iudicio futuro: que
pellunt verbum & credibile faciunt. Hoc autem fit. poſtquam
ıima conterrita fũgerit peccata. & iam in tabernaculo Eccleſię
dixi dormire & obliuiſci incipit prę̃terita

Iabin Qui ſuo nomine ſapientiam mox oſtentat. Sapientes
undi ſignificat Vel Intelligentes .1. verſutos hereticos. qui mittunt

excluſorem gaudij (.1. Impiam ſuam doctrinam. qua excludunt a cordibus fidelium gaudium quod eſt Chriſtus. Quę Impia doctrina qũomodo ſit confodienda. pũlchre docet. Iahel iſta Sapientiſſima Quia blande ſuſcipienda ſcilicet. Quia nũllus hereticus bellando & contendendo vincitur. Sed molliter leniendo, lac potũm dando vt obdormiat

Ciſon .1. Duritia eorum. Quia pertinax & induratus e omnis talis. & incredibilis verbo. Sapiens enim eſt in oculis ſuis. ideo durus ad perſuadendum & nulli cedere paratus. Torrens autem eſt ipſa vehemens eorum doctrina & Scientia vana dicuntur & ſunt ſapientes. Et ſecundum iſtud myſterium omnia ſimiliter ſecundum ſeueritatem intelligi poſſunt. Q. Siſſara percutitur in temporibus & Madian ſeipſos conficiunt qua tales impii. ſuis ſe perdunt doctrinis & confodiunt gladio lingue Et in capite quidem Siſſara percuſſus moritur: ita & ſchandaliſati in verbo veritatis moriuntur. Melius tam accipitur in bonitate. Vnde & in Cyſſon Eſt Scriptura Sancta: que eſt dura facietenus. illis quidem qui carnem ſapiu Sed mollis & lenis ijs qui ſpiritum ſapiunt. Et in iſta in briter pereunt Iabin ſapientes ſibi

In Endor non legitur de iſto vſquam. quod in Endor ierint. Sed credendum eſt prophete, Quia forte Endor eſt pr Ciſon. Interpretatur autem. fons Generationis quo in bonum & malum poteſt ſumi. Quia & fides Chriſti eſt f generationis vt ait Iohan. 4. Qui credit in me de ventre e fluent aquę viuę. Et ibidem. Aquam quam ego dabo. fiet in fons aquę viuę ſalientis in vitam ęternam. 2° in malo. E ipſa Caro. que eſt fons generationis ſecundum carnem Sed n regenerationis ſecundum ſpiritum Sic pereunt in Endor: qui ex Chriſtum manent. in natura peccato originali infecta ex fon generationis ſuę in parentibus. Spiritualiter Iudęj ſic p eunt in Endor. Quia moriuntur in carnali propagatione patr confidentes. Ideo facti ſunt nunc vt ſtercus terrę per orbem. Item Aliter. Endor Eſt fons aquę male. qua erudiuntur a naſcuntur diabolo per baptiſmata peſtifera animarum in fal doctrinis. Vnde & in Endor phitoniſſa habitat. quam conſul

(.1. ventriloqua Synagoga quam ſuus populus conſulit. Quia ɔm loquitur & de ventre tantum, qui eſt vere Endor .1. fons rationis: omnes enim ex ventre flúximus & orti ſumus. tan- ı ex fonte

Blatt 156a: Horeb. qui fuit occiſus in petra Horeb. Iudic. 8. tas iſta ſpiritualis eſt eorum qui nolunt gratię irriguum, ius & inferius. Sed manent in litera ſicca & arente in per- nem & malum eorum. in quo etiam occiduntur in ſpiritu, occiduntur ibi vt amplius non viuant in ſiccitate Sed in uo.

Zeb (.1. Lupus.) Eſt malus princeps & paſtor: oues deuorans ɔeſtifera doctrina. Et eſt idem qui Horeb. Quia omnis talis ereticus & Iudęus Siccus eſt non habens gratie riguum, Et n doctrinam qua paſcat oues. ideo ſequitur quod ſit Lupus ɔn paſtor. Deuorans & non paſcens De quibus ps. 13. Se- hrum patens guttur eorum. Quare? Quia linguis ſuis doloſe ant .1. male docebant. ideo oues deuorabant. patente gutture. peliebant mortuas & miſeras animas irreuocabiliter in verbis ris ſũi .1. in gutture ſuo. Vnde ſequitur. Nonne cognoſcent es qui deuorant plebem meam ſicut Eſcam panis [*d. i. Ps. = 14, 4.*] Ideo recte dicuntur Zeb & Lupi. Et ibidem etiam horeb dicantur patet Quia Contritio & infelicitas in vijs m. hęc eſt ſiccitas & ariditas animarum quę affligit eas ſiti potius occidit. Et Nota verba Singula

Sepulchrum: quia mortuos ſepeliunt non dormientes tantum abſcondunt

patens quia multos ſeducunt

Guttur. quia traijciunt & perſuadent eis. non tan- lacerant dentibus aut lingua lambunt. Sed in corpus ſuum rporant infelices animas

Hic ergo Zeb occiditur in malum ſuum. Vel occidatur in um ſuum per ſpiritum Zebee. Sacrificiũm. In bono ſcilicet ndo mactantur & ſanctificantur domino ſecundum illud Miche. 4. interficies domino rapinas eorum. In malum autem Quando ificant demonijs & non deo. quod Iudęi faciunt & pereunt

Salmana. Vmbra commotionis. Vt fiat vmbra quietis.

occidenda eſt Vmbra pacis eſt fides. enygma futurorum. Vmbr autem motionis figura legis eſt que non habet ſtatum Sed m uenda erat in Euangelium Quod ſi noluerunt illam occidi nihil minus occiſa eſt: & ipſi multo peius, qui occiſam, viuere puta vt Iudęi Et omnes ſęculi homines. mortui ſunt quia Salmana vmbram motionis) & carniś bona appetunt. & ſub carnis pr ctione & refrigerio pauſam: Sed non eſt fixa vmbra: moueb enim cito & deſtruetur vel volentibus vel nolentibus illis Et quia licet carnem refrigeret cuius eſt vmbra, tamen concut mouet conſcientiam intus & ſpiritum Econtra. Licet vmbra rum Chriſti: concutiat extra corpus. tamen intus quietat ſpir quia fructus ſpiritus pax.

Sed quod hęc omnia bono affectu in bonum illorum pre fit. ſatis patet ex ſequentibus. quia optat vt cognoſcant dom & querant nomen eius

Omnes principes eorum: qui dixerunt hereditate p deamus Sanctuarium dej Sic Iudęi dixerunt. hic eſt here nite occidamus & noſtra hereditas erit. Ipſi enim vts dictu velut alter pharao detinuerunt populum Chriſtj. & non ſun illum in Chriſtum credere. & in Eccleſia [*so*] intrare, done omnes perdidit & in mari demerſit, (.1. in poteſtatem mund didit romanis) ita vt vſque hodie cadauera eorum in mari videamus. & manum magnam quam exercuit in illis do Exo 14.

Sic ergo dicit. Veruntamen prope timentes eum: hec eſt dictio. quiętatiua & conſolatoria ſui veruntamen, q. d. Eia licet differat & ego affligar: tamen Ecce Sciatis vos omnes: quomodo veniet & qui eius ſuſceptores ſint. ſcilicet Timentes eum. Licet enim ad omnes veniet. tamen non erit, niſi prope timentes eum: ſicut & Malach. Et ps 24. circa textum adducti dicunt Beatus ergo vir qui timet dominum. Initium ſapientie timor domini: Sapientia autem eſt Chriſtus idem & ſalutare. Ergo Inicium eius & aduentus vbi eſt timor dominj. Si enim Spiritualis eius aduentus eſt in timoratis mentibus. Sine dubio & corporalis erit prope timentes eum. Sed quod ſic timentes deum extollit ſignificat paucitatem fore timentium eum in aduentu ſuo: quod & ſic certe fuit

Blatt 164a: Miſericordia & Veritas ꝛc. Hic notandum Quod Veritas: .1. quandoque diſtinguitur contra falſum & mendacium .2. Quandoque contra vmbram & figuram. Iohan. 6.

Moſes dedit vobis panem de cęlo. Sed pater meus dat
s de cęlo panem verum. Nunquid falſus erat ille panis?
ſed. figuralis & vmbratilis. Sic Ego ſum vitis vera: ſcilicet
ra vmbram vitis naturalis. vel etiam falſe vitis & mendacis.
ndoque contra vanitatem: Sic omnia ſunt vanitas apud
inem: qũi bona vana querit & mala vana fugit. timet vbi
eſt timor. Et amat vbi non eſt amor Omnibus iſtis
is Chriſtus eſt veritas. Quia ipſe eſt impletio omnium figu-
m Et vera & ſolida ſalus & bonum fidele, non mendax ne-
vanum. Quarto veritas: quod magis puto ad propo-
ı dicitur fidelis promiſſi exhibitio. contra ſubtractionem &
ıiſſi negligentiam. Sic Chriſtus eſt veritas. Quia pro-
onem patris de ſe factam exhibuit. vt iam deus ſit verax in
ıiſſis ſuis, dato ſalutari quod promiſit Et ſic Lyra bene
nit dicens Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi
imul conuenerunt in vnam perſonam. Quia ex dej
ɔricordia verbum aſſumpſit carnem ad complendam
.tatem promiſſionis factę patribus vet. teſt. de in-
natione filii dei, Quia quod nobis filium promiſit. fuit
a miſericordia dej. Et ſic ipſe veniens eſt miſericordia:
ffectus miſericordię dej: quam promiſit. Quod autem eum
t: fuit veritas & fidelitas dej. Et ita ipſe eſt veritas (.1. effe-
veritatis dej exhibentis promiſſum. Igitur Quod deus pater
niſit fuit miſericordia: & quod miſit: fuit veritas: Et ita
ıbiliter mixte ſunt & conuenerunt: Quia enim deus verax eſt
ɔromiſſis, miſericordia ſua eſt non noſtrum meritum. Quod
m miſeretũr. veritas eius eſt. Et ita dũm miſeretur. fit verax
eruat fidem & promiſſum, & dum ſeruat fidem vel verax per-
ıet, miſeretur. Et vtrunque in Chriſto. Si enim non
is dediſſet Sed ex merito. tũnc Iuſtitia & veritas obũiaſſent
Et non fuiſſet miſericordia nec gratia Sed debitum: Nunc
ɔm & gratis dedit: vt ſit miſericordia & gratia. & nihilominus
ıx. quia ſe debitorem promittendo fęcerat. & non accipiendo.
d autem eſt quod promittendo ſe fęcit debitorem niſi mera
tia & miſericordia? Sic Sic [*so*] miſericordia & veritas ob-
ıerunt ſibi. ſcilicet in facto & opere vno exhibitę. Si autem

obũiauerunt, ergo ex diuerſis velut partibus conũenerunt in vnum? Vnde ergo venit miſericordia? & vnde veritas? An miſericordia e terra & veritas e cęlo? Non ſic loca diſtinguj oportet. Sed affectus & bonitatis dej immo effectus. Quia enim diũina bonitas alio affectu eſt miſericors, alio verax. Miſericors propter nos. Verax autem propter ſe. Et ſic quodammodo ex diuerſis obuiauerunt. dum noſtri memor voluit miſereri: ad rationem habens. voluit eſſe verax. Vel ſi quid melius aliqs alius quiſpiam poterit reperire. Nunc quomodo Iuſtitia pax oſculatę ſunt? Sicut enim Chriſtus eſt nobis miſericordia veritas Dej: Ita & Iuſtitia & pax nobis eſt a deo. Qz lyra ſic Quia Chriſtus Iuſtitiam pro nobis fecit & ita pacem fecit nobis. pacificans que ſunt in cęlis & quę in terris. Quia per ſuam paſſionem ſatisfecit pro nobis ſecundum Iuſtitie viam. Bona gloſa. Nam ſicut Deus iratus propter noſtram iniuſtitiam pacem non habuit nobiſcum. Sed conuerſus miſit hanc Iuſtitiam pro nobis, qua ſimul & pacem miſit. Sed quia iſta verba iſto verſu. mire ponuntur. & ſecunda ſunt. ideo placeat latius illis exercere meditationem Et primo Cur non dicat

⟨Iuſtitia & vẽritas / Miſericordia & Iuſtitia⟩ Vel aliam combinationem illorum

Blatt 164ᵇ: poſſunt enim ſexies combinari vt

{Miſericordia veritas / Miſericordia Iuſtitia / Miſericordia pax} {Iuſtitia pax / Veritas pax / Veritas Iuſtitia} imo ſi ordo

tranſponas duodecies Inuenies. ſcilicet ſexies. preter illa Sex

{Veritas miſericordia / Iuſtitia miſericordia / Iuſtitia veritas} {pax miſericordia / pax Iuſtitia / pax veritas} Et

habes nũmerum ſenarium qui eſt perfectionis Vel duodenarium Apoſtolorum ſacratiſſimum

Sed ſupra noſtras vires hęc ſũnt. Vnum tantummodo animur oſtendere, notabile. Cur potiſſimum dixerit miſericordia veritas: Iuſtitia & pax. Vnde Notandum Quod deus pro

a & minatus eſt mala ſecundum primum eſt miſericors ſecun-
ı aliud autem iratus & ſeuerus. Vtrunque autem cũm im-
ıerit veritas eſt. Quia verax eſt quando infert penam &
um quod minabatur: Et verax eſt quando confert bonum quod
miſit. Sed cum in Chriſto non niſi promiſerit bona ſimiliter
ɐm & exhibuerit Ideo recte dicitur & componitur miſericordia
ı veritate: quia verax & fidelis factus eſt in bonitate & bono
do: Veruntamen hijs. qui Chriſtum non receperint. non ob-
ɔunt ſibi apud eos miſericordia & veritas. Sed potius ira ſeu
ɐritas & veritas quia reddet eis iram ſicut minatus eſt. Et
c venit quod communiter doctores. Veritatem pro ſeueritate
onunt ſuper illud ps. 24. Vniũerſę vię domini miſericordia &
itas Et ps 25. Quoniam miſericordia tua ante oculos meos eſt:
ɔomplacũi in veritate tua Et ps. 115. atque 136. Super miſeri-
dia tua & veritate tua: Sed meo ſenſu videtur mihi,
ındo miſericordia componitur cum veritate velut determinatur.
ɔd de veritate promiſſorum in bonitate & non de veritate
narum in ſeũeritate loquatur. licet illorum ſenſus ſanus ſit. &
ɾe ibi etiam ſuſcipiendus. Ex quo tamen ſenſu vltra ſequitur
egoria, tropolog. anagogia. Quia deus minatus eſt malũm. in-
ɐdulis Iudeis, Et [*Am Rande rechts:* Alleg] hoc iam factum eſt
ɾitas: quia impleũit & in omnibus qui eos imitantur hereticis
alijs. promiſit autem credentibus & timentibus bona, Et Hoc
ıiliter iam in Chriſto factum eſt. Et ſicut in illis ira dej
ɔarüber: Vindicta] & veritas ſibi obuiauerunt: ita in iſtis miſe-
ɔordia & veritas obuiauerunt ſibi. Et hęc eſt allegoria ſeu
ɔtius litera. Illa autem ira que in eis impleta eſt: videtur
ɐe Error. mendaciũm, peccatum, hereſis, traditio in ſenſum
probum & omne malum, ſicut minatus fuerat. Miſericordia
ıtem illa eſt Gratia fides veritas, lux virtus ꝛc. ſicut promiſerat

Ita tropolog. [*Am Rande rechts:* Tropol.] promiſit ſalu-
m ſpiritus & minatus eſt Iudicium & damnationem carnis.
rgo quando flagellat & caſtigat. veritas eſt. quia ſic minatus eſt
implet. Vnde omnes paſſiones ſanctorum ſunt veritas. quia ſic
ınatus eſt Edom & carni. Quando autem conſolatur &
ɔiritũi bona dat. iterum veritas eſt. quia ſic promiſerat & nũne

Implet. Vnde omnes conſolationes & glorificationes ſanctorum ſunt veritas. quia ſic promiſit Iudę & Ieruſalem.

Sic Anagogice. [*Am Rande rechts:* Anago] Quando damnabit in infernum malos erit veritas: quia ſic promiſit nunc ſemper & promiſit. tunc enim realiter primum ſibi obuiabũnt. Ira & veritas. Et quando bonos ſaluabit in celeſti gloria Hic erit ſimiliter miſericordia & veritas: quia ſic promiſit hoc eiuſmodi. Et ita patet. quomodo Veritas Reſpondet duobus licet ⟨ire / miſericordie⟩ exhibite olim promiſſe Et inſuper pax Quod Hic tantum in bono loquitur quando dicit miſericordia veritas. Denique patet Quod veritas hic generaliter capta pro omni gratia & ira dej quecunque ſit. Et diſtinguitur veritate qua nos veraces facit aut ſumus. Sed ſolius dej eſt veritas.

Blatt 165a: Corol. Quando deus ſuos ſanctos flagellat ſimul ibi ſibi obuiant ⟨ira / miſericordia⟩ & veritas. Vnde ps. 118. In veritate tua humiliaſti me. quia ſimul dat bonum anime & malum carni. quorum vtrunque olim promiſit & minatus eſt Et ſic impletus verax eſt.

Eodem modo Dicendum de illo. Iuſtitia & pax oscu-late ſunt. Quia Iuſtus eſt eſt [*so*] quando reddit bonum pro malum promeritum: Sed quando reddit bonum tunc eſt Iuſtitia & pax. Quando autem malũm: tunc eſt Iuſtitia & turbatio. Non ſic non puto hic accipi [*Am Rande rechts:* quia Chri .... tus non ... | promerit ... | vt nobis .... | deretur Sed .. gratia ... | poſtea in con ... | habita pri (?) ... | gratia. Ver. ſit Iuſt .... & pax ... | late ſint | deus redit .. | na meri ... ex prima g ..... | & auget .... | cem. Et ... | hoc verſus ... Quod primo ... | & verita ... | per quas Iuſti .... mur. grat. inde Iuſ ..... | & pax o ..... | quia Iuſti ſ .... | & reddit hoc pro m ..... | Iuſtitię q ... | dedit gr. .... | Et reddit ... | bati nem que .. | Iuſtitiam ... | quia miſericordiam ... | ritatem ... receperunt | Sicut dicit ... | Quod homines .. | lunt pa ... | Iuſti .... |] immo omnia predicta licet vera ſint: tamen pa

ıd pro principali ſenſu verſus huius non ſint. Ideo alias eptiones videamus. [*Am Rande links:* .1.] Chriſtus Itaque ericordia & veritas eſt contra miſericordiam & vanitatem: ım dat caro. Quia homo vane miſeretur tantum carni ſicut lles parentes parcunt filijs ſũis. Et delicati parcunt corpori miſerentes eius teneritati Sed in vanitate & non in veritate. l Chriſtus eſt miſericordia vera: quia per ipſum deus miſeretur mabus: etiam ſeuiendo in carnem & omnes carnales. [*Am ıde links:* .2.] Item Eſt miſericordia vera. contra menda- m & falſam miſericordiam: qua Iudęi & heretici ſuis animabus erentur, etiam corpori non miſerti. Quia multa faciunt & gna pro ſalute anime. Sed mendacium & falſum eſt Quia ex ſenſu ſibi met miſericordiam fingunt talem. Chriſtus autem miſericordia & veritas quia vere bona dat anime [*Am Rande ls:* .3.] Item eſt contra naturalem miſericordiam. que idem non eſt reproba Sed non ſufficit immo eſt figura miſeri- :die huius ſpiritualis. Tales ſunt omnes miſericordie opera ternis [*so*]. Qua homo homini vel pecori miſeretur. Sicut im homo hominj miſeretur Ita deus pater exhibuit animabus ſtris miſericordiam ſuam veram. vltra illam vmbram & figuram: a & ipſe nihilominus miſeretur Sic nunc Iuſtitia noſtra ıriſtus eſt & pax noſtra. quam deus nobis dedit. Et per illam s Iuſtificauit & ita pacem habemus. Ante ipſum enim non it pax: quia nec Iuſtitia. nobis. Sed Impietas & ideo turbatio ıia non eſt pax impiis. Nam quantamcunque Iuſtitiam habue- mus ex lege: pax non oſculabatur eam, ſaltem pax dei Nam & ıram hominibus pax. non eſt niſi ijs qui Iuſte viuunt. Quia lex uitatis punit iniuſtos. Et tamen hęc eſt vix figura Iuſtitię & ıcis: que eſt in ciuitate dej que eſt vera Iuſtitia & vera pax. ıia venit ex miſericordia & veritate precedente (.1. ex vera co- ım deo gratia & miſericordia. Vnde & ſequitur

Veritas de terra orta eſt, & Iuſtitia de cęlo proſpexit. ıſtitia & pax oſculatę ſunt. quia idem Chriſtus eſt vtrunque. ıt hoc Iuſtitia legis non potuit neque pax mundi Sicut enim e miſericordia & veritate dictum eſt. Quod miſericordia que- am in mundo eſt Sed non vera extra chriſtum: ideo nuſqua-

ſibi obuiare potuerunt niſi in Chriſto. Ita Hic. Eſt pax in mun
peſſima quidem. Sed non habet Iuſtitiam: Eſt Iuſtitia in le
Sed non habet pacem. Ideo venit Chriſtus in quo oſculantur
Item. Erat veritas, in mundo ſcilicet vindicta & ira dei. S
non erat miſericordia: Erat rurſus miſericordia mala Sed no
erat ibi veritas. Ideo iſtam combinationem non niſi in Chri
oportuit fieri Induit ergo veritatem (.1. mala noſtra.) & ſic ie
[*Ausgestrichen:* veritatem (.1. bona.) in miſericordia] eam miſe
cordiam. Quia nunc eſt miſericordia: flagellari in Chriſto: E
eoipſo miſericordiam noſtram vanam vertit in veritatem (.1. i
iram.) quia Ira eſt deliciari in carne & mundo. Iuſtitia itaq
nulla pacem habet niſi que deſurſum eſt in Chriſto. Ideo h
dicit Et Iuſtitia de celo proſpexit. Et Hic queritur cum i
idem Chriſtus. Veritas & Iuſtitia

Blatt 165b: Cur non dicit. Iuſtitia de terra orta eſt? Ve
veritas de cęlo proſpexit? cum & ſic vtrũnque verũm ſit. Cre
quod ad confuſionem noſtram. Qui ex noſtra Iuſtitia confiſi i
mus ſaluari, vt oſtendat quoniam Iuſtitia noſtra deſurſum eſt
non in terra. Hipocrite enim vel opere dicunt. Iuſtitia de ter
ad celum ſuſpicit. Quia putant ſuam Iuſtitiam ſurſum tend
& dignam. quam deus agnoſcat. Et ita potius petunt veritat
de cęlo oriri: (.1. impleri promiſſum. q. d. Ecce fecimus h
que voluiſti: Iuſti ſumus: iam ad te noſtra Iuſtitia ſuſpicit: pet
premium. Non reſtat niſi vt veritatem facias. & oriri veritat
de cęlo ſinas vt accipiamus promiſſa tua. Et ſic tu verax
nobis. quia tibi Iuſti ſumus. Ecce ſic omnia peruertuntur. E
veritatem dej non ex pura gratia promittentis eſtimant, p
quam Iuſtificentur Sed ex merito ſue Iuſtitię precedente. e
requirunt. Sed nunc ſic eſt Quod prius eſt deum veracem eſſe
promiſſis. Et ex illa exhibita nos demum Iuſtos fieri. prius mi
miſericordiam & veritatem: Et ſic Iuſtificabimur. Non aute
eum preueniemus Iuſtificati. atque eius veritatem meritis expoſt
lemus, Sed ex eius veritate. Iuſtitiam conſequamur. Igitur Qui
Veritas de terra orta eſt. Hinc habemus. quod Iuſtitia dę cęl
proſpicit ſuper nos. Quia quod Chriſtus venit & natus eſt. pr
miſſio ſola fũit. & non meritum: Et per hoc ipſum iam Iuſtiſ

ıur, ſcilicet per aduentum eius. Et non ſic quod prius Iuſti ·imus & meriti: & per hoc deus verax ſit quia miſerit eum. ɔquin veritas de cęlo orietur. & Iuſtitia de terra ſuſpiciet. ·d eſt peruerſiſſimum Sed quur dicit. Orta eſt. & ibi ›ſpexit. Credo. quia aduentus Chriſti omnibus communis eſt. ı non ſuſceptio eius in omnibus. eſt. Ad omnes venit Sed non omnibus ſuſcipitur vt Iohan. 1. In propria venit & ſui eum ı receperunt. Ideo dicit, quo ad veritatem de terra ortus eſt. ia omnibus promiſſus, omnibus exhibitus. Sed non omnes in- Iuſtificati. Ideo Iuſtitia proſpicit de cęlo. Quod de cęlo ait: ı ex nobis eſſe ſignificat Iuſtitiam Chriſti. Quod autem pro- ·it ſignificat eam in cęlo manere & nos reſpicere. vt efficiamur eſtes. Ideo enim venit Chriſtus in terram. vt nos exaltaret in um. venit ad nos vbi ſumus. vt duceret ad ſe vbi eſt ipſe. ·d quod ad nos venit: promiſſio fęcit. ideo de terra oritur ·itas. Quia promiſſum fuit vt ad nos veniret. Et ſic expleta veritas Sed quod nos ad eum venimus, Iuſtitia facit eius: ·e eſt in cęlo. Et ſic per veritatem ipſe ad nos. per Iuſtitiam ſi ad eum Et inde mira mixtura. Qui ergo noluerunt eſſe in lo: non ſunt Iuſtificati. Quia non Iuſtitia de terra orta eſt. ·d manet in cęlo & proſpicit de cęlo. eligens & electis tantum ſe tribuens. [*Am Rande links:* .. proſpicit vt | ... ſi ſit qui | . ſuſcipiat | ... rat. Veritas | ... eſt exhibita in | ... ris. Sed ›n | ..... ficantur per | ... niſi qui ſuſce | ..... t & queſierint | . Ideo de cę | .....ſpicit Iuſtitia | .. quis veritatem ſu | ....iat ›latam vt | ... & ipſa Iuſti | ... ſuſcipiat eum | ... ſuſcipit ve | ... em Sic enim | ... itas venit | .. nos vt Iuſti | .... nos ad | itam veniamus]

Etenim D. Dabit benig: & terra noſtra dab. fru: ſuum putas ne pene fuerit oblitus dicere. Etenim dominus dabit ıercedem Et ſic terra ꝛc. Vt meruiſſe nos eſtimaremus aduentum ·lii ſũi? At nunc ait. dedit benignitatem. (.1. ipſum ſpiritum anctum. qui eſt bonitas ipſa patris Et meram largitatem ſue niſericordię. Et ita terra dedit fructum ſuum, Vocatur b. Virgo terra: quia de rore cęli tantum concepit, Et non iacto ɔer hominem ſemine. Sicut plũũia enim in vellus deſcendit &

ſicut ſtillicidia (.1. ſine opere humano. Et hoc dicit hic benignitatem. Ea eſt benignitas. vt ſalua virginitate conciperet hunc fructum vitę. poteſt & hic terra nihilominus accipi pro terra Iudęa in qua ex virgine natũs eſt Chriſtũs. Ipſa enim est noſtra ait propheta. quia patribus data

Blatt 166a: Iuſtitia ante eum ambulabit. & po: in viam greſſus ſuos. Hic obſcurus iterum verſus eſt. quem de Iohanne baptiſta intelligunt: poteſt autem & aliter accipi. ſicut Iſaie 58 Tũnc orietur Iũſtitia tũa ſicut lumen & preibit

Et Sap. 8. Et precedebat me ſapientia iſta ꝛc. [*Am Rande rechts:* Et ps. 88. miſericordia & veritas precedent faciem tuam. Sic enim & vulgo dicitur. Conſilium precedat te cuius ſenſus es. Quod nihil niſi conſultum facias. Et non prius facias & poſtea conſulas. Sic ſolius Chriſti eſt Quod Iuſtitia ante eũm ambulat. Omnes enim in Adam. poſt Iuſtitiam ambulant. & ante ſunt iniuſti quam ambulent: hoc eſt operentur. Ergo omnia opera eorum ſunt iniuſta eo quod Iniuſtitia preuenit & preoccupat omnes & preambulat. ita vt in omni greſſu ſuo .1. opere non niſi iniuſtitiam ſeqũantur Et ex operibus ſuis Iuſti eſſe nequeant. Sed tamen ſequitur eos Iuſtitia tandem & apprehendit eos. ſic Chriſtus ſecutus eſt populum ſynagoge & apprehendit eum. Non enim ipſum preceſſit vnquam inIuſtitia. Sed Iuſtitia. Qui Iuſtus fuit ante omne opus quod ageret. ſcilicet ab initio conceptionis. Nec ideo Iuſtus quia opera Iuſta fecit. Sed quia Iuſtus ideo opera Iuſta fęcit. Sic enim & omnes ſuos fęcit. primo Iuſtos & tandem operari Iuſte: Quod eſt contra eos qui ex operibus ſuis Iuſtifieri volunt quando ſũnt iniuſti: cum potius opera Iuſta fieri oporteat: quando ipſi primum Iuſti fuerint. Sic ergo Iuſtitia ante eum ambulat. quod habet preuentricem ſui Iuſtitiam [*Am Rande rechts:* Et illi ambu .... | ante Iuſtitiam .... | Conuerſant .... | Iuſti fiant. E . | faciunt Iuſti .... | antequam fiat I .... | Sed hic an .. | ſunt Iuſti q ... | ambulent]

Alio modo ſic. Ante eum (.1. in conſpectu eius.) q. d coram eo non ambulat niſi Iuſtitia. ſecundum illud ad Abraham Ambula coram me & eſto perfectus. Et illud. Et Iuſtus ante [illegible] Quia diligit Iuſtitiam dominus & odit iniquitatem

00. faciens iniquitatem non direxit in conſpectu oculorum
um. Et tota ſententia eſt. Quod apud eum Iuſtitia tantum-
placet. & nulli iniqui etiam ſi ſint amici & proximi. Iudęi
etiam cum Iniuſtitia ſua. adhuc volunt coram eo ambulare.
non poſſunt. Quia ſolum Iuſtitia ante eũm ambulat & ponit
a greſſus ſuos
Tercio pro membris ſuis. Quia Sicut ipſe Chriſtũs Iuſtitia
a. Iudęorum populum habet ante aduentum ſuum. Ita
um populum poſt aduentum. Et ideo illos poſtſequitur. hos
ambulat Iuſtitia Vnde in magno myſterio. illi dorſum. hii
m ad eum habent: Hoc eſt illi negligunt poſthabent. & con-
unt atque ignorant. ignorareque volunt Iuſtitiam Sed iſti
ſcunt & venerantur. & ante oculos habent & quam maxime
iti ſunt eam ſerũare. Sicut & ipſe Dominus ſollicitus
Iuſtitiam ante oculos habere. Vnde Moſes Exo 19. [*Wohl
t. 18, 4 oder 20, 8. Luther schrieb* Exo 29 *und besserte* 2 *in* 1,
umgekehrt.] precepit vt ante oculos haberent preceptum do-
iugiter
Sicut ergo Non valet dicere Ignis caleſcit quia calefacit Sed
caleſcit ſeu calidus eſt ideo calefacit. Et ita calor ante
m ambulat Et ponit in via (.1. operatione greſſus) Sic Iuſtitia
ambulat (.1. operatur prius quam ipſe.) Et ponit in via
ſus ſuos. Non enim habeo viſum quia video. Sed quia habeo
n ideo video. Vnde Nec Ariſtoteles ſic intelligendus eſt
d quis Iuſta operari poſſit, nondum Iuſtus. Sed non poteſt
ecto habitu. Oportet enim eſſe Iuſtum in voluntate Et ſic
pus procedere. Contra autem ſuperbi. qũi ex eo quod
antur volunt ſibi imputari Iuſtitiam. Et non prius Imputari
Iuſtitiam vt operentur. Et Hęc eſt Iuſtitia humana. que
operibus fit & imputatur. Sed illa eſt Iuſtitia Dej. Quę eſt
omne opus. Sicut peccatum originale eſt ante omne opus
rum malum. Sic fuiſſet Iuſtitia originalis ante omne opus
rum bonum. Cuius loco nobis nunc Iuſtitia Chriſti datur
e omne opus meritorium

Blatt 166b: Tropologiam autem ps. Credo ex ſepe dictis
ile apparere. Nam quecunque de Aduentu primo in carnem

dicuntur: ſimul de aduentu ſpirituali intelliguntur. Immo Ad
uentus in carnem ordinatur & fit. propter iſtum ſpiritualem: Ali
quin nihil profuiſſet Vnde Et iſta verba. Miſericordia & veri
non poſſunt de Chriſto dici niſi propter aduentum ſecundu
Quare iſte principaliter intenditur. Quid enim prodeſſet de
hominem fieri. Niſi idipſum credendo ſaluaremur. Quo
Chriſtus non dicitur Iuſtitia. pax miſericordia. ſalus noſtra
perſona ſua niſi effectiue. Sed fides Chriſti. qua Iuſtificam
pacificamur. per quam in nobis regnat

Vnde deuotiſſima Eſt oratio huius ps Vbi dicit. Conu
nos deus ꝛc. Et illa vrgentiſſima Nunquid inęternum irai
nobis? Quia vehementer timet anima damnari. cum ceperit
tire peccatum ſuum & deſiderare Iuſtitiam. Et ſine D
in hoc ſenſu Nunc. Eccleſia iſtum psalmum canit

Ps 85. [Hebr. LXXXVI.]

Ex inferno inferiori. Infernus in Scriptura primo pro
pulchro corporis accipitur Iob 17. Infernus domus mea e
in tenebris ſtraũi lectulum meum ꝛc Secundo pro ipſ
marum receptaculo. Et hoc vocatũr infernũs inferior.
ſicut in morte nature Corpus deſcendit de ſuperiori ſuo. in
infernũm. Ita & anima in ſuum infernum. Et Hoc in ip
ante aduentum Chriſtj moriebantur. Ideoque & Chriſtus
vtrunque deſcendit. ſcilicet ſecundum corpus & ſecundum
mam. Sed ſicut ſecundum corpus non eſt derelictus in ſepu
ita nec ſecundum animam in inferno vtrunque enim de in
ferno ſuſcitauit deus. Et Myſterium Conſydera. Quia
credo Quod Chriſtus fuerit in inferno damnatorum vllo
Iam Corpus eius fuit in ſepulchro. Et ſignificat omnes an
in limbo. Quia ſicut corpus Chriſtj non fuit corruptum
anime iſte non ſunt corrupte in damnationem. Sed ſpes &
mata virtutum in virtute dej ſuſtentauit illos donec ve
redemptor. Et fortaſſe. Sepulchrum Chriſti aliquo m
eſt figura. inferni animarum: quiſquis tandem & qualiſcu
Scilicet tenebroſus ſed tamen non repletus terra. Sed ſpacio

; anime defuncte, in tenebris erant. & forte etiam anima met Chriſti. Sed tamen in aere circunfuſo: non terra i. (.1. ſpiritu viuentes & non peccatis pregrauati

Ps. 86. [Hebr. LXXXVII.]

Blatt 167a: Fundamenta ꝛc de quibus & ps .17. Apparue- fontes aquarum & reuelata ſunt fundamenta orbis terrarum. unt Apoſtoli & prophetę. Ipſi enim duodecim fontes, capita, menta, porte. Vnde &
ortas eoſdem hic poſſemus intelligi: ſicut apoc. 12. portas in ciuitate noua Ieruſalem. Sed melius meo Iudicio: edrales ſeu Eccleſias parochias ꝛc intelligimus Quia in illis ar in Iudicio: ſicut olim in portis ſedebant templi principes & Iudices cauſas audituri. Et prophete in portis ſtabant ter prophetantes: quod nunc totum fit in confeſſionibus ndis, predicationibus ꝛc Quod poteſt ex ps. 9. doceri Qui as me de portis mortis: vt annunciem omnes laudationes in portis filie Zion. Sed conſtat Quod annunciatio fit in eſijs, parochijs, congregationibus fidelium, ergo ipſe ſunt Zion. Quia per illas ingreditur omnis ſaluandus. Inde & bet prelatus Eſt porta Zion Quia ipſe caput eſt portarum. vt 3. Tollite portas principes veſtras: (.1. prelati leuate Eccle- veſtras populos veſtros, vt ſint ſuſceptiũi Chriſti. preparate ad ingreſſum Chriſti Vel Iuxta heb. Tollite ſeu Leuate porte a veſtra (.1. O Eccleſię vel ſynagoge. leuentur prelati veſtri. ntroitum Chriſti. Sed Quia hoc noluerunt, facti ſunt porte is & vſque hodie permanent. Fuerunt autem tabernacula b. ipſe partiales ſynagogę. [*Am Rande rechts:* Vnde ſicut ... | citu ſunt m .... | caſtra, mu ... | tabernacula ... | multę ... | ge & mul ..... | vt Numeri 24 (*V. 5*) .... | pulchra. ..... | tua Iacob .... | Eccleſia vt ca.... | rum acies... | a multa | caſtra mu ... | portę, ſicut ... | dicit.] Sed nunc ſunt: immo porte mortis. de quibus ſe Exaltatum gaudet ulus fidelis & in portas filie Zion poſitum in portas Multo enim minus fuit eſſe tabernacula quam portas

mortis. Quia ideo tabernacula. quod nondum erat reuel
ſpiritus, Sed abſcondita omnia ſub figura agebantur. P
Hoc tamen non eſt negandum quin portę ſint ſacramenta, vir
tes. gratię. Scripturę. fides, veritas. Quia & Chriſtus ſe Oſ
vocat. Ita & omnis poteſtas eſt porta in Eccleſia. per q
ingreditur vel egreditur anima humana. Porte autem In
ſunt poteſtates ſeculi. Vnde Itali. Senatoria dicunt po
quaſi ſcilicet loca poteſtatis & Senatus.*)

Memor ero Raab ꝛc hũnc verſum ego iam dudum de It
& Roma intellexi. motus ex eo primum. Quod Apoſt. pe
Romam nominat babylonem in Epiſtola ſua Similiter & Miche
de Eccleſia dicit. Et venies vſque ad babylonem (.1. Ro
Quia Roma tunc domina mundi. fuit vera aduerſaria ſpirit
Ieruſalem Spiritualis (.1. Eccleſie.) Et nixa fuit eam deſtr
& delere, ſicut olim Babylon. corporaliter deſtruere nixa
corporalem Ieruſalem. Secundo moueor Quod Me
dicit ero Quia Ecce vbique Chriſtus oblitus videtur Eccleſi
per mundum: preterquam Romane cui dixit in petro. No
ficiat fides tua: Ideo licet. alias Eccleſias quidem reſpe
Sed non ita fuit memor ſicut huius. Tertio. Quod R
& poteſtas romana: tunc vere erat Raab (.1. Superbia vel
ba.) ſic enim in heb. habet Hiero: Cum eſſet ſola domi
miro modo ſuperbiret in gloria mundi. Quod ſi iſta non p
Sed pro omnibus gentibus placet accipi. age in nomine d
Non ſaltem repugnat ipſam particulariter intelligi Sicut
totus mundus babylon dicitur Et tota Eccleſia Ieruſalem
Quelibet pars mundi Babylon & quelibet pars Eccleſię I
ſalem dicitur. quanto autem magis iſta Eccleſia Romana. cap
pars Eccleſiarum omnium

Blatt 167b: [*Oben quer auf dem Rande herüber:* ..l p
Sic dici Quia verbum prophetę ſũper totum populum
Cuius vna pars negat. altera autem concedit. Et ita ſecun

---

*) Vgl. Luthers Erinnerungen aus seinem Sprachverkehre mit den
lienern. In Schnorr's von Carolsfeld Archiv Für Litteraturgeschichte R
S. 1—8. (Leipzig, 1874). Köstlin I. 810.

m tranſl ad incredulos dicit Nũnquid? q. d. ſecundum vos
rit ita. quia non credetis. Vt abacuk .1. Ecce opus ego
in diebus veſtris. quod nemo credet cum narrabitur. | . . ſe-
m heb: ad | . . . . . dulos. dicit Ad | . . . . . m dicet homo. |
redent hoc.] **Nũnqũid Zion dicet homo** ꝛc Obſcurus iſte
rſus nimis & varius in tranſl & expoſitione. Nullus enim
ltero conſonat.

yra Sic. Iohannes baptiſta. homo miſſus a deo dicet
.1. ad ſion. Vel Chriſtus dicet ad Zion Hoc ſcilicet quod
ur. Et homo natus eſt in ea & ipſe ꝛc. Quia & Iohannes
riſtus. vterque homo iſta predicauerunt. Si autem: dicetur:
m ſit vt in heb. eſt. Tunc ſic. Homo ſcilicet Chriſtus di-
ipſi Zion (.1. predicabitur ad Zion de homine. Et ſic eſt
s loqũendi Emphaticus .1. Quando pre excellentia rej vix
n vel verbum exprimitur. per antonomaſiam. Vt teu. *Ja
h wirdt man von eim menschen sagen:* Et ita Nũnquid ex-
pro Nonne. q. d vtique ſic. dicet ſcilicet vel dicetur. Et
eſt reproba hęc intelligentia. licet enim exiguum ſit: de ho-
eſſe predicandum: tamen quando hoc per prophetam tam
oſe predicitur eo ipſo iam excitatur auditor vt non vulgare
imare poſſit quod dicetur. Igitur breuiter ſenſus eſt.
Zion dicetur homo (.1. o audite rem nouam: que vobis noua
ira forte non videtur. quia Ecce homo predicabitur in Zion:
o inquam (pape.). talis. Qui natus eſt in ea & ipſe idem ꝛc.

b Aug. Sic. Mater Zion dicet homo: & homo natus
t (.1. Chriſtus homo dicet & appellabit Zion., O mater q. d
o dicet ad Zion. O Mater. Et hoc ideo quia idem ipſe:
no natus eſt in ea: & talis homo: qui ſit ipſe altiſſimus ꝛc Et
valde pulchra eſt expoſitio. Quia Synagoga eſt Mater Chriſti:
ſe dicit ej: Mater: per incarnationem & quia natus eſt in ea:
tamen ſine matre eſt. & fundator eius ſecundum diuinitatem.
d. Magnum Miraculum. Quod is qui fũndat Zion. dicat ei
ter. & naſcatur in ea. Et adhoc poteſt noſtra tranſla. ſic con-
are. Nunquid Zion ꝛc (.1. pre rei magnitudine incredibile vi-
ur. Et eſt negatio non ex parte rej. Sed credentis q. d nun-
d credam? q. d. Difficile vel nunquam: Quid? Quod ipſi Zion

dicet homo. (.1. quod Chriſtus ad eam loquatur & eam appella in humanitate apparens, cum ſit deus. Et nunquid. homo nat eſt in ea. & ipſe ſimul ſit altiſſimus. Sic verbum Nunq ſuper totum verſum fertur. ac ſi dicat. Sunt ne hec credibi Quod Altiſſimus fundator eius, ſit homo loquens ad Zion. & ma in ea homo?

Caſſiod. diuidit verſum & minus placet. Sic expon Mater Zion (.1. in nominatiuo.) in Sion Synagoga. dicet ho (.1. tantum hominem eſtimabit & appellabit Chriſtum. Sed Ec id quod ſequitur. Et homo natus eſt in ea ꝛc.

Burgenſis Sic: Nunquid Zion dicet homo? (.1. Nunq poterit ad Zion purus homo predicare hoc myſterium. Q homo natus eſt in ea ꝛc.) q. d Non. quia non crederetur ej. ſ ſpiritus ſanctus faciet hoc. vnde ſequitur. dominus narrab Scilicet: non homo. Quia erunt omnes docibiles dej H concordat Iohan. de turre cremata*) dicit. Nunquid Syn dicet homo. quod homo ſit natus ꝛc. q. d Vtique dicet. Q dominus Narrabit in Scrip ꝛc

Alii Vt Hugo Card.**) de b Virgine ſic. Nunquid Z (.1. beata Virgo.) dicet homo (.1. quod Chriſtus ſit purus h q. d. non. Sed quod ſit homo & deus. vt ſequitur Et natus eſt in ea

Inter omnes iſtas, melior ſecundum Noſtram tranſl Eſt Et ſecundum lxx. Auguſtinus Quia ſic forte in gręco Hab quod Mater. quod Zion datiui ſit caſus. Veruntamen Q b. Aug, textus habet Mater Zion dicet homo. Et in Comm habetur. Eſt homo qui dicitur Mater Zion. Et .infra: dic Mater ciuitati: Non poſſum ſcire an textus vel gloſa

Blatt 168a: corrupta. Si enim textus habet Mater Z dicet homo: manifeſtum eſt quod commentum corruptum eſt tato verbo actiuo. Dicet: in paſſiuum dicitur Si au

*) Johann von Turrecremata † 1486 in Rom. Expoſitio breuis et ſuper toto pſalterio. Moguntie 1474. Meyer I. 322 f. Erlang. XXXII

**) Hugo de S. Caro, Dominikaner und Cardinal, † um 1260. Er Concordantiae Bibliorum und Poſtillae in univerſa biblia ſecundum q plicem ſenſum. Meyer I. 94. Rosenmüller V. 193. 239—247.

us habuit. Dicetur. textus corruptus eſt. Et tunc alius iam ndum ipſum ſenſus oritur & talis, Scilicet.

Quod homo Chriſtus dicitur Mater Zion: quam tamen fun- it. & in qua ipſe natus eſt. Hoc autem mirabile illud inſignę Diiinę miſericordię. Quod is qui mater eſt filius matris eſt poſſunt verba b. patris ibidem tam pro iſto quam pro eo qui a poſitus eſt ſenſu accipi vtpatet intuenti

Vt Mater Zion ⟨dicet / dicetur⟩ homo ꝛc vtrobique Zion in iuo caſu. vt in b Aug patet. eſt. Iſti autem duo ſenſus ſic ſonant. Quod ſecundum primum. Chriſtus vocat eam matrem. ındum alterum. Ipſa Vocat illum matrem ſuam: Et ſic ipſe er eius ſecundum quod eſt ſapientia patris. Eſt eius filius ındum quod eſt homo natus in ea: Mater eius eſt ſecundum d fundauit eam: filius natus eſt eius ſecundum quod eſt in

Et ita ambobus [*so*] partibus ſequentibus eadem particula cedens poteſt aptari. verbum dicet & dicetur. diſtinguendo.

Sane Sapientia vtique mater eſt & pater. dicit. Audi diſciplinam patris tui. & ne dimittas legem matris tuę vt ouer. 1. Et Eſa 48. vbi & vterum ſuum allegat. Et Matt. 23. illinam ſe vocat.

Iam Stapulenſis Iuxta heb. Vbi ſic habetur. Ad Zion tem dicetur Vir. Et vir. Natus eſt in ea ꝛc. Dicit. de on dicetur. Quod homo & homo natus eſt in ea. Vel ſic ınquid de Zion dicetur, homo & homo natus eſt ꝛc? Et ſub ditur. Vtique dicetur. Immo dominus id Narrabit ꝛc. Dicit tem geminari homo & homo: ad ſignationem miraculi & ex- eſſionem Quod ſit plus quam vir naturalis. & purus ſuper viros minum.

poſſit autem & ſic intelligi. Ad Zion dicetur: Homo, (.1. rrabitur ei. Chriſtus homo.) Et (. ſupple narrabitur ej.) homo ſupple idem.) natus eſt in ea & ipſe ꝛc Q. d. Sion audiet homi- m ſibi predicari. [*Ausgestrichen:* Qui eſt] Et ille homo eſt tus in ea & ipſe fundauit. Sicut ſi diceres. Narrabitur tibi iloſophus Ariſtoteles vel Achilles ꝛc

Quod autem hic vir: ponitur vbi alij. Homo habent. facit

dictio Iſch: que ſignificat hominem ſeu virum non quemcunque. Sed capitalem, ducem, heroem. Vnde ſic adam de Chriſto prophetauit in tali nomine dicit Hęc vocabitur Iſcha quoniam de Iſch ſumpta (.1. Eccleſia Herois, duciſſa, virago, de viro. heroe. ducę Chriſto. Igitur Senſus meus Eſt ſecundum heb. Ad Zion. dicetur, Vir: (. hic ſit finis vnius ſententię totalis) .1. Nobilis Homo narrabitur ej. Et Vir natus eſt in ea (. hic alius ſenſus.) (.1. Et nobilis ille heros etiam natus eſt in ea ꝛc. Sed tamen quod Ad Zion & ipſi Zion mihi multum differre videntur. ſuſpicor latere aliquid aliud. Niſi forte b Hiero. Datiuum. per Accuſatiuum tranſtulerit

Omiſſis autem iſtis. etiam meum Iudicium iuxta noſtram tranſlationem ponam Volens propheta aduentum domini exprimere. hoc precogitaũit. Ecce iam multo tempore locutus eſt deus ad populum ſuum: vt deus, non humanatus. Sed nunquid etiam erit. vt loquatur homo. qui hucuſque ſemper locũtũs eſt deus? Appareat ergo homo & loquatur in humanitate. Qui ſemper loquitur in diũinitate Igitur. Nunquid Zion dicet homo (.1. in perſona propria humana dictionem & locutionem exhibebit ipſi Zion: qui ſemper dixit in perſona aliena. ſicut ait Iſaie 52. Ecce qui loquebar. aſſum. Denique [*Ausgestrichen:* Ad Zion non dicet in homine aut per hominem Sed homo exiſtens ipſe. Audietque Zion ipſum. iam non in homine aut per hominem. Sed hominem. Et ſic verbum dicet. Eſt abſolutum. prodictionem faciet. Si autem tranſitiuum eſt. aliter ordinetur. Vt homo dicet Zion ſcilicet quod ſequitur. Et homo natus eſt in ea

Blatt 168b: [*Oben den Rand herüber:* Quod autem homo in iſto verſu. ſolum & vtrobique Chriſtum ſignificat. nullus a me auferet. licet multi velint. Nam & b Aug pro Chriſto exponit vniuoce. Et Stap. & lyra. Alii autem non. quibus non concedo.]

Et homo natus eſt in ęa ſcilicet qui abęterno natus eſt deus in patrę in diuinitate. Iam etiam homo natus eſt. Sed Hoc minus placet. Quia Iſch. non hominem pure & abſolute ſignificat Sed preſtantem. Ideo refert hominem qui. dicet Zion: quod ipſe ſit. qui natus eſt in ea (.1. ipſe eſt qui vtrunque eſt: tam

tus in ea. quam fundauit eam altiſſimus. talis inquam homo cet ad Zion. Niſi heb. negligere proprietatem velis, vt homim communiter accipias. tamen bene dixeris. Qui natus eſt us, nunc etiam natus eſt homo. Vel Quod Natus eſt h. ſignificat ducem hominem eſſe & virum a natiuitate ꝛc

Iam quod ſequitur

Dominus Narrabit In Scripturis populorum. &c. prorſus ua ſententia eſt. nihil pendens ad precedentia. Et ſenſus eſt. iod tempore Chriſti: ceſſabit Moſes. loqui ſeruus, iam non era, non verbum ſerũi in timore. Sed verbum domini in ſpiritu libertate narrabitur vbique. etiam vbicunque ſcripturas fęcet populi Chriſti. Quia nunc per omnes Eccleſias etiam in riptis narrantur myſteria ſpiritus. & verbum amoris. pacis & iritus: Hoc autem verbum domini quod manet inęternum, Quia verbum domini & non ſerũi. [*Am Rande links:* hoc eſt vnum | ijs. que glorioſe | . . cta ſunt de ea | . . dominus loquitur | olim ſeruus | . . ſynagoga] Et ideo recte dicit. dominus amodo ipſe loquetur: ſicut ait Spiritus patris qui loquitur in bis Et hic verſus. vt ps. 84. verſus. 8. eſt prophetia de euanelio Chriſti. quos allegat Ro. 1. Apoſtolus dicens. Quod ante romiſerat per prophetas ſuos. Conſequens ergo eſt. uod iſta dictio Nunquid pro nonne accipi debet vt Iſaie .7. unquid parum vobis eſt moleſtos eſſe hominibus ꝛc .1. vtique rum vobis eſt: quia inſuper moleſti eſtis & deo meo: quod non letis. ſi non parum vobis illud eſſet. Vel referendum eſt d partem ſynagoge incredulę. Quę hoc negatura erat Quod eus homo loqueretur. Et ideo ſunt verba dej patris de filio o dicentis. Nunquid Zion dicet homo. ſcilicet filius meus homo cuturus eſt: Quia vos per hominem loqui deum ſolum ęſtiatis ꝛc.

Heb. Dominus Numeraũit Scribens populos Ipſe. atus eſt in ea Et ſic (.Et principum horum.) non eſt in heb: icit autem Reůchlin in verbo Saphur Quod iſtud verbum. mũerum, enarrationem, deſcriptionem. ſignificat. Et ideo meo enſu. concordat cum noſtra tranſla. ſic Quod iam non Seruus. ed dominus enumerabit & enarrabit & Docebit populos. Et Sic

Numeraũit Scribens (.1. Numerauit enarraũit. etiam Scribendo populos. Hoc eſt etiam in Scriptionibus.) Et vult dicere. In die illa. tam in vocibus quam Scriptis. docebuntur populi a domino. Ita Quod Spiritus literę. & narrabitur & ſcribetur. Ac ſic vtroque modo docebuntur homines a deo & domino. Nam vere ſic eſt Quod Spiritus Nũnc reuelatus in voces & literas.

Quare quod heb. dicit Dominus Numerauit Scribens populos. poteſt & ſic dici. dominus Numerauit & Scripſit populos (.1. Numerando & Scribendo eos docuit ſeu per narrationes in verbo & in ſcripto erudiuit Quod ſi ſecundum Reuch. Quod in

In Scripturis / Scribens } Dicitur Deſcriptiones & enarrationes ſignificat

Senſus erit.

Dominus { Narrabit in narrationibus populorum (.1. non eſtis vos qui loquimini Sed ſpiritus patris qui loquitur in vobis
Nũmeraũit Scribens populos (.1. etiam in Scriptionibus eorum non ipſi Sed ſpiritus patris Scribit x

Nam Narrationes & { dici / Scribi } poſſunt

Blatt 169a: Myſtice autem ps de qualibet anima intelligit. Item de b Virgine per totum. Sic fundamenta animę ſue in montibus ſanctis. (.1. dictis altiſſimis dej. Scripturis, doctrinis Euangelicis. Et diligit dominus portas Zion .e. templatricis cęleſtium, animę virtutes & dona. Nam quelibet virtus eſt velut caſtrum: habens in ſe ſuos actũs. velut habitatores. Et per illas ingreditur anima ad conſpectum Dej. Super omnia tabernacula Iacob (.1. ſuper actiuę vitę operationes. Nam Rachel ſuper ĵiam Diligit. Et Mariam prefert marthe. Iacob enim ſupplantator dicitur vitiorum quod fit in vita activa. Sed Zion iam in pace ſpeculatur triumphatis vicijs Gloriosa dicta ſunt de te Ciuitas Dej. Memor ero Raab & babylonis ſcientium me. Hęc eſt Caro prius ſuperba & confuſione plena. Nunc autem Scit dominum. Quoniam Ecce alienigene & Tyrus & populus ęthiopum (.1. membra peccati & ſenſus corporis. prius alieni a Iuſtitia & Tyrũs (.1. anguſtia) nũnc autem

latitudine ſpiritus. Et populus ęthiopum (.1. peccatorum mieria.) Hii fuerunt illic, ſcilicet per obedientiam in fidelis me poteſtate que eſt Zion

Nűnquid Zion Dicet homo, & homo natus eſt in ea ipſe fundauit eum altiſſimus Hoc eſt mirum. Quod iſtus fűndator talis animę: naſcitur ex ea: Quia qui facit ıntatem patris mej. ipſe mater mea. frater meus & ſoror mea

Mira res. vt ſit filia & mater eiuſdem eadem anima. Nűnd Zion dicet homo? Nonne hic Mater ſion dicit homo iſte?

Cętera patent. niſi illud. Nunquid Zion dicet homo? q. d ıue homo .1. Chriſtus natus ſpiritualiter ex Zion. dicet ej & ificabitur ej. in conſcientia bona. teſtimonium ſcilicet quod ſit ı Dej. opera enim bona animę teſtimonium dant In conſcientia. us autem bonum eſt Chriſtus. Igitur ipſe loquitur ej & de no cęlorum eſt ej teſtis fidelis. Sicut foris ad literam Chriſtus ıagoge teſtificabatur & dicebat atque erudiebat. poteſt etiam Intelligi Quod opus bonum dicit & erudit omnes alios viden- & teſtimonium perhibet. Quod natus ſit ibi homo Chriſtus ritualiter Dominus Narrabit in Scrip. populorum principum horum qui fuerunt in ea. populi ſunt iſti ſen- & membra vt dictum eſt. Scribunt autem in librum memorię. ibi dominus loqűitűr (.1. ſpiritualis ibi doctrina eſt in operi- ; bonis memoria fixis Vel quod ad Exemplum aliorum. Scribi it. geſta ſanctorum. Et principum horum (.1. virtutum theoicarum que ſunt fontes operum bonorum & capita. Sicut tantium omnium habitatio eſt in te Quia fructus ſpiri- gaudium. Iam Conuerte ps de Synagoga Sathane

Fundamenta eius in montibűs pollutis. odit domi- s clauſűras [*Ausgestrichen:* babylonis] Boſra. ſuper omnia auſtra Edom. Ignominioſa dicta ſunt de te ciuitas aboli. Obliűiſcar humilis & Ieruſalem ignorantium e. Ecce Iſrael & Ephraim [*Darüber:* neptalim] & populus ani. Hii fuerunt illic. Nunquid Edom dicet Mulier. Et Mulier ta eſt in ea: Et ipſa fundauit eam infima (.1. concupiſcentia.) rűűs narrabit in Scripturis populorum: & principum horum i fuerunt in ea. Sicut triſtantium omnium, habitatio eſt in et

ps 87. [Hebr. LXXXVIII.]

Blatt 169ᵇ: Ad Reſpondendum iſte ps factus Eſt. In qu verbo vocat nos Spiritus. ad intelligendum myſterium rej hui quam aſſidue agimus. ſcilicet Quod alternis cantamus & ora in Eccleſia Quid enim Eſt alterum alteri reſpondere? Niſi e dem cantum vel idem opus ad finem perfectum adiuuare impler Ita & Chriſti paſſiones ait apoſtolus impleam que deſunt in ca mea. [*Coloss. 1, 24.*] Hoc eſt compati ad conregnandum. co tolerare ad conregnandum

Quod autem hic dicit Eruditioni ſeu Intellectũi hem Significat Quod Eman intellectualiter ſit locutus. Et ideo q que reſponſio neceſſarium eſt vt ſit intellectus. Quare qui h pſalmum exponunt de alijs malis. ſcilicet populi Iſrael. com titulum faciunt

Nunquid mortuis facies, iſti tres verſus gradatim & ſcala ſeſe ſequuntur in argumentando & vrgendo. primo ſic decet me reſuſcites: quia non conuenit vt mortuis mirabilia fa Neque eſt alius qui ſuſcitare poſſit mortuos. vt vel ſic mort viuificatis mirabilia facias: Quia medici non ſuſcitabunt. ergo ſolus. Sed myſtice de aliis loquitur: qui per reſuſcitatio eius reſuſcitandi ſunt. Quos medici (.1. nulli Doctores hom viuificare poſſunt. nec aliter niſi per reſurrectionem ſuam tandi erant.

Quod ſi diceres. Si non ſuſcitabuntur. At vel mortuo ſepulchro faciet narrare miſericordiam ſuam. Contra hoc d Nunquid aliquis ꝛc Q. d Non vtique ideo ſuſcitandi ſunt e primum ego. per quem & illi. Quos tamen ſpiritual ſecundum Aug. ſimiliter intelligere oportet ſecundum anima ſepulchro & perditione in corpore mortui ſpiritualiter. Q tamen Chriſto ſurrexerunt & aliter non potuerunt. Ergo m pro nobis orat quam pro ſe.

Quod ſi vltra dicas. Si non narrabunt: ſufficit quod ag ſcant. Contra dicit Nunquid cognoſcentur ꝛc. q. d. Non. e ſuſcitandi ſunt per me. Cum ergo tales ſint. quod non narre nec cognoſcere poſſunt. mirabilia & veritatem dej. iam proba

primus verſus. Quod non facere eum deceat mortuis mira-
a. fruſtra enim ijs faceret Qui ſic mortui ſunt, vt nec cogno-
·e, nec narrare poſſint. Inſuper nec ſpes eis ſit reſuſcitari
Medicos. Ergo Si facis mirabilia, viuis facito. Sed omnes
·tui ſunt Ergo reſuſcita prius. Sed non poteſt fieri iſtud an-
uam ego. vt ſim primicie dormientium.

Iam Nunc aptiſſime vide verba compoſita. per ſingulos verſus.
mo Dicuntur 1 mortui. deinde 2 inreſuſcitabiles per medicos.
t. 3. in ſepulchro. Poſt 4 in perditione Tandem 5. in tenebris.
mo 6. in terra obliuionis: Et primo addit. Mirabilia 2° con-
buntur. 3° miſericordiam. 4° veritatem. .5. rurſum mirabilia.
Iuſtitiam Que valde turgida ſunt & ordine ſuo & pondere

ps 88. [Hebr. LXXXIX.]

Blatt 170a: pſalmus iſte facilis eſt. Niſi ab iſto verſu. Tu
ro repuliſti ꝛc Quod varie exponitur Quidam De Chriſto perſo-
liter vt in gloſa. Lyra De Dauid perſonaliter & regno eius
erali Tertio b. Aug & Caſſio. de Vaſtatione Iudęorum. Quarto
·teſt de perſecutione Eccleſie ſub martyribus intelligi. Quinto
ſuper de vaſtatione Eccleſie per Schandala malorum Chriſtianorum

Sed Beati Aug primum Videamus per ordinem Vbi
·iendum quod & ipſe Dominus pro Iudęis fleuit & orauit: quia
m eſſent populus & regnum eius a Dauid in illum hereditatum.
amen perditi ſunt. & ipſe ab eis repulſus & deſpectus eſt. Et
)c preuidens propheta deplorat Quia per hoc quod illum repu-
runt. ipſi potius perierunt. Vnde dicit

Tu Vero repulifti & deſpexiſti: diſtuliſti Chriſtum
ium (.1. repelli permiſiſti a proprio populo & deſpici & differri.
cut Iſaie .53. Et vidimus eum deſpectum ꝛc. Quia vſque Ho-
ie in illis Chriſtus repulſus eſt, & deſpectus & dilatus. quia
ifferunt eum ſuſcipere. Et Minor pars eum ſuſcepit. Quia in
ropria venit & ſui eum non receperunt. Hoc eſt quod omnes
·rophete & Apoſtoli deplorauerunt. Neceſſe quidem fuit Chriſtum
ſſe deſpectabilem vt ea que dicta ſunt de eo glorioſa. non ſe-
·undum carnem ſaperentur Vnde & iſte ps ex intentione per-

cutit Iudęos. vt de Chriſto non intelligant carnaliter glorioſa. cum audierint eum repellendum & deſpiciendum ꝛc

Auertiſti teſtamentum ſerui tui: prophanaſti in terra ſanctuarium eius Quia Iudęj auerſi ſunt. & cum eorum ſit teſtamentũm. legiſlatio. promiſſa Ro 9. Sed omnia hęc auerſa ab eis & ad gentes conuerſa atque tranſlata. Dicit autem Chriſto iſta fęciſſe. quia populo eius fęcit. Et vt clarius dicam dupliciter poteſt intelligi contigiſſe hęc Chriſto [*Am Rande rechts:* Sicut & precedente .. [*Ps. 86 = 87, V. 3.*] glorioſa Chriſto dicit con.. giſſe . que tamen populo . . . | donata ſunt vtpatet | Miſericordiam meam non . . . | pergam ab eo .1. | populo eius. (*V. 34.*) Sic | tu repuliſti eum . . . | populum eius ꝛc . . . | Iudeorum alios b . . . alios male | que enim illis in p . . | niciem hiis in ſ . | lutem venerunt . . . | fides facit differentia . | Ergo de vtroque debet | exponi ſimul. V. . . | Apoſtolus Ro 8 all . . . . | ps. 43. qui tamen d. Iudeorum malis | queritur ſicut Iſaias . . . | Cum tamen & ipſe p . . ſit intelligi de m . | lis fidelium m . . . | tem illorum. Quantum e. dictis] primo Quia ipſe talis ab illis factus eſt ſcilicet repulſus deſpectus dilatus auerſus. prophanatus ꝛc Ipſi enim eius teſtamentum & ſanctuarium contempſerunt Secundo Quia ipſi repulſi .deſpecti . dilati . auerſi prophanati. Et hoc quia primitus illum ſic habuerunt & fęcerunt. Et ita prophanaſti in terra ſanct. (.1. templum in Ieruſalem quod erat eius ſicut & populus

Deſtruxiſti omnes ſepes eius. Vt Iſaię .5. Auferam ſepem eius & diruam maceriam (.1. cuſtodiam ſynagogę.) quia tradita eſt in conculcationem omnibus vtpatet.

Poſuiſti firmamentum eius formidinem (.1. pro ſecuritate formidinem. & pro munitione pauorem. Vel melius poſuiſti muros eius in ſtuporem & pauorem omnibus ſpectantibus. ſicut in dirutione magnorum & munitorum edificiorum. horror eſt intuerj. Ita Intueri Iudeorum potentes & maiores. qui olim ſublimiſſimi fuerunt. horror eſt. quod ita ſunt diruti & diſſipati ergo in formidinem (.1. in exemplum timoris & ſpectaculum terribile. & ſtupendum ſignum

Diripuerunt eum omnes tranſeuntes viam (.1. omnes homines mũndi & gentes ſicut Iſaie. x. Erit in conculcationem vt

tum platearum. **factus eſt opropbrium vicinis ſuis** (.1. quod cini eum exprobrent. ſcilicet gentes per circuitum eius. Vel uod in illis exprobretur Apoſtolis & diſcipulis Chriſti. Eſt enim s quodammodo ignominia eorum perfidia. Cum diceretur. Ecce os colitis illum quęm ſui proprii occiderunt & non ſuſcipiunt

Exaltaſti dexteram deprimentium eum. (.1. Romanorum aliarum gentium.) **Lętificaſti omnes inimicos eius. Auerſti** ꝛc nota ſunt

Deſtruxiſti eum ab emundatione (.1. ceſſare feciſti eius piationes & mundicias legales. vnde heb. **Quieſcere feciſti undiciam eius**

Blatt 170b: Tu autem Nota Quod Sicut cum Chriſto in ırne egerunt, ita & illis futurum erat. Quia ſicut Chriſtum cundum hominem. polluerunt, deſtruxerunt & occiderunt. in eo ſa [*so*] iam figurabatur Quod & totum corpus ſynagoge. ſecunım carnem polluendum, deſtruendum & occidendum fuit. vt ſcicet ſuſcitaretur rurſum In ſpirituale corpus Eccleſię. Sicut & hriſtus ſuſcitatus eſt in corpus immortale. Ideo ait Apoſtoli o] [*Röm. 11, 11? Luc. 2, 34.*]. Non ſunt deſtructi ſic vt peri-nt. Sed vt ſurgerent. Quia polluit eorum ſacra. non vt nulla aberent. Sed vt meliora haberent. Sed Noluerunt iſta meliora. leoque nec illa habent impolluta Et hac ratione fit. Quod rophetę ſub vno textu vtrunque prophetant ſcilicet corporis hriſti deſtructionem & ſynagoge ſimiliter. Sicut enim Chriſtus e vita iſta & tranſitoria per mortem iuit ad aliam. Sic voluit. t lex & Synagoga. de vita litere tranſitorię & viſibilis. tranſiret ı ſpiritum Inuiſibilem & Eccleſiam ęternam. per occiſionem & ıortem litere & vmbrarum & figurarum. Vnde vt iſta gloioſa venirent in ſpiritu. neceſſe fuit Chriſtum & ſynagogam detrui ſecundum carnem. Et ſic de vtroque ſimul loquitur. Sicut Iſai. 1. A planta pedis non eſt ꝛc ſcilicet in corpore Chriſti. & ynagoge Quia deſtructi. Et relinquetur filia Zion ꝛc quod dicitur de ijs qui noluerunt mutari. Sed potius exprobrauerunt commutationem iſtam Chriſti vt hic dicit, Quę commutatio Eſt ipſa leſtructio in Chriſto & ſynagoga. Immo non eſt deſtructio. Sed rere commutatio in melius.

Et ſedem eius in terra collifiſti. Sedem eius in cęlo preparauit que eſt in Eccleſia. Sed in terra ſedem .1. ſynagogam collifit. Sicut & corpora ſanctorum collidit. **Sed animas** eorum per hoc preparat Ita Eccleſiam non preparauit ſibi ſedem. nisi prius ſynagogam. ſedem in terra collideret Et ſic eſt totus ps. V: dixi. Vox populi fidelis de ſynagoga & de regno Dauid & Chriſti deplorantis deſtructionem ſynagogę. & ſuarum tribulationum Nam vtrunque diſcipuli Chriſti paſſi ſunt. ſcilicet perſecutionem a proprijs fratribus. & ſynagoge finitionem

Minoraſti dies temporis eius (.quia finitum eſt regnum Daũid & Chriſti ſecundum ſynagoge ritum.) **Et perfudiſti eos confuſione.** vtpatet experientia in reſiduis Iſrael

Vſque quo Domine Auertis in finem? .1. auerſionem iram facis vniuerſalem in finem .1. finiendo totum populum. & nihil ex eo relinquendo. Et hoc tam diu.

Memorare que mea ſubſtantia. Hic petit pro populo ne omnino conſumatur per iram dej Et inſtituit orationem ex multa mouere deum. Secundo infra petit. pro ſe. contra Iudęos inexorigibiles. Vel ſaltem vt in bonum puniantur dicens. Memor es

habent. cum illi diuites eſſe & temporalia tantum habere ve
ex lege promiſſa]

autem gentes. qui [*so*] non ſecundum carnem ſunt Iſr
Sed tantum a dextris & ſpiritualis populus tantum. plures au
in gentibus quam in Iſrael cęciderunt ab Eccleſia.
ſic Eccleſia Chriſti habet latus ſecundum quod eſt in carne:
Dextera eius eſt ſpiritus eius. ſic enim. latera aquilonis ci
regis magni [*Ps. 47=48, V. 3.*]: Cum corde enim eſt in cę
ſpiritum habet in dexteris Chriſti Cum carne eſt in mundo.
Hęc eſt latus eius ſeu ſiniſtrum. Sic ſenſus eſt. propter Sini
Eccleſię multi ſchandaliſantur & cadunt. ab ea. cum vid
paupertatem & abiectionem eius in mundo. Quia Beatus
non fuerit Schandaliſatus in me. Et Hoc inde venit. quia ti
nocturno timent. amant enim contraria eorum que in latere
ſunt. ideo ſchandaliſantur inte & cadunt. Quid enim eſt cad
niſi ſchandaliſari Sic enim Chriſtus lapis offenſionis & pe
Scandali eſt. Sed multo magis Schandaliſantur a dex
tuis. (.1. propter tua ſpiritualia bona) Quare? quia Inuiſib
ſunt & non poſſunt intelligere ſtultitia enim eſt illis. [*Am Ra
rechts:* quia proſperà In..... | ſunt ſpiritualia | Sed aduerſa...
ſunt corporalia] forte multi reperiantur Qui non cad

*) Die Seitenzahl ist weggeschnitten oder, da Luther bis an den Ra
hinausschrieb, nicht vorhanden.

er tuam paupertatem & hũmilitatem: quia hęc multis com-
ı ſunt. Sed quod vtrunque ſimul Iungis omnia ſiniſtra
in mundo. malis & crucibus addicta es & peripſima homi-
Et tamen nihil pro ijs recipis. niſi nudam ſpem eorum que
ncomprehenſibilia. Ideo Ecce cadunt Quare? qui non ſunt
veritatis circundati ſic tu. [*so*] Ad te autem non appropin-
t. Igitũr a latere (.1. propter latus tuum) Et a dextris
.1. propter tua ſpiritualia.) gloſandum eſt: ſic A templo tuo
ropter templum tuum ꝛc Sic Apoſt Galat. 6. dicit quoſdam
ſe in carne placere vt perſecutionem Chriſti non patiantur.
: Si qui cadunt. propter humilitatem Eccleſię in carne quam
t decies magis cadent. propter glorias eius quas non vident.
ıunquid tu ideo efficieris infirma? Non Sed roboraberis in
Quia licet illi nolint credere & te ſtultam putent in
ıua

Veruntamen oculis tuis conſyderabis: & retributionem
ıtorum videbis per hoc ergo cognoſces tua Inuiſibilia eſſe
& fidem rectam. Quod incredulos videbis puniri per orbem
et in Iudęis. Et per hoc confirmaberis.
Sed nunc tempus eſt Vt primum aliquos vel audiamus Vel
ırdemus ſi forte poſſimus Et B. Aug iſta 4^{or} ſatis pulchre
ıit dicens. Quod peccatum ſit quandoque ex ignorantia.
ı nullo ad tale peccatum cogente, ſed facit tantum quia
at quantum malum faciat. Et Hoc eſt timor nocturnus.
Quandoque ſit ex ſcientia. & hoc etiam nullo impellente
entante perſecutore. Et Hoc eſt ſagitta volans in die.
Tercio ſit peccatum ex ignorantia Sed per impulſionem &
cutionem cogentem. Vt ſunt caſus perplexitatis ſcilicet ſi
ır ſe putet homicidij ream ſi non fornicetur cum eo qui
tur virum ſuum occidere. Illa ignorat quod nec fornican-
nec homicidium faciendum eſt. Et ſic ex ignorantia forni-
: vrgente caſu illo malo. Et hoc eſt negocium per am-
ıs ꝛc Quarto. ſit peccatum per certam ſcientiam ex
llente perſecutione. Vt negare Chriſtum in tormentis aut
cognitum malum facere. Et hoc eſt demo: merid. ꝛc
ſic cadunt etiam iſti quandoque. qui futuri erat [*so*] ſedere

cum perfectis ſuper ſedes duodecim. quod paucis promiſſum eſt ſcilicet qui omnia reliquerint. Tales ergo etiam cadent in illis. Et per mille ſunt ſignificati Sed plures ſunt de imperfectis. Qui inter nūmerum eorum futurj

Blatt (178b): erant. qui a dextris Iudicis ſtare dicuntur in Iudicio. Et tamen perſecutione cogente a tali ſpe cadunt. Et per decem milia ſignificantur Quia plures ſunt a dextris quam Iudices futuri plures imperfecti quam perfecti ꝛc

Iam B Bern. iſta 4or ſic diſtinguit. Timor nocturnus ſit puſillanimitas ad Viam dei inchoandam propter aduerſitates [*Darüber:* tentationes] imminentes. Sagitta volans in die. Vana gloria de incepta vel adepta ſanctitate. Sed cui fides obumbrat & veritas ſcutum eſt non formidat tentationes, nec querit gloriam ſuam victis tentationibus. Sed magis in humilitate proficit.

Negocium perambulans in tenebris. Cupiditas eſt ſeu auaritia. Et iſte tres patent in tentatione Chriſti per ordinem ſecundum Mattheum. Quia primūm Gulam. 2um. Vanam gloriam 3um. diuitias mundi & regna oſtendit. Demonium meridie Singularitas ſub ſpecie boni magnūm malum inferens. pulchra ſunt iſta valde.

Sed vt dictum eſt proprie timor nocturnus eſt: quo timetur temporalis comoditas amitti & acquiri incomoditas. ſicut Iudei fecerunt. Et ſic aliquo modo cum Bern: conſonat Quia viam Chriſti nullus incipit, Qui non omnia contemnit. Deinde Sagitta volans in die. dixi quod ſit. Doctrina eorum ſecundum literam tantum excluſo ſpiritu: quo modo Iudęi totam legem corrumpentes expoſuerunt, quia ſecundum ea que dilexerunt habere & timuerunt amittere. etiam Scripturas aptauerunt. vt per auctoritatem & efficaciam Scrip. abundarent in illis

Tercio. Veritatem ſeſe erigentem contra illam eorum vanitatem: condemnauerunt & contradixerunt hic iam mendacium eſt peſtis tenebroſa per ambulans late in illis. Quarto veritatem damnatam ſed non ſuppreſſam vt ſperauerunt, ſaltem mordent in eſtu meridiano. blaſphemantes & maledicentes. Sic Amor timorem. Timor vanitatem Vanitas mendacium, mendacium morſus blaſphemię introduxit Et qui amauerunt temporalia tan-

vanitatem propter illa dilexerunt (. vt ait propheta.) Vana antur & populus meus dilexit talia (*Ps. 11 = 12, V. 3. 5, 31.*). Dilecta vanitate etiam mendacium. dilexerunt r illius dilectionem Et nouiſſime quoque blaſphemias dint propter amorem mendacii Sic omnia ex amore nocturno Iſaie. 59. peccare & mentiri contra dominum ꝛc t Vide an non in perſona Chriſti hęc quoque fecerint. Tiocturnus erat. quando dixerunt Ne forte veniant Romani. propter Chriſtum qui veritas eſt timuerunt temporalia re. Sagitta volans erat in die. Quando Caiphas dixit. it vt vnus homo moriatur pro populo. Ecce quomodo ſua pro ſe docet carnem & literam. Tercio tandem negauerunt & condemnauerunt. vt ſua ſententia ſtaret Et endax fieret. Quid enim eſt veritatem nihil fieri, niſi men- n fieri? quod illi voluerunt. Quarto Quia reſurrexit veritas. ce abhinc Morſus meridiani demonij cepit quem vltra occi- & negare & condemnare non poterant. Saltem lacerant ıemijs maledictionibus. Ita fit omni Veritati quę impur ab impietate & ijs qui querunt que ſua ſunt Debet autem totus ps comparatiue legi ſeu relatiue ad geionem malorum cui contraria contingunt Exempla. Sit ꝯoga reproba. dicit ad reliquias electionis. Non timebis ꝛc illi timebunt. Non accedet ad te ſicut ad illos. Et hoc verſu. 7. Cadent ꝛc Ad te autem ꝛc. Sic & in alijs. Tint illi. Tu autem non timebis. Vnde Neceſſe eſt vt dixi ıum tunc impletum eſſe in primitiua Eccleſia. Quia iſta tunc fuiſſe dicit Sed non acceſſiſſe

Blatt 179 *fehlt als Seitenzahl. Dafür tritt ein:*)

Blatt 180*: Et quia verſus. 5. 6. 7. 8. ſatis expoſiti ſunt ad ım. de Iudęis Eodem modo facile eſt omnibus aptare: qui mitantur. vt hereticis, obſtinatis, atque ſuperbis ſpiritualiter n manuducamus illos Exemplo qui non poſſunt forte per ɔs. Et Exemplum ſint Arriani Qui nudj veritatis ſcuto: ipſis ſcutum facti maxime. quia ſub pennis & Scapulis huius ine (.1. Epiſcopis & Magiſtris.) noluerunt protegi. Ideo Ecce ım ſũũm ceperunt amare. & vanam gloriam. Cui cum reſi-

ſteretur ab Alexandro & Athanaſio. mox timor natus eſt nos-
nus: quo vinci timebant. & amittere quod amabant. Et
literas per terras volantes miſerunt. Et ſua dogmata diſperſe-
vbique. Et hęc ſagitta volabat in die (.1. erat ſapientia in
comprehenſibilis Et omnibus qui carnaliter ſapiebant. in
manifeſto eſſe. & vera apparebat. Et volabat. quia cito &
citer profęcit. Veritas autem incomprehenſibilis erat. Quia
comprehendi Sed comprehendere debet Nec protegi ſcut
circundari. Sed eſſe ſcutum & circundare. Et ita quia car-
intellectum. qui appetit videre volantia in die dogmata, id
eſt in die non eſt in manifeſto. Sed abſcondit ipſa nos in
Quare in ipſa ſchandaliſati ſunt ſapientes in oculis ſuis Et
non comprehenderunt eam: damnauerunt eam & negauer-
proſcripſerunt. Ac ſic mendacium ortum eſt. peſtis occi-
lues animarum. Si enim tantum Sagittam volantem hab-
nondum veritatem condemnaſſent. nondum peſtilentia ma-
perijſſent. Sed vltimo cum veritas damnata & proſcrip-
eis, tandem in Concilio Niceno reſurrexiſſet (Sic enim
veritati & Iuſtitię & Iuſto contingit. vt deſeratur
ad deſperationem deſcenſum ad inferos & mortem
non videt corruptionem nec derelinquitur in in-
Sicut enim Chriſto contigit in perſona. qui eſt obi-
fons, origo & Sol Iuſtitię: veritatis & ſalutis. ita
radijs, riuis, ſpeciebus ab eo pendentibus & fluen-
Simul ſol cum radijs oritur & occidit ꝛc.) cum ill
victi non haberent quid contra agerent. Iam morſu ama-
conſumpti ſunt maledicentes. blaſphemantes. Inuidentes
gnantes & Zelantes in ira quod non preualuerint. Ad
plum iſtorum cęteros Iudica. Et hinc diſce quàm
ſub prelatis manere & obedire illorum preceptis & inſtrũ
nis. Quia tunc Scuto circundat nos veritas. Et quia
ſuis mandauit de nobis. Et ita non offendunt pedes no-
lapidem (.1. Schandalum & offendiculum erroris vel peccat
autem portant in manibus (.1. adminiſtrationibus & bonis
bus & Exemplis. Quare Nunc in Eccleſia omnia ſunt m
bilia. Quia religio contra religionem laborant [*so*] iſtis 4

: noctis Sagitta diej peſte tenebrarum & morſu meridiej.
putant enim pro Zelo ſe obſequium & claram velut meri-
Iuſtitiam Deo preſtare. quod Inuicem mordent amariſſimo
Et ſimul ſeſe vaſtat [*so*] & inſidiantur ſibi. vt Vere ſit
s vaſtantis vel inſidiantis meridię (.1. vel feruida ira Vel
ime Iuſtitię ſpecie. Quod venit Inde Quia doctrinas &
ıta hominum iactant. Sagittas in die volantes ꝛc.
lodem modo de quolibet Qui ſua querit. Et reſiſtit per
ıiam & indignationem veritati & bene monenti. fides autem
quia humilitatem docet & ſub pennis ſperare. mitem eſſe
dientem iſta facile vitat Tunc ſequutum eſt
aſus a latere millium & decem milium a dextris
eſie Hoc eſt Quia Eccleſia ſtulta eſt coram hominibus &
ea que in oculis hominum nullam prorſus ſpem habent.
fuit articulus trinitatis Et ſic in illius ſtultitia offendunt &
ıt. Nam & Arriani Catholicos indoctos
Blatt 180b: & illiteratos appellabant Et ſic quia in latere
ı eo quo ad homines apparet Eccleſia.) ſemper habet occa-
n ſchandali ſuperbis & ſapientibus ſibi. Iſti lapſi ſunt. Et
) magis ab eo quod Inuiſibilia & incomprehenſibilia ea di-
. Et non foris oſtendere potuit. que credebat. Quia enim
ıre & monſtrare non potuit (erant enim intus & a dextris
ſiniſtrum ferri non poſſunt Sed tantum ad illa per fidem
re oportet.) credere noluerunt. tanquam ſtulta ſaperet. Sicut
Iudęi in Chriſti infirmitate ſecundum carnem ſchandaliſati
ſimiliter & perſecutores gentiles. Ita heretici in ſtultitia
ſti ſecundum carnem apparente offenſi ſunt. Chriſtum
. purum hominem, & ita infirm̃um. Et inſipientem &
em malignum reputabant Iudęi Et hec omnia (licet prius
)peribus aliter ſentire potuerant ſi voluiſſent) per mortem
ırmati [*so*] ſunt. Ita iſta tria in Eccleſia quoque fieri opor-
primum ſub martyribus Infirma fuit viſa perſecutoribus.
ex miraculis eius aliter poterant credere Sed quia videbant
di & mori illos & ſeſe preualere. ideo confirmata eſt apud
ſententia iſta. Sed probata iam firmitate & virtute Ec-
ę per totum mundum.

Secundo Inſipiens ab hereticis Iudicata eſt diu nimis Et quia preualuerunt. ideo confirmati ſunt in ſenſu ſuo Et ita ſunt in ea ſchandaliſati. licet ex prȩcedentibus ſcire poterant. Sapientiam eius infinitam

Tercio reſtat vt cum iniquis deputetur & cum ſceleratis reputetur ſicut & Chriſtus caput eius. hoc ab illis futurum. Qui concedent ipſam Eccleſiam eſſe inuictam virtute. & ſapere rectiſſimam fidem. Sed tamen non habere bonitatem & opera fidej. Et ita Ea opera quȩ in Eccleſia fiunt. tanquam mala reprobabunt. Et hanc perſecutionem niſi fallor Bohemi noſtri auſpicantur. Qui omnem Eccleſiam Romanam condemnauerunt Et quicquid in eius obedientia fit ab vllis. peccatum. arbitrentur. Nec minus illud & Maometus facit. Sed Audiamus Quȩ conſolatio Eccleſiȩ detur. Veruntamen oculis tuis ꝛc Q. d Videbis tandem quod omnes iſti deficient & peribunt. ex quo intelliges, quod non ex deo fuerint Sed a diabolo ꝛc

Vnde ps ſeq. Nimis profunde facte ſunt cogitationes tuȩ. Vir inſipiens non cognoſcet & ſtultus non intelliget. Quia ex eo quod ſunt abſcondita intus omnia glorioſa Eccleſie. ideo cadunt a latere eius Mille & decem milia a dextris. Sane Quod non tantum abſcondita & profunda ſint. Sed etiam nimis profunda (. quia ſub contrarijs apparent latere. ideo ex eo plus cadunt. Quod ſapientiam confitetur & tamen non niſi inſipiens apparet Sicut Apud homines. minus oditur ille. qui tantummodo miſer eſt & pauper. Sed quando talis ſeſe incipit diuitem etiam & felicem dicere. ac potius eos qui diuites & fȩlices ſunt. miſeros & pauperes eſſe. Hic iam non tantum contemnitur Sed fatuus & velut auferendus ęſtimatur Cum nimis contrarium appareat eorum: que dicit de ſe. Ita Cum Eccleſia. Infirma & ſtulta ſit in oculis hominum ſibi ſapientiam [*so*] multi eam deteſtati ſunt Iudȩi & heretici: & gentes, tanquam nihil. Sed maxime tunc deteſtati & abominati: quando hanc ſuam inſipientiam eſſe ſummam ſapientiam iactaret. & gloriaretur: Quod Sapientia eius ſit non in ſapientia humana. Sed in fide & captiuitate intellectus

hichic ceciderunt millia decem. vbi prius cecidiſſent vix mille Quia non habebunt [*so*] Scutum veritatis Et nimis profunde

ſunt cogitationes Chriſti in illa Ita & Nunc ormiter fit in Capitoſis & oſtentioſis monachis & ſacerdoti- Quia contemptores tunc magis furiunt quando contemptum apti pro gloria ducunt ꝛc Vnde decem milia hic antum extenſiue Sed & intenſiue poteſt capi: q. d. ſi tunc multo magis in iſto cadent.

ps. 91. ꝛc [Hebr. XCII.]

latt 181a: Licet autem de operibus creationis poſſit ex- Aptius tamen exponitur de noua creatione. quę eſt Eccle- Chriſto. Eph. 2. Ipſius enim factura ſumus. creati in operi- onis. ꝛc Et Galat. 6. In Chriſto enim Iheſu neque circun- liquid valet neque preputium Sed noua creatura Et Iacob. 1. aus initium aliquod creaturę eius. Apoc. 21. Ecce noua omnia Et quod hec ſit intentio psalmi. patet ex hoc

Primo. Quia miſericordiam & veritatem dicit opera iſta ue nuncianda & laudanda ſunt Sed miſericordia & veritas le noua creatura

ecundo Quia Dicit quod Inſipiens ipſa non cognoſcet. Quod e ſit. Quia opera & factura Chriſti Eccleſia non apparet d eſſe foris. Sed omnis ſtructura eius eſt intus coram deo bilis. Et ita non oculis carnalibus. Sed ſpiritualibus in ectu & fide cognoſcũntur. Inſipientes autem eam conte- t. Quia ſapiunt tantummodo ſpecioſa foris. vt ſequitur. Cum i fuerint q. d factura tua non apparet ita & floret: ſicut olunt florere Et ideo Schandaliſantur & offenduntur in illa. Tercio. quia infra exponit d. Iuſtus vt palma florebit. Iſta ſunt opera in quibus ſeſe dicit delectari ꝛc

Non eſt putandum quod hic propheta loquatur de conſilijs dicijs dei profundis quę predeſtinationis & reprobationis di- ar Quoniam talia nec ſapiens nec inſipiens cognoſcit Ro xi. titudo ꝛc. Sed hic ſolum inſipientes a cognitione remouet. ſunt ea conſilia quibus Eccleſiam ſaluat atque gubernat. uibus Ierem. (*23, V. 20.*) In nouiſſimis intelligetis con- n eius. Vnde non mirum quod inſipientes non cognoſcant.

Quia Velata ſunt iſta conſilia & opera: que in illis deus facit omnino contrarijs ſpeciebus. Aliter enim apparet foris. quam agitur intus Ideo a latere eius cadunt mille. Ecce enim. In ſpiritibus & interiori homine deus operatur gloriam, ſalutem. diuitias, decorem, virtutem ineſtimabilem. Sed tamen foris nihil horum apparet. immo contraria omnia apparent. deſerit enim in ignominia, infirmitate diuitiarum penuria. contemptu. ſordibus. immo vſque ad mortem. hęc autem cum viderint inſipientes qui vlterius videre non poſſunt, nonne. cogitationes dej non intelligunt & non cognoſcunt? Quia fide tantum quę ex ſpiritu venit intelliguntur. Sic ergo Sancti quando recipiunt intus iſta magnifica dei munera: foris contraria recipiunt. Et ita ſchandaliſantur Impii & increduli Et Quare & quomodo iſti ſint inſipientes ſequitur. Cum exorti fuerunt [*so*] peccatores ſicut fęnum. Ideo enim ſunt inſipientes & ideo non intelligunt Quia volunt & placet eis florere ſicut fęnum. Quare recte dixit Cum exorti fuerint .i. (.1. tunc vtique erunt inſipientes & non intelligent hec opera tua Inuiſibilia. Quando florent & germinant (.1. eligunt florere & germinare. Impoſſibile eſt enim ſimul ſapere que ſurſum ſunt & que ſuper terram. Deſinat ergo florere, marceſcat. odiat carnem & mundum Quod ſi fęcerit mutabimus & verſum Et dicemus Vir ſapiens cognoſcet & prudens intelliget. Cum marcuerit & aruerit iam Iuſtificatus. & deciderit omnis qui operatur ęquitatem. Iniquitas certe eſt prima omnium. Carnem preferre ſpiritũi. Et operari in vanitate huius vitę: dimiſſa ſoliditate ęternę vitę. Qui edificant viſibilia Et dimittunt ſpiritualia. Vt intereant in ſęculum ſęculi. Quare? quia nolunt interire in hac vita ſalubriter. Sed tantum viuere ſani ſecundum carnem. florere in fęlicitate Sed Iuſti intereunt & areſcunt in hoc ſęculo. vt viuant in ſęculum ſęculi

Blatt 181b: Quam bene igitur dicit profundę. quia abſconditę ſunt. immo ſi ſub gloria carnis ſimul daret deus gloriam ſpiritus. ſi ſub diuicijs carnis diuitias ſpiritus. & ſub gratia & honore carnis daret ſimul gratiam & honorem ſpiritus. Adhuc recte profundę dicerentur. Nunc autem quia dat ſub contrarijs. Et Diſcordat ſignum a ſignato: ideo non tantum profundę Sed

ıis profundę facte ſunt. Quis enim cognoſceret. Quod qui
ıiliantur, affliguntur, abijciuntur, occiduntur viſibiliter: maxi-
ſimul intus exaltentur, conſolentur, ſuſcipiantur, viuificentur,
ſpiritu per fidem doceretur? Et quis putaret. Quod qui
ltantur, honorantur, fortificantur, viuificantur viſibiliter adeo
ere intus deijciuntur, contemnuntur, infirmantur & occidun-
? niſi ſapientia Spiritus doceret? Sic enim placuit deo per
titiam crucis ſaluare credentes Et per ſapientiam ſalutis
ınare incredulos: eo quod per ſapientiam talem in dei ſapi-
ia non cog nouerunt deum poterant enim ex tali ſapientia.
ire in dei ſapientiam Et ſic deum cognoſcere. Quia Sicut
ıa ſunt que caro ſibi ſapit. ita & multo meliora ſunt que
ritus ſibi ſapit. quorum illa velut figuram & ſignatum debu-
ınt agnoſcere. quod quia noluerunt, coguntur iam ſub oppoſito
ˈum. in dei ſapientia deum agnoſcere. Vnde Nota.

Quod ſicut ſub carne abſcondita fuit benedicta diuinitas (.1.
ıientia, lux, virtus, gloria veritas, bonitas, ſalus, vita & omne
ıum. cum tamen in carne apparuerit. omne malum vt confuſio,
ırs, crux, infirmitas, languor, tenebre & vilitas. Sic enim aliud
diſſimillimum apparuit foris. oculis, auribus, tactui immo
ınibus viribus totius hominis: ei quod intus latuit. Ita vſque
ıdo ſemper. Quicunque in viribus ſuis nititur ſchandaliſatur.
ı vt ei ſapientia videatur quod eſt ſtultitia: tenebre quod eſt
:. & econtra. malum quod eſt bonum vt Iſaie. 5. dicit. ponentes
ːem tenebras & tenebras lucem: ponentes bonum malum &
ılum bonum dicentes amarum dulce & dulce amarum. Quare?
ıia Sapientes (.inquit.) eſtis in oculis veſtris

Et Ideo niſi quis ſemper humilis ſit. ſemper ſibi-
ſi ſuſpectus ſit. Semper timeat ſenſum ſuum, Iudi-
um ſuum, appetitum & voluntatem ſuam. non poterit
u ſtare non ſchandaliſatus Quia obuiabit ej veritas,
x & Bonitas ſtatim ſub peregrina ſpecie & contraria.
t tunc damnabit eam infelix: ſicut Iudęi in Chriſtum im-
gerunt: Quia ſapientiam in abſcondito non cognouerunt. Quare
ılite Iudicare Ne cito reprobes quod audis vel vides. Quia
ɪte in te defectus eſt. quod non recte videas: quod tibi non

rectum apparet. O Inſipientia noſtra, quam ſepe hic offendimus & in multis. Hinc enim omnes Hęretici offenderunt Quia ſui ſenſus amatores facti: non potuit aliter fieri: quin mox falſum appareret eis. quod verum eſt. Et verum quod falſum. Quia ſi veritas abſconditur ſub aliena ſpecie ijs qui inſipientes ſunt. Sed Sapientibus (.1. humilibus & mitibus manet in propria ſpecie.

Et Nota quod non angelos apprehendit Sed carnem noſtram. propter ſacramentum illud idem ſcilicet Quia Spiritus erat ſaluandus inęternum. Sed Nullus potuit abſcondi niſi [*mit ausgestrichenem* j *und nochmals:*] is qui carne indutus eſt .1. homines.) vt ſic ſub abſconſo carnis ſalus ei fieret. Sed Spiritus ſeparatus non ſic poteſt abſcondi: ideo tale ſacramentum ibi non habet locum. Quia Si ſpiritum aſſumeret. alium ſubeſſe oporteret: in quo abſconderentur bona: quorum contraria paterent in exteriori. vt in homine fieri potuit & factum eſt

Sic etiam omnibus ſuperbis contingit. & pertinacibus, ſuperſtitioſis. rebellibus & Inobedientibus. atque vt timeo. & obſeruantibus noſtris. Qui ſub ſpecie regularis vitę incurrunt inobedientiam & rebellionem

Blatt 182a: Palma ſemper floret. Cedrus ſemper fructificat Multis proprietatibus pollent Sed hic ſolum florem & fructus allegat. Cedrus enim quedam non floret Et hęc ſemper fructificat vt nouus occupat [*so*] antecedentem Quę autem flet non fructificat Et inde cędrus in bono & malo ſumitur Igitur Chriſtus Eſt cędrus non florens flore mundi: ideo ſemper fructificat Et prolificat fideles populos ex ſemetipſo. [*Am Rande links:* Vt poſteriores occupent priores.] Sed ſynagoga flore mundi florebat & poluit [*so*] ideo ſterilis remanſit cędrus. Tu Quilibet fidelis Eſt Cedrus. fructus ſunt opera eius. Quia Arbor bona fructus bonos facit. dummodo non floreat in mundo. Sed Qui florent. ſunt arduę cedri Sed non fructificant. vt ibi dicit. Et apparuerint omnes qui operantur iniquitatem. Ergo in Cedro perennitas fructus. excluditur mundus. qui non fructificat. Sed per palmę florem excluditur flos mundi. qui talis non eſt perpetuus. Recte ergo due iſtę arbores aſſumpte ſunt in parabola. ad probandum Quod ſancti florent & fructificant

inętternum. & quod Eccleſia Chriſti nunquam deficiet. Sed ſemper florebit & fructificabit. Non ſic Impii non ſic

Quid ſit Pſalterium & Cithara myſtice. ſepe dictum eſt: Quia pſalterium Eſt actiua vita. operum fidei & charitatis & miſericordie: que deſurſum ex virtute dęi facimus Sed Cithara Vita paſſiua. paſſionum & exercitiorum patientię. quę ab infra patimur ex infirmitate noſtra. Et hęc cum Cantico (: Quia cum gaudio ſuſtinenda ſunt mala Et illa in Decacordio. Quia ſecundum regulas preceptorum facienda ſunt

Iuſtus vt palma, peccatores vt fęnũm florent. Quare? Quia palma perpetuę tam in ęſtate quam hieme floret. fęnum autem nec per totam ęſtatem: per hiemem autem nullum eſt. Ita Iuſti in hac vita ſemper florent in ſpiritu. tam in aduerſitate quam proſperitate. Et poſt hoc inętternum Quia ſpiritus eſt vita ęterna. Impii autem tantummodo in proſperitate Sed nec per totum. Mors enim & aduerſitas tollit eum. quia vitam habet tantummodo carnis

Et Quod dictum eſt veritatem per noctem. Nox hic & mane pro eodem poſſunt capi: ſicut & miſericordia & veritas idem ſunt & per idem annunciare nunciantur. Eſt enim Chriſtus & verbum Chriſti miſericordia & veritas. Sed ideo diſtinguit. Quia Veritas proprię intellectum reſpicit. Sed hunc oportet noctem fieri & captiuari. vt non ſua luce offendat in veritatem. Cum enim veritas ſit lux intelligibilis. Lux autem ſpargitur non per lucem. Sed per tenebras. Et Sic Quia ſimul non ſtant in intellectu lux & lux: ideo noctem ibi oportet eſſe. Et hinc Quilibet Chriſtianus & tota Eccleſia nox dicitur. vt Nox Nocti indicat ſcientiam.

Myſtice autem ſignificat vt ſimus humiles in ſenſu noſtro. & omnino ſtulti & cęci nobis fiamus Quoniam ſi cęci eſſetis peccatum non haberetis: Sic nobis nox ſumus. deo autem dies. Et hoc facit miſericordia illud autem veritas. Quia pura gratia eſt quod illuminamur ſpiritu. Et veritas eſt. Quod ſumus cęci. Quomodo enim poſſemus illuminari, niſi ceci fieremus? Et quomodo cęci fieri niſi illuminaremur? ideo Miſericordia prior veniat mane Et ſic veritas fiet in nocte. preueniat nos vt ſciamus quid ſit ipſe Et

ſic ſapiemus quid ſimus nos. poteſt etiam per Noctem intelligi (.1. per totum mundum.) Quia ipſi ſunt nox & omnibus quidem predicatur veritatis lux. Et omnes ſunt nox. Sed non omnes illuminantur nec omnes ſiunt mane. Ergo miſericordia ipſis qui illuminantur Veritas autem omnibus [*Ausgestrichen:* ſcilicet nocti & m] Sed veritas tantum ſine miſericordia: nocti. Qui non recipiunt Chriſtum quem audiunt, ideo miſericordia carent

ps. 92. [Hebr. XCIII.]

Blatt 182b: Eleuauerunt flumina domine ꝛc. Iſtos tres ver-ſus aliqui etiam in bonum. aliqui in malum alij mixtim in bonum & malum exponunt In Bonum Sic. flumina . Apoſtoli eleua: Eleuauerunt fluctus ſuos. (.1. doctrina potentes & efficaces. q. d tanto fortius predicauerunt quanto magis prohibebantur. A vocibus aquarum multarum.) .1. qui prohibebantur & affligebantur a perſecutoribus multis. ideo eleuauerunt eo magis fluctus ſuos

Mirabiles Elationis [*so*] maris (.1. mirabilis ſuſpendit per fidem in cordibus hominum per mundum Et hoc inde ver. Quia.) Mirabilis in altis dominus (.1. fortis & potens cooperando in ſpiritualibus Apoſtolis. ſublimibus. celeſtibus viris atq; ipſis cęlis.) Niſi enim ipſe operaretur & cooperaretur. Nunquam iſte mirabiles elationes maris fieri potuiſſent? Sed Mirabilis miracula in eis faciens. & mirabiliter in illis operans & per illos

Ter autem ponit Eleuauerunt flumina. contra tres generales perſecutiones. Prima contra Tyrannos Et hic nec vox nec fluctus memoratur. Quia fidem nondum. adeo [*so*] explicitam predicauerunt Secunda contra hereticos. Et hic vocem ſuam addit Quia multa per hereticorum occaſionem ſunt in lucem deducta clarius. que ſub martyribus relicta fuerant occulta. Tertia contra Chriſtianos malos Vel antichriſtum. hic fluctus & gurgites inundantes cum copia & plenitudine exaltabuntur in tempore illo

puto autem hunc eſſe veriorem intellectum horum verſuum & primum. ſaltem huius Mirabiles elationes maris. mirabilis in altis dominus. Quia mare effertur per ſuperbiam. procellas irę &

indignationis contra Chriſtum & ſanctos. heb. ſecundum Burgenſem ſic habet. plusquam voces aquarum multarum & quam mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dominus Et eſt nouus verſus & diſtincta ſententia a precedentibus. Talis ſcilicet. Quod Chriſtus eſt mirabilis in altis plus quam voces aquarum multarum & plusquam elationes maris. In quibus duas perſecutiones exprimit ſecundum eum Hęreticorum per voces aquarum. Et tyrannorum per elationes maris. poteſt autem dici Quod per voces aquarum. Iudeorum perſecutio qui in multis locis Chriſtum perſecuti ſunt vtpatet in actibus. Et per Elationes maris. perſecutio gentium per totum mundum qui eſt mare

Secundum noſtram tranſlat. Mirabilis in altis dominus poteſt intelligi ſicut illud ps. 67. Mirabilis deus in ſanctis ſuis Et 64. Sanctum eſt templum tuum mirabile in ęquitate Et ps. 4. Scitote quoniam mirificauit dominus ſanctum ſuum. Hoc eſt Quod eum tradit in omnes paſſiones & mortes & tribulationes. Et tamen ſimul ſaluat. Et quando maxime deſerit tunc maxime ſuſcipit Et cum damnat maxime ſaluat Sic enim mirabile (ſecundum Iſaiam.) 28. fęcit conſilium ſuum. dum opus eius alienum eſt ab eo vt faciat opus ſuum. Hoc enim ps. preced. dixit. Quod vir inſipiens non cognoſcet hęc. Quia ſunt profundę cogitationes eius nimis. in quibus ſcandaliſantur. Et idem ps ſeq. habebit cum dicit. Beatus homo quem tu erudieris domine. Vt ſcilicet mitiges ei a diebus malis (.1. vt doceas eum ſcire. quoniam in diebus malis & tribulationis mitis es ei Et non repellis in hoc hereditatem ſicut illi putant qui intereunt in ſęculum ſęculi: quibus interim foditur fouea Et ſic ſecundum multitudinem dolorum conſolationes. Et ps. 49. Inuoca me in Die tribulationis. & exaudiam te ꝛc. Quare & hoc ps. cum dixiſſet. magnas eſſe perſecutiones ſanctorum. Miratur quod deus per illas magis ſaluat per ſtultitiam crucis & Schandaliſantur in illo plurimi Vides igitur vbique paſſiones & crucem Chriſti depingi. Ita vt Bene cum b. paulo poſſimus dicere. nos nihil ſcire niſi

Blatt 183a: Iheſum Chriſtum & hunc crucifixum. Et .1. pet.

1. dicit Quod Spiritus Chriſti in prophetis prenunciauit eas quę in Chriſto ſunt paſſiones & poſteriores glorias ꝛc Vnde quia ps .4. meminimus Et ſupra non ſatis intelligentes eum expoſuimus Et multi extra crucem Chriſti eum querentes. laborioſe eum expoſuerunt. Dicit Itaque. Cum Inuocarem. Hoc ipſo verbo Iam crucem & paſſionem Chriſti ſeſe ferre confitetur Quippe cum non Inuocet, qui non indiget. Et non Indiget. niſi qui tribulatione ſe eſſe cognoſcit [*so*] ſiue iſta ſit tribulatio ſolum afflictionis & penę. vt in Chriſto & perfectis. Siue ſit tribulatio conſcientię in peccatis & in compunctione laborantis. vnde ps. 59. Inuoca me in die tribulationis. Ergo extra diem tribulationis non habes neceſſe inuocare Et ps 80. In die tribulationis Inuocaſti me & exaudiui te ꝛc Et ps 114 Tribulationem & dolorem inueni & nomen domini Inuocaũi. Cum ergo ſemper ſit Inuocandus deus. ergo ſemper in tribulatione eſſendum eſt. Et ſi non Inuenerit nos tribulatio, nos eam Inuenire debemus ſcilicet in conſcientia & compunctione. vt infra dicit Et in cubilibus veſtris compungimini. Et hinc apoc. 3. arguit Angelum laodicie Quod dixerit. diues ſum & locuples & nullius egeo. Et neſciret. quod miſer eſſet & miſerabilis & pauper & cęcus & nudus. Quare bene dominus dicit. Beati qui lugent et ps Beati qui faciunt Iuſtitiam & Iudicium omni tempore. neque ſcilicet in proſperitate Iudicium nec in aduerſitate Iuſtitiam omittentes. Quo concluditur. Quod vbicunque in Scrip. Exauditio. liberatio. ſalus ponitur. mox ibi ante eſſe crucem & paſſionem intelligitur. Cum Inuocarem (.1. cum in tribulatione eſſem ſcilicet perſecutionis vel compunctionis ſic enim ps. 90. cum ipſo ſum in tribulatione. Et ſic Inuocarem.) Exaudiuit me deus Iuſtitię meę. In hoc verbo exprimit, in quali cruce & paſſione fuerit ſcilicet in conſcientie compunctione qua ſe peccatorem doluerat & luxerat. Quia deus Iuſtitię ſuę exaudiuit eum. dando ej Iuſtitiam: cum vacuum ſeſe cerneret & quereretur Iuſtitia. Quod quoniam ſuperbi non faciunt, ideo clamant ad dominum nec exaudiuit eos. immo neque vere clamant aut Inuocant. Sed confiteri oportet. Vnde ps. 31. Quoniam tacui. Inueterauerunt omnia oſſa mea dum clamarem tota die. Hoc quidem faciunt qui cla-

mant ad dominum & non in tribulatione & compunctione. Sic enim loquitur hic in perſona ſynagoge carnalis. que ſibi Iuſta videbatur & multum ad dominum clamauit Et tamen ſimul peius tacuit ſuam tribulationem. in qua oſſa eius (.1. interiora & ſpiritualia tabeſcebant & Inueterauerunt: licet foris in carne floreret & pingueſceret. Et ita Incraſſatus impugnatus & dilatatus recalcitrauit. Non ergo Inuocant dominum niſi qui tribulati ſunt corde. talibus enim iuxta eſt dominus. prouer. 1. Tunc Inuocabunt me & non exaudiam: ſequitur. eo quod exoſam habuerint diſciplinam. (.1. Iudicium & tribulationem compunctionis. In qua ſemper eſſe oportet omnes qui ſunt Chriſti ps. 108. Compunctum corde mortificare. Ideo recte dixit de illis. dum clamarem tota die. Sed Iſaias dicit Nocte deſyderaui te anima mea (.1. afflictione interna qua lucem tuam queſiũi. Non in die quam habere videbar. Et ps. 76. In die tribulationis meę exquiſiui deum. manibus meis nocte contrà eum & non ſum deceptus. Ergo qui non in nocte querit Sed in die. niſi ſit in die tribulationis. vtique ſiet deceptus. Et interim Inueterabunt oſſa eius, dum ſibi nimis Iuuenis & floridus videbatur. Hęc enim ſuperbia conſumit & tabificat omnia interiora

Blatt 183b: Nunc quomodo ſit exauditus. vt intelligas. quia non niſi tribulatus Inũocauit. Exaudiuit me inquit. hoc eſt. In tribulatione dilataſti mihi. Dilatatus ſum ideo me exauditum ſentio. Quia Iuſtitiam dediſti latiſſimam. Ergo extra tribulationem quicunque ,fuerit. nec exauditur nec dilatatur. Sed potius artatur eo quod ſibi ipſi factus eſt dilatator Incraſſatus enim & dilatatus recalcitrauit. Quę cum ita ſint. Quam bonum eſt ſemper in tribulatione eſſe ſemper lugere atque iterum ſemper Inuocare & dicere. Miſerere mej & exaudi orationem meam. Quia ſemper miſer. ſemper in tribulatione ego ſum. Ergo O filii hominum vſque quo graũi corde. vt quid diligitis vanitatem ꝛc Vanitas enim fuit & eſt. literam occidentem amare. Mendacium autem querere. Eſt ipſam ſtatuere contra ſpiritum viuificantem qui eſt veritas. Quia non in tribulatione eſſe Sed in Iucunditate voluerunt & volunt: que tamen vana eſt. Et ideo pro hac exponere verba legis. eſt mendacium querere

quomodo ſtatuant ipſum vt Iſaie. 64. Vel vt heb. filii viri. vſquequo. inclyti mei. ignominioſe diligitis ꝛc. Hoc eſt Vos eſſe debetis inclyta plebs mea. pre omnibus gentibus Ro .9. quorum patres. legiſlatio, promiſſa ꝛc Vos enim electus populus meus dilectus Iſrael & inclytus. Sed ignominioſę diligitis Veſtra est ignominia pro gloria. qua eſſe inclyti poſſetis. Si eſtis inclyti. Nolite ignominioſi fieri Si eſtis filii Abrahe. opera Abrahe facite. Sed queretis. quomodo fiemus?

Scitote quoniam mirificauit dominus Sanctum ſuum. Mirabilis enim in ſancto ſuo eſt. quod eum in tribulationes tradit & ſic coronat. Hoc enim & Apoſtoli mirati ſunt. ita vt dominus ad eos diceret. Nonne oportuit Chriſtum pati & ita intrare in gloriam ſuam? Et Hoc per omnes prophetas expoſuit ſicut & in omnibus prophetis idipſum patet. Quia ad hoc aperuit illis ſenſum vt ſic intelligerent Scripturas. Crux enim Chriſti vbique in Scripturis occurrit. hinc deniqne cum illis predicaret paſſionem ſuam & reſurrectionem nihil intelligebant verbum & erat abſconditum ab eis. Quia ſperabant eum ſecundum carnem regnaturum extra omnem tribulationem. Ideo cruce enim viſa & morte percepta. omnes defecerunt & deſperauerunt. Quia ſpiritum nondum ſapiebant Et neſciebant quoniam mirificauit dominus ſanctum ſuum. Quod eum etiam ſub paſſione ſaluaret Et ſic Iudęi Scandaliſati cęciderunt. Scitote ergo quoniam ita mirificauit dominus ſanctum ſuum. vt cum etiam Nihil preter clamorem habuero exaudiet me. Etenim

Dominus Exaudiet me cum clamauero ad eum. Nemo autem clamat niſi qui in maxima anguſtia eſt. Ergo hic clamat ille narratur validus: cum quo lachrymas offerens in die carnis ſuę exauditus eſt pro Reuerentia ſua. Senſus ergo eſt [*Am Rand links:* . . amant & non | . . audit ps .21. | . . . mat & exau | . . .] Cum videritis me eſſe abiectiſſimum: tunc ero acceptiſſimus: Et cum vos ſecundum ſtultitiam ſenſus veſtri. putabitis maledictum a deo: tunc ero maxime benedictus. Et hoc inde veniet. Quia mirificauit me dominus ſanctum ſuum. vt cum vos non putetis placere deo eum qui in pęnis eſt. Et eum maxime deo placere: qui in bonis eſt contrarium fiet & erit mirabile in oculis veſtris

Quoniam a domino factum eſt iſtud. vt quem vos reprobatis & reprobum deo exiſtimatis. fiat in caput anguli & gloriam plebis ſuę Iſrael Sic fit cum omnibus ſanctis. Quod mirabiles ſunt per deum in hoc ſcilicet Quia exaudiuntur tunc maxime quando clamant (.1. quando ſunt in maxima neceſſitate. Et maxime derelicti. maxime ſuſcipiuntur. Ideo & vos iſta ſequimini

Blatt 184a: Iraſcimini & nolite peccare, quę dicitis in cordibus veſtris ꝛc. (.1. Inũenite vobis tribulationem: querite anguſtiam vt clamantes exaudiri mereamini. Nolite ſuaũitatem vite huius querere que eſt vanitas. Sed iram ſuper vos & afflictionem amaram conſcientie ſuſcipite. & ita compungimini in cubilibus veſtris (.1. conſcientijs & ſecretis cordis veſtri Vnde in heb. Hęc dictio Iraſcimini. etiam conturbamini, contriſtamini, commouemini ſignificat Quia vult dicere. Beati eritis ſi lugetis. ſi crucem geſtetis. ſi diſpliceatis vobis in amaritudine animę veſtrę: tunc enim & ipſi mirificati eritis. & cum Chriſto crucifixi ac ſimul etiam exauditi. Heb autem ſic. Iraſcimini & nolite peccare: loquimini in cordibus veſtris, ſuper cubilia veſtra & tacete (.1. arguite vos intus Et tacete a bonis huius vite vt ps .38. Et ſilũi a bonis. Sed non a Iuſtis. Immo vt Iuſtus fierem tacui a bonis. Sacrificate ꝛc vt ſupra circa ps dictum eſt.

Multi dicunt quis oſtendit nobis bona? hec dictio: Quis. ad Chriſtum refertur q. d. Nunquid tu nobis oſtendes bona? Vel modoquid iſte nobis bona oſtendet? ac ſi dicerent. Non vtique. Quia patitur & moritur ipſe cum omnibus ſuis. Non ergo eum ſuſcipiemus. in quo non niſi mala videmus. Si enim eſſet deus aut deo gratus nunquid tanta mala ſuſtineret? Sed o filii hominum hoc eſt quod ait. Scitote quoniam mirificauit Dominus ꝛc Oſtendit vobis bona Sed non niſi per mala. Mirabilis enim eſt Quod dum mala oſtendit. maxime bona oſtendit. Vos autem inſipientes eſtis & non intelligitis. ideo dicitis. Nunquid iſte oſtendit nobis Bona? Moſes potius oſtendit nobis bona. poteſt intelligi quoque vt ſit inquiſitio oſtenſoris boni q. d. Multi querunt, vt Inueniant qui eis oſtendat bona: querunt Magiſtrum prurientem auribus Et Ducem ſibi conſtituunt vt reuertantur in ęgyptum. Ergo Eſt ne vllus qui doceat nos literam? Sic Iſaie 30.

Qui dicunt videntibus Nolite videre. Et aſpicientibus nolite aſpicere ea nobis que recta ſunt. Loquimini nobis placentia oſtendite nobis bona) auferte a me viam, declinate a me ſemitam ceſſet a facie noſtra Sanctus Iſrael. Quia non dicunt ſuperciter. Quis oſtendit bona. Sed nobis bona (.1. que nobis bona placentia & Iucunda ſunt. Sed nec ſic dicunt. Quis oſtendit nobis bona domini? Sicut ps 26. Credo videre bona domini in terra viuentium. Et quare Quia iam ſibi Iuſti videntur Non enim dicunt. Quis oſtendit nobis Iuſta aut recta? Quia ſua Iuſtitiam ſtatuunt & Iuſtitiam ſe tenere arbitrantur. tantum bona & velut premia querunt Iuſtitię Sed o domine Signatum eſt ſuper nos Lumen vultus tui. Non querimus nos ſapientes iſti quia eruditi & illuminati ſumus ate. Nec bona Sed potius mala querimus. Non fugimus ad bona vt euademus [so] mala Sed ſuſcipimus mala vt clamemus & tu nos exaudias. vt miſereris nos. dum nobis bona oſtendis. quando mala oſtendis. cętera ſufficient ſatis

Blatt 184b: [*Oben den Rand herüber und links ein Stück unter:* Sed breuiter ſententia psalmi eſt & intentio eadem ps .11. Quia videns propheta iniquos abundare & inualeſcere corruptionibus doctrine optat vt Chriſtus veniat & vlciſcatur redarguat eos, Et libere atque fidenter increpet Scribas & pharaeos. Qui ſuperbe egerunt Et omnino ſpiritum & ſpiritum populum ſeduxerunt Ergo Zelo accenſus clamat Saluum me domine quoniam diminutę ſunt veritates a filiis hominum vlciſcere in illos iniquos qui opprimunt iniquis doctrinis [illegible] lum meum]

ps. 93. [Hebr. XCIV.]

Deus Vltionum ꝛc Iſte ps contra eos loquitur. Qui [illegible] ſtum nec deum, nec vltorem putabant Iudęi ſcilicet. In [illegible] ſtultitiam venerant ex carnali legis intelligentia. Quia cum [illegible] promiſſa non niſi carnaliter intelligerent. atque ea ſententia [illegible] ſita. mox ſequitur. Quod eos qui proſpere agunt ſecundum [illegible] nem: deo gratiſſimos Iudicent, & qui infęliciter agunt ſecundum carnem. deo odibiles: nullo reſpectu ad ſpiritum habito. Quia

odum & tres iſti viri. qui cum Iob. contendunt per totum
ım. Volentes Quod Iob ex merito & ira dej percuſſuſeſſet
poraliter ac non ex miſericordia & [*Ausgestrichen:* paciencia]
ɔatione. Igitur Cum Iudęi Chriſtum & Chriſtianos tri-
ri cernerent. velut ex auctoritate legis. concludebant eos deo
ıiles. ſeſe autem gratos. Quia Maledictus a deo qui pendet
igno. Igitur contra iſtam Inſaniam eorum ps nititur oſten-
ɔ contrarium Quod qui tribulantur ſunt grati. & qui Iucun-
tur ſunt odibiles. Et dominus quem illi non credunt vindi-
ıt illos, qui tribulant ſanctos & ſeipſos exaltant. dicit ergo.
Deus vltionum dominus (.1. dominus Iheſus eſt deus
ɔnum, ſicut deu. 32. Mea eſt vltio .1. ad me pertinet & ad
ım alium. ergo ſum deus ſolus. Nolite ergo dicere. Non
ɔbit dominus, nec intelliget deus Iacob. Deus vltio-
n libere egit. alias fidenter Bis ponit vltionũm. Quia du-
ɛ eſt vltio ſcilicet in anima & corpore. hic & in futuro. ſicut
em. dicit duplici contritione contere eos domine [*Cap. 17, 18.*].
Quando autem vindicat in carnem vt ſaluet ſpi-
ım: propitius eſt. Qui autem propitiam vltionem non vult.
ɛebit ſeueram ſcilicet in ſpiritum & in carnem. Qũid ergo
libere ęgit? .1. ſine acceptione perſonarum, & neminem veritus
homo enim pre amore, odio, ſpe, aũt timore modo agit li-
ɛe. Sed eſt captus. Vel libere (.1. per electionem predeſtina-
nis. non per ſucceſſionem generis aut cuiuſuis pacti Sed qui-
ıque crediderit ſaluus erit.) Sed heb. ſic. Vlciſcere. Et ita eſt
ɔtio deuotiſſima. ſicut & ps .xi. qui per omnia pene hũic eſt
ilis in ſententia. Quia & ibidem dicitur. fiducialiter agam in
Et quod ibi dicitur. Saluum me fac. hoc dicit hic.
ciſcere. [*Am Rande links:* Vlciſci Et ſic Sal] Et quod ibi. Quo-
ım defecit ſanctus & diminute ſunt veritates a filiis hominum.
c dicit hic. populum tuum humiliauerunt ꝛc Neque enim ſal-
re populum fidelem aliter poteſt quam vt vlciſcens deprimat
s, qui populum ſedũcũnt & perdunt. deprimit autem eos vel
nigniter vel ſeueriter. Ideo ſequitur. Exaltare qui
ıdicas terram: redde retributionem ſuperbis: Quia illi
ɔaltati ſunt & impediunt veritatem & Iuſtitiam ipſi non introeunt

in regnum cęlorum & introeuntes prohibent ac per hoc Chriſtus humiliatur Quare petit vt exaltetur. Sic enim contra Hęreticos quoque & omnes Impios Chriſtianos maxime maiores orandum eſt. vt dominus vltionum exaltetur. Quoniam ſimilia faciũnt in Eccleſia. quę illi in ſynagoga. Ideo & ps loquitur generalibus verbis. vt omnibus poſſint aptari. Sed & dęmones Hic quoque intelligere poſſumus Quos Chriſtus expolians traduxit in ſemetipſo cum fiducia ſecundum Apoſt. Et Moraliter Eſt oratio deuoti ſpiritus. contra motus Impios carnis ſũę: que humiliat & occidit ea que ſũnt ſpiritus, ſanctum populum cogitationum bonarum vt facile poteſt applicari. Igitur exaltetur dominus vltionum. Et Dicat. propter miſeriam inopum & gemitum pauperum. (tales enim ſunt omnes populi mej: qui ab iniquis & ſuperbis humiliantur & vexantur.) nunc exurgam dicit dominus ponam in ſalutari fidũcialiter agam in eo. Sed quomodo vlciſcetur? quibus armis vtetur? Sequitur Eloquia domini eloquia caſta argentum igne examinatum ꝛc. Sicut enim illi per arma iſta

Blatt 185a: populum humiliauerunt & vexauerunt. Quod vana locuti ſunt vnusquiſque ad proximum ſuum. Et labia doloſa (.1. carnem blandientia. & ſpiritum crucifigentia.) in corde & corde locuti ſunt Quia ſicut verbum Chriſti carnem crucifigit & ſpiritui blanditur. ita illi per oppoſitum illi carni blandiuntur & ſic ſunt doloſi & falſi & vani: Spiritum autem crucifigunt & occidunt Et ita populum ſpiritualem per conſequens occidunt & crucifigunt. Econtra Chriſtus carnalem occidit & crucifigit Ideo illorum arma ſunt labia doloſa: & vana dogmata [*darüber:* eloquia] quibus veritates diminuunt. & deficere faciunt ſanctum.
Sed arma Chriſti ſunt eloquia caſta ꝛc quibus rurſum diſperdit vniuerſa labia doloſa & linguam magniloquam. Et ita libere agit & vlciſcitur. & exaltatur & reddit retributionem ſuperbis. Et Sic patet quomodo ps. 11. in iſto preſenti concedit ſimul.
Idem ergo petit & iſte. dicens.

Vſquequo domine peccatores, vſquequo peccatores gloriabuntur? Effabuntur & loquentur iniquitatem. loquentur omnes qui operantur iniuſtitiam? Sic Arriani & omnes heretici contra Eccleſiam Catholicam ſuperbe glorantur

[so] de ſapientia & ſuę doctrinę veritate & alios deſpiciunt Ita & tunc olim in ſynagoga fęcerunt vt dictum eſt ex ps. xi. Iſtis enim doctrinis humiliauerunt & vexauerunt populum verum dej. Quia videns illos tantum carnaliter ſapere Quid potuit facere niſi gemere de ſpiritus oppreſſione? Iniquitas enim hec eſt veriſſime literam & carnalem intelligentiam ſpiritui preferre & per conſequens Iuſtitiam ſuam Iuſtitię Dej. Sed multos ſeduxerunt iſtis monſtris & perdiderunt. petit ergo. Si Illi loquuntur ſua & tam diu durant. tu quoque loquere vt rurſum humilientur verbo tuo & tu exalteris ſolus ſicut dignum eſt Sequitur enim

populum tuum Domine humiliauerunt & hęreditatem tuam vexauerunt. Viduam & Aduenam interfęcerunt. & pupillos occiderunt. Myſtice quidem Quando multos de populo Iudaico Scribę. de gloria ſpiritualis intelligentię ſeduxerunt in humilitatem carnalis intelligentię & occidentis literę vt ps xi. diminutę ſunt ver. Et ita occiderunt & vexauerunt: Quia doctrine eorum & linguę. de quibus dixerat Effabuntur & loquentur. Sunt iſta arma quibus Hęc perpetrauerunt. Licet ad literam quoque in Eccleſię fidelibus iſta facerent

Et dixerunt. Non videbit dominus. Nec intelliget deus Iacob. Sic ps. xi. Qui dixerunt linguam noſtram magnificabimus. labia noſtra a nobis ſunt. Quis noſter dominus eſt? (.1. nunquid iſte. qui Iheſus dicitur. dominus eſt? Non: Quia non videbit Intelligendum eſt itaque. quod non illi dominum eum nominent· Si enim dominum eum crederent non dicerent. Non videbit. nec intelliget. Sed propheta ſic appellat. q. d. ille de quo ſic loquuntur eſt vere dominus. licet ipſi hominem eum abiectum reputent. Ideo ergo eum non videre putabant. quia nec deum credebant. Deum autem non credebant. Quia non niſi magnifica & proſpera in deo ſapiebant. ex legis auctoritate licet falſe intellectę Si enim Chriſtus in pompa mundi veniſſet. tanquam a deo ſuſcepiſſent. Sed quia humilis venit Ideo non a deo eſſe credebant. ac per hoc. eum nihil videre. nec intelligere. ſicut quemlibet alium purum hominem. qui ex culpa & neceſſitate talia patitur. Ergo

Intelligite inſipientes in populo & ſtulti aliquando ſapite. Quia Deus in humanitate apparuit. non potuit ex ſen-

ſibus niſi homo percipi: ideo intellectu opus eſt quem dat ibi Iſaie .7. Niſi credideritis non permanebitis. Caro & ſanguis nunquam poſſent. reuelare. hunc hominem eſſe deum verum: ſed ſpiritus prius reuelaret &

Blatt 185b: ſpiritui crederetur. Non enim ſufficit reuelatio & audire Chriſtum eſſe deum. niſi quis conſentiat auditis & reuelatis. alioquin quis non audiuit? Si ergo intellectus habetur facile perſuadetur quod ſequitur. Qui plantauit aurem non audiet? ideo premiſit. Intelligite & ſapite. alioquin **fruſtra** fuerit & auditur. Sed Myſteria [*Ausgestrichen:* hic] tibi ſigna. Qui aurem anteponit oculo? Et correptionem ante Scire? Quia ſacris & diuinis. prius oportet audire quam videre: prius credere quam intelligere. prius comprehendi quam comprehendere. prius captiuari quam captiuare. prius diſcere quam docere prius discipulum eſſe. quam doctorem aut ſui ipſius **Magiſtrum**. Audire enim habemus. vt alijs obtemperemus. oculos vt alijs prefideamus. Ergo In Eccleſia. qui vult oculus fieri & aliorum dux & Magiſter prius auris fiat & diſcipulus. Hoc pro primo. Deinde

Qui non eſt tentatus qualia ſcit? Qui non expertus quomodo Scit? Qui non experientia cognouit tentationum qualitates non ſcita. Sed vel audita vel viſa. vel quod periculoſius eſt. cognita ſua tradet. Ergo Qui vult certus eſſe. & alijs fideliter conſulere prius ipſe experiatur. portet ipſe primum crucem & exemplum precedat. ac ſic certificabitur vt & alijs prodeſſe poſſit. Ideo in Eccleſia. Viſitat deus hominem diluculo & ſubito probat illum & ex ſeſe diſcat. quod aliis tradat.

Deus Scit cogitationes hominum quoniam vanę ſunt. Iſte verſus fere omnia precedentia exponit. Quia quid ſunt hec que peccatores effantur & loquuntur. quibus humiliant & vexant populum dej dicit. quod ſunt vane cogitationes. Quod autem Cogitationes. hic pro Sapientia & Doctrinis ponatur hominum probatur .1. Corin. 3. vbi Apoſtolus ad diſtinctionem Sapientie dej & mundi. hunc verſum ſic allegat. Deus ſcit cogitationes ſapientium quoniam vanę ſunt. Vana enim locuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum. Quia Effantur & loquuntur inanitatem (.1. vanitatem ſpiritui preferendo & veritati

Beat. q. tu erud. d. & de leg. t doc. eum. Vt mitiges ej a diebus ꝛc Hic econtra deſcribitur Sapientia Chriſtj: quia cum illorum ſapientiam vanam dixerit. hanc nunc beatam & veram dicit. Quia docet crucem carnis ad ſalutem ſpiritus. Quoniam. Mitigat ei a diebus malis (.1. de diebus malis ducet ad mitigationem & quiętem ęternam Vel vt mitiges (.1. docebis eum in Euangelio. Quod mitigabis omnibus qui in diebus afflictionis ſunt. in quibus ſchandaliſantur. qui non ita docentur. Sed potius foditur eis interim fouea. Et crudeſcit illis a diebus bonis. Donec paretur Iuſto regnum Docebis ergo Quod omnia mala cooperantur ſanctis in bonum. Et non ideo in diebus malis eos deſeris. quaſi iratus repuleris. Sed maxime ſuſcipis.

Quia non repellet Dominus [*Darüber:* .1. tu domine] plebem ſuam: & hereditatem ſuam non derelinquet Sicut tamen apparet illis inſipientibus qui vexant eam & humiliant. Sed non intelligunt cum ſe tantum credunt ſuſceptos a deo. quod fouea eis paratur. in quam ſubito & improuiſo corruent. ad talem enim caſum paratur alicui fouea Sic enim Iuxta carnem & ſapientiam carnis ſemper eſt fouea proxima & profunda ſecundum Salomonem. Quoaduſque Iuſtitia ꝛc. ſatis circa textum hęc patent. Niſi Quod heb. exponit clarius quomodo non repellet dominus plebem ſuam Sed magis ſuſcipiet. Quoniam ad Iuſtitiam reuertetur Iudicium. (.1. iſta afflictio in diebus malis eſt Iudicium & vltio ad Iuſtitiam non

Blatt 186a: ad condemnationem. Et ſequentur illud omnes recti corde. quia non reſpuunt illud. vt iſti vane cogitantes & effantes. quorum tamen maior eſt Numerus. vnde ſequitur.

Quis conſurget mihi ꝛc querit a domino & ad ipſum dirigit verbum d. Cum itaque ſic ſim inter malignantes multo plures & forciores me. Quis mihi aſſiſtet. q. d. fruſtra ego reſiſterem: ideo tu ne deſeras. cum ſolus tu ſis refugium & auxilium ſpei meę. Illi enim in virtute ſua gloriantur: quam me Iuſſiſti abnegare & infirmam fieri. Ergo iam nullus mecum niſi tu ſolus

Niſi quia Dominus (.1. tu domine.) adiuuit me, paulominus habi ꝛc Quia viciſſent me & infirmitatem meam. cum ego non niſi humilitate & pacientia pugnem: illi autem furore & ma-

lignantes in ſuperbia poteſtatis ſęcularis & carnis. Multum ꝺ differunt habitare [*fortgesetzt am Rande rechts:* in inferno | .. mo pede .... | enim vincitur .. | deſperat . h ... | tat in inferno .. dominus adiũtor ... | bet Sed ſinit ... | moueri pede . | vt miliem .. |]

Si Dicebam motus eſt pes meus. Hoc fit ex infirm fidej vt petrus in mari dubitabat modicę fidej. Et eſt que que motio ſiue in peccatum ſiue in penam Septies enim in cadit Iuſtus & reſurget proũer 24: Impii autem corruent in lum Et ratio eſt diuerſitatis. Quia ille mox confitetur humili illi autem excuſant ſe ſuperbi. Ideo Miſericordia tua do adiuuabat me: Illos autem Ira tũa perdit domine vt ſeq infra deſcripſit enim hic. Quia difficile immo impoſſibile eſt multis tribulationibus non cadere & offendere (. vt in Dauid tigit. Qui in Mephiboſeth ex verbis Sibę peccauit, in medijs tentationibus.) Sed humilitatis confeſſio ſaluat & adiuuat. pulchre valde in iſtis verſibus exprimitur euentus & negoti tentationis. Quia contra malignantes nullus niſi dominus adi alioquin in inferno habitaret anima cuiuſlibet tentati. Et t non ita adiũũat quin cadere permittat. vt homo agnoſcat infi tatem ſuam. & non ſuis ſe viribus ſtetiſſe putet. Ergo ſi non fecte ſtetiſti: gratias age quia non omnino perijſti Et ver pete. pro eo in quo defeciſti vt ſic agnoſcas virtutem domin iuuantis. & miſericordiam eiuſdem tue infirmitatis miſeren ignoſcentis. vt in b. petro oſtenſum [*so*] eſt Matt. 14. Et. 2. Co [*fortgesetzt am Rande rechts:* Nosipſi re ..... | mortis hu mus .. | nobis vt ... | ſimus fiden ... | in nobis ꝛc | ideo ꝛc mo .... | ſinat pedem .. | ſic multitud . | fiat dolorum ..... tenus . Dulc .. | quoque co . | latio miſericordie]

Secundum multitudinem dolorum meorum (. iſti ſu dolores ſpirituales mirabiliter affligentes Non enim dixit dolor in corpore aut carne mea ꝛc Sic enim deus temperat tribulatio vt non abſorbeatur tentatus. Sed cum tentatione facit prou tum. nec ſinit tentari vltra quam poſſimus, quia fidelis eſt. Vide pulchram antitheſin. dolorum meorum Conſolationes tue. E nobis non conſolationes Sed tantum dolores. ex deo autem conſ

lationes habemus perditio tua Iſrael. ex me tantummodo auxilium tuum [*Hoseas 13, 9.*] [*Am Rande links:* Mundus autem contriſtat Sed non conſolatur. ideo Multi ex triſtitia ſęculi in Maniam & inſaniam venerunt cum ſit ibi nuda triſtitia. vt amiſſo honore. diuitijs aut amore] Iam ſequitur nunc de altera generatione quę non in diebus malis viŭit. vt deſcriptum eſt. Sed tamen interim ej foditur fouea. Crucem enim & paſſiones Chriſti abhorrent. Sed Quis oſtendit nobis bona dicunt? In diebus bonis tantum agere volunt. Ideo dicit.

Nunquid adheret tibi ꝛc .1. Exquo tu precipis dolorem, compunctionem, luctum & omnino crucem accipere: quod eſt & Iuſtiſſimum: Nunquid illi qui crucem fugiunt. tibi adherebunt? Non vtique. Sed potius crux tua ſcandalum erit eis. Quia tantum bona literę & carnis. que tamen precipis crucifigi ſapiunt & querunt. & non bona ſpiritus ęterna: iccirco non tantum non adherebunt tibi. Sed maxime recedent Schandaliſati inte & cruce & paſſionibus tuis Adeo vt propter. te condemnent innocentem.

Hęc eſt Sedes iniquitatis. Cathedra peſtilentię Doctores & Scribe. docentes carnem & literam. atque in hoc ipſo iniquitatis Magiſtri preferentes ſpiritum [*so*] literę. vanitatem veritati. figuram plenitudini.

Blatt 186b: [*Oben hoch am Rande herüber:* Ierem. 18. (*V. 11.*) Ecce. ego fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogitationem. Ergo cogitare, conſulere, fingere, idem ſunt]

Fingis autem dicit. non quod ſit ficticium. Sed vts Qui ſinxit oculum, .1. formas, efficis & plaſmas dolorem. Et Hic notandum Quod Hebraicam proprietatem. lingua latina non conſequitur. Quia fingere hoc loco. proprie eſt legem formare & doctrinam componere: Sic per contrariŭm Iudęi in mŭltis locis dicuntur. fabri & plaſtes idolorum Quia ad modum artificum ex ligno operantium, formant ſibi ex lignis Scripture. mendacia dogmata. Sic per Iere. [*Cap. 8, V. 8.*] Vere mendacium operatus eſt Stilus mendax Scribarum. Et Oſcę. 6. [*V. 8.*] Galaad ciuitas operantium idolum ꝛc Vnde & ſupra. omnes qui operantur iniquitatem (.1. qui componunt iniquas doctrinas.) ſeu operantur Iniuſtitiam & loquuntur iniquitatem Sed contra dominus ex litera

legis. tanquam ex maſſa rudi: finxit & formaũit. legem ſpiritus reduxit enim literam in ſpiritum. Et hoc eſt verum fingere. Sicut artifex fingit ex lignis rudibus domum veram: que prius erat in potentia & rudi materia. Sed Vanus homo idem lignum ocioſe diſcindit & ineptat: tantum vt pro voluptatis ſue vanitate ludat in materia vtili ocioſus Sic & Iudeorum Rabi in litera legis. Et Quia Hoc agere in Scripturis ſanctis eſt myſtice Chriſtum (.1. veritatem occidere.) ideo mox ſequitur quod hoc faciant in perſona Chriſti. quod iam in eius ſecerant Scripturis

Captabunt in animam Iuſti & Sanguinem innocentem condemnabunt: Et hoc inde fęcerunt. Quia ſapientiam Dej in myſterio abſconditam. prius occiderant ac ſi ſe excecarant Si enim illam ſeruaſſent & cognouiſſent. nunquam dominam glorię crucifixiſſent. Igitur Animam Iuſti (.1. vitam ſpiritus & Iuſtitię in lege.) captabunt (.1. captionibus Inſidioſis ſuffocarunt: Spiritus enim legis eſt. anima legis. per quam viũit. Et per quam Iuſtificat omnes. qui ſapiunt eum. Et ita ſanguinem innocentem condemnauerunt (.1. ſedem anime & ſpiritus & omne verbum in quo veritas in ſpiritu nititur. condemnant. vſque in diernum diem. hi igitur non in diebus malis ſunt nec adherent dolori in precepto. Ideo neceſſario ſequitur Quod hoc malum facerent. & occiderent iſtum dolorem precepti. & poſt modum quoque authorem eius. Nam non adherere dolori preceptoris Eſt ſpiritum negare & occidere qui eſt in lege. Et per consequens & Chriſtum. myſtice

Et factus eſt dominus ꝛc Quod ſi & illi fęciſſent. tunc non captaſſent ꝛc Sed Spe & refugio domini noluerunt vinci Sed re preſenti. & ſine refugio

Et Ideo Reddet illis iniquitatem ipſorum: & in malitia. ꝛc. Duplex hic perſecutio exprimitur prima Eſt tribulationis: que vocatur malicia. Altera eſt ſeductionis: hec eſt iniquitas. Vtramque ante hereticos & tyrannos. Iudęi exercuerunt dum in ſuam iniquam Iuſtitiam & perfidiam ſeducere a Chriſto nitebantur. Et cum non preualerent: perſecutionem addebant in corpore. Et ſic Vbi animam non potuerunt aufferre per iniqui-

tatem: Saltem corpora abſtulerunt per maliciam hanc etiam ſupra dixit. Quis conſurget mihi aduerſus malignantes (.ſcilicet perſecutionibus aut quis ſtabit (.ſcilicet fide firma.) mecum aduerſus operantes iniquitatem (.ſcilicet ſeductionis. Et iterum ſupra. populum tuum Domine humiliauerunt. Et Viduam occiderunt ꝛc. Humiliauerunt & vexauerunt. ſeductionibus. Interfecerunt & occiderunt perſecutionibus. Horum mores poſtea Tyranni & hęreticj per omnia ſunt imitati

ps 94. [Hebr. XCV.]

Blatt 187a: Venite exultemus. Quibus autem venite dicit. ſignificat eos longe eſſe. ab eo vbi ipſe eſt. Iudęi autem vtique a Chriſto longe fuerunt vt Iſaie. 28. Cor eorum longe eſt a me. [*Am Rande links:* ſic omnis ſuperbus Auarus, luxurioſus, ꝛc.] Ita & totus mundus. Quia omnino deum & Chriſtum ignorauit. poteſt & exhortatio eſſe ſibi ſimilium. vt velut dux eorum dicat Venite, ſcilicet mecum. Non ait Ite vos, ego maneo

prędoccupemus faciem eius. Hoc primo exponitur de aduentu eius. tam primo quam ſecundo. Secundo & melius. vt in gloſa. Quia Apoſtolo docente ſepe dictum eſt Quomodo nos reuelata facie gloriam domini ſpeculamus. Ergo faciem domini in hac vita nullus videt. niſi per fidem. Quare preoccupare faciem eius. Eſt fide preuenire diuinitatis eius. vt. ps. 4. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tũi domine. Breuiter ergo facies Domini. Eſt ipſa reuelatio diuinitatis Chriſti: que ſub litera fuit velata & humanitate ſicut facies Moſi ſub velamine. Sed aſcenſo cęlo reuelauit eam per ſpiritum ſanctum ſicut promiſit dicens. Ille me clarificabit. Vnde recte addit. in confeſſione vt exprimat quo modo facies eius poſſit preoccupari ſcilicet non in clara viſione Sed in fide & confeſſione. fides enim confitetur domino. Et notandum Quod

.1. prędoccupare. primo ponitur vt in gloſa. Scilicet contra diabolum ne ab eo preoccupemur .2. Secundo (.1. ante omnia & pre omnibus feſtinemus hanc fidem occupare: q. d. Caueamus omni modo ne aliquid hũic preferamus aut aliud occupemus vel

potius occupemur Sicut illi qui dixerunt Villam emi habe me excuſatum [*Luc. 14, V. 18.*]: Illi enim volunt prius ſua occupare & ea que Chriſti ſunt nouiſſime querere Contra verbum domini primum querite regnum cęlorum & hec omnia adijcientur vobis Sic & Iudęi prius ſua quam ſpiritualia queſierunt. Et ita videtur Apoſtolus intelligere. Quando exhortatur ſecundum hunc p. d. heb 4 feſtinemus ergo ingredi in requiem illam: Q. d. omnia poſtponamus. & ante omnia hanc faciem occupemus etiam ſi ... nunquam contingeret occupare: Hoc enim Iuſtum & equum ... Iniquum autem eſt prius dorſum (.1. literam.) occupare & ignorantiam Chriſtj. Sicut enim facies Chriſti eſt notitia Chri... quę eſt per fidem eius. & lumen ſpiritus. Ita dorſum eius ... ignorantia eius quę eſt per infidelitatem & cęcitatem literę Er... ante omnia hanc notitiam, hanc fidem hanc faciem. hoc lumen ſpiritus. hanc claritatem. feſtinemus occupare: ſic ps. 87. Et oratio mea preueniet te. 3 Tercio (.1. vt quilibet pre alt... nitatur venire Et ſic fiat ſancta emulatio & fęlix prouocatio: quod fit in feruore ſpiritus. vt heb. x. Conſyderemus Inuicem in prouocationem bonorum operum & Charitatis. Et ita eſt vrgens Inuitatio & deuotiſſima

Quoniam deus: Magnus dominus ꝛc Hic remouet ... tiua impedientia & addit promoentia [*so*]. Et tam mira & efficacia ſunt vt qui illis non mouetur & expeditur a ſuis impedimentis. ſine dubio deſperabilis ſit & filius diffidentię. Omnes enim quattuor affectus carnis euacuat iſtis motiuis. qui ſunt Timor ſpes, [*Ausgestrichen:* amor, od] gaudium triſtitia. qui oriuntur ex amore & odio: ex quolibet duo. Amor ſpem futuri & gaudium preſentis boni facit. Odium timorem futuri & triſtitiam preſentis mali parit Iſtis enim affectibus homo Impeditur ne ad Chriſtum accedat: quia heret per iſtos in temporalibus. Ideo hic allicit amorem & excludit timorem. Et nititur contrarium inferere. Sed in magnum ego pelagus me committo. profundus eſt hic locus valde

Igitur primo Notandum Quod Amor terrenorum aut eſt ... facit odium cęleſtium. Et qui ad vnum perſuaſus fuerit ſimul ad alterum perſuaſus erit. Ita per oppoſitum. Amor cęleſtium

eſt ipſum odium vel efficit odium terrenorum. Et qui ad vnum acceſſerit

Blatt 187b: ſimul quoque ad alterum accedit. Et inde fit vt odiens cęleſtia timeat ea ventura & doleat veniſſe. Speret autem temporalia futura & [*Ausgestrichen:* doleat] gaudeat veniſſe. Et ſic vitulus incedit cum quattuor ſuis pedibus ex duobus lateribus. immo mortuus adoleſcens iſtis portatoribus effertur ad ſepulchrum. Econtra fit vt odiens terrena timeat ea ventura & doleat veniſſe. Speret autem ſpiritualia futura & gaudeat veniſſe, quia amat illa. Et ita incedit leo generoſus de tribu Iuda.

Vnde.

primo ad prouocationem amoris in Chriſtum & odii in terrena ſimiliter ad ſpem & gaudium in illum. atque ad timorem & triſtitiam in mũndum dicit. Quoniam Deus. Magnus dominus & rex magnus ſuper omnes deos. Si amas magnitudinem regis & domini quod Iudęi ſemper maxime ſperant. Ecce hic dominus cęli & terre. iam non dauid aut Salomon, qui parũi reges erant. Et ita reges & domini. vt tamen eſſent ſerũi ſub dijs alijs ſcilicet angelis hic autem dominus ſolus & ſuper omnes deos Cur ergo non amas, ſperas & gaudes in illo? Naturaliter enim homines gaudent ſi magno rege gloriari poſſint Sic Si times magnitudinem hoſtis & tyranni. Ecce Noli timere. Nihil te nocebit [*so*] nihil auferet. nihil amittes: Quia magnus dominus & rex magnus ſuper omnes. deos. Ideo omnia poteſt dare & omnia ab inimicis data conſeruare. Quid ergo? Cur non amas ſperas & gaudes? immo cur non odis. times. doles: quod non ſub hoc rege exiſtis? [*Am Rande links:* .. e te preoccupent terrena?] Verum Quoniam in ſpiritu magnus eſt rex iſte. Et homines ſpiritum non ſapiunt. Ideo omnia peruertunt. Et quem regem. amado [*so*]. ſperando & gaudendo habere debuerant. ipſum timent ne habeant. odiunt eum & dolent ſe habere eum Quia diligunt ſua & carnem. ſicut Iudęi eum odierunt, timuerunt & doluerunt Sic enim comparatum eſt vt vitulus ſynagoge contrarius eat agno dej. Nam & agnus dei habet duo latera &. 4. pedes ſicut & vitulus Sed in orientem vadit ille in occidentem Ideo ſiniſtrum habet ad illius dextrum & econtra. Quia quod

ille amat, ſperat, gaudet. Similiter & ille odit timet dolet. Et iſte eſt timor nocturnus: quo & illi timuerunt qui dixerunt Non loquatur nobis dominus. ne forte moriamur [*2 Mos. 20, 19.*] Et Spiritum timent. ſuſcipere. quia amant carnem. Qui eſt iste timor nocturnus. Quia in nocte timetur etiam quod timendum non eſt. Sic cadent a latere tuo mille & decem milia a dextris tuis: In latere enim tuo ſunt. que tu odis. times. doles (.1. proſpera mundi.). que ſunt a dextris illius. ideo dextera eorum dextera iniquitatis. Sed a dextris tuis ſunt ea que tu amas ſperas gaudes (.1. proſpera & ſpiritualia: que illi timent odiunt & doles quia amant que a latere tuo ſunt. Et ita tu times eorum proſpera & ſuſcipis aduerſa eorum. vt teneas tua proſpera & euadas tua aduerſa. Illi autem timent tũa proſpera & ſapiunt tua aduerſa vt teneant ſua proſpera & euadant ſua aduerſa. Quia si vertunt latus ſiniſtrum ad dextrum tuum & dextrum ad ſiniſtrum tuum. quia caput in occidentem literam tendunt. Tu autem contra. [*Ausgestrichen:* Ideo illorum]

Secundo ſic dicit vt ex dignitate regis alliciat & maiestate. Quia non tantum vtile eſt nobis Sed & debitum atque decens propter dignitatem. Quoniam dominus Magnus & rex magnus dominus Magnus. Qui magna habet & tribũit. ideo amandus. Rex magnus. Qui data poteſt conſeruare. ideo timendus. ne amittatur

Blatt 188a: Tercio. ex terrore & minis allicit. Quia ſuper omnes deos Magnus. ergo nullus poteſt de manu eius eruere. deut. 32. Et non eſt qui de manu mea poſſit eruere. Qui est nec poteſtate, nec dignitate nec bonitate. quibus ille rex magnus eſt. mouetur. quomodo poteſt moueri? Sine dubio infensus eſt. Narratur autem ideo potiſſimum magnitudo eius. Quia homo eſt in terra viſus. ideo a Iudęis non reputatur deus vt non ſint excuſabiles. ſi non veniant. Et ita remouet impedimentum intellectus. ſcilicet ignorantiam. Conſequenter et impedimentum affectus ſcilicet Quõniam non repellet dominus licet etiam ante remouerit. idem. Quoniam Magnus Dominus.

Immo vbicunque illuminat ſimul accendit. ſimul erudit intellectum & affectum. ſicut eſt natura lucis. Prius enim per

it cum dixit. Venite exultemus domino ꝛc Qui vocauit de
vbi ſunt

Et neceſſarium erat hoc Iudęis. Quibus omnia contraria
arebant. propter humanitatem aſſumptam & mortuam. immo
mundo & hominibus ſapientibus mundum.

Primo itaque intellectu errabant & impediebantur a Chriſto.
a hominem infirmum eum credebant Vnde dicit. Quoniam
s magnus, dominus, & rex magnus ſuper omnes deos. (.1.
ıtis ergo quod dominus Iheſus eſt deus magnus. (per
initatem.) & rex magnus (. per humanitatem que eſt caput
ni ſũi) & ſecundum vtrunque ſuper omnes deos . Non
m eſt deus parũus. aut magnus inter deos. Sed ſuper. & ſu-
omnes deos. Sic ergo eruditi venite & afficiamini

Secundo affectu immo ſimul quoque intellectu errantes.
abant. eum repellere & deſtruere totum populum ſicut Ste-
ıno act. 6. impoſũerunt. Quia crucem & paſſiones eius
liebant predicari ideo erudit & conſolatur eos. Nolite timere,
ęt literam deponat & nouum teſtamentum ſtatuat [*Am Rande hts:* ſicut Ierem (*Cap. 18.*) oſtendit in exemplo figuli] humili-
em pro gloria, paupertatem pro diũiciis: crucem. pro voluptа-
ıus inſtituat. non hoc facit vt repellat. Sed vt in melius mutet
amplius ſuſcipiat. Sed inſipientes: Qui in hoc repelli timue-
nt. peius repulſi ſunt. Ideo dicit. Quoniam Non repel-
t dominus plebem ſuam: q. d ſicut vos timetis: Et ideo odi-
& fugitis. Viciũm ergo affectus veſtri hoc eſt ſimul & intel-
ctus. ſicut ad petrum. qui ſimile in Chriſto prohibere voluit.
xit Vade poſt me ſatana. Scandalum mihi es. Non enim ſa-
s quę dej ſunt: Quia bonum carnale tantum ſapũit Sic
go quia omnino contrarium in Chriſto apparuit. quam hic di-
tur Quoniam non repellet dominus plebem ſuam: ideo fũerunt
lmonendi: Repulit autem plebem non ſuam ſcilicet qui timu-
unt repelli

Tercio Quod Chriſtus in lege ſibi tantum promiſſus putaba-
ır: ideo contrarium huius putabant. Quod Chriſtum omnes
nes terrę colerent. Et ita in non gente ſunt prouocati & Scan-
aliſati. ſicut & omnes ſuperbi. qui ſpiritum ſanctum extra ſeſe

nuſquam eſſe arbitrantur. Ideo dicit Nolite turbari. Si Chriſtum in omnibus gentibus audieritis. Quoniam in manu [illegible] ſunt omnes fines terrę. Sed meo Iudicio iſte verſus non de gentibus Sed de populis Iudęorum loquitur. Quia fines terrę ſcilicet veſtrę Iudeę in manu eius ſunt q. d Nolite timere nec contemnere. Quia homo eſt. Dico enim vobis quod ad [illegible] omnes extenditur eius poteſtas. non poteritis effugere. [illegible] *Rande links:* Vos enim non niſi dej eſſe vultis.] Contrarium enim illi eſtimabant Quia nullo modo eum regnare in illis credebant

Tunc ſequitur quod dictum eſt

Quarto Scandalum Zeli & emulationis. quod in gentibus quoque coleretur. quem ſibi ſolis deberi volebant Si verus Chriſtus eſſet. Contra hoc dicit. Quoniam ipſius eſt mare & ipſe fęcit illud ſcilicet cum omnibus inſulis Et Aridam [illegible] ram habitabilem non obrutam marj manus eius formauerunt ergo nolite mirari Quod ibidem in ſuis colatur

Blatt 188b: Iſta ergo ſũnt. 4. Impedimenta & Scandala eorum ſcilicet quod erat homo: Quod crucem erigeret Quod Iudęorum terra eius eſſe diceretur. Quod a gentibus coleretur Et omnia. 4or vehementiſſime mouebant. & ex legis auctoritatibus [auctoritatibus?] improbarj poſſe videbantur. Scilicet Quod homo ſit deus Quod & omnis ratio abhorret humana. 2° quod non expellat. quos omni cruci in hac vita exponit. 3° Quod terrę Iudeę & omnia que in ea ſunt: ad eius poteſtatem pertinere Cuius contrarium apparuit. Quia non regebat eam Sed ſub hominis reliquit. & multis malis abundare. Si ergo ſub aliis poteſtatibus vt .4. tetrarchis relinquebat. Nunquid in manu eius non dico omnes: ſaltem vnus finis terre vel angulus? qui vbi caput habuit reclinaret. Simul quoque. licet iſtud contrarijſſimum & maxime mouens videretur. Non minus etiam mouebat Quod in hominis poteſtate hęc eſſent. cum ipſi non niſi dej populus & ſub poteſtate dej eſſe vellent Myſtice autem fines terrę ſunt populi in terra & inferiores altitudines montium (.1. poteſtates maiorum.) ſcilicet pontifices ſeniorum ꝛc. Sed hanc eius 4eam poteſtatem non oculis carnis Sed Spiritualibus videre oportet. Quia eſt Inuiſibilis poteſtas

Nam etiam vt homo accepit hanc poteſtatem. 4° Quod gentium dominaretur etiam. Vel in ipſius poteſtate etiam eſſent. maxime moũebat. Quia Quid minus videbant quam quod mare. & tota terra ſubijceretur Chriſto temporali poteſtate? Et tamen hic dicit. Quoniam ipſius ꝛc Et non ſolum ipſius eſt. Sed & fęcit illud ꝛc

Myſtice Mare Eſt humanum genus ſecundum corpus quod eſt plenum ſalo. fluctibus paſſionum Sed Arida ſecundum animam: quę purgata ab illis. habitatio efficitur Chriſti & ſanctorum. Et Ita Corpus & anima eius eſt. Sed & altitudines montium ſunt virtutes & ſapientia ſanctorum & prophetarum: ſeu etiam animarum ſanctarum. ſeu virtutum theologicarum ps. 75. Illuminans tu mirabiliter a montibus ęternis: fines autem terrę ſunt ſenſus corporis: ſeu litera in Scripturis ſanctis. cuius montes ſunt Spiritus in myſterio. hec omnia in manu Chriſti ſunt

Sed Cur & cęleſtia non enũmerat. vt illa quoque ipſius eſſe probet? Credo quod fecit. quando dixit Super omnes deos. Item Quia regnum Chriſti deſcribit in Eccleſia militante: Quod in terra Iudęa primum. deinde per omnes gentes diffuſum eſt.

Sed regnum futurum Eccleſię triumphantis erit omnino in cęleſtibus. quod Euangelium deſcribit

poſſunt tandem verſus pretacti. non vt motiua contra Iudęos accipi Sed vt laudes Chriſti. Qui ſcilicet laudatur quod ſit rex magnus: & quod non repulit plebem ſuam. Sed verax in promiſſis fuit & ſuſcepit Iſrael puerum ſicut locutus eſt. Et quod Eccleſia eius militans ſit in omnibus finibus terrę Iudeę. Et non ſolum Sed & mare & Arida Hęc enim iam ipſius ſunt. Quia ſpirituali dominio per fidem in illis locis regnat vt ps. 71. Et dominabitur a mari vſque ad mare Et a flumine vſque ꝛc fęcit ea Sed nunc poſſedit ea per regnum ſuum. Et ideo vere eſt magnus rex & magnus deus. habens tam late & multos populos

Venite ergo adoremus. hic Specialiter vocat iam vocatos. Et ad diuinitatem illius noſcendam inuitat Et Bene dicit Venite. Quia omnes qui non adorant eum ſunt longe

alij per { ſuperbiam / Auaritiam / Accidiam / luxuriam / Gulam / Iram / Inuidiam } Venire ergo eſt iſtas regiones relinquere Et ad oppoſitum eorum accedere Et adorare. Vnde ſingulariter contra Accidiam Eccleſia vtitur in principio matutinę iſto pſ vt qui per accidiam longe ſunt & frigi accendantur & fiant prope ꝛc

ps 95 [Hebr. XCVI.]

Blatt 189a: Conſpectus dei Hic vt & .infra. ps. 99. po paſſiue quam actiue accipitur. (.1. quo deus conſpicitur. Iſrael nomen habet quia vidit dominum facie ad faciem. Sic prece. preoccupemus faciem eius quod fit per conſpectum noſtr actiuum. Et in iſto conſpectu eſt verus locus & confide Eccleſie. Sic ps. 67. Exultent Iuſti in conſpectu dej. Et ps dirige domine in conſpectu tuo viam meam. hic ergo om ſancti ſunt in vno loco in vno conſpectu: quantumuis loco diſt & conſpectu hominum ſeparentur. Non enim pedibus c poris Sed anime hic ſunt .1. oculis anime per fidej conſpec

Si enim actiue conſpectus dei hic & infra capiatur, quid vllus introire aut exire poteſt? Cum ps. 138. dicat E facie tua quo fugiam? Et heb. 4. omnia autem nuda & ap ſunt oculis eius fruſtra ergo dicit Quod Confeſſio & pulchri tantum in conſpectu eius poſſit. quod non ſit pulchrum. Aut omnia ſunt pulchra & erit non pulchrum quia vbique eſt contuitus dej. Niſi forte ſtinguatur quod duplex eſt conſpectus dej Scilicet gratie, & turę. immo triplex. Gratię, glorię & naturę: ſicut & e viuere, habitare cognoſcere, amare ꝛc

Confeſſio & pulchritudo ꝛc. Duo ſunt in homine. Spi tus & caro. Ad ſpiritum pertinet primus verſus locus Alter carnem. Quia In Conſpectu dei eſſe. proprię ſecundum anim conuenit Eccleſię & non ſecundum corpus. In Anima ante eſt intelligentia & voluntas: iſta per confeſſionem hęc per pulch tudinem ornatur: iſta per lucem hęc per colorem: iſta per fid

c per amorem iſta per intellectum hęc per affectum. Ergo ıfeſſio eſt ipſa lux mentis. Qua cognoſcimus nos quid ſimus nobis & quid deus in nobis. Quid ex nobis. quid ex deo bemus Agnitio autem iſta vtriuſque rej. Eſt ipſa vera duplex nfeſſio ſcilicet miſerię noſtrę & miſericordię dej: peccati noſtri gratię dej: malitie noſtrę & bonitatis dej. Et iſte eſt to- s ornatus intellectus, rationis, ſpeculatiuę virtutis, per hanc im fit vt homo non poſſit negare deo que dej ſunt. nec poteſt i attribuere que ſua non ſunt. Ideo proprijſſime dicitur con- ſſio Quia confitetur & tribuit vnicuique quod ſuum eſt. Sed ılchritudo Eſt bona voluntas. totus ornatus practicę virtūtis: s appetitiue: Quo amat in ſe que dej ſunt & odit que ſua ſunt. cut confeſſio prior oſtenderat. Sed hęc omnia non niſi in con- ectu dej ſunt. ibi enim ad hoc illuminatur. Et idem habet anſ. heb. Gloria & decor ante vultum eius (.1. clara cognitio udis dej & ignominię ſuę) & bona voluntas odiens ſua & dili- ens ea que ſunt dei

Sanctimonia & magnïficentia in Sanctificatione ius. Corpus noſtrum proprie eſt templum dei .1. Corin. 6. anctuarium. ſanctificatio. Quia ipſum proprie. ſanctificatur ſa- rificatur & victimatur vt Ro. 12. Exhibete corpora veſtra. oſtiam ſanctam. Vnde & Dominus dicit de ſuo templo. go ſanctifico me pro eis. Sanctificatio ergo Eſt caro mor- ificata. Vt Apoſt. Hęc eſt voluntas dej ſanctificatio veſtra. vt ciat vnuſquiſque vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honorę *1 Theſſal. 4, 3 f.*] Duo ergo ſunt in corpore quoque fa- ienda. Sanctimonia & magnificentia. Sanctimonia Eſt de- linare a malo. pollutum non tangere, Immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſęculo. Et omnem inmundiciam & pollutionem corporis itare. Et proprie. concupiſcentiam carnis hoc reſpicit. Sic ergo Sanctimonia eſt ſanctum eſſe & mundum a peccatis que per corpus fieri poſſunt

Blatt 189b: Sed non ſatis eſt hoc. niſi & bonum faciat. Lumbos quidem precingere oportet per ſanctimoniam. Sed & lucernas ardentes in manibus habere. neceſſe eſt. Et hęc ſunt magna opera Domini, magnifica & ardua ſecundum euangelium

viuere: in quo non niſi magna opera precipiuntur vt notum eſt. Igitur ſicut Sanctimonia preſeruat corpus a pollutione Ita Confeſſio animam a ſuperbia que eſt vera & prima pollutio eius.

poteſt & aliter intelligi Quod Confeſſio & pulchritudo idem ſit. Hod & heder heb. Quia eadem gratia qua ornatur anima ſimul confitetur nos eſſe nihil Et ex deo habere omnia Et in inquantum nihil ſumus. Confeſſio noſtra eſt. Inquantum accepimus. pulchritudo noſtra eſt. Agnoſce ergo Quod nihil es & habes confeſſionem. Et agnoſce miſericordiam dei: & pulcher eris Tibi eſto fedus, & eris deo pulcher. Tibi eſto infirmus & eris deo fortis. Tibi eſto peccator & eris deo Iuſtus. Tibi enim peccatũi. propterea Iuſtificabis in verbo tuo ſecundum heb Et iterum. Dixi confitebor aduerſum me Iniuſtitiam meam Domine. Et tu remiſiſti Ecce quam propinque ſunt Confeſſio & pulchritudo: Non peccatum & pulchritudo. Sed Confeſſio peccati & pulchritudo. Quod ſi tibi pulcher. Iuſtus. fortis. bonus es. iam negatio & deformitas erunt in conſpectu dej in te. Quamdum tuliſti confeſſionem. Decor noluit manere Quia gloriam non inflexiſti ideo & decorem amiſiſti da ergo gloriam deo & confeſſionem. Et hęc ipſa gloria erit decor tuus Confeſſio dej Et pulchritudo tua. Confeſſio autem tui erit deformitas de quantum per te ſtat. Ideo omnia peruerſa Iam ſur

Siue ergo $\left\langle \begin{matrix} \text{Confeſſio} \\ \text{laus} \\ \text{gloria} \end{matrix} \right\rangle$ & $\left\langle \begin{matrix} \text{pulchritudo} \\ \text{ſplendor} \\ \text{decor} \end{matrix} \right\rangle$ dixeris Eadem ſen-

tentia Quia primum ad deum refertur a te. Et alterum ad te referetur a deo. Tu ipſum glorificabis. & [*Ausgestrichen:* honorabit] decorabit te. Tu illum confiteberis. Et ille pulchrificabit te. Sicut Scriptum eſt. Qui [*Ausgestrichen:* me glorifi] honorificauerit me glorificabo eum. Qui autem me contemnunt erunt ignobiles. 1. Reg. 2.

Si ergo te glorificabis ille te deformabit. quia abſtuliſti ei quod ſuum eſt. Non mirum ſi non maneat. quod tuum eſt vt in Euangelio dicit. Si in alieno infideles fuiſtis. Quod veſtrum eſt quis credat vobis [*Luc. 16, 12.*]. Aliena eſt gloria & confeſſio

Sed tua pulchritudo & decor. Igitur teipſum noli confiteri Sed maxime negare & abnegare. ne ille te neget & abneget Sic Sacrificium laudis honorificabit me. Quia Confeſſio & laus deo Nobis autem confuſio Et vere mira res. Qui ſe humiliat exaltabitur. Et qui ſe exaltat humiliabitur. Sic Qui

ſe	honorat laudat confitetur pulchrum firmum nobilem doctum	facit	confunditur vituperatur Negatur fedatur infirmatur ignobilis fit inſipiens	Et econtra Qui ſe
	Saluat		damnabitur.	

confundit	honoratur
vituperat	laudatur
Negat	confitebitur
fedat	pulchreſcit
infirmat	fortis fit
ignobilem facit	Nobilis
ſtultum facit	Doctus fit
Damnat	Saluus

Ratio omnium eſt Quia ille deum confundit vituperat contemnit ꝛc iſte autem ſeipſum. Ideo Recte Dicitur Iuſtitia & Iudicium correctio ſedis tuę [*Ps. 96=97, V. 2.*] Si enim Nosipſos Iudicaremus non vtique a domino Iudicaremur. Sed potius ſaluaremur ab eo. Quia qui me confeſſus fuerit Confitebor & ego eum. Non ait qui ſe confitetur. Immo talis negat eũm. Ideo Qui me negauerit & ego negabo eum. Quia Infirma mundi elegit deus. ſtulta & ignobilia vt confundat fortia. deſtruat ꝛc.

Blatt 190a: per Hęc eadem ſoluitur iſta queſtio pſalmi ſequentis. Lux orta eſt Iuſto. ꝛc. Quomodo enim oritur iam Iuſto: cum Iuſtus non ſit. niſi iam orta luce? Reſpondetur Quod Lux non oritur niſi. ijs qui in tenebris ſunt. Qui autem iam in luce ſunt, non poteſt illis oriri. Cum ſit natura lucis: non ante ſemetipſam oriri. nec niſi in tenebris orirj. Igitur Qui ſibi tene-

bre videntur. & indigni. iam ſunt Iuſti. Quia dant ſibi quod ſuum eſt. Et deo quod ſuum eſt. ideo illis oritur. Et eſt nihil aliud. Niſi Quod Confitentur ſe in tenebris eſſe. & lucem deo eſſe. Ideo humilibus deus dat ſuam gratiam. Quare ante omnia humiliandum eſt. vt lucem & gratiam ſuſcipiamus. immo & conſeruemus. Nolunt enim ſeparari hũmilitas & gratia. licet una precedat aliam Sicut Iohannes baptiſta Chriſtum. Sed modo pede ſe ſequuntur. Igitur quam diu Confeſſio in corde manet tam diu & pulchritudo. Quamdiu humilitas tam diu & gratia. Manet autem ſi in conſpectu dej manſeris .1. ſi deum ſemper pre oculis habueris. cui ſemper es inconferibilis. Immo Si ibi manet & in conſpectu eius quoque manebis. Sed in conſpectum tui deſcenderis vel aſcenderis (.1. vt tibi in oculis aliquid & ſpectaculum fias: iam confeſſio & pulchritudo perijt. Quia tunc vere Negatio & turpitudo erit in conſpectu Dej. eo quod ſit confeſſio & pulchritudo in conſpectu tũi Quę tamen eſt vera negatio. immo falſa confeſſio & ficta pulchritudo. Quia hic nec tu deum conſpicis nec deus te. Sed tu te & ipſe ſe. Quia Conſpectus dej paſſiuus. vnde oritur confeſſio & pulchritudo. primum fit ex conſpectu eius actiuo Quia enim nos conſpicit: ideo conſpici ſe facit a nobis. Noli ergo cum ſeruo nequam egredi a facie domini & a conſpectu eius. Sed introite in conſpectu eius ps 99.

Iam Sanctimonia & magnificentia ꝛc. Hic non Conſpectus nominatur Sed ſanctificatio. Quia primo de Eccleſia loquitur quomodo eſt coram deo vbi nemo videt niſi Deus. Nunc autem etiam de ea loquitur prout. hominibus poteſt apparere. Et recto ac vero ordine. Quia primum coram deo rectificari oportet quam coram hominibus. Igitur. Eccleſia que ſanctificatur aſſixa in cruce Chriſti. Sanctimoniam habet: quia abſtinet ab omnibus que ſunt mundi & carnis. Et magnificentiam habet. in omnibus diuitijs, bonis, edibus ſumptibus ꝛc. Sed hęc magnificentia. Quia ſpiritualis eſt. omnino contraria eſt ei quam homines cognouerunt. Non enim magna facit ſecundum ſęculum. immo ſic paruificentia & ſordiditas infima eſt in illa. Sed conſtruit domos ſpirituales magnificas Epulis & ſumptibus refertiſſimas: populorum & pro-

cerum frequentia ampliſſimas. [*Ausgestrichen:* Sed] Ita vt Aſſueri Conuiuium hic nihil Sit. Sed in oculis Spiritualium & angelorum. Ideo premiſit Sanctimonia. que deeſt in ſęculo. Huius enim magnificentia & magna ſunt opera in oculis hominum Sed ſine ſanctimonia. immo cum prophana pollutione, plenaque ſuperbię, vanęglorię atque luxurię ſęditate. Et verum mirabile eſt valde. Quomodo ſimul in Eccleſia vel anima conſiſtere valeant. Magnificentia & Sanctimonia. Cum magnis operibus. ſuperbia & oſtentatio, elatio, inflatio. vana gloria miro modo inſidientur, Sed conſeruat hanc Sanctimoniam. ad extra. ipſa confeſſio & pulchritudo intus. vnde illa procedunt. foras. Humiles enim faciunt mirabilia

Blatt 190b: & magna. Sed tantum in Sanctimonia. Et quanto humilior, tanto eſt magnificentior. Quis credat hęc? Quia maior eſt & potentior & ditior. qui minor. infirmior & pauperior fuit. Ideoque maiora. potentiora & ditiora faciet: quo minora. infirmiora & viliora ſęcerit. Ecce quomodo Sapientia mundi confunditur. Lauare pedes pauperum: hũmillima facere obſequia inferioribus. Sunt magnificentia: Contemnere ea que magna ſunt in mundo, diuitias. edes, honores, voluptates, epulas ꝛc. Magnificentia eſt in Eccleſia. Et ſancta magnificentia. Heb. ſic Fortitudo & exultatio in ſanctuario eius. hic alius oritur ſenſus. Sed primum. vt iacet exponamus. fortitudo eſt in aduerſis. Exultatio in proſperis. Igitur in Eccleſia coram mundo Eſt fortitudo. qua nec proſperis extollitur. nec aduerſis frangitur. & ita quam optime cuſtoditur ſanctimonia ne ex vlla parte polluatur. Quare non multum diſtant Sanctimonia & magnificentia: niſi quod ſtrictius eſt Sanctimonia proprie dictum contra concupiſcentiam. Sed exultatio quomodo cum magnificentia conſonat? Hic alius ſenſus & intellectus magnificentie accipiatur Scilicet Vt ille ps. 32. Magnificate dominum mecum: Sic enim Magnificat anima mea dominum & exultauit ſpiritus meus in deo ſalutarj meo, . Ergo Exultatio & magnificentia iam conuenerunt in vnum. Vnde poteſt ſic diſtingui. vt Eccleſia ſut [*so*] fortis & Sancta ad mundum. Sed exultans ad deum & magnifica: Cauet ab inquinatione & macula

huius ſęculi & ſic ſancta & pura magnificat & exultat deo N
que enim poteſt placere exultatio eius, niſi primum ſit fortis a
ſancta, licet in anima oppoſitum ſit. ibi enim primo eſt confeſſ
ac ſic demum pulchritudo. Quia in corpus redundat ſanctitas
anima. in qua per confeſſionem orta eſt. Sed in corpore or
confeſſio & magnificentia ex ſanctitate. Ratio omnium eſt
Regula. Quod. Nos Iuſti non ſumus ex operibus Sed opera Iu
ex nobis primo Iuſtis. Ideo cum opera fiant in corpore: a
quam Iuſta ſint. Iuſtos eſſe oportet. Sed Iuſtitia in anima
fit niſi ex confeſſione iniuſtitię.

Quare oppoſito modo ſeſe habent. Confeſſio & pulchritud
corpore & anima. Et ita recte verſus altera pars conuertit
mam. Vt Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius Sanctim
& magnificentia in ſanctificatione eius. ac ſi dicas. Confeſſ
pulch. in conſpectu eius. pulchritudo & confeſſio in ſanct
Aut Sic Magnifi & Sanct in conſpect. eius. Sanct & mag
ſanct eius

Sed cum Scrip. ſit abyſſus. non eſt elaboratus iſte ver
Vnde & hoc docemur Quod ſicut omnia noſtra a confeſſione
ceperunt. ita in confeſſione terminentur. immo in magnifice
(.1. magnifica confeſſione.) vt ſi profęciſſe te ſentias: non
confeſſionem omittas. Sed tanto maiorem facias, quanto tu
gis profeceris. ſeu pulchritudine anime ſeu ſanctimonia cor
Vt ſic primum & vltimum ſit confeſſio: atque ſemper tib
nihil & fędus. & eo magis. quo maior & pulchrior vel ſancti

Atque hoc etiam recte habet. Quod pulchritudo ſecun
animam & fortitudo ſecundum corpus tribuitur Quippe ſecun
corpus nulla apparet pulchritudo in Eccleſia. quia eſt abiect
contempta. (. quo ad animi promptitudinem & voluntatem.) S
fortis & Inuicta vſque ad mortemium [*so*]

(Blatt 191. *Diese Blattzahl ist ausgelassen und es folgt sogleich:*)

Ps. 96. [Hebr. XCVII.]

Blatt 192a: Dominus regnauit Exul: Veriſſimum gaudi
Quis non gaudeat. quod eiecto tyranno legittimus heres & de

regnet ſuper ſe? Hoc eſt immo hec ſunt Iudicia tua Domine pter que exultauerunt filię Iudę. Quod nunc eſt Iudicium adi nunc princeps mundi eijcitur foras. & regnat ſuper nos ator mundi. Vnum eſt Iudicium hoc & multa. Quia a mul- eiectus eſt princeps mũndi per eundem Dominum, vnus eſt ainus. vnus eiector. Sed multis vicibus eijcit, ideo eſt. eiuſdem mę & finis Iudicium & tamen multa Iudicia. Verun- ien. Quia non deijcitur princeps niſi cum ſede ſua. quam auit. Ideo Iuſtitia & Iudicium correctio ſedis tuę. Et cruci- tur homo vetus & ad nihilum redigitur ita vt vix reliquie iales ſuperſint. Sicut de veteri populo ſynagogę reliquię. ita quolibet veteri homine. relinquuntur. Et nobis bona ſunt iſta licia. per quę fit. vt Nubes & caligo ſit in circuitu Chriſti Et e in medio nubis que eſt in anima. Et caliginis. que eſt in ne. Nam Nouus homo per fidem. accepit nubem (.1. enygma- am lucem.) Et per hoc. vetus homo. accepit caliginem. & ob- ratus eſt ſalubriter Quia dum ſpiritus illuſtratur caro exceca- Hoc per Iudicium & illud per Iuſtitiam. Et ſic eſt ſe- s Chriſti correcta

Alluxerunt fulgura eius orbi terrę. Non in angulo. malefici operantur Sed in palam totius mundi Quia vidit commota eſt terra (. Iudęę populi.) Terra enim in Scrip. oprie ſignificat terram Iſrael. niſi per additionem aliter traha- r. Quia & illis tantummodo Chriſtus promiſſus eſt & venit. itur Iudęi Viderunt iſta miracula & fuerunt compuncti act. 2.

Montes ſicut cęra flux (.1. ſacerdotes, phariſei ꝛc) ſunt miliati ſub Chriſtum. Quia vt in act. Multa turba ſacerdotum ediebat fidej. ſcilicet omiſſo tumore. duritia, figura & denſitate rioris vitę. ſicut cera amittit ab igne loquitur adhuc de monti- us terrę Iudeę. ſicut per totum ps. nihil de gentibus loquitur. ltem ad literam. Viderunt omnes populi (. ſcilicet Iudęo- um.) gloriam eius (.1. Chriſtum in carne. Et miracula eius n Apoſtolis. Viderunt inquam non tantum intellexerunt vt nos entes. Sed oculis carnis viderunt vt .infra. ps ſeq. Con- undantur omnes qui ꝛc duplicia ſunt Sculptilia. Quedam manu carnis facta. Vt in gentibus. Alia manu intellectus com-

poſita que ſunt mendacia. Et ita Iſaie .1. & multis alijs loc
Iudęa Sculptilia dicuntur facere. Quia cum verum deum negent
Et trinitatem perſonarum. patet quod mendacium fingunt & no
deum. quando vnam perſonam in deo tantum fingunt. Ideo ip
in ſpiritu hic arguit. Confundantur. Quia idem eſt Deum n
gare & Chriſtum negare. in quo eſt omnis plenitudo diuinita
corporaliter. Ergo ſine deo illi & idolorum cultores. S
non nos. Quia adeo verum deum habemus. Vt angelis impe
mus. d. Adorate eum omnes angeli eius. Confundan
illi. qui nolunt adorare eum. Sed vos adorate eum Et meri
Quoniam tu Dominus altiſſimus ꝛc Ergo adorandus. S
tamen Iudicia Iucunda. Quod illi confunduntur. & libera
tur qui te adorant

Qui diligitis dominum odite malum. non tantum iniuſtu
Sed etiam malum. Quia multum differunt Iuſtus & bonus. Iuſt
non tribuit niſi pro meritis vnicuique. Bonus autem etiam i
dignis tribuit. Ideo malum tam faciendo quam reddendo odi
dum eſt. ab ijs. qui amici Chriſti eſſe volunt

Lux orta eſt Iuſto ꝛc. Antiqui Iuſti: erant Iuſti. per fid
fidej noſtrę. Quia crediderunt & ſperauerunt in fidem iſtam i
turam ſicut Galat. 3. Tenebamur concluſi in eam fidem q
reuelanda erat Et Ro. 3. dicit Quod in ſuſtentatione dei pr
dentium delictorum. ad oſtenſionem Iuſtitię eius in hoc tempo
propoſitus ſit Chriſtus propiciatorium. Ergo illis Iuſtis
fide informi .1. ex fide fidej) orta eſt lux iſta fides que nu
eſt Sed Alii qui non niſi carnem ſapiebant. Et erant n
recti corde. quia non expectabant fidem futuram excęcati ſun
ceciderunt

ps. 97. [Hebr. XCVIII.]

Blatt 192b: Saluauit ſibi: hoc verbum abſolute poni
Vt ſi latine diceretur. Rhetor oraŭit dixit .1. orationem fęc

Hebręa enim lingua frequenter huiusmodi habet mor
locutionis abſolutorum verborum. Quod autem: ſibi: di
ſignificat quod ſolus ſeipſum ſaluauerit Nobis enim non nos ſ

utem facimus Sed ipſe. Sic Iſaie. 59. Et ſaluauit ſibi brachium uum Et .63. Et ſaluaũit mihi brachium meum. Et indignatio mea pſa auxiliata eſt mihi. Myſtice autem. Saluauit ſibi. ſecundum b Aug. .1. quoſcunque ſaluat ſibi & ſuo honori. ſue voluntati ſaluat. Vt qui iam ſaluati ſunt. non ſibi viuant. Sed ej qui pro is mortuus eſt & ſaluauit eos ſecundum Apoſt. Sic enim Nos umus male ſalũi Et ſaluamus ſeu ſalutem facimus & procuramus obis. ad noſtram voluntatem. Ideo iſtam ſalutem noſtram deſtruit Et ponit ſuam ſalutem in nobis, qũa ſalũat nos ſibi, non obis. Et hoc indicatur ex verbo Iſaię. 63. Indignatio meo [*so*] auxiliata eſt mihi. ſcilicet per quam deſtruxi crucifixi & vulneraui ſalutem eorum malam ſecundum carnem mundum ſicut ſeipſum in ſequentibus exponit d. Et calcaũi populos in furore meo. Et inebriaũi eos indignatione mea. Et detraxi in terram virtutem eorum. ſcilicet qua male ſani, ſalũi & validi fuerunt. vt ſaluarentur brachio Domini Et diceret. Et ſaluauit mihi brachium meum. Vnde recte Canitur Oſanna in excelſis. (.1. ſalutem ſeu ſaluationem effice queſo. non in inferioribus vbi Impii ſaluantur vt inęternum damnentur. Sed in excelſis. in cęleſtibus. in ſpiritu. Sed non poteſt ibi ſaluari (.1. ſalus fieri.) niſi prius damnatio hic & ęgritudo fiat noſtrę ſalutis. male & impię. Ideo cum Chriſto crucifixi & mortũi. etiam conſaluabimur & conſurgemus ſibi & non nobis. Nam & in hanc ſalutis differentiam bene dicit. Salutare ſuum. non noſtrum. Quia non ſolus ſibi ſaluatus eſt. Sed vt notus fieret ſaluus ac ſic nos quoque per eum ſalui fieremus. Quę ſunt mirabilia iſta magna dej

Sciendum ſecundum b. Hiero. ad damaſum. Corrupte legitur. Oſanna. Sed ſunt duę dictiones vt ſic. Hoſchi, ana. (.1. ſalua obſecro.) ſiue O Salua. Nam Ana. ſeu Anna. eſt dictio obſecrantis. que apud nos. pro. O. interpretatur vel obſecro. Vt ps. 114. o Domine libera animam meam Et 115. o domine quia ego ſeruus tuus. Exo. 32. obſecro, peccauit populus iſte peccatum maximum Ideo poteſt Vel poſt vel ante poni. Vt, Ana hoſchi. Vel hoſchi ana. Inde venit nomen Ieſu a ſaluando vt Angelus expoſuit luce. 2. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum ꝛc Nec obſtat quod a nomine tetragrammaton dicitur ve-

nire. Nam tetragram. per aſſumptionem litere Schin. iam ſignificationem coincidit cum Oſi

Viderunt omnes fines terrę futurum pro facto dic. Multo deuotior & Sanctior quam nos. Quis enim ſic certe fu. ram gloriam & pęnam credit & ſperat vt iſte & omnes prophe noſtra hęc tempora crediderunt & ſperauerunt? Nos quo quaſi iam in cęlo Vel in inferno eſſemus & in ſepulchro iace mus. oportet cogitare. Sicut illi: quaſi iam eſſent in noſtro te pore cogitauerunt ſuorum & preſentium obliti. in anterior futura ſemper extenti. quod ſatis indicant, quando per ve preſenti [*so*] temporis ita loquuntur. Sed ad propoſitum

In Scripturis & ps. Videre diſtinctum ab intelligere acci tur. pro viſu exteriori Vnde & hic ita oportet accipi. Quia vi Chriſtum in carne viderunt omnes fines terrę Iudeę. Sicut Iſaiam. 40. allegans Iohannes bap. luce. 3. dicit. Et Videb omnis caro ſalutare dej. (. ſcilicet omnis caro Iudęorum. ijs ea promiſſus fuit. Et ad eum populum quoque Scrip: tantum lo tur Licet per eorum viſum corporalem. myſtice intelligatur vi interior omnium gentium. Nam omnes gentes viderunt ſci per intellectum ex verbo euangelii nunciantis Chriſtum.

Vnde quod ps. 5. & 8.

Blatt 193a: dicitur Mane aſtabo tibi & videbo. Et vi cęlos tuos opera ꝛc Et ps. 62. Vt viderem virtutem tuam gloriam tuam. ſimiliter de viſu corporali oportet accipi. Q loquitur ibi in perſona ſeu pro perſona futuri populi. temp Chriſti. Ita vt ex auctoritate Apoſtoli Heb. 2. Cogam ps. 8. exponere de myſtico mundo. dicentis Non enim ange ſubiecit orbem terrę futurum. de quo loqũimur. Igit Videbo cęlos tuos (.1. Apoſtolos & diſcipulos tuos) videbu homines. quod ex eo etiam patet. Quod non ait. vidi aut vi Sed videbo. cum vtique videret cęlos viſibiles & corporales. S ad alios cęlos reſpexit futuros. vnde & Apoſtolus ſumpſit qu de futuro orbe loqueretur

Iubilate ꝛc. Iſta muſica hic recitata. poteſt ad literam intel ligi q. d. O Vos filii Iſrael, qui futuri eſtis. quando iſtud ſal tare videbitur Iubilate pſallite Et honorem quem facitis deo i

ɛſtris ceremonijs huic tribuite: qui in carne apparuit. quoniam
t verus deus. Vel ſit vox prophetę exhortantis populum tunc
:eſentem: ad fidem & ſpem fŭturę incarnationis & aduentus
hriſti. q. d. omnia feſtiua agite & laudate. quoniam Ecce vobis
:niet vobis promittitur filius dej ſalutare. Sic enim Certificantis
prouocantis eſt. pſallite ꝛc

Myſtice autem Quid ſit Cithara ſepe dictum eſt. Et quid
:lit geminatio in ſcrip. ps. 67. Quattuor ergo iſta ⟨ Cithara —— vox pſalmi — uba ox buccine ⟩ valde plena ſunt & plus quam ego capio Notan-
ım tamen ante. Quod non eſt de ſenſu textus. Quod tubę
actiles ſint. Sed latine ſic dicuntur Tube argenteę vel ereę
agis ab arte quam a materia: Ideo vera eſt b. Aug. ſuper
:rbo Ductilibus. Sed non ad ſenſum textus neceſſaria [lati. *ıdeutlich, scheint ausgestrichen.*] Duplices enim tubę erant
pud Iudęos olim. Argenteę. (quas nos. ductiles dicimus latine.)
Corneę. (quas communiter Buccinas dicit b. Hiero.) vnde heb.
ic. In Tubis & clangore buccinę Et Tubis vtebantur in
ɛſtis & lętis: Buccinis autem in triſtibus & afflictionibus. Ita
ınt Duę predicationes in Eccleſia. Gaudere cum gaudentibus.
ere cum flentibus. Exhortari ad gaudium in domino. & exhor-
ɜri ad luctum & pęnitentiam in ſeipſo. Vnum ex domino. alte-
ım ex nobis pro miſeria habemus. Alterum Bona dej ſunt
ı nobis. alterum mala noſtra in nobis. Sic ſpiritum lętificare
carnem contriſtare. Spirituales gaudere. Carnales triſtarj do-
ere: Iſte ſunt duę tubę. in vna canitur Iuſtitia. que eſt nobis
x deo. in altera Iudicium. In vna paſſiones & crux Chriſti. In
ltera reſurrectio. gloria & conſolationes Chriſti. Quare breuiter.
redicare ea que ſunt ad ſalutem ſpiritus & noŭi hominis. eſt
uba argentea ſonare Sed predicare ea que ſunt ad humiliationem
:arnis & veteris hominis eſt Buccina ſonare. Quia ibi de Iuſtitia
virtutibus inſerendis: hic de peccato & vicijs extirpandis pre-
licatur. Non enim iſtę duę tubę nunc tempore noſtrę ſunt di-
tinctę & ſeparatę ſicut olim. in forma Sed tantum in materia
eu obiecto. Iſta duo probamus ex Iſaia. 40. Super montem

aſcende tu qui euangelizas Zion Exalta in fortitudine voc
tuam ꝛc hic quia dicit de Euangelio. Tubam notat. qua doc
bona. Sed .58. Clama ne ceſſes. quaſi tuba exalta vocem t
Et ſequitur. Et annuncia populo meo ſcelera eorum: & d
Iacob peccata eorum. hęc eſt Buccina cornea. Et Iohelis
Canite Tuba in Zion vllulate in monte ſancto meo. Manife
hic eſt quod pro peccato canendum precipiat in Buccina co
Item patet in figura. Quia Nũmeri x. Tubis argenteis vteb
ad excitationem in bello. (.1. predicatur ad capienda arma
tum ad bella contra vitia

Quod autem aliqũi Corneam ad vetus teſtamentum appl
Ductiles ad noũm. poteſt cum iſto facile concordari. Quia
teſtamentum peccati eſt. Et redargũendum, ſicut caro cum
Et nouum eſt gratię & laudandum eſt & preconiſandum.
gestrichen: Item Quod] Aliter autem b. Aug. quem vide.

Blatt 193b: Sed cur dicit Voce ſeu clangore buccine.
non etiam voce tubarum? forte Quia facile quidem eſt bo
cere & vera predicare. Sed vitia mordere atque arguere
eſt fortitudinis. ne timeat iraſcentes quos arguit. Simul d
ne quis detrahat occulte Sed manifeſte & publice coram o
Multi quidem detrahere poſſunt. Sed cauere [*so*] in voc
corneę non audent. Et multi timent ac ſic tacent timore
illi nequicia Ergo exaltanda eſt vox in Cornea magis qu
tuba. facilius enim audiuntur que vera ſunt. quam que m
nobis ſunt. Et inde dicuntur iſta argentea quia ſu
ſolida & vera documenta de cęleſtibus & liquide ſonent
clare. Sed Cornu ſonat obtuſius. Ita & vox docentis
Vox arguentis obſcurius. non ſuo vitio Sed auditoris. Q
ęgrius auditur illud autem libentius Ita hoc raucum illud
ſonat illis ſcilicet quibus ſonat. Deinde Hoc ex corn
ex ere. Cur hoc? Quia argentum alienum a carne.
autem ex carne oritur. ita ea que bona predicantur ſu
Chriſto glorioſo: de cęleſtibus. Sed que arguunt [*Augustu*
bona] mala noſtra. ſunt de Chriſto crucifixo predicare enim
ſtum crucifixum. eſt predicare mala noſtra crucifigenda.
guendos nos. Sic fit cornu de ariete mortuo Chriſto. ſecun

carnem. Sed hic magna opus erat voce. quia totus mundus crucem iſtam audire noluit. Sed quod viũit ex virtute in gloria. omnino eſt alienum ab humanitate. ſicut argentum a carne. Ideo predicatio talis eſt mera reuelatio & aſſumptio deſurſum. Sed cornu ſumptum eſt de capite arietis. Quia non eſt alienum ab humanitate paſſio & mors ꝛc Libenter ergo omnes audimus bona futura & volumus. & clare nobis ſonant. Gaudere volumus cum ſanctis. Sed non volumus audire peccata noſtra argui. placent nobis gaudia futura Sed non volumus diſplicere peccata. Ideo tubas etiam ſine voce audimus. Sed Corneam nec cum voce volumus audire. Sed certe hic maxime clangendum eſt

Quid tandem eſt Quod nec Cithara vocem habet. Et ps habet vocem? Sic enim ait. Voce pſalmi. & non voce Citharę. Exaltandus voce pſalmus. non autem Cithara. Si voluerimus ſtare antea dictis Vt ſit pſalterium. opera virtutis in vita actiua. Et Cithara opera Infirmitatis in vita paſſiua: Quia illa ex ſpiritu agimus deſurſum: iſta ex carne patimur ab infra ſeu a [*Ausgestrichen:* deduc] de infra. Ergo Exaltanda ſunt opera virtutum [*Ausgestrichen:* quoniam] Sed non paſſionum? Cur ita? Quia pati vulgare eſt omnibus. facere autem ex deo bonum. nolunt recipere homines Quia virtute ſua gloriantur. Nihil enim ita predicandum immo exercitandum eſt. Quam ſcire Quod ex nobis nihil ſimus. & tantum deſurſum habeamus omnia Igitur

pſallere { in { Cithara / Voce pſalmi } eſt laborare in operibus — infirmitatis & paſſionum virtũtum & perfectionum. & hec cum voce deo tribuere
in { Tubis ductilibus Eſt predicare myſterium regni cęlorum & ad bona ſpiritualia exhortari
Voce tubę corneę Eſt predicare, arguere, peccata & mala noſtra. Vnde dominus de ſpiritu ſancto ait. Ille arguet mundum de peccato. de Iuſtitia & de Iudicio.

Vide latius & melius de ijs collect. ps ſequentis ſcilicet. 100.

ps 98 [Hebr. XCIX.]

Blatt 194a: Dominus Regnauit ꝛc Tota intentio ps. eſt ex-
hortari ad exaltandum Chriſtum, qũem propter hominem aſſump-
Sciebat contemnendum. Nam ſi hęc de deo non incarnato dic-
tur. Qua neceſſitate dicuntur? cum certum fuerit apud illos. e
ſolum eſſe altiſſimum

Igitur. Iudęi primo. Deinde gentes. & in vtriſque diabo
conatus eſt. regnum Chriſti impedire & eius exaltationem. I
dicit Iraſcantur populi. Nimis enim indigne ferebant homi
deum audire. & regem omnium eſſe. Sed heb. non h
optatiuum vel coniunctiuum Sed tantum Indicatiuum ideo l
ſcentur poni potuit. Niſi forte in imperatiuo ponatur. E
bonum capiatur ſcilicet vt ps. 4. Iraſcimini & nolite pecc
ſcilicet vt ſibi iraſcantur. Et ſic Iudicium fiat, quod honor re
diligat heb. autem. Concutiantur. quod in bonum poteſt
& in malum. Quia ſic act. 2. fuerunt concuſſi ad vocem
audito Quod Chriſtus regnaret. vt dicerent. Quid faciemus
fratres? tunc etiam mota eſt terra (.ſcilicet Iudęa.) in eodem
Quia conſedit ſuper Cherubim. quod eſt ps. 76. expoſitum.
plenitudo ſcientie Eſt fides. ſicut plenitudo gratię. eſt Ch
Super fidem autem ſedet Chriſtus in animabus fidelium

Exaltato ergo eum ꝛc Quod ſi dixeritis. Moſes. Moſes
Audite. qualis iſte ſit Chriſtus. Quoniam Moſes & Aaron
minor eſt eo. vt inter ſacerdotes eius numerentur. Et Sa
primus & magnus prophetarum. inter eos qui Inuocant eiu
nomen. Sed non Inuocaſſent eum. niſi deus eſſet Ig
Samuelem nec vllum prophetam poteſtis ei equare cum non
inter eos qui Inuocabant. Sed qui nunc Inuocant eum. co
tentur. Hoc eſt. reputantur ſicut fideles tempore Chriſti:
eundem tunc Inuocabant, quem illj nunc Inuocant. Sicut enim
nunc Inuocant. licet homo ſit Ita illi Inuocabant eum tunc
ipſe exaudiebat eos. qui & modo exaudit nos. vel nunc Inuoca

ps .100. [Hebr. CI.]

Blatt 194b: Contra ſuperbiam totus ps iſte loquitur. I
diſtinguenda eſt ſuperbia & humilitas.

prima eſt Corporalis. ſcilicet de diuitiis. forma, generę. arte: Induſtria, ingenio. Et hęc duplex. Quia quibuſdam vere inſunt hęc vel aliqua horum. Et inde ſe extollunt & gloriantur. & non confitentur in iis deo qui dedit. Quibuſdam autem videtur Quod ſibi inſint. cum tamen non inſint: Et hec eſt ſtulta ſuperbia. icet omnis ſuperbia ſit ſtulta coram deo Sed hęc etiam coram hominibus. [*Am Rande links:* Non ero Inſip. Veritatem enim [*d. i.* 2 *Cor. 12, 6.*] Et Hęc habet duplicem humilitatem contrarie. primo Quando iſta auferuntur per manum domini. tunc non poteſt ſuperbire vtpatet in experientia Et hęc quidem vtilis eſt Sed non perfecte laudabilis humilitas Secundo. quando manent quidem. & tamen ex virtute pro nihilo habentur. nec inde ſuperbitur. Sed quaſi non habeantur. ita cęteris ſeſe ſimilat in omnibus. Et hęc eſt glorioſa humilitas. Quę in Dauid. & heſter eximie relucent [*so*] & multis alijs ſanctis martyribus & filijs regum ꝛc

Altera eſt ſpiritualis. De ſcientia, ſapientia, intellectu, virtute, caſtitate, paupertate, mititate, deuotione & cęteris donis ſpiritualibus & diuitiis anime. Et Hęc quoque duplex eſt primo aliqui ſibi vidĕntur habere & non habent. vt in Iudęis & hęreticis. quos primo & capitaliter iſte ps percutit & dominus maxime odit. Secundo aliqui vere habent. Sed non confitentur deo. nec alijs ſeſe ęquant aut ſubdunt. Sed extollunt. Et hiis quoque duplex humilitas opponitur. primo ſi deus permittat illos ruere in manifeſtum errorem & peccatum. vt ſic negare non poſſint. ſę cęcos & peccatores factos eſſe. Et hec vtilis Sed non perfecte laudabilis humilitas Sed potius humiliatio. dum illis notum fit contrarium. quam de ſe preſumebant. Secundo. quando illis manent ſi in ipſis ſunt talia Et tamen ex virtute gratię. diſtinguunt inter ſe & dona dej. & ſic conſtanter ſeruant confeſſionem deo in bonis acceptis: & agnitionem ſui in malis ſuis habitis: Et ita ſemper ſibi nihil ſunt. Sed o quam rara hęc auis deus bonę paucos ego vidi. Qui non plus attendant dona dej in ſe: quam ſeipſos. Quod facile eſt cernere in probatione: Quia ſi talem aliquis a ſiniſtris pulſauerit verbo vel opere: priuatiue vel poſitiue. Si hic prudens eſt & ſui non eſt oblitus: facile ſtat, ſuſtinet, patitur. nec iniuriam ſibi fieri putabit

Sicut neque fit. Quia licet Chriſto in donis ſuis iniuria fiat qu in illo ſunt, non tamen ej, in quo ſunt. Scit enim Vnde fi quid ſit: quoniam omni malo dignus ſit. ex ſe & ſua nullitate peccatis. Ideo non miratur talia ſibi fieri. Si autem vi confundit & ſui oblitus. Dona dej in ſe attendit. mox inflat inſurgit, reddere paratus ęquale Cogitans. quoniam ſimilis i vel etiam ſuperior. ex donis dej. ſicut forte verum eſt. O q raro iſta vidi exempla humilitatis verę. Semper volumus e nobis attendi. que aliena ſunt & dej Et non ea que noſtra ſ immo maxime volumus non attendi, Et tamen in aliis attendi que eorum ſunt & non ea. que dej ſunt in illis. Eodem mod a dextris pulſetur laude, fauore, honore, munuſculis. quam d cile eſt ſe indignum reputare iſtis & non complacere in i velut merito oblatis & digne exhibitis

Et non poſſum paradigma clarius dare. Suſcipiat prin puellam mendicam in ſtercore & vermibus. Et indutam omn precioſis. purpura, gemmis, auro. (ſicut & Ezech. 16. 17. deſcri Hęc ſi prudens fuerit. Non obliuiſcetur qualis fuerit vnde v rit. Sed confitebitur palam. quoniam non ex parentibus ſ habeat Sed gratia principis Nec ſic optat illa in ſe attend nolit attendi etiam ſeipſam: Quod ſi quis in faciem ei obic ſuam veterem miſeriam. verum eſſe fatebitur quod dicitur. iraſcetur

Blatt 195a: Si autem & honorabitur, laudabitur x ignorat. hęc ſibi propter ſe non exhiberi aut deberi. Sed pr principis gratiam. Quod ſi c. nfundet & miſcebit omnia. oblita. non teneat diſtinctionem & differentiam inter ſe & data. ſicut Vaſthi regina. Iam quid faciet princeps? Vel an Vel repudiabit cum iſtis ornamentis ſimul & proijciet.

Ita per omnia fit cum Anima in Chriſto. Qui eam ſu in gloriam. & ſuis gracijs ornat Si autem ipſa prudens fu Sciens quoniam non ex patre ſuo (.1. Adam.) hęc habeat S vermes miſeriamque multam. nec aduerſis nec proſperis mut tur. nec laude nec vituperio inflabitur. Sed ſemper ſibi Iuſte co tingere ſentiet: que mala contingunt. quoniam ſic eſt nat omnino aliena ſunt in quibus honoratur. Vnde Apoſt. Ch

vellet gloriari premiſit Non ero inſipiens. veritatem enim dicam (*2 Cor. 12, 6.*) Inſipiens enim eſt. qui deum non cognoſcit nec ea que dej ſunt. ideoque neceſſario mentietur. Igitur de ijs quoque ps poteſt intelligi. Sed magis de primis. Tu ergo hęc dicta penſa & applica tibi. Conſydera multos in monaſterijs. Qui gratiam ſi habent, volunt feriari & celebrari: cum gratias agere & indignos eſſe ſe confiteri debeant. Vel eam habere vel adminiſtrare. Et cum omni deuotione. eam expendere, quod digni ſint tali dono. Sed o Inſipientes nos. Non fruſtra ps. 50. dicit. Sacrificiũm deo: (.non caro contribulata Sed.) ſpiritus contribulatus. Cor contritum & humiliatum deus non deſpicies. Non manum vel corpus. (.1. Spiritualis voluntas. ſenſus & omne interius cordis. hoc ſi humilietur & conteretur [*so*]. ſaluum eſt. Diſcamus ergo Domino cantare. Miſericordiam & Iudicium. Miſericordiam in bonis illius. omnia ei attribuendo Iudicium in malis noſtris nobis ea tribuendo. Neque vnum ſine altero eſſe poteſt. Et ſi non benedixeris deum. quando iniuriam, malum, damnum ſuſcipis. Sed reſiſtis atque defendis. iam Iudicium non canis domino. Quia non conſyderas. quo tu dignus es. & quid ſis. ac quam recte tibi iſta contingant. Et ſine dubio ſimul miſericordiam etiam non cantas. Quia propter dona dej in te vis ſupportari: quaſi ex te & tua ſint. Et ita iam non ex miſericordia Sed ex Iuſtitia te habere exiſtimas Sed Si vere credis. Quod indignus ſis bonorum & dignus malorum (vtrunque enim ſimul neceſſe eſt eſſe.) iam vere cantas miſericordiam & Iudicium. Quia ſentis adeo te indignum bonis. vt non dubites hanc ſolam eſſe miſericordiam. quia habeas ea. Et adeo dignum malis. vt non dubites. Iuſto Iudicio tibi iſta contingere. Igitur ſi hoc credis & intelligis corde, confiteris ore: oſtende quoque in opere. Et ſuſtine iniurias. & fuge atque contemne fauores & laudes. Sic ſunt omnia idem

Iuſtitia	Iudicium	In ijs omnibus iſta duo ſignificantur.
Miſericordia	veritas	Multi itaque habent quidem & miſeri-
pſalterium	cythara	cordiam & Iudicium. Sed non cantant
pſalmus	canticum	ea domino. Quis enim eſt qui non

Mane	veſpere
dies	Nox
dextrum	ſiniſtrum
oriens	occidens
Auſter	Aquilo
Thabor	hermon
Tuba	Buccina

habeat bona ex deo? Quis rurſum non habet malum ſuum & ea que nolit. Sed non laùdant deum in iſtis. Bona deo non confitentur, quod ſint illis indigni. Nec malis dignos ſe confitentur. Atque ita murmurant potius ſibi Iudicium, quam cantent domino. Cantare enim eſt cum hylaritate confiteri & laudare deum. atque complacere & delectari in deo. quoniam Iuſtus eſt in Iudicio: quia flagellat: Et miſericors quia bona tribuit. Sic enim exultauerunt filię Iudę. propter Iudicia tua domine. Qui enim non delectatur in malis ſuis. Et ſic Iuſtitiam dej diligit. hic non cantat Iudicium. Sed non delectatur. niſi prius miſericordiam conſecutus & in ipſa primum delectetur. Quia habitis bonis amatis, facile eſt etiam in tribulationibus gaudere

ps. 23. Virga tua & baculus tuus. ipſa me conſolata ſunt

virga que flagellat carnem
Baculus qui ſuſtentat ſpiritum

Blatt 195b: Vnde & dominus ita Eccleſiam ſuam & quemlibet Iuſtum regit: per cognitionem ſui & per cognitionem dej: Nos enim ſi cognoſcimus. facile canimus Iudicium Si autem deum facile miſericordiam cantamus. Nam deum per ſua bona cognoſcimus. Nos per noſtra mala. Igitur Quandocunque obueniunt nobis bona vel iam data conſyderamus. mox dicit fidelis. Hęc omnia ſunt ex miſericordia dej. Et ita in deum vocem affectus eleuat & laudat. non ſibi inflectit, aut gloriatur in illis coram hominibus. Quoniam tales cantant miſericordiam ſuam hominibus. & ſibi cantari faciunt eam ab hominibus. Et tunc ſequitur quod etiam Iudicium blaſphemet & non cantet. Quia non eſt poſſibile quod qui gloriatur in bonis & proſperis atque extollitur quin in malis quoque frangatur. blaſphemet & maledicat. Quandocunque autem obueniunt Mala ſeu iam habita inſpiciuntur. mox fidelis dicit hec omnia ſunt Iudicium. Quia

mihi debita in veritate Et ita leuat iterum vocem in dominum. laudans quia miſericordiam ſimul habet cum Iudicio. Et hoc ex ſui cognitione Illud autem ex dej cognitione. Sic Cantauit Iob. Si bona ſuſcepimus de manu domini. Mala autem quare non ſuſtinemus. Vnde ps. 96. quum dixiſſet. Qui diligitis dominum odite malum. ne de malo carnis odiendo intelligeretur. Et ita Iudicium non cantaretur domino mox addit. Cuſtodit dominus animas ſanctorum ſuorum. Non ait carnes ſanctorum. in quibus Iudicia facit Sed animas in quibus miſericordiam facit. [*Am Rande links:* dominus dedit Ecce miſericordiam dominus abſtulit Ecce Iudicium Sicut domino placuit ita factum eſt. Sit nomen domini benedictum [*Hiob 1, 21.*] Ecce cantantem domino. Sic Act. 5. (*V. 41.*) Ibant Apoſtoli gaudentes. [*Ausge. strichen:* Ecce] Quoniam digni habiti ſunt Ecce miſericordiam: pro nomine Iheſu contumeliam pati. Ecce Iudicium. Sic fit cum omnibus Iuſtis. Ergo in ſequentibus reprobat omnes qui Iudicium horrent. Et carnis bona querunt. quia nec miſericordiam nec Iudicium cantare poſſunt eiusmodi] Corol. ſequitur. Quod In hac vita vtrunque ſolum in ſanctis eſt. ſcilicet miſericordia & Iudicium. In Inferno enim ſolum erit Iudicium. In cęlo autem ſola miſericordia. hic autem ſimul vtrunque. Ergo Bona ſpiritualia immo quecunque. tribue miſericordię Dej & lauda dominum in hiis. Mala autem corporalia huiusque vitę moleſtias temporales. tibi imputa. vt propria & debita: illa autem indebita & mere gratis data. Et ita illic non ſuperbies, hic non deſperabis: illic non vanus fies & inflatus. hic non puſillanimis & triſtis atque deiectus. vt ſic per miſericordiam & Iudicium. de Iudicio ſine miſericordia ad miſericordiam ſine Iudicio peruenias Amen. Aptiſſime ergo verba ſunt poſita. Quoniam miſericordia precedit vt cantabile fiat Iudicium. Cantatur miſericordia antequam Iudicium, Alioquin eſſet plorabile Iudicium. ſi non miſericordia prꝫexiſteret. Sic enim erit in inferno Vbi non miſericordiam & Iudicium cantabunt. Sed iram & Iudicium plorabũt, maledicent. blaſphemabunt. In cęlo autem Miſericordiam & gloriam Iubilabunt. [*Am Rande links:* .2. pet. 2. | . . b pe. Execrabile Iudicium | . . blaſphemum] Quare omne Iudicium eſt infęlix

& plorabile: cum quo non ſimul eſt miſericordia. Vt ſunt Mala flagella peccatoris. Sperantem autem in domino miſericordia circundabit. Iuſtorum autem eſt vnum tantum flagellum non multa .1. duo. ſcilicet in carne tantum quia miſericordia circundat eum

Tranſcurramus itaque psalmum breuiter. Miſericordiam & Iudicium cantabo tibi domine, Quia ſicut Ro. dicitur ijs qui fuerunt in lege loquitur. de Iudęis primo loquitur. Miſericordia ergo in animabus. Et Iudicium in carnibus eorum. Similiter Miſericordia in populo Spirituali. qui ſuſcepit fidem. & Iudicium in populo incredulo. cantatur. Sic enim per miſericordiam & Iudicium tropolog pars Iudaici populi. facta est miſericordia, altera autem que miſericordiam noluit. cecidit in Iudiciũm & perditionem. Et hoc per totum psalmum deſcribitur. Quare primo de Iudęis. deinde de hereticis. Generaliter autem de omnibus malis ad literam Chriſtianis. Tropolog. autem de ſpiritu & carne intelligitur. Quę videamus

pſallam & intelligam in via immaculata. Quando venies ad me. Hęc eſt prima pars populi miſericordię. Quamdum incredulus. abiectus plorat: populus fidelis interim pſallit in via immaculata. Ille autem vlulat in via polluta. Quare Quia Ego intelligam ille non. Ego pſallam ſapienter & intelligenter (.1. in ſpiritu.) Ille autem pſallit immo neque pſallit & non intelligit. Quia pſallit inſipienter & carnaliter. (.1. in literali ſenſu carnis Scripturas tractat.) Ideo immunda eſt & polluta via eius Vnde hic videtur elucere vera differentia pſalterii & Citharę in ſignificato. Quia citharа veteris [*so*] legem teſtem futurę exprimit Ideo ſurſum ſonat, quaſi vocans eam de celo. pſalterium autem Noũam per veterem teſtificatam Quia inde deorſum ſonat. quaſi vocata ab inferiori & terra. Ideo ps. 98. pulsa

[*Unten am Rande herüber:* Quando Venies ad me. refertur poteſt ad illud Intelligam ꝛc. Vel ipſum intelligam: ad. hoc. Quando venies. ad me .1. Quando venies (.1. niſi venias non intelligam. Vel. Intelligam Quocunque tempore venias. Et hanc diſtinctionem Bern In Canticis pulchre ponit.]

Blatt 196a: pſallite domino in Cithara, in Cithara & voce pſalmi. Quomodo in Cithara pſalli poteſt cum hoc ſit pſalterium

officium? Sed vult in Cithara ſpirituali. que eſt idem quod pſalterium. Quia lex ſpiritualis & euangelium idem ſunt. In huius rej ſignum. geminauit in Cithara. Quę geminatio ſpiritum notat. vt ps 67 dictum, Item quod premiſit. pſallite. Ex quo ſequitur. Quod qui pſalterium & pſalmos exponunt de litera & figura. contra nomen eius faciunt Sed debent omnia vt deſũrſũm in ſpiritu ſonantia accipi. ſumpta ex Cithara. Igitur pſallere Eſt Euangelium & ſpiritum predicare Citharizare autem Eſt teſtimonia ex lege adhibere. [*Am Rande rechts:* ſeu legem ſpiritualiter predicare] Vnde rectiſſime hic additur. pſallam & intelligam. Quia ſpiritus non niſi intelligitur Cithara autem etiam non intellecta. Eſt tamen litera per ſe. Quia lex reſpicit quidem ad euangelium Sicut Cithara ſurſum ad cęlum. Et econtra Euangelium reſpicit ad legem. ſicut pſalterium de ſurſum ad terram. [*Am Rande links:* Et ſicut ex piſcina ſuperiori ad in [*so*] inferiorem. Iſaie. 7. fluit aqua ita ex lege in Euangelium Sicut ex aqua vinum fęcit dominus. Et Semper piſcina Eſt notitia rerum ſenſibilium. ex qua. debet fluere in piſcinam inferiorem. Item piſcina probatica cum quinque porticibus in Ieruſalem [*Joh. 5, 2.*] Item ex torculari vinum fluit. ſic ex lege Euangelium] Veruntamen. Vtrunque poteſt haberi & neutrum ſic intelligi: quomodo reſpiciant Quia Iudęi hunc reſpectum non habent. Ideo Citharizant & non Intelligunt. Sed non econtra pſallere. poteſt quis & non intelligere vere, Quia Euangelium Sciri ſine intellectu non poteſt & fide Tamen eſto. pſallat & non intelligat Sed tunc via eius erit polluta. Et Dominus non venit ad eum. Et ita cadit in Iudicium. Ecce hii ſunt duo Cherubin ſeſe verſis vultibus reſpicientes. Et Duę Cortynę vnaqueque ad ſororem ſuam ꝛc. [*2 Mos. 36, 10.*] [*Am Rande rechts*: Sic lex & Eu . . . . . | Ro. 3. Iuſtitia . . . | teſtificata a . . . . | & prophetis. E . . . . | mutuo ſe . . . . . | ciũnt, lex . . | teſtis. Euangelium | Iudex.] Item Sic duę tubę quoque poſſunt accipi. Vt ſint tubę ductiles & argentęe. Eloquia veteris legis. Sed Tuba cornea. Eloquia nouę legis. Et fiet ejusdem repetitio. Ratio autem nominum. Quia lex maiori ſtrepitu figurarum reſonat. pompa & apparatu carnis. Sed Euangelium humiliter & ſubmiſſius ſonat. Quia humilia. docet. ab-

iecta ꝛc. Et optime. Quia argentum in terra naſcitur Sic lex in litera. terrena. Cornu autem in Capite arietis mortũi, Quia Euangelium de Chriſto mortuo & de capite eius venit (.1. virtute diũinitatis.) Et Sicut argentum per ſe non fit tuba. Niſi per ignem & artem. Ita lex non fit ſpiritualis. niſi per tranſmũtationem & expoſitionem figurarum. vt ſint tube ductiles & tunſiles. [*Am Rande rechts:* Sic ſęnum de ter . . | ps. 71. Sic quodlibet . . qũolibet. forma . . . | materia. ſpecies ex g . . . . | differentia autem . eſt Chriſtus . . . . . | vtrunque particip. . |] Euangelium per ſe natum eſt ad formam. cornu & habet apertam figuram ſũam in ſpiritu. Lex autem non: niſi per ſtudium tundatur & formetur in ſpiritum. Igitur. Quam recte addit vocem cum pſalmo & non cum Cithara. & cum Tuba cornea. non cum tubis ductilibus Quia Euangelium reuelat legem & non | . . . . . *weggeschnitten, da diese Zeile bis an den äussersten Rand geht.*]

Iam ſi de verbis dicta ſunt hęc & intellecta, Nunc facile eſt & De operibus Intelligere. vt ſint pſallere in Cithara, opera facere ſecundum doctrinam legis ſpiritualiter. Et in pſalterio pſallere. operari ſecundum Euangelium. Immo Vt cum b. Aug. Conſonemus. In Cithara pſallere. Eſt caſtigare corpus & in ſeruitutem redigere, vt ſurſum ad ſpiritum pendeat & obediat ei. In pſalterio autem pſallere eſt. opera ſpiritualia agere Que deorſum carnem regant. Igitur ſunt eadem quidem opera. Sicut idem ſpiritus in vtroque teſtamento. Sed diuerſo reſpectu diuerſa habent nomina. Vnde fere ſemper Cithara cum pſalterio coniungitur in ps. Eodem modo. Tubis ductilibus canere Eſt opera caſtigationis & paſſionis agere ſuper carnem Tuba autem cornea opera ſpiritus. que ſũnt eadem opera niſi quod deſurſum ex ſpiritu veniunt Et carnem de infra ſuſtollunt & obedire faciunt. Ideo autem additur In Voce Quia opera ſpiritualia. erant propalanda ex Euangelio non ex lege. Similiter & Spiritus ex euangelio predicandus. non ex lege. Alioquin euangelium oportuiſſet conflari & duci in legis ſenſum Sed nunc econtra. lex erat mutanda & formanda ad Euangelium [*Darüber:* Ducenda vt ſic ſint tube dũctiles]: Ideo ibi non vox. Sed hic vox ponitur. Sed hęc omnia non fiunt. niſi Quando venies ad me. Tunc enim Cantatur

miſericordia & Iudicium. Et pſallitur & intelligitur in via immaculata. Quod ſiue de primo aduentu ad literam Siue de ſpirituali intelligatur non refert. Idem enim eſt. Et loquitur

[*Unten am Rande:* Item Quod Vna Vox vnus psalmus. duę autem Cithare Item plures .1. duę tubę ductiles. Et vna vox, vna tuba cornea. Sic intelligitur Quia Euangelium a duobus ſcilicet lege & prophetis eſt teſtificata Ro. 3. Et Matt. 17. Cum Ieſu (.1. Euangelio.) Moſes & helias (.1. lex & prophetę.) apparuerunt Et ps. 64. Exitus matutini & veſpere delectabis. (.1. delectabiles facies predicationes nouę & veteris legis ſimul concordantium. Et ita fit veſper & mane dies vnus. prius fit veſpere. Sed prius erit matutinum quod Euangelium educit legem ad lucem.]

Blatt 196b: in perſona corporis ſũi Eccleſię. [*Darüber:* Vel populi fidelis ſynagoge.] Immo totus ps in perſona Eccleſię primo ad literam dici poteſt & forte melius.

Non proponebam ante oculos meos rem iniuſtam: facientes preuar. odiui ſub intelligitur. Sicut illi alii de qũibus Iudicium tibi canto. Sed miſericordiam tibi de me canto Quod non propono ꝛc. tuum enim donum eſt. Vnde? Quia pſallam & in via immaculata intelligam. Niſi enim intelligerem & pſallerem. Et ita in via immaculata docerem & docerer ex tuo aduentu. quę eſt miſericordia quam canto. ſine dubio. ſicut illi. ita & ego proponerem ante oculos meos rem iniuſtam. Quare enim illi proponũnt. niſi quia non pſallant nec intelligant? Quia nec venis ad eos. nec ſunt in via perfecta, nec cantant miſericordiam & Iudicium. Sed blaſphęmant potius. & execrantur Iudicium.
Igitur proponunt rem (.1. negocium iniuſtum. & per ambulans in tenebris que eſt Iuſtitia ſua.) iniuſtam. Et hęc pars exprimit terminum ad quem ſicut ſequens terminum a quo. Quia faciunt declinationes ſeu preuaricationes a lege & via veritas [*so*]: ad ſuam viam & propriam legem. Eccleſiaſtes. 4. [*V. 17.*] Multo melior eſt obedientia. quam ſtultorum victime. Qui neſciunt quid faciunt mali. Hoc primum Iudęi. deinde heretici. tandem Maomet & omnes ſuperbi. Quia vetus homo & caro cum in ſuperbiam ſui ſenſus erigitur. proponit etiam ſibi iniquum idolum

ſapientie ſuę. quo fit pertinax & immanſiuus Quo iam in negoci tenebris perambulante. Quia placuit ſibi ſagitta volans in die Et tandem ruit. per contentionem & defenſionem ſui. in demonium meridianum. Nihil enim profundius excęcat quam propriu ſenſus ideo recte negocium in tenebris eſt &. peſtilentia. Non i Eccleſia & fideles non ſic.

Non Adheſit mihi cor prauum (.1. incredulum.) licet ſa ciem rectam oſtentet & fidelem. Quia non poteſt adherere Eccle niſi fidelis. Sed bene intereſſe & miſceri. Quia Eccleſia eſt unu in ſpiritu. Ideo adherent ej multi ſecundum corpus & exteriore hominem. Sed vera adherentia non eſt niſi cordium in qua no niſi rectum cor herere poteſt. prauum ergo (.1. curuum ad ſe ipſum & infidele. vt. Conuerſi ſunt (. a recto.) in arcum prauu Declinantem a me malignum non cognoſcebam. ſcilic ſpirituali cognitione. quam Chriſtus & ſpiritus eius habet. Ma gnum autem dicit. Qui bonum ſpirituale non querit. Sed bonu carnis (.1. malum ſpiritus

Detrahentem ſecreto proximo ſuo hunc perſequebar Hoc enim ſequitur ineuitabiliter ſuperbos. in ſenſu ſuo. vt alie rum vituperent ſenſum. & quantum poſſunt extenuent. vt Iudę Chriſto. heretici Eccleſie. Inflati manſuetis & ſanis hominibus [*Am Rande links:* . . . reto (.1. abſcondito | . . tiue & paſſiue fin . llo abſente dicitur. | . . quod malum ſub ſpecie | . . ni occultu & | oſtendit] Et hoc eſt demonium vaſtans meridie & Inſidian ſecundum heb. Quia detractor. Inſidiatur & vaſtat occulte proxi mum ſuum. Et in hoc bene agere ſe putat velut meridie il luſtratus heb. Loquentem in Abſcondito contra proximum ſuu interficiam (.1. excommunicabo omnes hęreticos cum ſuis ſciſma ticis & conuenticulis. hoc enim facit Eccleſia ſemper vtpatet ex perientia. Quia in occulto decipiunt hęretici plurimos. i non audent in publico ſeſe defendere neque etiam poſſunt. S caro detrahit ſpiritũi multa ſuggerendo ſecreto (.1. malum occu tando

Superbo oculo & inſatiabili corde cum hoc *non ed*e bam, patet tandem hic clare. hunc pſalmum non niſi in perſon eius dici: qui ſit deus Vel Eccleſię potius. quę habet ſpiritu

ſponſi ſũi. Nam ſolus ipſe eſt Qui ſcrutatur renes & corda. Quare Dauid non potuit dicere Cum corde inſatiabili non edebam. Vel vt heb habet. Superbum oculo & altũm corde: cum hoc eſſe non potero. Quis enim dauid ſemper reuelaret. quales eſſent in corde ſuo? Igitur Male lyra detorquet hunc psalmum ad dauid.
Cor autem altum poteſt intelligi profundum & graue & inſaciabile propter concupiſcentiam temporalium. Quę non poſſunt ſaturare. Sed qui eſuriunt & ſitiunt Iuſtitiam ſaturabũntur. Qui autem bibit ex hac aqua ſitiet iterum. & non ſaturatur oculus viſu ꝛc ps .4. filij hominum vſque quo graui corde? fideles autem Chriſti non ſolum ſaturi Sed & faſtidioſi ſunt temporalium.

Superbi oculo Iob. 22. Qui humiliatus fuerit erit in gloria. Et qui inclinauerit oculos ſuos, ipſe ſaluabitur. (.1. humiliauerit ſapere ſuum altum. Vt Apoſtolus Ro. 12. Non alta ſapientes

Blatt 197a: Sic de Iudęis prouer. 30. Generatio cuius excelſi ſunt oculi & palpebre in altum ſurrecte. ꝛc Cum iſto ergo non poteſt eſſe Chriſtus quia ſolum cum humilibus eſſe poteſt, nec comedit cum eo. Nec ille cum eo Apoc. 3. Si quis aperuerit mihi ianuam. introibo ad eum & cęnabo cum illo. Et ipſe mecum Quia vt dixit. non comedit nec bibit temporalia. Sed cibus eius eſt vt faciat voluntatem eius qui miſit eum. Iuſtitiam enim comedit & ſui cum eo. Cor autem eorum comedit temporalia & iniqua Et quod loquatur de comeſtione ſpirituali patet Quia non ait. ventre inſatiabili vt Gulę vicium intelligeres. Sed corde inſatiabili: quod deſyderijs & fruitionibus temporalium paſcitur. immo depaſcitur potius. Deinde Non eſt putandum Quod nullus talis poſſit omnino cum Chriſto eſſe. Sed ſic manens & non correctus. Quia non ipſe iniquitatem diligit. nec mutari poteſt Ergo non eſt ſperanda ſalus: ſi nos non mutemur. quod ille mutetur Quia diffinit. Quod non

Oculi mej ad fid. terrę. vt ſed. mec. Amb. in v. Im. hic mih. miniſt Sicut rex habet commenſales in epulis ſuis qui cum eo ſedent. Et hii ſunt Conſiliarii principes. Iudices. eius. ꝛc. Ita In Eccleſia habet Chriſtus. Epiſcopos. pontifices, Rectores Eccleſiarum Qui ſedent ſuper ſedes in Iudicio ſuper domum dauid. Vnde vſque hodie Epiſcopatus dicuntur ſedes Epiſcopales. Et

Vnus Epiſcopatus in multas ſedes diſtribũitur. Ergo fideles ſunt Epiſcopi Chriſti: qui cum eo ſedent. Licet multi nunc extra eum & contra eum ſedeant in ſua tamen ſede. Idola ſcilicet & non Epiſcopi. Item Doctores ꝛc Sic etiam Miniſtri Eccleſiarum diaconi. & omnes alii. in via Immaculata (. que ſupra dicta eſt. In Euangelica ſcilicet que eſt pure ſpiritualis. ſine literę pollutione fideles autem terrę. dicit credulos de terra & populo Iſrael. vt Apoſtoli & alii. Qui [*so*] fides eſt via Immaculata in qua ambulant & digni fiunt ſedere cum eo & miniſtrare ej. Quando Increduli. in via iniqua ambulant. & ſedent cum diabolo in cathedra peſtilentię. in ſede iniquitatis, in ſede ſathane Quia ſuum dogma docent. & ſua ſacra miniſtrant. & opera propria communicant

Non habitabit in med. do. me. qui facit ſuperb: vt ps. 15. Non congregabo conuenticula eorum de ſanguinibus. Etenim hereditas mea preclara eſt mihi quia immaculata. Licet ergo ſuperbi in domo Chriſti ſint. vt tunc Iudęi, poſtea heretici. Sed non in medio eius .1. in intimo eius. in ſpiritu. in vnitate. in vinculo communionis ſanctorum. Sed tantum in angulis domus, hoc eſt Numero tantum & non merito. heb. autem habet. Qui facit dolum. Hic dolus eſt qui ſepe ſupra in linguis eorum arguitur. vt ps. .5. 13. 35. &. 23. &. 14. Eſt ergo dolus Doctrina occidentis literę. ſub ſpecie verę doctrine. Quia doloſe ſeducit animas credentes verum eſſe. quod vanum eſt Ita & opera eorum ſecundum illam ſunt ſimul dolus. Et Huic conſonat. quod ſequitur

Et qui loquitur iniqua. non direxit in conſpect. oculorum meorum Sepe quoque iniquitas & iniqui habiti ſunt & infra & multis alijs locis habetur [*so*]. Eſt ergo iniquitas oſculari manum ſuam Iob. 31. ſua opera ſtatuere. declinare ab obedientia. ſub ſpecie boni & melioris. Et ita preferre iniquiter, ſuum ſenſum ſenſui ſuperioris, Chriſti & Dei ꝛc Et omnis iniquitas eſt peccatum. ſecundum Iohan. 1. Iohan. 6. licet ipſis omnino nullum peccatum. Sed meritum videatur. Nam peccatum generalius eſt. quod etiam iniqui pro peccato habent. Sed Iniquitas proprię eſt. Superbia contra obedientiam. Ergo per oppoſitum Ęquitas

eſt obedientia, & ſeſe ſubdere & captiuare in obſequium cũi debet. Sic Chriſtus Iudicat in ęquitate populos. Cetera vide circa textum. Igitur Qui talia docet & loquitur. Non dirigitur in conſpectu dej Sed magis erigitur in ſuum conſpectum. & ſeducitur in perditionem miſerum [*so*].

Blatt 197b: In Matutino. Interfici o. pec. ter. Vt diſper. de Triplex matutinum. ſicut triplices. iniqui. & peccatores. & ciuitas Dominj. Matutinum temporis gratię. in quo ſunt omnes Iudęi increduli interfecti & de Eccleſia diſperditi: Iſaie. 65. Et interficiet te dominus Deus & ſeruos ſuos vocabit nomine alio. Quia nunc Chriſtiani vocantur & Eccleſia tunc autem ſynagoga & Iudęi. Matũtinum glorię. in quo omnes mali homines & angeli de Eccleſia diſperdentur. Et ipſa in gloriam aſſumetur. tunc colligentur de regno Chriſti omnia ſcandala. & ſeparabitur palea a tritico. Sicut iam in Iudęis figura eſt oſtenſa. Nam & ipſi Iudęi palea ſunt & reliquię triticum [*so*]. quo ad ſpiritum & literam differentes. licet etiam qui tunc triticum fuerunt. etiam palea eſſe in futurum poſſint. Quia Qui habet fidem recte dicitur triticum ad Infidelem. qui eſt palea. Sed Qui habet fidem mortuam adhuc palea eſt ad eum qui eſt fidej viuentis. Triticum ergo eſt ad illos. Sed palea ad iſtos. Quia cum illis non eſt diſperditus. diſperdetur autem in futurum Matutinum. morale. Eſt initium fidej. oriens quodcunque propoſitum bonum in anima. Et hoc diſperdit & occidit. omnes malos motus, vicia, ſuggeſtiones, cogitationes de corde & conſcientia. Quando enim dormit anima, mox ſuperſeminat inimicus homo Zizania. Ideo ſemper vigilare: ſemper in ortu eſſe. ſemper matutinum habere oportet. ſemper propoſitum innouare. Vnde Eccleſia & anima ſancta Laudatur. Quod ſit Aurora conſurgens Semper enim in Aurora eſt & ſemper conſurgit. Nunquam ſe perfeciſſe. aut peruenisſe aut apprehendiſſe arbitratur. Sed obliuiſcens que poſt ſe ſunt. ſemper incipit. & extendit ſeipſam. Et ideo in iſto verſu optime Inſtituitur vita proficientis. vt ſcilicet Diſcat. qui vitia vult vincere & diſperdere. ſemper in matutino ſit. ſemper inchoet. ſemper nihil ſe fęciſſe putet. Et cogitet, quoniam Non oportet deficere ſeminantes: quia metemus etiam non deficientes. ſecundum

monitionem Apoſtoli. Ergo vt diſperdas de ciuitate dominj omnes operantes iniquitatem. hoc ſerua. vt in Matutino interficias omnes peccatores terrę. Et nullus ſit peccator terrę. quem non in matutino interficias. Immo niſi in matutino interficias. nunquam interficies. Quia omnes inquit peccatores terrę. (.1. opera & motus carnis.)

Aliter. In matutino (.1. ſtatim vt nati fuerint.) ſecundum illud ps. 136. filia babylonis Beatus qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petram. Sic enim Motus irę. Inuidie, luxurie ſuperbie ꝛc. ſtatim vt ſentiuntur ſunt allidendj & ſuffocandi. Quoniam niſi ſic. vix occidet iam grandes factos. cum permiſerit ſeſe diu in illis volũi. Principiis obſta ꝛc Et b. Anſel. de ſimilitudine. Catuli & Moloſſi. Sic enim caput ſerpentis eſt conterendum. Et radix euellenda de terra viuentium. Vnde & Eccleſia ita facit. Vt ſtatim moneat, corripiat. emendet quos noua moliri perſentit. Maxime hereticos & ſingulares ne morbi contagio plurimos viciet. Quod proprie iſte verſus exprimit. per iniquitatem. Quę eſt vt dixi. Quod quis relicta obedientia. alia velut ſingulariter meliora. ſapientiora, potiora ſectari ſe glorietur

Allego: Matutinum Eſt Nouum teſtamentum. Sic veſpere vetus. peccatores ſunt erroneę gloſę Scribarum Quas in veteri lege fingebant. hac [*so*] dominus per nouum teſtamentum. interfecit & diſperdidit

Sed quia in heb. omnia huius ps. Verba in preterito ponuntur. Et promittit ſe cantaturum. pſalliturum. intellecturum ꝛ patet Quod loquitur propheta. de populo futuro. Ideo ad Chriſtum dicit. hęc faciam. Quando venies ad me. Quia ante Aduentum. non erat Cantare miſericordiam & Iudicium. Sed plorare tantum Iudicium. non miſericordiam que futura erat. Nec Intellectus nec pſalmus tunc erat. Sed in luctu erant

Nota. Quod Cantare & dicere differunt. Quod pſallere vel pſalmum dicere Et tantummodo intellectu agnoſcere & docere. Sed vocem addendo fit cantus. Que Vox eſt affectus. Sicut ergo verbum eſt intellectus. ſicut vox ipſius affectus Ideo ps. 97.

In Voce pſalmi. Et in voce tubę corneę (.1. Euangelium cum affectu & publice ꝛc.

ps Centeſimus [*So. Ist aber Ps. 101.* Hebr. CII.]

Blatt 198a: Domine Exaudi orationem meam ꝛc. hanc orationem non poteſt orare niſi pauper ſpiritu. & qui mundi vanitatem. & carnis bona ceperit faſtidire. ac ſpiritualia bona Deſiderare. Quod patebit ex verbis eius. Quia vidit ſe inter multos eſſe. velut ſolitarium: cum illi in mundi vanitatibus voluerentur. eo contempto & relicto. & irent in abundantias ſuas. Ille autem Nuda ſpe viuens. iſta contemnit. & ſua non habet. Ideo illos videns habere ſua. ſe autem ſuis adhuc carere & differri dicit.

Domine Exaudi orationem meam & clamor meus ad te veniat, orationem facit intellectus Sed clamorem affectus: Quia hic deſiderat: ille autem quid deſideret oſtendit. & quomodo & vnde ꝛc ideo illi florent in ſuis. Exaudi me etiam in meis domine. Quia mea bona. apud te ſunt non autem illorum. nec apud illos mea ſunt. Mala habeo in me. Sed bona habeo in te Et quid vult oratio mea & clamor meus? Non Auertas faciem tuam a me. Ecce hic habes quomodo ſit oratio. quia orat non tantum ſpiritu Sed & mente. Quoniam enim ſpiritu orat. non orationem proprie Sed clamorem facit. Quia oratio Eſt quedam forma clamoris. Eſt autem orare ſpiritu. ſpirituali deſyderio & affectu clamare, licet non intelligat verba que orans legit vt Moniales & indocti pſalterium. Et hii habent clamorem. Orare autem mente .1. ſenſu Eſt habere ſenſum eorum. que legit vel dicit verba. Et ſecundum hanc velut formam. clamor & deſyderium formatur. ſecundum Quod prudentia & cognitio format omnem actum volantatis Igitur. petit hic bona ſua. que ſunt ipſa facies Chriſti. hic habens mentem & ſpiritum ſimul in oratione. quia quid oret, intelligit & quid deſideret noſcit. In iſta autem petitione petitur omne bonum. Quia facies Chriſti Eſt triplex. primo in aduentu eius primo. Quando incarnatus eſt. filius dej. qui eſt facies patris. Et ſic ſenſus eſt ex perſona humanę naturę in electis. Ne differas venire in car-

nem oſtende faciem tuam & ſalũi erimus ꝛc Secundo in aduentu ſpirituali. ſine quo primus nihil prodeſt. Et ita eſt faciem eius per fidem agnoſcere in quo omnia bona ſunt. Quia per Euangelium dicit b. petrus. ea nobis eſſe nunciata. in quę deſiderant angeli proſpicere [*1 Petr. 1, 12.*] Et hanc auerti. eſt ſumma miſeria ideo maxime orandum Ne auertas faciem tuam a me. q. d non habeo aliud bonum. niſi hoc tuum ideo ſum inter illos velut pelicanus ſolitudinis: quia nihil eorum participo. Tercio in aduentu ſecundo & extremo. Vbi facies eius plene videbitur. Et ſic Eccleſia Nunc psalmum orat. pro iſtis Duobus aduentibus poſt hoc petit mala ſua amoueri dicit. In quacunque die tribulor inclina ad me aurem tuam. Quia enim bona noſtra nondum in re habemus Sed in fide & ſpe. ideo neceſſe eſt in tribulationibus eſſe & malis, Si enim hic eſſent in vita iſta, mala non haberemus. Nunc autem iſta bona non habemus, & illa adhuc ſperamus Non reſtat niſi vt mala iſta habeamus. In hiis autem ne deficiamus. clamamus ad dominum vt non deſerat nos in tribulatione. Quin etiam dicit. In quacunque die Inuocauero te velociter exaudi me Quia non ſufferret, niſi cito ſuccurreret. Et ſequitur deſcriptio huius tribulationis & malorum

Quia defecerunt ſicut fumus dies mej ꝛc hęc Varie exponi poſſunt. primo vt ſecundum veterem hominem intelligantur. Secundo. ſecundum nouum hominem. Et forte ſimul. Quia in parte bonorum hęc fiebant ſecundum hominem veterem. Sed in parte reproba ſecundum hominem nouum. Et Quia pars bona Charitate pollet: quod in illis ſecundum nouum hominem fit: tanquam ſibi factum queritur ex compaſſione. Quia tanto minor eſt eius numerus. quanto in pluribus iſta ſecundum nouum hominem fiunt. Iſtis Notatis facilior erit intelligentia. Et Commendat ſe & ſuam diſpoſitionem ad gratiam & aduentum Chriſti Quia dies mej defecerunt. (.1. reputo quod omnes dies mei iam defecerint ſicut fumus

Blatt 198b: Quia ita futurum eſt certiſſime, vt iam pro facto habeam. Et quia ſpiritu. alios dies quero: ideo iſtos non curo aliter niſi ſicut fumus deficiens. Immo quid non mali eſt.

vbi dies ita euaneſcunt? Recte ergo eos vt infęlices reputo. & nullum bonum in illis quero. Sed ad te & tua ſuſpiro. Quia ſi dentur mihi iſti Dies. Nonne ſicut in alijs. defecerunt ita & in me deficient? Et cum ſim ego populus totus qui loquor. neceſſe eſt, vt in aliquibus ſaltem hoc verum ſit. dies mej ſicut fumus defecerunt, ſcilicet in ijs qui mortui ſunt. Qui non habuerunt diem tũũm. quem ego alia pars reſiduo [*so*] ſuſpiro. **Et oſſa mea ſicut cremium aruerunt.** Iterum pro parte populi ſcilicet que mortua eſt. Nam experientia patet quomodo oſſa mortuorum areſcunt. Igitur Vult docere nos. non eſſe bona in hac vita querenda. exemplo mortuorum [*Ausgestrichen:* edocti]. Quia quid illis profuit. bonitas huius vitę: quorum nunc oſſa aruerunt. & dies ſicut fumus defęcerunt. Loquitur enim Hęc populus ſub figura incipiens ſpiritum ſapere: & carnem horrere ex fine ſuo: vt ps. 77. Cum occideret eos quęrebant eum.

percuſſuſſum vt fęnum. & aruit cor meum. Quia oblitus ſum comedere panem meum. adhuc in perſona partis ſuę loqũitur que carnem ſapit qui ſunt fenum vt ps. 89. dictum eſt. Et per mortis falcem percutiuntur. Et tunc carnale cor quod in carne floruit & cum carne. ſimul cum illa aret & exiccatur. Quare? Quia non comedit panem ſuum .1. verbum domini quod manet inęternum. Quia Iſaie. 40. omnis caro fenum. Cecidit flos & fenum aruit, verbum autem domini manet inęternum

Non iſta ſibi contigerunt. Sed illis. quorum pars eſt populus qui hic loquitur. Myſtice autem deficiunt dies per voluntariam abnegationem illorum. reputando eos vt fumum. quod fit per veram compunctionem. qua faſtidiuntur dies mundi. & deſiderantur dies dominj & facies eius ſicut orauit Et oſſa ſicut cremium areſcunt. Quando virtus & fortitudo carnis ad malum, omnino ceſſat in malum ire. & crucifigitur per compunctionem. Quę prius viguerunt, viruerunt & floruerunt in carnis vanitatibus. Sic enim vetus homo areſcit in omni robore ſuo. Percutitur autem verbo dei ſicut fęnum vt areſcat quod male virũit. Aruit autem tunc cor hominis veteris ſalubriter. Quia oblitus eſt bona obliuione: comedere panem ſuum ſibi deſiderabilem (.1. quecunque ſibi placerent. Sicut daniel panem deſiderabilem non come-

dit [*Dan. 10, 3.*] Sic habemus duos ſenſus ex oppoſito & vterque verus & bonus. Verum quod in primo de offibus & diebus ad literam dictum eſt. etiam de ſpiritualibus poteſt intelligi. Quia in illis ſimiliter defecerunt in ſpiritu & in carne. Et quod in ſecundo ſpiritualiter ſunt accepta. etiam literaliter poterunt accipi. Quia & Iuſtorum. huius vitę dies deficiunt, areſcunt oſſa ꝛc. Et ideo in illis nihil ponunt. Sed aliud a domino ſperant. vt dictum eſt Et ſecundus ſenſus ſecundum vtrunque mihi ad textum videtur eſſe aptior & verior propter ſequentia & precedentia. Item Tercio poteſt & pro Iuſtis accipi Quod querulantur ſe areſcere in ſpiritu etiam non tantum in carne Et ſic tripliciter de illis loqui in eiſdem verbis vt facile patet. intuenti. Nunquam enim ſe apprehendiſſe arbitrantur. Ideo ſpirituales dies & literales tranſire ſibi queruntur vt fumus & ſine fructu. Et tamen ſimul carnales dies non habent. Et Inde oritur tribulatio in anima eorum. Aut quis eſt inter adultos. Qui non poſſit iure queri. prę̄teritos ſuos dies defeciſſe ſicut fumum & ſeſe per illos aruiſſe? Vt nunc incipiat proficere. Quare totus ps eſt querela fidelis populi vel cuiuſlibet anime. gementis de vetuſtate ſũa & lege peccati. ad noũitatem̄ gratię. que eſt in Chriſto quem aduenire petit Sicut Ro. 7. Infelix ego homo, quis me liberabit de morte corporis huius? Gratia dej per Iheſum Chriſtum, Maxime autem eo tempore. quando a carnalibus tale ipſius ſtudium & votum pro ſtultitia reputatur

Blatt 199a: Credo autem Quod iſtum ps nullus intelligere poſſit nec orare ſapienter: niſi ſicut titulus habet anxius fuerit. & omnium quę poſt ſe ſunt oblitus. in anterioque [*so*] extentus. ſolum futura intendat & in exceſſu mentis poſitus videat. quoniam humiliatus ſit nimis & omnis homo mendax Tunc enim malis ſũis & vita preterita inſpectis. horreſcit in conſpectu dej vehementer Nam talis etiam ſi adhuc multi ſibi ſuperſint dies. iam tamen preterijſſe ſibi videntur. Vbi ſtulti & qui carne ſapiunt. longos ſibi adhuc metiuntur ſeu potius mentiuntur. Sic ps. 89. Mille anni ante oculos tuos tanquam dies heſterna que preteriit. Et vigilia nocturna Et hoc bene indicat. Quando in

titulo dicit. Coram Domino effunderet eloquium. Nam coram domino non eſt. niſi qui dorſum ſuum, non tantum ad preteritos & preſentes Sed etiam ad futuros dies habet. Nam ibi videt eos. quales coram deo ſunt. Sunt autem coram eo omnes preteriti & conſumpti. Qui autem faciem in dies ipſos vertit & dorſum ad deum. eſtimat quod ſint aliquid. Et talis non dicit. in preterito verbo. Defecerunt. percuſſuſſum. Declinauerunt. allifiſti aruerunt, arui. Sed in futuro. Conſtituitur autem coram domino. per intellectum fidei & affectus intenſionem. Sicut econtra coram mundo ꝛc Dicit ergo humiliatus ex inſpectione ſuę vanitatis & dierum ſuorum nullitate: motus deſiderare meliora

Domine Exaudi orationem meam. ꝛc. Meam dicit & meus. Quia & impii habent clamores. in ſuis cordibus. que ſunt intenta deſideria malorum. quę Deus bene audit. Sed pii habent intenta deſideria bonorum. qui clamor demones terret & fugat. Angelos autem conciliat

Non Auertas faciem tuam a me. Sepe dictum eſt Quid facies domini ſignificet. Sed ipſum ſpiritum diſtinctum contra literam que eſt dorſum. vt ps. 79. Oſtende faciem tuam & ſalui erimus. ps 4. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. Et 88. In lumine vultus tui ambulabunt. In iſta autem luce & facie. omnia bona comprehenduntur. Quia Eſt nihil aliud niſi Scire Iheſum Chriſtum. Et hunc ſcire. eſt omnia ſcire & habere. facies enim Notitia eſt domini. Quę nunc per fidem in nobis eſt. tunc autem per ſpeciem. Senſus ergo eſt Ne auertas a me ſpiritum & fidem & ſpiritualia bona. ſicut in illis facis, qui diligunt vanitatem & querunt mendacium. Auerte ergo a me. ſi libet, diuitias. gloriam. ſanitatem & quicquid poteſt caro habere in hac vita. tantummodo faciem tuam ne auertas.

In quacunque die tribulor. ſcilicet ſiue proſpera ſiue aduerſa. Nam proſperitas mundi non minus immo magis affligit Iuſtum. quam aduerſitas. Cum aduerſitas operetur internam conſolationem. proſperitas autem eam repellat.

Quia defecerunt ſicut fumus dies mej hoc de prę-teritis poteſt intelligi ſpiritualiter: in quibus aliquando vixit car-

naliter. Quia iſti ſine fructu Defecerunt. vt ps. 77. Et defecerunt in vanitate dies eorum ꝛc. Vel generaliter. de omnibus diebus huius vitę ſiue preteritis ſiue futuris. Et ſic eſt oratio conſtitute in exceſſu mentis & ſecundum Ierem. Cum ſederit ſolitarius & leuauerit ſe ſupra ſe [*Klagel. 3, 28.*]. tunc enim vt ſupra dictum eſt. menſurat & eſtimat dies ſicut ſunt coram deo Vbi ſunt omnes nihil & velut iam pręteriti. Et ſic recte dicit Defecerunt, deficiunt, deficient dies mej ſicut q. d ideo dies tuos quero qui ſunt ęterni Sic enim totius generis humani priuati luce interna. [*so*] habet non niſi dies defectuoſos ſicut fumus vt ps. 38 vniuerſa vanitas omnis homo viuens. Sed Beatus qui hoc agnoſcit & ſentit & luget in iſto Sicut hic facit propheta & quilibet fidelis atque populus dej

Et oſſa mea ſicut cremium aruerunt, licet hoc literaliter de oſſibus carnis intelligi poſſit. tamen quia ſpiritualis eſt homo qui loquitur. Ideo diſtinguere videtur oſſa ſua ab aliorum oſſibus

Blatt 199b: Hoc enim ſequitur quod vires anime laſſantur. dum viuitur in fumo vaniſſimo dierum carnis Sic ps. 5. Exultabunt oſſa humiliata. Et ps omnia oſſa mea dicent Domine quis ſimilis tibi [*Ps. 34, 10.*] Item prouer. 16. Dulcedo anime ſanitas oſſium. Ex quibus patet Quod oſſa hic capiuntur pro ipſis anime viribus. ſicut caro pro corporis viribus. ſumpta ſimilitudine a corpore naturali. In quo ſunt oſſa interiora carne & caro exterior oſſibus. ſicut anima interior corpore. Et ſicut oſſa carnem ſuſtentant Sic anime corpora. Igitur Oſſa ſeu anima arent ſicut cremium. Quando a diabolo frigitur ad ignem concupiſcentie & carnis. Refrigerantur autem Quando extincto iſto igne carnis per gratiam dei. irrigantur & impinguantur. ad bonum. ſicut fuerunt accenſa ad malum. Ac ſic arida & inutilia ad bonum. Et Notandum. Quod Scrip. facit Differentiam inter frigere & aſſare. [*Am Rande links:* .. Ierem. 29. (*V.* 22.)] Quia hoc in bonum illud in malum ſignum Hoc enim precipit fieri in agno paſchali. illud autem querulatur tanquam noxium factum. Et Ratio eſt Quia Aſſatura fit aſſato libero. ab extra appoſito igne. & per medium tranſſixo veru. frixura autem frixo

& anguſte libero incluſo in olla & captiuo. Sic Anima tranſfixa verbo dej quod pertingit ad medium eius & medullam: aſſatur ad Exempla Chriſti & ſanctorum verſata & exercitata. Et ſic eſt vere libera Sed non niſi prius affixa veru verbo dej. Quia Exempla non proſunt, niſi prius verbo aſſentiat per fidem.

Econtra autem Anima incluſa eſt anguſtia carnalis ſapientię. quę eſt velut olla vel lebes. cui adhibetur ignis & concupiſcentia. ſecundum illam ſapientiam. Et ita frigitur & non eſt libera circunquaque ſicut aſſatura Nec frixura videt carbones Sed igne tamen eorum frigitur. Aſſatura autem videt vnde aſſetur. Sic Anima ardet & areſcit ab igne carnis. & tamen carbones (.1. demones. non videt. quorum igne frigitur. Sed beatus Qui hoc videt. Videt autem non tunc quando fit. ſed poſtquam factum eſt. & eleuata fuerit in exceſſu mentis.

Percuſſus ſum ſicut fenum & aruit cor meum, Hęc eſt repetitio & expoſitio eiuſdem. Quia idem eſt aruit cor meum, & oſſa mea ſicut cremium aruerunt Et idem defecerunt ſicut fumus dies mei. & percuſſuſſum ſicut fenum. Sed alia eſt ſimilitudo percutitur autem dupliciter ſicut & de defectione dictum eſt. 1. primo realiter & naturaliter per mortem vel infirmitatem .2. Secundo intentionaliter (.1. dum in exceſſu mentis. videt futuram velut iam factam percuſſionem licet in re nondum ſit. que eſt efficax & ſalubris percuſſio Sic enim percutitur voluntas carnalis que eſt fenum dum carnaliter viuit & germinat in luxurijs Areſcit autem dum talia faſtidiens omittit. Vel cum in illis agnoſcit ſe aruiſſe coram deo 3º [*Am Rande rechts nochmals:* 3°] Qui enim germinat coram mundo foris germinat. Et intus coram deo areſcit. Et qui coram mundo ſicut fenum multiplicatur, Ipſe coram deo ſicut fenum percutitur. Ergo ſimul fiunt in eodem homine. Multiplicatio & percuſſio feni. Et irrigatio & arefactio cordis reſpectu diuerſorum. Niſi Quia. Quod qui coram deo areſcit & percuſſus eſt. tandem etiam coram mundo arefiet & percutietur [*Ausgestrichen:* Sed Qui] coram quo nunc viret & creſcit. Sed qui coram mundo areſcit & percutitur. nunquam inęternum etiam arefiet & percutietur. coram quo nuc [*so*] & ſemper ſicut lilium florebit & multiplicabitur vt

ps. 91. Iuſtus vt palma florebit Et ſicut cędrus libani multiplicabitur. Econtra Iniuſtus. percutitur ſicut fenum & aret cor eius vt hic dicitur Ergo ſenſus huius verſus eſt abſolutus O miſerum

[*Unten auf dem Rande herüber:*

Breuiter ſic omnia iſta verſu $\left\{\begin{matrix}4\\5\\6\\7\end{matrix}\right\}$ intelliguntur dupliciter

Naturaliter ſic omnibus realiter continget Sa
Intentionaliter fit tantum qui ſic
meditatur in compunctione
Spiritualiter in { bono quando ſecundum veterem homi
hec contingunt Malo & ſic hic capi de
Quia Voluntas coram deo florens pri
pinguis nunc { aret / deficit / Macret]

(Blatt 200. *Diese Blattzahl iſt überſprungen und es folgt ſo gleich:*)

Blatt 2001[a] [*ſo*]: me. quod in carne vixi. Quia per ip ipſum coram te domine. percuſſuſum ſicut fenum. & aruit m meum in oculis tuis. Licet coram ſęculo ſanus. virens, flore & germinans viderer. Quia tandem & coram eo. ita areſcen percuſſus. vt ps. 89. Veſpere decidat induret & areſcat. E hoc totum inde mihi malum venit

Quia oblitus ſum comedere panem meum. Iſte ver ducit & cogit nos. intelligere predicta. De ſpirituali percuſſ & arefactione. qua coram Deo percutimur. quoties in carne remus. Et ita fit ſapida & deuotiſſima oratio. Quis enim noſtrum Qui hęc non ſit expertus. ſi ſaltem vnquam fuit compunctus? Igitur hinc venit omnis iſta miſeria ariditatis percuſſure in anima. Quia non conſtanti memoria inheret ver dej. Sed ſinit ſeſe obiectis preſentibus in ſenſu moueri & ſorberi. ac ſic obliuiſcitur propoſiti ſui. Sic enim multi mul proponunt. Et eadem in auctoritate aliqua Scripture conſtitun

Et hii ſuum panem comedunt. Sed ſepius cadunt a propoſito & obliuiſcuntur. Ideo recte pro penitentibus ps iſte orandus deputatur vt quoties ceciderint. doleant & dicant. Ecce iterum percuſſusſum & arui Et iterum defecerunt ſicut fumus dies mej. iterum aruerunt oſſa mea ſicut cremium. Quia ignis irę, luxurię, gulę, auaritię. ſuperbie ꝛc iterum Ecce me frixit. [*Ausgestrichen*: Ergo] Quia oblitus ſum comedere panem meum. Sed tu domine. Ne auertas faciem tuam a me. Exaudi orationem meam. Et quia ſepius cado & obliuiſcor. in quacunque die Inuocauero te exaudi me velociter Et nota verbum. Quia dicit Oblitus ergo non ex ignorantia. neque ex malitia Sed ex infirmitate peccauit. Voluntatis enim eſt malicia. intellectus ignorantia Sed memorie infirmitas. & inſtabilitas in bonis. que intellectus nouit & voluntas eligendo voluit. Verum tamen memoria deficiente etiam intellectus & voluntas defecit Quia iam aliud nouit & vult. quam prius quando memoria ſtetit. Ideo in omni peccato omnes tres concurrunt. Sed non omne peccatum ex qualibet oritur Malitia enim excecat impios. quia viderunt prius malum & tamen elegerunt ex malitia. ideo poſtea excecat eos talis malicia vt malum ammodo non videant Sed bonum Iudicent. Item Quod ait Comedere etiam memorie exprimit firmitatem. Non ait deguſtare aut lambere tantum vel etiam in ore habere. Sed ei firmiter aſſenſu adherere & deglutire Multi quidem ſciunt facienda & omittenda Sed non aſſentiunt illis corde vt ſic faciant & amittant [*so*]

A Voce gemitus mei Adheſit os meum carni meę. Licet hic quoque litera poſſit ſuſtinere vt in gloſa Quia veram macerationem carnis & deo placentem facit gemitus non autem hypocriſis & vana laudis concupiſcentia. Tamen Maceratio iſta & adheſio magis myſtica eſt. Quia totus in ſpiritu loquitur.

Ille enim macer eſt Qui domitis & maceratis concupiſcentijs carnis. pinguis eſt ad bona ſpiritus. Sicut econtra Thauri pingues vocantur qui plena concupiſcentia peccant. ps 21 &. 16. Adipem ſuum concluſerunt Et. 72. prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum Et quid queris? Ego non intelligo vſquam in Scrip. niſi Chriſtum Crucifixum. Ideo ſemper idem vbique ſapio.

quia vbique occurrit idem. Vnde vt ſupra de areſcentia & vire-
ſcentia. dictum eſt. Ita Nunc quoque de pinguedine & macre-
dine ſentio Quia vtraque duplex eſt. Vtraque in ſpiritu &
carne. Non loquendo de naturali pinguedine Sed ſpirituali. h-
enim preter illam duplex eſt.

Blatt 2001b: Pinguedo ſpiritualis bona Eſt. plena affec-
boni que eſt ex vnctione ſpiritusſancti ps. 62 Sicut adipe &
pinguedine repleatur anima mea. Et hec in lege Iure perpe-
Domini eſſe dicitur Quia ex nobis eam non habemus. cum
incrementum ſuper carnem ſupererogata gratia. Et cum hac
ſimul eſt Macredo ſpiritualis bona. Que eſt infirma affectio ve-
tedium [*Ausgestrichen:* duale] mali & faſtidium carnis vt Gu-
Guſtato ſpiritu. deſipit omnis caro

Macredo ſpiritualis mala Eſt tedium & accidia boni & in-
firmitas voluntatis ad ſpiritualia & hanc queritur hic. Cum hac
ſimul eſt pinguedo ſpiritualis mala. que eſt pronitas abundans
ad malum. Quia iſta quattuor ſemper ſunt in mutuo exceſſu &
in libra aſſidua Tantum enim macer eſt ſpiritus quantum
pinguis eſt caro Et tantum pinguis ſpiritus quantum macra et
caro & econtra. Nunc patet quod preter naturalem ma-
credinem carnis que in gloſa dicta eſt. hic magis myſtice loqui-
tur. de macredine ſpirituali bona immo de vtraque. Quia a voce
gemitus cordialis. fit macra caro in concupiſcentijs ſuis & in-
diuntur ea que ſunt carnis. & ſic adheſit os carni (.1. macra fit
Similiter a voce gemitus adheſit (adheſiſſe agnoſcit) os carni
Quia videt & ſentit ſeſe infirmum ad bonum & pronum ad ma-
lum. Et ita os (.1. robur anime.) adheret carni (.1. macrum et
& infirmum. Cum potius caro oſſi herere debuerit (.1. caro in-
firma in concupiſcentijs. robuſtis virtutibus ſpiritus herere &
qui potentem ſpiritum. Nunc autem ſentit ſeſe ſequi infirmiorem
partem ſicut proprie copulatiua. Sicut Apoſt Ro .7. pulchre
diſputat Velle mihi adiacet. Et quod nolo hoc facio. ꝛc Vn
idem querulatur quod iſte psalmus

Talem autem ſeſe Inuenit omnis recte compunctus. Qui
vehementer ſeſe infirmum Inuenit ad bonum. & pronum ad ma-
lum. Ideo gemit & luget. Quod non faciunt. qui ita anxii

lugentes non ſunt .1. qui ſuam infirmitatem non agnoſcunt nec pronitatem ad malum percipiunt. Sed ſibi fortes & boni ſatis videntur. Vnde ſequitur

Similis factus ſum pelicano ſolitudinis q. d Quia adheſit os meum carni mej [*so*]: quia macer ſum in hiis que carnis ſunt. quia faſtidio omnia temporalia. Sed illi alii omnes ſũnt thauri pingues: faſtidiunt ſpiritualia. Et adheret potius caro oſſi eorum. Quia fortes ſunt in carne & caro ęorum nititur ſolido & forti ſubſtaculo. Ideo ſum inter illos ſicut in deſerto. ſicut auis immunda & ſolitaria. ſicut pelicanus non quicunque Sed ſolitudinis Vnde quod hic obiter incidit. Os carni adherere exprimit infirmitatem & macredinem. Sed econtra. carnem adherere oſſibus. exprimit firmitatem & pinguedinem. Quia & naturaliter ſic fit. Vt in homine macro. oſſa carni vel pelli herere videantur. Et in pingui. caro oſſibus. Quia in illo oſſa apparent in iſto autem caro & non oſſa Cętera autem myſteria nunc ſuperſedeo

pelicanus qui in leuit & Deut. Onocrotalus dicitur. hic nulla ratione niſi ſolitudinis adducitur. Licet ſecundum Hiero. aliam habeat proprietatem [de *Scheint ausgestrichen.*] viuificando pullos ſuos a ſerpente occiſos. proprio ſanguine. per roſtrum latere conuulſo: Et Caſſio aptiſſime ad propoſitum ſic eam deſcribit. Pelicanus auis ęgyptia eſt Ciconijs corporis granditate conſimilis. quę naturali macie ſemper eſt affecta. quoniam ſicut phiſiologi volunt tenſo inteſtino per viſcera. quicquid eſcarum accipit. ſine aliqua diſcoctione tranſmittit hinc fit vt adipe proprio minime farciatur. Quę non gregatim vt cęterę aues. volat. Sed delectatione ſe ſolitaria conſolatur. Eorum vnum genus Dicitur eſſe. quod ſtagnis inhabitat. aliud quod in deſertis ſecretisque locis verſatur.

Blatt 2002ª: Et ideo immunda in lege habetur. quia nihil decoquit quod comedit. Sicut homo qui verbum dei audit & non ſibi incorporat. Sed hic tantum adducitur vt dictum eſt. propter ſolitudinem que conuenit Iuſto viro. Vel ſi omnino & illa proprietas placet. poteſt dici Quod Iuſtus quoque ſemper. eſt macer. quia vtitur mundo tanquam non vtatur. comedit bona.

huius vite. Sed non impinguatur in illis Vel certe Quia immundus & prohibitus reputatur ab ijs. qui terrena ſapiunt. Vt Eccleſia primitiua ab Iudęis reputata fuit. cum tamen ipſa quam maxime eſſet immunda

factus ſum ſicut Nycticorax in domicilio. illic aũem ſolitariam & ſolitudinis hic auem lucifugam & obſcuritatis ponit. Quia populus Chriſti non tantum eſt ſolitarius in hoc mundo ſed etiam obſcurus, ignobilis, & abiectus ac ſic ſine luce in nocte & tenebris. Vbi Impii ſunt in die & luce. quia apparent aliquid ſicut fumus euaneſcens Vnde in iſtis tribus auibus tres virtutes contra tria vitia in mundo tanguntur. Humilitas, paupertas, caſtitas. contra ſuperbiam vite, concupiſcentiam carnis & oculorum. Sicut enim per humilitatem ad deum. per paupertatem ad proximum, per caſtitatem ad ſeipſum diſponitur & placet Ita per ſuperbiam deo. per auaritiam proximo per intemperantiam ſibi diſſentit & reſiſtit Et ſecundum primum eſt pelicanus ſolitudinis ſine ſtrepitu pomparum & gloriarum. Secundum alterum Eſt Nycticorax. ſine aſpectu bonorum & diuitiarum mundi quas neſcit. Secundum terciũm eſt Vigil paſſer. ſemper obſeruans tectum ſuum quod eſt caro. quia domeſticus eſt iſte inimicus

Vel aliter propter tres inimicos diabolum, mũndum, carnem. per humilitatem vincit diabolum. per paupertatem autem mundum. per continentiam carnem. Et ita eſt pelicanus diabolo. Nycticorax mundo. paſſer autem carni. Quod etiam faciunt tres virtutes theologice vtpatet.

Item aliter. vt quelibet triũm aũiũm contra iſta tria ſimul accipiatur valere. poteſt intelligi ordo perfectus in illis. Quia initium & incipientium eſt fugere & ſolitudinem querere & vitare conſortia malorum. Deinde proficere. etiam contra vanam gloriam abſcondi & noctuam fieri. Et tercio iam perfecto timore dej. ſemper eſſe vigilem & perſeuerantem in bono. Sed hec ſatis de myſterijs. Senſus autem eſt Literę. Quod ab ijs qui in mundo florent Iudicetur. cum tamen non ſit. Et omnium qui pie volunt viuere eſt hęc conditio. vt Immundi & ſolitarii ſint in hoc ſęcũlo. Quia nec mundus cum illis. nec illi cum mundo communicant Sed & hoc verum eſt moraliter.

Quod qũilibet confiteri debet ſe ſecundum veterem hominem, talem eſſe coram deo & angelis eius. Sic enim eſt exclũſus a conſortio frequentiſſimo filiorum dej. & a regno lucidiſſimo cęlorum. Et ita tam pelicanus quam nocticorax. & paſſer. Talis enim eſt quicunque in carne viuit. licet non agnoſcat nec exiſtimet pre cęcitate. Et ideo donec agnoſcat. non poteſt dicere. Similis factus ſum ſicut Nycticorax ꝛc Hoc enim: fieri. Eſt per agnitionem ſũi talem ſe factum agnoſcere Et Iccirco bene habet titulus. quod eſt oratio anxii. Qui ſe comparans aũibũs diũrnis, ſotialibus & lętis ſe Inuenit nocturnam, ſolitariam & triſtem. Illę enim ſunt in die. per nouitatem gratie. Sunt in ſocietate. per communionem ſpiritus in multis. Sunt Iucundę. in laudibus dej. Sed ipſe eſt in nocte. per vetuſtatem peccati. Eſt in ſolitudine per excluſionem a ſorte ſanctorum. Eſt vllulans, gemens & querulus, in miſerijs ſũis.

Et ideo cum duplex ſit Confeſſio. ſcilicet miſerię & miſericordie. anxietatem illa & lętitiam iſta habet. Quare ps iſte Eſt pro confeſſione miſerię primum. Vt ſic poſtea querat miſericordiam

Blatt 2002b: Igitur non melius intelligitur iſte ps. Niſi per comparationem auium de nocte & die volantium in deſerto & apud homines morantium: Et vllulantium & cantantium. Et ideo cum audis auiculas lętas & cantantes. Iuſtos & ſanctos intellige. in domino exultantes. Cum autem per noctem vllulare & ſtridere horrendas voces. peccatores in ſemetipſis triſtes accipe. Et ſane peſſime ſonat vox talium aũium vtpatet experientia Vigilaui & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Item poteſt per iſtas tres aues intelligi triplex perſecutio Eccleſie & cuiuslibet anime. ſcilicet tyrannorum, hęreticorum, falſorum fratrum ſeu Hypocritarum. prima fuit in martyribus. Secunda in doctoribus. Tercia generaliter in omnibus ſtatibus Et prima per potentiam Secunda per ſapientiam: tercia per bonitatem mundi prima contra potentiam. Secunda contra ſapientiam. tercia contra bonitatem ſeu ſanctitatem dei. prima Eccleſie infirmitatem. Secunda ignorantiam. tercia corruptionem & propha-

nitatem obiecit. Ideo recte pro prima ſe pelicanum ſolitudinis nuncupat: quia ſola & infirma illis viſa. Et pro 2ª Nocturnam quia ſtulta & ignorans Iudicata eſt. ab hereticis. Et pro 3. paſſer ſolitarius. quia negligens & non ſancta ab ijs Iudicatur. qui in ſuperbia proprię ſanctitatis gloriantur. Sic ergo gemit ſeſe talem haberi: cum illi potius tales ſint. Ita & Moraliter Vetus homo contra memoriam, intellectum, voluntatem Eſt ſolitarius & infirmus: cęcus & nocturnus, malus & concūpiſcentioſus. Sicut & paſſer eſt auis luxurioſa. Vnde iſta Nouiſſima tentatio. que nunc regnat. recte videtur exprimi cum dicit. Vigilaūi malo ſcilicet ſomno: ocūlis concupiſcentie excitatis. Et factus ſum ſicut paſſer. nimis coeundi libidine accenſūs. Et ſic contra continentiam. Et hii ſunt inimici qui exprobrant tota die ꝛc Scilicet peccata & mali motus. poſt perpetrationem operis ſine ſine conſcientiam fatigant. Et qui prius ante opus blandi erant. & ſecurum faciebant hominem ac laudabant velut in tuto poſitum palpando: Poſtea. Iurant & affirmant contra eum opere impleto. Sic vinum ingreditur blande. Sed in nouiſſimo mordet vt coluber. Sic melior eſt iniquitas viri. quam mulier benefaciens. (.1. melior eſt ratio ſeuere caſtigans quam ſenſualitas palpans & blandiens. Sic [*Ausgestrichen:* peccatum] Iacob. 1. Concupiſcentia allicit Sed peccatum generat mortem. Et Abdie (*Vers 7.*) Inualuerunt aduerſum te viri pacis tuę Dicat Ergo penitens & lugens dicat. heu me miſerum. que mihi antequam fierent adeo placebant. adeo titillabant. adeo blandiebantur. adeo delectabant, palpabant, laudabant. Quam miſere nunc contra me inſūrgūnt. affirmant, iurant, teſtificantur contra me. propria mea opera. Vere nunc video quoniam dies mej ſicut vmbra tranſierunt & ego ſicut fenum arui. defecerunt & aruerunt oſſa mea. percuſſus ſūm ſicut fenum. Et ignorans factuſſum ſicut aues nocturne & vllulantes, quod tūnc cum fierem non aduertebam Et hoc Quia oblitusſum comedere panem meum. ideo nunc cinerem tanquam panem manduco & potum meum fletu miſceo

Tota die exprobabant [*so*] mihi inimici mej & qui laudabant me aduerſum me Iurabant Hoc ſecundum Allego. de Eccleſia. que vt dictum eſt Eſt velut pelicanus &

immundus in mundo iſto & ſolitarius. Nulli ęi communicant & non tantum non communiçant. inſũper opropbriis eam afficiũnt. Non etiam honorant. Heb. Stultificatores mei per me Iurabant. Quia in proverbium & maledictum & ſibilum habetur abillis qui eam ſtultiſſimam putat. Iurant autem. quando ſibi mprecantur malum illorum. Vt ſi hoc faciam, fiat mihi ſicut illis. Sed Sciendum Quod talis Imprecatio non neceſſe eſt intelligi fieri expreſſis eorum nominibus. Sed ſufficit malum illorum intelligi imprecari quod eſtimant

Blatt 2003a: in illis eſſe. Exempli gratia. Si Iures. Si eſt Hoc ita Nunquam ſaluer. Nunquam enim ſaluari eſt Iudeorum. ideo Iudei ſunt nobis in Iuramentum (.1. malum eorum) ſicut ipſi econtra Eccleſiam ęſtimant & Habent. quia Iurant per ſalutem & damnationem ſuam. quam in Eccleſia maxime eſſe credunt

Lxx autem Magis tropolog. ſecuti ſunt. Quia Sic Opera & motus carnis. titillant animam & palpant eam vt dictum eſt & tamen per hoc poſtea contra eam Iurant.

Quia Cinerem tanquam panem manducabam: & poc. m. cum fle, miſcebam Reddit rationem quare Eccleſia ſtulta ſit & exprobrabilis inimicis ſuis Quia ſcilicet ſunt inimici crucis Chriſti. quam illa portat. Illi enim Delicias pro pane exquiſitas. & electum atque merum vinum bibunt in fomentum ſuauitatis carnis & vitę huius. Hic autem abiectiora. Et eſt Hyperbole per comparationem vilioris ad preſtantius Sic enim pannus pauperis ad purpuram regis. ſaccus eſt. Et domus pauperis ad caſtrum diuitis. Caſa. & tenuis victus pauperis. ad laũtitias diuitum. Cinis eſt. Quia ſcilicet illi diuites hunc victum velut cinerem eſtimarent. Verum aliud quoque hic ſubeſt. Qũia etiam ſi quis omnes lautitias habeat. tamen cinerem dicitur comedere. quando non amore & deſiderio guſtus & gulę. Sed neceſſitate & tedio neceſſitatis comedit Et ſic eſt ej nulla in cibo voluptas, nulla gule illecebra. Sed ſine ſaporis libidine. pro cinere reputat: eo quod meliorem panem ſuſpirat. Nam & Apoſtolus [*Ausgestrichen:* dicit] omnia temporalia pro ſtercore arbitratur. quanto magis pro cinere Qui autem gule ſerũi ſunt. magni ęſtimant gulę

comoda & non cinerem. eo quod non ſint compuncti ad faſtidium temporalium. & accenſi deſiderio ſpiritualium: tales enim hunc verſum orant Sic Daniel. panem deſiderabilem non comedi. Hoc idem eſt quod Cinerem tanquam panem manducaui. Et hoc ſequens exponit Quia poculum meum cum fletu miſcebam Hoc eſt non in riſu & voluptate bibi. Sed in compunctione & cum faſtidio gulę & guſtus. Hoc autem totum quare fęci? Quare hoc feci vt propter hec exprobrer? Scilicet

A facie ire indignationis tuę. Quia Eleuans alliſiſti me omnem iſtam compunctionem feci omnia hęc feci. Diri ſuſtinui, ne ſuſtinerem futuram iram tuam ſeueritatis ęterne. Quam clare cognoſco. illi autem a tergo eam habent. per quam ego cognoui. quoniam cum eſſem eleuatus ſecundum carnem. grauiſime alliſus fui ſecundum ſpiritum Ideo nunc gemo illam alliſionem & quero amplius non eleuari Sed cinerem manducare & bibere lachrymas meas. Et ſic

Dies mej ſicut Vmbra Declinauerunt (.1. cogniti ſur declinare ſicut vmbra ergo qui in illis viuit eleuatus. allidetur & cadet illis declinantibus & cadentibus Quare melius eſt in illi compungi vt compunctio quoque cadat illis cadentibus.
Et Ego ſicut fenum Arui quod ſupra ſatis dictum eſt. poteſt etiam aliter intelligi quod dictum eſt. Quia Cinerem Quia ſcilicet panis cęli qui eſt verbum dej. quo paſcitur anima Eſt cinis vt ps. 147. Qui dat niuem ſicut lanam. nebulam ſicut cinerem ſpargit (.1. literam obſcuram in figura. mutat in hũmilitatis doctrinas quales ſunt ſpiritualis legis eruditiones. Et ſic eſt differentia in iſto verſu. populi ſpiritualiter & populi carnaliter legem intelligentis. Quoniam qui comedunt verba legis ſecundum ſuperficiem literę. videntur ſibi. lautitias & delicias comedere. Et eos qui hęc faſtidiunt & potius ſpiritualiter intelligunt. exprobrant & inimicantur eis. Nam literę promiſſa titillant carnem Sed promiſſa ſpiritus. ſpiritum recreant Et mutuo ſibi cinerem obijciunt alterum alteri. Nam Spiritus Cinerem affirmat, ea quibus caro deliciatur. Caro contra cinerem ęſtimat, quibus ſpiritus reficitur. Ideo ipſum perſequitur ſine intermiſſione

Blatt 2003ᵇ: Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides

eius, & terrę eius miſerebũntur. Senſus eſt. quod diffundenda eſt gratia: in noua lege. etiam per miniſterium ſacerdotum. quod in veteri lege non fuit. Quia ibi Moſes & prophete receperunt quidem ſpiritum. Sed adminiſtrare alijs non niſi literam potuerunt. Sicut Apoſtolus 2. Corin. 3. diſputat. Qui fecit nos idoneos miniſtros noui teſtamenti non litere Sed ſpiritus. Et ſic ſenſus eſt. Tunc non tantum accipient miſericordiam. Sed etiam miſerebuntur ipſi alijs & miſericordiam alijs miniſtrabunt & ſpiritum. per quod differt a veteri lege. Sic ps. 71. Suſcipiant montes pacem. populo. ſcilicet ipſi eam ſibi Sed & alijs quoque miniſtrandam. Et hoc eſt quod volunt Hebreiſte. notari in verbo vbi Genes. 26. Et benedicentur in ſemine tũo omnes gentes terrę [*Ausgestrichen:* (.1. benedictificabuntur] Hoc eſt. benedicti a domino ex Iſrael. benedicent illas vlterius. Igitur pulchre iſte verſus exprimit miniſterium gratie & noui teſtamenti. In quo ſerui miſericordiam conſecuti. miſericordiam vltra impertiuntur. quod in veteri non fuit. Sed prophetatur hic futurum. Eodem modo. id intellige Quoniam placuerunt ſeruis tuis: (.1. per illos tibi placuerunt.) Quia non placerent ſeruis tuis niſi tibi quoque placerent. Sed heb. clarius illud exprimit. d. Quoniam placitos fęcerunt ſerui tui lapides. q. d hęc erit gratia noui teſtamenti. quod adeo diffundetur. vt etiam ſerui tũi accepta a te gratia. poſſint vlterius eam miniſtrare cęteris. & ſicut ipſi per te placiti facti ſunt [*Ausgestrichen:* &] ita per illos placiti facti ſunt tibi Serui placuerunt tibi (.1. tu placitos eos & ſeruos feciſti Sed lapides placuerunt ſerũis (.1. ipſi placitos fecerunt tibi.).
Et hoc idem videtur obſcurius premiſiſſe. cum dicit. Quia tempus miſerendi eius. Quia venit tempus. Igitur Moſes & Aaron cum ſuis omnibus ſucceſſoribus. miniſtri ſacrificiorum & tabernaculi non poterant miſereri terrę. Sed tantum denunciabant & indicabant miſericordiam futuram

Scribantur hęc in generatione altera ꝛc Hic iterum differentia veteris & noue legis eſt. Qui [*so für* Quoniam] in noua ſcribuntur & narrantur iſta tantum. quod ex iſto ps probemus. Quando enim hic dicit Edificabit dominus Zion: hoc verbum Iudęi at literam exponunt de edificio literali. Et Quare?

Quia adhuc ſunt in lege. Quod autem idem nos. de Spirituali exponimus vnde venit? Quia in noua & ſpiritus lege ſumus. Sic ſimili modo de illo. Et terre eius miſerebuntur. Hanc miſericordiam illi de corporali exponunt. que tamen vts dixit ſicut vmbra declinat & aret ſicut fenum. Ideo ſecundum ſpiritum neceſſe eſt eam accipere vt nos accipimus. Eodem modo de omnibus promiſſionibus legis & prophetarum. Vbi ſemper aſſumuntur nomina de rebus temporalibus. Et in hoc Iudej occidunt tur litera Et tamen ſub illis ſpiritualia intelligi vult. Sic veritas, Iuſtitia, Iudicium, ſapientia. bonitas potentia, virtus, fortitudo: Que tamen ſi ſeries in textu prophetarum inſpiciatur. non ſinúnt ſe carnaliter intelligi. Vt in iſto ps ne Edificatio Zion & miſericordia literę [? *Scheint ausgestrichen*] intelligatur carnaliter, prohibet totum antecedens in psalmo vbi Conqueſtus eſt. de miſeria huius vite & omnium que in ea ſunt quantumuis excellentia propter tranſitum & cadũcitatem. Vnde omnia precedentia. ac iſtum verſum reſpiciunt. Tu autem domine inęternum domine ꝛ Quia defecerunt ſicut fumus dies mej. (.1. non tantum noctes que ſunt aduerſa tempora huius vitę Sed etiam dies (.1. proſpera quecunque eo ſunt miſera. quo deficiunt. Ideo [*Ausgestrichen:* a do] ad dominum ſuſpirat anxius. ſicut & ps . 89. &. 38. &. 76. Eodem modo intelligitur Et populus qui creabitur laudabit dominum. quia vetus laudare non potuit quia non placuit deo. Et hoc totum vnde?

Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo (.1. ex beneficio incarnationis dei iſta venerunt ſuper quo facto ſemper laudabit dominum populus qui creabitur. Laudabit inquam. Quoniam Dominus in corpore aſſumpto & humanitate que eſt excelſum ſolium. ſanctum ſanctorum & celum diuinitatis inhabitantis corporaliter de iſto enim cęlo nunc proſpexit. Quia antea etiam ſemper de cęlo quocunque proſpexit Sed Hoc eſt ſingulare & futurum prophetatur. vt ſit materia laudis & confeſſionis

Blatt 2004a: In Conueniendo populus ꝛc iſte verſus poteſt cum precedenti conſtrui & melius. etiam vt in heb. patet vt ſit ſenſus. Vt annuncient nomen domini. Dum conuenerint in vnum ad ſeruiendum domino. Nam laus eius in Eccleſia ſanctorum Et

in Eccleſijs benedicam Domino. In vnitate vult coli & laudari dominus.

poteſt & cum ſequenti conſtrui vel omitti ſi placet. vt ſit ſenſus. Cum conuenerint in vnum, tunc Reſpondebit ꝛc. (.1. non rogabit te ſuper diebus proſperitateque huius vite ſicut facit populus litere. Sed orabit vt ei oſtendas in affectu ſentire quam pauci & nihil ſint. Et ne ſinas eũm. optare aut diligere vanitatem iſtam ps. 4. neue auertas eum in hanc humilitatem ps. 89. vt proſperitatem talium velit aut adũerſitatem nolit. Quia ſciet Quod in generationem & generationem anni tui. & hos exorabit te. Et Dicet. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum q. d ſicut rapiuntur. qui ſapiunt terram. inuolutj ſuis diebus. & non annis tuis quę [*so*] ſunt in generationem & generationem
Igitur Ordo eſt. Reſpondit ei (.1. Eccleſia ſeu populus creandus Chriſto. per affectum orationis.) in via virtutis ſuę (.1. dum in lege ſpiritus ambulauerit que eſt via virtutis. lex autem Eſt via infirmitatis. Paucitatem dieorum [*so*] meorum nuncia mihi (.1. proſperitates męę vite. Doce me ſtudioſe cauere & attendere. ne vnquam ſinas me multitudinem eorum putare ſicut faciunt Impii & viri ſanguinum qui non dimidiant dies ſuos. Quia multitudinem dierum ſuorum ſibi proponunt. & paucitatem non aduertunt Nunquam enim tot viuunt. quot victuros ſe ſperant. cum diutiſſime ac velut ſemper ſe victuros ſperent. Quare Canticum. Ezechie. pulchre eos deſcribit dum dicit Dum adhuc ordirer ſuccidit me [*Jesaias 38, 12.*]. Semper enim inopinata venit illis mors. quia non preuident eam. Vnde dicit Ne reuoces me in dimidio dierum meorum (.1. ne impremeditate & imparate auferas hinc. Sed doce me meditari mortem & futura. vt per hoc fiam anxius & contemptor omnium temporalium. & Dicam ea que ſupra dicta ſunt. Defecerunt ſicut fumus dies mej ꝛc Et Hoc ideo. Quia In generationem. ꝛc (.1. melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper milia Et iterum. Melior eſt miſericordia tua ſuper vitas heb ſic. Afflixit in via fortitudinem meam (.1. anxium fecit. docens per viam legis ſuę. quod fortitudo mea nihil ſit Sed potius infirmitas & afflictio ſpiritus. Vel afflixit (.1. humiliauit eam vt iam ſpiritus ſit fortis caro infirma.

Vtrunque tamen ſimul ſit. Scilicet quod agnoſcit fortitudi-
carnis eſſe infirmitatem Et per talem agnitionem. fortis
tus. & humiliat fortitudinem carnis. Abbreuiauit dies
(.1. docuit quam breues ſint attendere. quia monſtrauit mih
ęternos. in quorum comparatione. mei nihil ſunt & breui
quod non aduertunt .qui ęternos non aduertunt ideo rapiun
medio dierum ſuorum. Abbreuiat etiam Quia per caſtigati
& paſſiones multi cito ſunt mortũj Sed primum melius.

ps 103. [Hebr. CIV.]

Blatt 2004b: Benedic Anima mea domino domine de
Magnificatus dicitur [*Am Rande links:* .... liter vide
.... magnificata] quia parũũs factus eſt & hũmiliatus: p
cum Exiũit a patre & venit in mundum. factus homo. & o
paſſus crucifixus & mortuus. Sed rurſus vaſit ad patrem &
feſtatus eſt eſſe deus. Igitur. prius apparuit homo & poſtea
prius paruificatus & poſtea magnificatus. Magnificatus vehe
ter. quia paruificatus vehementer. Exinaniũit enim ſeipſu

Secundo Magnificatus eſt in nobis (.1. dum
magnificatum agnoſcimus & confitemur magnificatum. Se
eſt tropologia. Sic enim Aſſidue paruificatur & magnifi
Nec hoc principaliter Hic intendit. Nullus enim ſuperbus ma
ficat Chriſtum ſed ſeipſum. Magnificat autem eum vehem
qui ſe vehementer humiliat Humiles enim ipſi ſoli magnifi
eum. Et ipſis eſt magnus dominus & laudabilis nimis Qui
vituperabilis nimis Tanto enim magis deum laudas q
magis te vituperas. Et tanto magis ipſe tibi placet. q
magis tu tibi diſplices & econtra.

Tercio. Anagogice Quia Diuinitas Magnificatur. Q
cognoſcitur a creaturis magis. Non notandum certe. quod
dicit. Magnus. Sed magnificatus paſſiue. Quia ab alijs
magnificatus vt ps. 33. Magnificate dominum meum. Et b
Magnificat anima mea dominum. Hęc autem ma
ficatio fit. magna reputando eius opera & dona. vt hic p
.infra. quam Magnificata ſunt. Et b virgo. Quia fęcit mihi ma

Et ps. 110. Magna opera dominj Corol ſequitur Quod Nullus deum & dona eius magnificare poteſt. niſi magnificatus ipſe primum ſit donis dej. Quia quanto magis eſt illuminatus tanto maiora eſtimat dona dej & opera eius. & econtra. tanto minora quanto minus illuminatus Ideo deum in ſingulis magnificare. magnifice & illuminate eſt anime

Confeſſionem & decorem induiſti ꝛc Simili triplicitate intelligendum eſt. & eodem modo. [*Am Rande links:* Quia negationem prius Induit & feditatem .1. negatam & fedatam. Sic nunc decoram & laudabilem induit in abſtracto autem loquitur. quia nos ſumus eius concretum] primo de Chriſto glorificato. qui Induit glorioſam humanitatem. Que eſt Laus (.1. materia laudis ſeu laudabile obiectum: quod confiteri & laudare omnes debent. Similiter & decorem (.1. ſpecioſam humanitatem dotibus glorie. Heb autem. Gloriam & honorem Induiſti Idem eſt Quia per humanitatem eſt clarificatus glorificatus in perſona & per totum mundum & honoratus in perſona & per totum mundum
Secundo trop. Quando nos confeſſionem huiuſmodi & laudem & honorem ej exhibemus. tunc enim iam in nobis etiam talis eſt: qualis in perſona eſt. Et fides eius. Eſt tunc confeſſio & decor quem ipſe ſpiritualiter indüit. Quia per fidem eum confitemur. & honoramus atque decoramus. Sed Hoc non fit niſi nos negemus. confundamus & defędemus. Non enim ſimul illum decorabimus & nos. Non ſimul illum confitebimur & nos Sed nos abnegantes eum confitebimur. Et nos polluentes eum decoremus [*so*]

Tercio Eſt [*Ausgestrichen:* Mag] dominum. ex operibus confiteri & honorare (.1. ſicut magnificare eſt eius opera magna eſtimare & agnoſcere. Ita Confiteri. eſt. omnia opera eius confeſſionem eius intelligere & videre & decorem. Sed hic opus eſt luce intellectus & quod primo ipſum dominus confeſſione & decore ornauerit intus. quam ab eo poſſit decorari & confiteri foris. [*Am Rande links:* Maxime ſanctos & Eccleſiam eius in quibus lucet confeſſio & decor eius] Omnia enim opera dej ſunt Confeſſio dei. laudantia. oſtendentia, confitentia deum. Similiter

omnia ſunt decor eius. quia eum decorum & pulcherrimum oſtendunt. Sed hoc non videt in rebus & creaturis. niſi qui ipſe intus decorem & confeſſionem habeat a ſpiritu. Non autem habet niſi prius negationem ſũi & humilitatem feditatis ſue habeat Vnde qui ſe aliquid eſſe putant. Multam feditatem putant in rebus eſſe a deum neque eſſe neque decorum eſſe. Quia ipſi nondum ſedi & negati ſibi ſunt. Omnia enim ſunt pulcherrima & recte dei confitentia. Quarto Anagogice ꝛc Angeli & Sancti ſunt Confeſſio & decor eius: quia in illis ſpecioſus eſſe cognoſcitur & eum re preſentant Inuicem in ſeipſis.

[*Unten den ganzen Rand quer herüber:* Vocatur Chriſtus ſecundum humanitatem Confeſſio & decor Ei nos Confitentes. Decori. Sicut Iuſtitia redemptio ſalus Et nos Iuſti, redempti, ſanctificati Ita ipſe noſtrum abſtractum nos ipſius concretum.]

Blatt 2005ª: Amictus lumine ſicut Veſtimento, eodem modo intellige triplicitate predicta. Quia primum Veſtimentum Lucidum Eſt humanitas glorioſa. Secundum tropolog. fides tota Eccleſia. Tercium omnis creatura ſpirituali luce intellecta

Quartum autem quod in Anagoge eſt. nos non attentamus dicere Vbi Angeli ſancti & omnis creatura. noua claritate. circundabunt dominum ſuum Interim Enymaticum habemus lumen

Extendens cęlum ſicut pellem, qui tegis aquis ſuperiora eius. primo ad literam deſcribit opus ſecundę die Genes .1. Vbi firmamentum fecit deus inter aquas & aquas. Sed quod hanc hiſtoriam non intendat ſequens verſus docet. Qui ponis nubem aſcenſum tuum

Secundo Celum Eſt liber Scripturę. quo tegitur vniuerſum tabernaculum [*Ausgestrichen:* ſcriptur] Eccleſię Sicut pellem non ſicut carnem. Quia Scriptura poſtquam extenſa eſt per ſpiritualem intelligentiam. nihil iam carnalis & literalis intelligentię habet. Sed extenuat & mortificat & ſeparat a ſe omnem carnem. Maxime autem Scriptura veteris legis pellis dicitur. Quia propter carnalem literam cũi prius adherebat. ſicut pellis carni. Nunc autem a carne diũiſa. non habet aliud niſi quod in carne & de carne fuiſſe cognoſcitur Quia figure quidem carnaliter ſonant Sed tantum ſpiritualiter nunc accipiuntur. Et hii ſunt pelles Salomonis

[*Hohesl. 1, 5.*] Sic ps. 101. Non ait adheſit os meum pelli meę [*Am Rande rechts*: Et Iob] Sed carni meę. Quia bonum eſt ſicut Iob confitetur, [*Cap. 19, 20.*] pelli os adherere: quod ſignificat robuſtum ſpiritum in & cum exiccata, mortificata, euacuata carne (.1. concupiſcentijs carnis.) adherere carni autem adherere Eſt hominem interiorem in veterem & exteriorem nimis migraſſe. ſicut plorat ps idem Igitur Extendit celum ſicut pellem. Iudęi autem volunt celũm extendi ſicũt carnem, immo Inuolũi & incraſſari ſicut carnem. Incraſſatus enim & impinguatus. dilatatus recalcitraũit Econtra Extenuatus, maceratus, anguſtiatus obediũit & obtemperauit Quare ſi audis & inſpicis figũram legis aliquam: apparet totum caro & craſſum. Scilicet vbi ſpiritu ipſum ſegregaueris. pellem tenes. in qua caro fuit. Sed caro euacuata eſt. Hoc Eſt ſi legem inſpicias vt ſignum & non rem. pellis eſt & ſine carne. Si autem inſpicias vt rem. & non ſignum caro eſt & non pellis: Sed tamen Caro in illa pelle fuit. Et vellus gedeonis [*Richter 6, 37.*] ſuſcipit rorem (.1. Litera exuta lex ſpiritualis eſt

Vnde Notandum Quod lex vetus, ſpiritualiter intellecta non eſt, niſi Crucifixio carnis Quia pellis ideo vocatur: quod ſit vacua carne & doceat carnem cuacũandam. ſuis concupiſcentijs pinguibus & craſſis. Ideo non niſi Iheſum crucifixum prenunciat Sed lex noua eſt falus & liberatio ſpiritus. Et ſic veteri conueniunt omnia que ad deſtructionem veteris hominis pertinet [*so*] Noue autem omnia que ad conſtructionem noui hominis. Ideo illa Iudicium. hec Iuſtitia. Illa ira hęc miſericordia Illa dura hęc dulcis. Et heę ſunt duę alę Cherubin. Duę alę Mulieris Apoc. 12. Due penne ſingulorum animalium Ezech. 1. Et due penne ventorum ſuper quas ambulat Et hoc eſt quod iſte verſus dicit. Quod Celum extendis ſicut pellem ſcilicet ſuper veterem hominem vt eum pellem faciat. Et tegit aqũis ſuperiora eius. hee ſunt Euangelice ſcripturę. quę hominem Interiorem tegunt. tegumento fidei. & abſcondito enygmatis. Igitur lex vetus Eſt pellis extenta ſuper totum mundum. Tunc Euangelium mox ſuperfunditur Quia non ſufficit veterem hominem extenuare, niſi nouus etiam incraſſetur Non ſatis eſt carnem crucifigere. niſi

ſpiritus quoque liberetur. Ergo lex vetus recte Eſt firmamentum medians inter aquas litere & ſpiritus. Quia ad vtrũque poteſt dũci. & Iudęi habent inferiora eius. que non teguntur aquis Sed ipſum potius eas tegit & obſcurat & excecat eos ſuperficiem concaua Sed nos habemus ſuperiora eius (.1. ſuperficiem cõuexam) Et heę teguntur aquis Criſtallinis & lucidiſſimis. Senſus ergo eſt. Quod qui legis Scrip. ſecundum inferius accipiunt ſecundum quod reſpicit infra & ad terram .contrahunt hoc cęlum ad anguſtias terre ideo

[*Unten den Rand herüber:* Sic firmamentum ſecundum ſuperficiem inferiorem continet aquas Iudęos carnales. ſecundum ſuperiores aquas celeſtes .1. ſpirituales populos Sic filia Caleb Accipe irriguum ſuperius & inferius [*Iosua 15, 19.*] Et hinc poteſt ſic intelligi. qui tegis aquis ſuperiora (.1. populis reples legem & ſuperant legem. Sed illi ſuperantur lege & ſunt ſub lege]

Blatt 2005[b]: aquis non tegũntur Sed cęlo tantum. Sed quia eam ſecundum ſũperius accipiunt. ſecundum quod ſurſum reſpicit & ad ęterna & infinita: ipſi extendunt hoc celum. Et ideo teguntur aquis eorum ſuperiora. Eũangelium enim non ſuſcipit. nisi qui legem ad euangelium ſuſpicere aduertit & conſentit. Vnde

Tercio Cęlum Eſt populus celeſtis: Chriſti mortificatus a carne & ſeparatus a carne iam quę ſurſum ſunt ſapiens. non quę ſuper terram ſunt contemplans. Ideo Eſt Nuda pellis. Ignis enim carnem neſcit Et tamen Caro fuit Sed pellis manſit. auerſus a carne. Ideo Supra ſuſcipit aquas (.1. ſecundum ſpiritum Spiritus enim Eſt Superius Caro autem inferius hominis in hac vita. Et ſic homo prout rationalis vel ſecundum animam eſt firmamentum. inter aquas & aquas (.1. inter ſapientiam carnis & ſpiritus.) Si autem ſeſe vertit ad ſapientiam ſpiritus. iam ſuperiora eius teguntur aquis quia [*Am Rande links* ... inferiora Sed ſuperiora eius tegit aquis Quare autem dixerit Tegis. verſus exponit ſequens]

Qui ponis nubem aſcenſum tuum Qui ambulas ſuper pennas ventorum Ad literam [*Am Rande links:* litt.] de Chriſto factum eſt vtpatet act. 1. Secũndo Qũia aquas textrices dixerat

Exquo ſequitur Quod in tegumento & velamento iſtarum aquarum ſimus. Ac ſic ſine dubio in Nube & fidei vmbraculo, In hac autem aſcendit Chriſtus. & nos aſcendere facit. hec enim [*Am Rande links:* trop.] eſt Scala Iacob. Sed non niſi in ſomno & viſione perceptibilis. Quis enim ſciat. fidem eſſe Schalam & nubem aſcenſus. niſi qui mundo dormit. & viſione ſpirituali vigilat? Igitur Tegi aquis (.1. captiũari intellectum verbis Euangelii hocipſum eſt nubem accipere in intellectu Et Hęc nubes ponitur fixe pro fundamento Tercio [*Am Rande links:* Alleg.] ex hoc iam. & ex illa nube & tegumento: qũilibet eſt Nubes: qui Chriſtum predicat & portat ad alios. Sic enim aſcendit ſuper nubem leuem. & ingreditur in ęgyptum Iſaie. 19. Nam Quis videt Chriſtum in ſuis predicatoribus & fidelibus? Nũllũs Sed creditur in illis eſſe. & ex luce verborum & operum. que per illos velut ex nube mittit: intelligitur. Igitur In Nube eſt .1. in obſcura cognitione ſui. qua in alijs eſſe cognoſcitur Qũarto ſicut & precedentia dimitto ſcilicet Anagogen quomodo etiam angeli ſunt Nubes reſpectu dei Quia tantum differt cognitio qua angelus deum in altero angelo cognoſcit. & cognitio qua deum facie ad faciem cognoſcit. quantum differt. cognitio ſolis in nube oppoſita. & qua in propria claritate Cum creatura non ſit pura lux. Sed potius lucida a luce Sic enim & in angelis teguntur aqũis ſuperiora: quando ſeſe Inuicem inſpiciũnt. quia obſcurius deum in alterutris cognoſcunt. quam deum in deo. Et extenduntur ſimiliter ſicut pellis. quia latiſſimi ſunt in ſpiritu. nihil inferioris & carnis ſapientes ꝛc Eodem modo ſicut Aſcendit ita & ambulat. ad literam. Quia Nubes ſunt velut penne ventorum. ſeu ipſe velocitates ventorum in quibus ferebatur in cęlum Chriſtus Secundo tropolo. [*Am Rande links:* Ioh. 3. | ... natus eſt ex ſpiritu | ſpiritus eſt ꝛc non | ... ut ſpiritualis eſt Sed | ſpiritus propter vitam | ſpiritualem. Sic | omnes paruuli licet | ſint in carne | ſunt tamen ſpiritus] penne ventorum .1. ſpirituum. ſunt affectiones & meditationes ſpiritualium [*Ausgestrichen:* hominum] vel animarum. Quibus ipſe nos volare facit. Sed ſuper nos volitans ſicut Aquila prouocans pullos ſuos. Quis enim tantum vt ille volare preſumat? Semper itaque ſuper pennas noſtras

ambulat. ſemper ſuperior eſt. Et tamen non remotus quin veſtigia eius in pennis noſtris ſint: Si enim Veſtigia eius non in nobis ſint .1. quod in veritate & Iuſtitia volemus. Vtique non volemus. Sed reptabimus in terra Quare Volare Eſt cęleſtia meditari & amari [*so*]. Sed ipſum ambulare in iſtis meditationibus & amoribus Eſt in veritate & humilitate iſta meditari & amare vt ſemper ſub pedibus eius ſimus quantumuis ſublimia ſapiamus & amemus. Ne forte ad equalitatem eius aſpirantes. ſuperbi & vani fiamus & corruamus ſicut & fumus quidem volat Sed vanus fit & perit. Sed Venti volant in ſua propria regione. ideo tuti ſunt. Sed tamen ſuper eos ambulat.

Vnde ex iſtis potes facile intelligere obſcura ps. 17. Aſcendit & volauit, Volaũit ſuper pennas ventorum Et prefulgore in conſpectu eius Nubes tranſierunt (.1. reſpectu eius. Sancti ſibi nihil fiũnt

Blatt 2006a: Tercio Pennę Duę. ſunt duo teſtamenta. Ventorum (.1. ſpiritualium hominum doctorum prelatorum Et iſte duę pennę ſingulorum Iũngũntur. Quia vetus & noua lex conueniunt. ſicut homo vetus occiſus & homo nouus ſuſcitatus. Vetus lex hominem veterem monſtrat mortuum, Noua viuum nouum exhibet. Et ſic amice conueniũnt vts dictũm. Vnde & Angeli pinguntur & finguntur duabus alis & Cherubin ſimiliter. Quia omnis doctor duo teſtamenta debet habere ſicut dominus Matt. 13. docuit dicens. omnis ſcriba doctus in regno cęlorum. ſimilis eſt homini patriſamilias. que [*so*] profert de thezauro ſuo Noua & vetera Quia de homine nouo & vetere. debet loqui & docere. quomodo ille deſtruatur & iſte edificetur. Ne vinum Nouum in vtres veteres immittat. Sed in nouos ꝛc

Quarto Angeli ſunt Venti Anagogice. penne eorum Quales? Ipſi ſciunt Nobis ſatis eſt noſtras dixiſſe. Et quia Ventos iam Miniſtros verbi diximus Ecce quam Conſonat

Qui facis (inquit.) angelos tuos ſpiritus & miniſt. t. igne vre ꝛc hoc iam ſatis fere circa textum dictum eſt Et b. Aug. concordat Niſi quod ſentit ſic ordinari textum Qui facis ſpiritus tuos, angelos. ſimiliter & Caſſio. Quod tamen non eſt neceſſe. immo ſecundum Apoſtolum heb. 1. melius vt iacet acci-

pitur. Quia angelos ſuos fecit non deos ſicut filium genuit deum. Sed fecit eos ſpiritus & vrentem ignem. ſic enim diſputat ibidem. Trop. autem Angeli Chriſti. ſunt bone monitiones interne & quodlibet verbum ſalutis & tota Scrip. Euangelica que eſt ſpiritus & ignitum ęlcquium vehementer

Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſũam. Circa textum ſatis patũit: Niſi & Scripturam & animam quoque per hoc verbum intelligere volumus Cuius ſtabilitas Eſt fides & veritas

Abyſſus ſicut veſtimentum amictus eius: ſuper montes ſtabunt aquę. Obſcurus eſt iſte verſus Et primo literaliter. Oceanus circundat terram vndique. maxime antequam ſe paretur. vt in .3. die factum ſcribitur Genes. ad quod hic alludere videtur. Quia cum ſic terra fuiſſet operta & vndique circumamicta aquis. palam eſt quod ſuper montes ſteterunt aquę. donec Iuſſu dej & verbo eius ceſſerũnt in locum vnum & apparuit arida. Quam rem hic propheta myſticam facit omnino: quia per futurum dicit. ſtabunt aque. Ideo. meo ſtulto ſenſu

Secundo ſic intellige Quod Eccleſia tunc tempore Chriſti erat operta multitudiue literalium & carnaliter ſapientium Iudęorum. Quia pauci apertam Euangelii veritatem ſciebant aut predicabant Sed erant abyſſi ſuper eos. & dominabantur etiam Apoſtolis Et ita ſuper montes ſteterunt aqũę Donec per Increpationem Chriſti. facta eſt diũiſio populi Iudęorum. Et apparuerunt. qui erant ęlecti ad regnum. cęteris in locum ſuum repulſis. Sic ps. 17. Et apparuerunt fontes aquarum. & reuelata ſunt fundamenta orbis terrarum .1. Apoſtoli. Ab increpatione tua domine. ab inſpiratione ſpiritus irę tuę. Quod autem Abyſſus iſtos populos ſignificet ex ps. 76. patet Vbi dictum eſt. Turbate ſunt abyſſi Et ps. 75. turbati ſunt inſipientes corde. Et aque viderunt & dolũerunt. Miro enim modo indignabantur. quod apparere terram cernerent (.1. Eccleſiam oriri) & ſe ſegregari & ab eorum dominio & iugo eam liberari. quam occupauerant ſicut Abyſſi terram. Et Montes ſub eis latuerunt. [*Am Rande links:* amiciũerant enim eos penitus] Sed poſtea eminuerũnt Sicut autem de Iudęis ita & de gentibus Quę & ipſi [*so*] indignate ſunt.

quod homines. de ſeruitute idolorum emerſerunt [*Am Rande rechts:* aliter Aug] & apparuerunt iam in ſole & ſicci ab humore abyſſorum Tercio Trop. Abyſſus Eſt Sapientia carnis immo caro cum omnibus paſſionibus. que occupant animam ſub ſe. & ſtant ſuper montes (.1. virtutes arduas. non que ſunt. ſed a de futurę videntur in illis. Sed Ab increpatione fugiunt iſta & : arida terra Vel ſuper montes (.1. intellectum & voluntatem

4to anagogice. Increpabit in futuro aquas & ſeparabit a glorioſa terra omnes corruptiones & mortalitates. etiam iam ſanctis permanentes. quando omnis Imperfectio auferetur

Blatt 2006^b^: Ab increpatione tua fugient ꝛc hoc principio factum eſt verbo Inuiſibili & ęterno dei Sed nouiſſimo tempore verbo Euangelij Et diſpulſi ſunt a populo dei: qui ſpretum noluerunt & abierunt cum Iuda Dūce ſuo in locum ſuum

Increpatio autem in Apoſtolis dicitur dei eſſe Quia in ipſis Increpat deus. & tonat in voce eorum

Aſcendunt montes & deſcendunt Campi. hoc enim recedentibus aquis. Et in iſto verſu pulchre exprimitur ſegregatio aquarum. paulatim enim defluunt & ſic montes aſcendere videntur. & campi deſcendere: Vnde Non inepte potęſt intelligi diluuium etiam notatum eſſe. non tantum primam creationem. ſeu ſegregationem. Nam & ibi ſcribuntur aquę decreuiſſe & cacumina montium apparuiſſe

Terminūm poſuiſti, quem non tranſgredientur Quia aquis illis non eſt conceſſum vt operiant terram. Sed hoc vt pulſent procellis ſuis. Quia non permittitur vt Eccleſia submergatur. Sed tantummodo vt exerceatur. Qūid enim ſunt procellę, niſi motus carnalium hominum? Sed Vide quam nil timet eos terra. Et quam cito cadunt. ſimul enim dum leuantur cadunt. Sic ſunt omnes motus & paſſiones cordis humani

Et hec 4^r^ ſimili modo intelliguntur

primum de aquis ſenſibilibus Iob. 38. Quis Concluſit oſtia mare? & circundedi illud terminis meis. & poſui [*Ausgestrichen* oſtia] vectem & oſtia & dixi. Vſque huc venies & non procedes amplius & hinc [*so*] confringes tumentes fluctus tuos. Secundo trop. Sunt vt dixi paſſiones & motus carnis & veteris ho-

minis: Quia Impius ſicut mare feruet. Et hijs poſitus eſt terminus. vt tangere & concutere poſſint, Sed non ſubmergere. Quia ſentimus motus malorum ſed non conſentimus. Sic aſcendunt montes (.1. creſcunt & eminent virtutes fidej: quando Increpatione Dej. recedunt aquę tentationum. immo peccatorum que operuerant montes. Et deſcendunt campi (.1. humiliantur noſtre vires tanto amplius quanto magis proficiunt in virtutibus. Non enim aſcendunt virtutes: niſi noſtre infirmitates etiam deſcendant. Simul fit aſcenſus & deſcenſus (.1. incrementum virtutum & humilitas.

Tercio vt de Eccleſia dictum eſt. recedentibus impijs creſcunt filii Eccleſie & dilatantur Et ponitur terminus aquis. vt Eccleſiam amplius non occupent. Et. Hoc eſt Chriſtum magnificari vehementer ſecundum corpus myſticum. quod abhinc deinceps deſcribitur vſque ibi. Quam magnificata ſunt ꝛc.

Quarto demones ſunt aquę & omnes Imperfectiones corruptionis: tunc tandem cum corruptibile induerit incorrũptionem. vere aſcendent montes & deſcendent campi recedentibus omnibus fluxibus aquarum. Et ſtatuetur terminus ęternus. vt non conuertentur [*so*] vnquam operire Sed neque tangere terram

Qui Emittis fontes in Conuallibus ꝛc proſequitur magnificationem Chriſti Nam primo magnificatio ipſius vt capitis in principio: 1 & 2. verſibus ponitur. Secundo corporis eius myſtici in conſequentibus. & hoc quibus medijs & modis. Scilicet Eruditione Scripture & perſecutione inimicorum. Quia Extendis celum ꝛc. Sed Abyſſus ſicut veſtimentum. hic perſecutio.

Semper enim ſicut in capite ita & in corpore. Caput autem primo fuit humiliatum & poſtea magnificatum. Ita poſtquam Eccleſia per cęlum Scripturę & fidem fundata eſt ſuper ſtabilitatem ſuam. mox perſecutionibus tradita vt magnificaretur. Abyſſus eam circundedit & aquę impulerunt. Ex quo tamen aſcendit & deſcendit in locum ſuum. Tum emiſſi fontes & cętera que ſequuntur. Quare hoc verbum Magnificatus indicat & exponiţ totum psalmum Scilicet quod loquatur de magnificatione Chriſti. Nam ex magnificentia eius motus omnia hęc dicit

Quare omnia de Ecclesia & Christo cogimur intel-
scilicet quomodo sit magnificatus in nũmero & quantitate

Blatt 2007a: Igitur inspecto isto naturę opere. quod vi-
mus. fontes in montium radicibus oriri. & in Conuallibus qu-
quid significet. Et Respondetur Quod sunt doctores & e-
libri Qui oriuntur ex Apostolorum & prophetarum libris hi-
sunt montes de quibus ps. 86. fundamenta eius in mon-
sanctis Et Zach. 6. Montes. Montes erei. de quorum m-
egressas scribit. 4. quadrigas. Nam & dominus Ioh-
dicit Aquam [*so*] quam ego dabo. fiet in eo fons aquę vi-
lientis in vitam ęternam. Ergo quilibet sanctus potest es-
qui spiritum habet & docet alios. [*Ausgestrichen:* Vnde
Sed notandum singulariter Quod in Conuallibus dicit
Mons & mons habent eandem vallem Sic Vetus lex & no-
faciunt eandem vallem. Et ideo dicitur Conuallis propt-
sortium. lateralis montis. Vt si Mons Monti dicat. Vall-
est tuę Conuallis & vallis tua meę Conuallis Quia Eande-
lem habemus & communi Valle concordamus. Et Heę Con-
sunt diuerse Ecclesie singulatim. Nam & multi sunt mont-
& inde. Multi Apostoli & multi prophetę. Quorum q-
Duo faciunt Conuallem suam, immo omnes conualles S-
Notandum Quod Conualles in radicibus sunt montium. n-
Cacumine. Quia scilicet prophetę & Euangelium conueni-
vna Ecclesia, in vno spiritu, in vna radice veritatis. in vn-
in vna hũmilitate. Licet in vertice differant. quia illa in
sęculi. ista in gloria cęli altissima est. Et illa velut par-
collis inferior. ista autem superior Vnde & ps. 41 dicitur M-
modicus: Nostra autem mons magnus & superior. s. mons
sus. Matt. 17. Si ergo Ecclesia intra medium duorum mo-
versatur in hac vita. (.1. inter veterem & nouam legem co-
dantes. ps. 67. Si dormiatis inter medios cleros ꝛc hec sun-
test. duę sortes. duę hereditates: quibus instruitur Ecclesia in
vita. Sed Iudęi in latere aquilonis huius montis sunt
tum. non intra medium horum montium. ideo non fluunt ib-

Hic quoque illud insigne nota Quod nihil in scrip-
ponendum. nisi auctoritate vtriusque testamenti probetur &

Quia aque intra medium montium debent pertranſire
Sed & hoc non abijciendum. Quod non ſunt prohibendi
recentiores interpretes Scrip. ſicut ſtulti quidam obſtinate
doctoribus morantur. & volunt. non pertranſire. Sed ſtare
[*Ausgestrichen:* ex] intra medium montium. Et in Con-
s non fontes emitti. Sed lacunas fieri. Cum ſpiritus
ans ſemper nouis Eccleſiam aquis irriget. Quia fluminis
s: non autem ſtagni quies. lętificat ciuitatem dej. Non
aſtidium & nauſeam vult. Sed conſolationem in ſcrip. ſuis
idelibus. Vt venientibus nouis vetera proijciant. Sed ita
ant vt tamen intra medium montium tranſeant & in con-
s ebulliant (.1. vt dixi. in conſonantia vtriuſque teſtamenti.
ophetarum & legis
liam Expoſitionem circa textum Vide. Conuallis enim non
niſi reſpectu montium plurium. Ita plures pontifices
n Eccleſiam vniuerſalem illuſtrant vt Montes in circuitu
Et intra horum medium (.1. vna Eccleſia pertranſeunt
aquę.
lusgestrichen: Potabun] Tercio. Conuallis Eſt hũmile cor
lium montiũm. Quia vndique ſeſe inferiorem facit cęteris.
x anima: que alios omnes ſuſpicere poteſt velut altos de
idis ſuis, ſicut ait Apoſtolus. Superiores Inũicem arbitran-
hilipp. 2, 3.]: Sic enim vndequaque humilis anima montes
cit Quia omnes ſuperiores ſeſe arbitratur. Et ita fons aque
in ea emittitur & tamen vere in medio montium eſt.
Econtra. In quorum medio montes ſunt Et qui deorſum
lles ſpectant. nonnę vacui & aridi erunt. Vt ſunt ii qui
e ſublimi cęteros in infimis deſpiciunt. nullum ſibi ſimilem
es O quam raro Iſta Conuallis in qua lilium iſtud ſeſe
gloriatur. parum enim eſt quod Vallis ſit. Conuallis eſto.
ſt ne vni, duobus aut multis montibus te inferiorem eſtima
Blatt 2007b: Sed prorſus omnibus Vt ſis omnium Conuallis.
nnes montes in tuam vallem. conueniant & fluant. Sic enim
is Homo. habet influxum & participium omnium ſanctorum
icquid in illis eſt. in illum deſcendit. Quia pede montis in
ınt. Econtra ſuperbus. nullius habet influxum & ſuffragium.

quia ſuper montes eſt. in ſole nudo nudus ꝛc Vnde ps. 64 valles abundabunt frumento. Mirum ergo & non ſatis plicabile verbum. Conuallis Quod omnium montium radi- ſeſe habeat.

Anagogice autem Conualles erunt Beatorum manſion- Medium montium Erit. intima diuinitatis contemplatio. t montium. vniusque montis altitudine in ſeſe deſcendente turiente torrentem voluptatis perpetuę. ꝛc

Potabunt omnes beſtię agri. ꝛc

Beſtie enim agri apte gentes ſignificant que fere & meſtice erant deo. Sed per deuia errorum & idolatrie tur Sed nunc per potum ſunt non beſtie immo animalia bus in dulcedine tua paraſti deus. Quia emiſit fontes .1. vt dictum eſt Apoſtolos. doctores ꝛc. Sic ps. 18. In terram exiuit ſonus eorum ꝛc Econtra Quia Domeſtici facti ſunt ſylueſtres. & quod maius eſt Onagri. Vt quid hanc ſolam ſpeciem inter tot animalia exprimit. ſi non ſe ſpiritualiter intelligendum? Onager autem aſinus ſyl dicitur. quo [*so*] generi animantium mirum eſt aquarum Vide Stap. Iob. 39. Quis dimiſit onagrum liberum vincula eius quis ſoluit? Cui dedi in ſolitudine domum bernacula eius in terra ſalſuginis Contemnit multitudinem tatis. clamorem exactoris non audit. Conſpicit [*so*] paſcue ſuę. & virentia queque perquirit. [*Am Rande links:* ſic exprimit. Ephraim Onager ſolitarius ſibi ꝛc.] Hic ingenium Iudaicę perfidie deſcribitur Qui dimiſſi ſunt runt, liberi Iuſtitie vt ſint ſerũi peccati. Et in ſolitudine tur extra communionem ſanctorum. & in terra ſalſugini terę occidentis vt ps 106. terram fructiferam in ſalſugi malitia habitantium in ea Et hinc eſt Sitis iſta eorum adhuc expectant. Et Eccleſiaſtice ciuitatis multitudine curat nec audit vocem Chriſti & predicatoris. Sed mon- ſcuę ſuę (.1. prophetas carnaliter expoſitos & virentia pe ſecundum carnem in illis.

Super .1. ſuperne ea Volucres cęli habitabunt non habent genus neutrum: ideo non bene tranſfertur.

loco. vbi nullum animans eſt generis neutri. Refert itaque ıtes & fontes de quibus dixerat. ſcilicet Contemplatiuos & lioſi. in libris Apoſtolorum & doctorum morabuntur. Vel Su- ea accipiatur. ſecundum modum loquendi quod Volucres cęli us quam beſtie morentur. Vt ſicut beſtie potant de fontibus ıquis infra ita volucres ſuperius morantur & canunt ſuauiter. eſt intentio prophetę. ſicut poete ſolent deſcribere. ſyluas. ɜmpli gratia. pulcherrimi fontes in vallibus montium inter ɜntes ſyluas. Et beſtię ibidem varie. bibunt. excepto ſolo gro. Sed & ſuperne non deeſt gratia. Quia auicule in ramis de rupibus inter ramos dulciter canunt Hoc enim nature undum ſpectaculum intutus ſi queras quid ſignificet. Reſpondet. hoc tam Iucundum eſt in oculis hominum: quanto magis huius ſterium eſt Iucundum in oculis dei. angelorum & ſpirituum? de libris & Euangelicis fontibus omnes gentes bibunt. excepta ɔuloſa ſynagoga. Sed ſuperne in arboribus & rupibus (.1. de eiſdem ris) cantant Canticum canticorum (.1. ſermones & laudes Chriſti anctorum eius. Qui ſermones multo dulcius ſonant in auribus ɟelorum quam Sonat luſcinie cantus in auribus noſtris. Et d mirum ſi aſino ſuus ruditus &

Blatt 2008a: non luſcinie melos placeat? Nec mirum quod nali homini melos euangelicum faſtidio ſit Qui non percipit que dei ſunt. Sed ſtultitia ſunt illi & non poteſt intelligere

Nunc ad textum

primo dicit. habitabunt. In quo oſtenditur fixa & exercitata ditatio in libris ſanctis. non enim cito debet vocem dare, niſi exercitatus in ſcripturis ſanctis.

Secundo ſuper ea (.1. eleuatioris vite & intelligentię eſſe de- nt aliorum cantores & doctores. quam ii qui infra bibunt de ıtibus ſimplices populi

Tercio de medio. petrarum (.1. de medullis ſpiritualis intel- ɟentie prophetarum: qui ſunt petrę vel rami & arbores. deut 32. ; ſugeret mel de petra oleumque de ſaxo duriſſimo Non enim extremis & finibus literę carnalia Vel occidentem amorem ıs ſimul debet docere immo debet non docere.

Quarto gratis debent predicare. Quia & auicule gratis can-

tant. Ita non debet lucris inhiare predicator. nec vendere S.
dare voces ſuas. nec pro laude aut gloria predicare

Qũinto fortiter & nullum timere aut adulari Quia non ti
lum aut murmur Sed voces. non alicui dicendo veritatem. ali
tacendo dabunt

Sexto. Non vnam vocem Sed plures. quia Diuerſis diu
predicando. Sapientiam inter perfectos, & lac infirmis. & om
bus omnia. Ne ſemper vnam cantilenam cantet

Rigans montes de ſuperioribus ſuis ꝛc Eſt fere eiu
ſententie cum preced. Montes ſunt ſacerdotes & aliorum m
res in Eccleſia. Quia rore & irriguo irrigantur ſpiritus
gratiis intellectualibus & affectualibus. magis tamen de affec
bus hic credo: Niſi obſtet Apoſtolus Ego plantaũi. Apol
gaũit. Vt ſint Volucrum cantus. plantationi & rigatio mont
rigationi comparatum. Igitur ne quis ſibi Magiſter fiat
nens poteſtatibus ſublimioribus ſubijci. Dicit hic Quod M
riget. propter inferiores Vt ps. 71. Suſcipiant montes pa
populo. Quid ergo eſt montes rigari de ſuperioribus? Cre
ram inſpiciamus. Ecce montes a nubibus ſeſe ſuperioribus p
pluuntur & irrorantur Vt Iſaie. 59. Rorate celi deſuper & n
pluant Iuſtum Igitur Nubes & cęli ſunt item libri obſcuri p
phetarum qũi ſunt ſupra omnem captum ingenii humani qui
ijs. que ſupra nos ſunt & credibilibus tantum non autem o
prehenſibilibus. de ijs rigat ſpiritus ſanctus. Maiores in Ec
& infundit ex illis & rorat ſtillat & pluit [*Ausgestrichen:* p
aquam ſapientie ſalutaris. Hoc enim ſpectaculum Na
indicat. quod doctrina noſtra & ſapientia noſtra deſurſum
pudica ꝛc [*Iacob. 3, 17.*] Non carnalis ab infra. Vnde He
Cęnaculis tuis. (.1. libris prophetarum. in quibus Veſpertina ht
continent [*so*] matutinum ſpiritum. Tunc ſequitur
miniſterium in alios. Quia de fructu operum tuorum ſatiabi
terra (.1. ſimplices populi abunde replebuntur ſapientia fidei. S
quando tu poſt plantantes & rigantes. incrementum dederis. Q
fructus operum tuorum (.1. incrementum & Efficacia verb
predicationis. quod adeo dicitur vere opus domini. Quis
ſolum ęgit in terris. Et Apoſtoli. miniſterio verbi inſtabant

Aliter ſic poteſt intelligi. De fructu operum tuorum (.1. Eccleſia tua replebitur multis fidelibus. per effectum euangelice predicationis. que eſt opus Chriſti. Ita quod Corpus Eccleſie erit plenum pingue & ſaturum. membris integris & plenis fide & virtutibus. Quid eſt enim fructus Verbi dej niſi multiplicatio fidelium extenſiue & intenſiue ps. 4. A fructu frumenti & vini multiplicati ſunt. Et .111. potens erit in terra ſemen eius

Trop Quelibet anima repletur virtute & gratia per verbum dej ꝛc .1. Corin. 3. Dei agricultura eſtis. dej edificatio eſtis. [*Ausgestrichen:* Ergo] Iohan. 15. pater meus agricola eſt. Ergo opus dei Eſt agricolari edificare .1. predicare & euangeliſare

Blatt 2008b: Producens fenum Iumentis & herb: ꝛc. Hic Deſcribit vſum temporalium inter predicantes & audientes. Quia hii debent cum promptitudine miniſtrare neceſſaria victus. illi autem gratis ſpiritualia diſtribuere. Quorum vox eſſe debet Nos orationi & miniſterio verbi inſtantes erimus act. 6. Sicut & .1. Corin 9. late diſputat Apoſtolus. Sic enim exigit neceſſitas huius vitę. Vnde act 6. apte hoc expreſſit lucas ſecundum. Lau. Vall.*) Quos conſtituamus ſuper hanc neceſſitatem. Vbi nos habemus ſuper hoc opus

primo itaque producens. inquit (.1. ſponte & prompte foras. non exacta porrigat Sed etiam non rogata non laborata prebeat Sicut terra ſine agricultura fert fenum ſua ſponte Et hoc vtique facit etiam populus vtpatet. ſi modo Iumenta ſe prebeant ſacerdotes & operentur arando. agricolando. triturando. Sed Nunc extorquentur omnia violenter, [*Ausgestrichen:* quia]

Secundo fęnum. (.1. quicquid eſt pro hac vita neceſſarium. fenum eſt enim caro & omnia quibus indiget Non ait flores feni. Quia non luxuriam & abundantiam debent dare vt gloriam carnis & ſęculi poſſideant. Sed tantum neceſſitatem. Sed nec radices. Sicut quidam populum excoriant. fęnum cum radice extorquent & nimis exactionantur ſubditos pauperes.

Iumentis. (.1. operantibus & laborantibus in verbo dej. Cur enim non ait pecoribus Sed Iumentis tantum. niſi quia

*) Meyer l. c. I. 155 ff. Rosenmüller V. 379—392. J. Vahlen, Lorenzo Valla. Wien, 1870.

ſpiritualiter voluit intelligi ſe locutum eſſe. Vnde Nunc ea
deuorant fenum. & tamen non ſunt Iumenta. Inde terra in
gnata incipit ſubducere fenum & Inũita porrigere. Vide
enim quod populus adhuc Diligit. ſanctos & bonos ſacerdotes

Quarto. Et herbam [*Ausgestrichen:* ſer] Hoc iam co
mentum eſt. Holera ſcilicet & alias ſpecies pulmentorum &
ſoniorum. que ſunt alia quoque neceſſaria tranſitoria que cad
ſunt & peritura

Quinto. Seruituti hominum (.1. ſeruis Dei vt relig
& clericis alijs. qui non ſunt iumenta non docent. Sed tu
ſeruiunt. vel miniſterio ſacramentorum. orando, celebrando &
modis populo & deo ſeruiendo Et ijs tantum debet da
ſeruituti ſatis ſit non autem vt voluptati & principatui ſu
fluum ſit ſicut modo fit miſerrime

Sexto hominum. Quia tales ſunt velut homines reſpe
aliorum ſimplicium. qui ſunt eorum oues ipſi autem pa
ſicut homo ſuper pecus. ita prelatus ſuper homines. homo dic
illi autem pecudes eius. Et ij ſunt omnes officiales
miniſtri Eccleſie

Vt educas panem de terra ꝛc (.1. vt illi neceſſarijs p
uiſi. laborent educere exponendo Scripturas. panem verbi
Sicut agricola educit panem de terra agricolando eam E
iterum patet quod magis ſpiritualiter loquitur. Quia nullus
eſt. quod ideo terra producat fenum vt educas tu panem. N
liter Nota Quod temporalia producere non opus dei Sed te
dicitur. Sed educere panem rigare montes. emittere fontes
eius dicitur. Vt ſcias quoniam ſpiritualia opera dei deſcr
alioquin quomodo ad literam magis deus rigat montes. qu
veſtit herbis terram? Igitur Illi educunt te ſcilicet in illis
cente panem doctrine. de clauſtris & obſcuris dictis Scrip
Vel de literali ſenſu velut de medio petrarum dixerat.
vinum lętificet. Hic Exponit ad quid educatur panis de ter
Non enim fruſtra educendus eſt. ſicut nec fruſtra fenum come
debent. & herba vti in neceſſarijs alijs. Sed vt eo liberius
cant panem non ocio luxurient porro educto pane vt Lęt
cet cor hominis vinum. vt exhilaret faciem in oleo

panis cor hominis confirmet. In ijs tribus ponuntur quomodo verbum dej hominem diſponit primum ad deum. deinde ad proximum. 3° ad ſeipſum. primum Eſt verbum dei vinum facient [*so*] cor hominis gaudere in domino. Non enim dixit carnem hominis Sed cor. cuius gaudium in conſcientia ſolus deus videt & ſolus homo nouit. ſicut ait ps 31 Letamini in domino & exultate Iuſti. Et ps 67. Exultent Iuſti in domino ꝛc. Sic enim vinum lętificat cor hominis

Blatt 2009a: Licet interim nihilominus lugeat & portet crucem Chriſti in corpore ſuo. Cor enim gaudet ab hoc vino. Sed caro potius triſtatur. Secundo Exhilaret faciem ꝛc Oleum Eſt verbum dei quia docet miſereri in hilaritate alijs. Vnde apte dicit Exhilaret. q. d ad extra etiam hilaris ſit. Ro. 12. Qui miſeretur in hilaritate. hilarem enim datorem diligit deus. Inſuper. quia faciem dicit. (.1. exteriorem conuerſationem exhilaret in oleo miſericordię quod alijs impertitur. Sic ergo eductus panis de terra facit quod vinum letificat cor hominis facit quod homo hilariter oleum miſericordie alijs proximis tribuat in quacunque indigentia. Sic iam deo & proximo eſt recte diſpoſitus per verbum dei. Sic Samaritanus proximo ſũo oleũm & vinum infũdit. vt & nos ita faciamus. ꝛc. Tercio Et panis cor hominis confirmat. Homo enim in ſe ipſo infirmũs eſt ideo per panem roboratur vt poſſit in deo lętari. & proximo miſererj.

Quod bene indicat. quia cor hominis dicit Homo enim ſecundum carnem infęliciter robuſtũs eſt. Sed infirmus in ſpiritu ſine iſto pane ꝛc Quod ſi iſta non placent quęre tu meliora

Satũrabũntur Ligna Campi ꝛc Iterum reuertitur ad methaphoras. Interpoſũit enim de Eſca hominis & potu eius. ne omnino literam ſub iſtis methaphoris daret intelligendam. Igitur Ligna campi. Sunt homines ſicut arbores mobiles vt Cęcus ille in Euangelio vidit. Communis ſcilicet & vulgaris populus in Eccleſia Vel ſi arbores maiores arbuſta autem inferiores vt alio ps. operuit montes vmbra eius & arbuſta eius cędros dei [*Ps. 79 = 80, V. 11.*]. Sed melius Eſt. Ligna vniuerſi fideles. Cedri autem ſuperiores. Epiſcopi. prepoſiti. plebani & quicunque in officio conſtituti vtpatet ex Iudi. 8. vbi ligna ierunt ad

vitem, ficum & rhamnum. vt dominum eligerent. Ita Cędri ſunt Duces populi. Ligna autem ipſi populi. Vnde notanter in heb. dicitur & ligna domini. Quia per manum domini in Eccleſia creſcunt. Et Cędri libani .1. Eccleſie quas plantaũit Hoc notabile verbum. Quia omnis plantatio quam non plantauit pater meus cęleſtis eradicabitur Quod dicitur contra omnes qui propria Iuſtitia volunt plantari. Vel qui non intrant per oſtium in ouile. ſeipſos plantant & non plantantur. Ideo non mirum ſi nec ſaturentur. nec paſſeres ibi nidificent. Quia oues non audiunt vocem eorum. maxime que ſunt erudite .1. aues. reptantes enim ſeducere poſſunt. Inuenit enim paſſer ſibi domum & turtur nidum vbi reponat pullos ſuos. Scilicet vbi plantate ſunt cędri libani Sic Vir beatus ps. 1. plantatum lignum dicitur ſecus decurſus aquarum.

Libanus autem Candidus dicitur Eccleſiam ſcilicet ſignificans que candida eſt in ſpiritu a Chriſto purificata Quare optime hic Cedri rectores Eccleſiarum intelliguntur ſicut in montibus & fontibus & volucribus cęli doctores & prophetę. & predicatores ſeu Euangeliſte de quibus omnibus. 1. Corin. 12. Et quoſdam poſuit deus in Eccleſia. primo Apoſtolos Secundo prophetas. tercio doctores. deinde virtutes. exinde gratias curationum, opitulationes. Gubernationes. Genera linguarum: interpretationes ſermonum. Et hijs nopem Choris forte ps. iſte non inepte poſſit aptari ſi cui ocium eſſet. Nam Cedros Libani hic intelligerem quas dicit Gubernationes.

Aſcendentes montes autem Apoſtolos. fontes in Conuallibus prophetas. Volucres cęli doctores. Rigatos montes de ſuperioribus Virtutes (.1. executores & adminiſtratores in Eccleſia Sed alijs hęc relinquo

Illic paſſeres nidificabunt [*Am Rande links:* b. Aug Caſſ. expo. 1. Religioſi in patrimonijs Diũitum ſęculi] ſcilicet in Cędris Libani (.1. ibi actiuam vitam exercere poſſunt fideles. Quia ſub prelato & in vnitate Eccleſiarum. opera bona fieri debent. Non in ſectis. hereſibus. ſuperſtitionibus, ſingularitatibus vt ps. 76. holocauſta medul. off tibi cum incenſo [*Ps. 65=66, 15.*]

Blatt 2009b: Sine incenſo arietum offert: qũi extra obedi-

entiam. proprio capite ſũas deuotiones ſequitur. Sed tu audi psalmum. illic aũes nidificabũnt in cedris inquam. Serpentes autem & vipere in ſuis caũernis, aues in libertate ſpiritũs in aere libero: in cędris libani

Erodij domus dux eſt eorum. ꝛc

Erodium varie exponũnt. Ariſtoteles ardeam intelligit alij falconem alii Gryphem Vel potius neſcitur quę ſit ſpecies eius. Heb. circa textum patuit. Sed quid ſibi vult. Quod domus Erodii dux ſit paſſerum? ſic enim b. Aug exponit. fulice domus dũx eſt eorum (.1. petra que eſt Chriſtus in qua fulica moratur in aquis. Nic. ly: Sic. Erodii domus ſupple eſt in cędris. Qui Erodius eſt dux & rex omnium aũium Si ego meum auderem ponere ſenſum. ad modum quo ſupra diſtinxit beſtias & onagros. Ita nunc paſſeres ſeu aues in cedris Libani diſtinguere dicerem ab Erodii domo. Similiter. quod ſequitur. Ceruos ab Erinacijs. Vt ſermo domini diſpoſitus in Iudicio agnoſceretur. Loquens de duplici generatione hominum in Eccleſia. Scilicet carnalium & ſpiritualium, ſeu quod in idem vadit. ſynagoga & Eccleſia. vts de onagro & beſtiis dictum eſt. Et ſecundum hoc dicerem

paſſeres queruli pęnitentes morantur in cedris (.1. ſub prelatis in Eccleſia.) & ibi fetificant opera bona & nidificant. qũi ſunt fideles merito & numero. [*Am Rande links:* ratio eſt quia Erodius | . . . rinatius immunda | . . . . . lia lex decernit & | . . . leguntur in bonum | . . . ipi] Sed

Miluo domus eſt non cedrũs Sed abies. hęc enim rapax auis eſt ſicut & Erodius ſeu falco. ſignificans inquietos, tyrannos, raptores, auaros ſęculariter viuentes in ſublimitate mundi nidificantes. quod primum Iudęi fecerunt contra Eccleſiam. Ideo in abiete ſuam domum poſuerunt (.1. in ſublimitatem ſterilem huius mundi Eodem modo.

Montes excelſi ceruis (.1. velocibus in ſpiritu. ardue vię virtutum fidei & ſpei ſunt domus. Non enim ſunt veloces carne & tardi corde. Sed econtra potius

petra refugium erinacijs. Hii ſunt alia nunc animalis ſpecie comparati. ijdem carnales contra ſpirituales. Erinacijs

latebras querit. Ceruus montes apertos & excelſos Quia hii in latitudine libertatis ſpaciantur: illi in anguſtijs litere & carnis latitant Et non ſolum latitant. Sed ſpinoſi ſunt. & aſperi ad monitiones bonas. ſicut de Iudęis dictum eſt. Hii ergo ad duriſſimam petram literę in qua ſcripta eſt lex refugiunt. de qua deu. 32. Vt ſugeret mel de petra (.1. dura lege in litera. Ergo ijdem ſunt Milũi & Erinacij & eadem domus eorum eſt Abies & petra. (.1. ſterilis & dura litera. rapacium & aſperarum auium. Quid enim rapacius Synagoge. que tot in veſte ouina vt lupi rapaces. Chriſto abſtulerunt? Et imitantur eos heretici & omnes ſuperbi ſeductores animarum. Inſuper quod peius eſt. incorrigibiles & aſperi. Nam petram Erinacii quis deſtruat? & Erinacium quis tractet? Sic pertinacia ſunt Conuenticula eorum & ipſi incorrigibiles. Et non eſt mirum quod eadem ſepius hic iterantur ſcilicet onagri. Milũii. Erinacii Catuli leonum. animalia puſilla & magna. Quia propheta vult nihil aliud [*Ausgestrichen:* oſte] quam nobis oſtendere. quomodo Sapientia dei ludit in orbe terrarum. & eaſdem res in ſpiritu multis ſymbolis exprimit foris in viſibilibus. Quomodo ſcilicet omnia conſonent in myſteria Eccleſię repreſentanda. [*Am Rande links:* ..... diuerſas proprietates. quas vix multis rerum ſymbolis exprimere poteſt Ideo ſunt magnificata opera eius Quis enim digne enarret ſpiritualium operum Chriſti modum & gloriam?] Nam non eſt negandum Quin literaliter iſta vere ſint. vt ſonant. Sed propheta inſpicit & accipit ea prout. ſunt ſigna aliorum ſcilicet Inuiſibilium. quę fiunt in Eccleſia. Ibi enim mixtim bona & mala ſunt

Vnde & ex litera hunc habes fructum. Quod Creaturas non abſolute Sed

Blatt [2010 *ausgestrichen.*] **210a:** in ordine ad creatorem docet inſpicere. Quia velut digito ſimul dum creaturam oſtendit. te ad eius creatorem manũdicit [*so*]. dicens tu feciſti. rigans. emittis ꝛc [*Am Rande links:* Vt in omnibus deum benedicas & non fortunam laudes.] Quod nulla facit philoſophia & humana ſapientia: que ſolum quidditates querit vt dicitur Quare domus Erodii. Synagoga eſt & quodlibet conuenticulum de ſanguinibus. Et eſt Dux eorum (.1. proprius ſuus Magiſter. deſerto magiſterio

Chriſti. Cętera circa textum [*Am Rande rechts:* vel melius Auaritia eſt radix omnium malorum Ex hac enim radice .... | occiderunt. Ideo Erodii domus Eſt dux ..... | Quia hec indűxit eos ... | in viam malam ..... | Milűus idem eſt. Quia .. | rum hominem ſignificat]

fęcit Lunam in tempora. Sol cognouit occaſum ſuum Nam eadem quidem eſt luna. Sed tamen. 12. vel . 13. vicibus per vnum annum mutatur Ideo ipſa in tempora formata magis quam ſol dicitur Sic & Eccleſia militans vna eſt ab initio mundi: & tamen generatio preterit generatio aduenit. aliaque poſt aliam ſuccedit Eccleſia in eandem Eccleſiam. Et ſol Chriſtus idem ipſe manens mortuus tamen eſt. Nec ideo alius Chriſtus & alius ſucceſſione. Sicut ſol idem occidit & oritur ſemper plena luce ſua.

poſuiſti tenebras & facta eſt nox. Hoc per occaſum ſolis .1. mortem Chriſti in Iudęis factum eſt. Quia illis ipſe eſt mortuus nec reſurrexit illis Sed nobis. Ideo

In Ipſa pertranſibunt omnes beſtię ſylue Synagoga facta eſt ſylua & beſtię Iudęi. qui erant homines prius. propter crudelitatem. Vt ps. 76. [*79 = 80. V. 14.*] Exterminauit eam aper de ſylua. Singularis ferus depaſtus eſt eam. Quia ſingulari Iuſtitię ſuperſtitione vaſtant populum ſynagoge vſque modo. Eodem modo de hereticis. Turcis ꝛc

Catuli leonum rugientes vt rapiant ꝛc Hoc ſimiliter de Iudęorum maioribus & Hereticorum intelligitur. quos leones in multis locis appellat Scriptura

Ortus eſt ſol ꝛc oderunt enim lucem & fugiunt. Quia luce oriente. homines ſurgunt Ita Iuſti ſurgunt ideo timent Impii & demones. & recedunt. hoc enim ſpectaculum viſibilis creaturę docet Quomodo Impii & demones non niſi in errore ſeducunt animas in luce autem fidei non poſſunt

Exibit homo ad opus ſűűm & ꝛc Sepiſſime dictum eſt de operibus dej quomodo. ſint duplicia ſcilicet facta & acta. Sed per acta proueniűnt facta. Et primum de Chriſto Cuius opus actionis fuit Euangeliſare: Sed opus factionis fuit Eccleſia. quam conſtituit per opus actionis ſuę. de vtroque autem intelligi poteſt

ſupradictum. De fructu operum tuorum ſcilicet iſtorum duorum ſatiabitur terra. Quia terra repleta eſt. fidelibus Chriſti. per fructum actionis & factionis eius Et ps. 27. Quoniam non intellexerunt opera domini & in opera manuum eius. Igitur cum hic per futurum dicat Exibit & Iſaie 66. dicat. facta ſunt Hęc. patet quod de Inuiſibilibus loquitur Sicut & ps. 76. Memor fui operum domini (.1. actionum Et meditabor in omnibus operibus tuis. ſcilicet factorum Quare notandum. Quod duplex eſt mundus

ſeu Creatura

Viſibilis, quem prius fęcit. & deinde cum illo egit & operatur. hic enim prius eſt factura quam operatio. Nam cum omni creatura agit qui fęcit eam. Nam & hęc opera creaturę. recte opera domini dicuntur. ſicut ipſa quoque eſt opus manuum eius

Inuiſibilis intellectualis per fidem Eſt Eccleſia que vocatur nouum celum & noua terra. Et hic ſunt facture dej. Apoſtoli. prophete. doctores .1. Corin 12. ſicut partes integrales huius mundi Et opera manuum eius ſeu facta que fecit. Sed opera ſeu acta quibus iſta fęcit. Sunt opera virtutum & maxime predicationis Quia verbum dej eſt Inſtrumentum quo operans effecit iſtam facturam. ſicut ait Verbo domini cęli firmati ſunt ꝛc Sicut & prima creatio verbo dei facta eſt velut medio actionis

Blatt 210b: Quam magnificata ſunt opera tua domine, omnia in ſapientia fęciſti. Impleta eſt ꝛc. Hęc quidem de viſibilibus operibus poſſunt intelligi Sed abſolute non debent. niſi in reſpectu ad Inuiſibilia. quod ex eo patet. Quia ſecundum opera creationis. non ſolum terra. Sed & cęlum repletum eſt poſſeſſione Chriſti immo & infernus. omnia enim ſunt ipſius. per eum facta. Sed Eccleſia militans de qua eſt ſermo eſt ſolum in terra. quia dominatur in medio inimicorum. Et hac poſſeſſione & hereditate eius plena eſt omnis terra. diffuſa ſcilicet Eccleſia per totum mundum Et hęc ſunt opera magnificata. & in ſapientia facta. Quia in verbo. Euangelii eſt Eccleſia conſtructa: quod eſt verbum ſapientię & virtutis Dei: ſicut & viſibilis eſt

mundus. in verbo & ſapientia dej factus a principio.
Nunc quod promiſſum eſt memores exoluemus. Quod Chriſtus 4 ⁊. Eſt magnificatus.

primo ad literam & vt caput noſtrum, ſuper omnem creaturam vt habent primi duo verſus. Magnus enim eſt. qui altus eſt ſuper omnes

Secundo tropol. quando nos eum magnificamus. Vt b Virgo Magnificat. ꝛc Et hoc fit cognoſcendo ipſum eſſe magnum. & confitendo & predicando.

Tercio myſtice ſecundum corpus ſuum myſticum. quod nũnc vt hic dicit totam terram repleũit tunc enim magnus eſt aliquis. quando non ſolum caput Sed & corpus eius magnum eſt & creſcit. De qua Eph. 4. pulchre Scribitur

Quarto futurũm eſt Anagogice. Quando cũm angelis & hominibus vnam Eccleſiam faciet in ſempiternũm magnos [*so*] gloria & honore innũmerabili & infinito

Hoc mare magnũm & ſpacioſum manibus. ꝛc. Quia prouer. 8. dicitur Ludens coram eo omni tempore: ludens in orbe terrarum. Sic ſapientia ludit. Quia omnium rerum viſibilium negocium eſt velut preludium, & ſpectaculum ſpiritualium. Quę ſerio facit Ac ſic Vere in ſapientia omnia fęcit. Hunc autem ludum vident, qui coram deo ſunt & in conſpectu eius per fidei lumen. Hinc denique illuduntur. qui hunc ludum. pro ſerio accipiunt. in vanitate abutentes rebus creatis. Igitur & Hic. Quid eſt. Quod mare tam magnum & ſpacioſum eſt vt terra vix modica portio ſit ad ipſum? Niſi Quia multi ſunt vocati. pauci electi. Et lata eſt via quę ducit ad perditionem. & multi ambulant per eam. Quare recte vocatur

primo Mare. propter fluxum & procellas. Sic enim mundus fluctuat ſalo paſſionum temporalium & ſalſa in ipſo omnia atque amara ſpiritui

Secundo magnum propter ſuperbiam vitę. non enim eſt modicum & hũmile. Quia non niſi magnos & ſuperbos accipit Vel vt dixi Ludus eſt ſapientię. quod maior eſt pars perditionis

Tercio Spatioſum manibus vel Locis. vt alij volunt. mira compoſitio verborum Quid ſpacio cum manibus? Sed mirum ſi

non ſit terribile. Niſi forte. manus ſpatioſe maris. ſint brachia & ſinus: quibus terras occupat & rapit. Ita & mundus multa de Eccleſia ſubtrahit & occupat in perditionem. Quoniam in confinio ſunt ſimul Eccleſia & mundus

Illic reptilia quorum non eſt numerus Quid hic Ludit ſapientia dej? Scilicet Quod electi. ſunt in numero. Stultorum autem infinitus eſt nūmerus. Dominus enim nouit viam Iuſtorum. Sed ignorat nec numerat iniuſtos. Qui ſunt reptilia. nos autem volatilia cęli ſupra nominauit

Animalia puſilla cum magnis: Quia & in mundo ſunt quidam abiecti & viles & impotentes. & tamen ſunt de mundo Alij autem potentes & dīuites ac glorioſi.

Illic Naues pertranſibunt Sic enim confines ſumus. Niſi quod per fidem natamus ſuper mūndūm. Sed tamen in periculis & fluctibus ſumus: Summe timendis & terribilibus

Blatt 211a: Draco iſte quem formaſti ꝛc Illuditur ej. Quando corpus fidelium ei obijcitur. occidendum & puniendum ac deuorandum. Sed quia animam hęrentem Chriſto occidere non poteſt. ideo impingit in aculeum & vincitur ab anima dum vincit corpus ſanctorum. & per hoc triumphant eum & in Iudicio vindictam in illum ſument

Omnia a te expectant. Sic etiam Hic ludit Sapientia dej. Quia animalia ſine opere hominum paſcuntur. ab ipſo enim expectant non ab homine. & ipſo dante colligunt. & ipſo aperiente manum implentur. non autem homine. Sic econtra. auertente ipſo faciem (.1. cum voluerit ea mori. mox turbantur. deficiunt & moriuntur. rurſum autem creat alia & renouat faciem terre. hunc ludum. in Eccleſia totum myſticat Sapientia. Quia paſcit omnia animalia dej ſine opere hominum. & ipſo dante & manum aperiente colligunt & implentur bono. Quod eſt verbum Euangelii. Quis enim euangelium aperuit niſi Chriſtus? Et ſic ecce multis ſymbolis eandem rem exprimit. Aufert deinde faciem ſuam ab eis (.1. facit eos intelligere ſe eſſe filios irę. & offendiſſe deum & ideo auerſum eum ēſſe ab eis) & ita ſalubriter turbantur. Et ſic ſpiritum ſuperbie aufert eorum. & in puluerem humiliati reuertuntur. Quo facto. iam apti ſunt & capaces ſpi-

ritus ſancti Ideo. Emittit ſpiritum ſuum. & creantur & nouantur in ſpiritu.

Hęc autem etiam in iam Iuſtis viciſſitudo agitur. Quod implentur bonitate. quando viſitantur. conſolationibus. rurſum deſeruntur auerſa facie dei. & turbantur. & ſpiritum aufert & deficiunt & humiliantur anxii nimis. in ariditate & deſperatione ſpiritus. Ideo rurſum emittit ſpiritum ſuum & recreantur & renouantur. Sic replet in bonis deſiderium illorum, & renoũatur vt aquilę Iuuentus eorum.

Sit gloria domini in ſęculum ꝛc Qui tangit montes & fumigant. Sic enim Mons Sinai fumigaũit. Ita omnes ſuperbi fumigant Sed Sciendum Quod

Alii { fumigant bene. qui compuncti & accenſi. indignantur contra ſeſe. vt ps 4. Iraſcimini & nolite peccare Et ps. 17. Aſcendit fumus in ira eius ꝛc. fumus enim ſignum ignis eſt. Ita penitentia & compunctio ſignum irę contra peccatum. & de iſto hic loquitur. quia premiſit. qui reſpicit terram & facit eam tremere vt ps. 17. Commota eſt & contremuit terra. fundamenta montium conturbata ſunt & commota ſunt quoniam iratus eſt eis. Aſcendit fumus in ira eius. & ignis a facie eius exarſit .1. reſpicit terram

Male fumigant Qui Zelo Inuidię contra veritatem ſibi contrariam inflammati indignantur & furiunt. fumant quia ſignum irę oſtendunt foris in verbo & opere ſicut illi pro veritate contra ſeipſos. ita illi pro ſe contra veritatem. Et eodem modo ps 17. allegatus. etiam pro iſtis intelligi poteſt.

ps. 105. [Hebr. CVI.]

Blatt 211b: Confitemini quoniam bonus ꝛc hic ps veram docet confeſſionem bonitatis diuine. Scilicet Confiteri maliciam ſuam deo. eſt confiteri Domino quoniam bonus. Vnde hipocrite qui ſeſe confitentur. Iuſtos neceſſario bonitatem negant. Quia bonitas peccata dimittit. quę illi non habent. quare nec deus bonitatem ſuper ipſos. Sed tantummodo Iuſtitiam & potentiam.

Sed horrendum eſt Iuſtitiam & poteſtatem dei prouocare. ideo magis bonitatem ſtudeamus prouocare

Secundo notandum. Quod hic multum vetera peccata commemorat. & ſua facit. que patrum ſuorum ſunt & fuerunt. Exquo nos erudimur. Quia deus propter peccata parentum. filios etiam punit oportere etiam filios parentum peccata lugere & pęnitere. maxime autem in vetere lege. carnalium parentum Quia tunc timere habuerunt. ne Chriſtus non de filiis eorum naſceretur. ſi per peccata parentum ipſi cum filiis reprobarentur. Nam ſi a parentibus abſtŭliſſet hanc miſericordiam. per conſequens propter carnis ſucceſſionem. etiam a filijs eorum abſtuliſſet. Et ſic ſemper peccatum patrum etiam filios tunc tetigit. Quia promiſſio tunc in ſucceſſione carnis erat. Et ideo hic orat ne Chriſti aduentus differatur propter peccata patrum. Eodem modo & nos facere decet. Vt ploremus ſpiritualium parentum (.1. Epiſcoporum & ſacerdotum culpas.) ne propter eorum peccata nos quoque ſimul puniamur. maxime. ſi eos imitati fuerimus in malis

Quis loquetur potentias domini? Quia dominus factus eſt nobis virtus & ſapientia & potentia. Ideo ipſe ſolus a nobis predicandus eſt. & noſtra potencia infirmanda & ſapientia infatuanda atque bonitas ſeu Iuſtitia noſtra. condemnanda. Sed Quia pauci hoc volunt ideo dicit Quis loquetur ꝛc. Sed ſuam Iuſtitiam. ſapientiam, potentiam iactant & querunt Et in Hoc ipſo faciunt iniquitatem & non Iudicium. Quod faciunt ſolum illi Quia ſuam Iuſtitiam, ſapientiam, potentiam condemnant. agnoſcentes Iniuſtitiam, Inſipientiam, Impotentiam ſuam coram deo. Et ſic reſurgunt pii in Iudicio. Sed non Impii non ſic Surgunt potius in iniquitate. Iniquitas enim contrariatur Iudicio Sicut Iniuſticia Iuſtitie. Vnde ſequitur

Beati qui cuſtodiunt Iudicium Non ait faciunt, Sed cuſtodiunt (1 ſemper ſeruant & ſemper faciunt. primo ſuam Iuſtitiam damnant & ſic Iuſtitiam dej apprehendunt. Et vtrunque. ſemper.

Quare veriſſima gloſa eſt. Iudicium. pro condemnatione Iuſtitie proprie. & accuſatione ſuiipſius accipere in morali ſenſu. Et Iuſtitiam pro gratia fidej. gratis data a domino. Ideoque Iu-

facit: qui ſeipſum ſemper deſtrũit ſecundum veterem ho-
cum artibus ſuis. Et Iuſtitiam facit. Qui ſeipſum ſemper
t ſecundum hominem nouum in ſpiritu Sed arduum
difficile hoc Iudicium agere. & continua pugna ſcilicet ſei-
in humilitate vere & ſubiectione reſignationeque proprię
atis & conſilii. quod vulgo dicitur *Hertzbrechenn.* Et nobi-
virtus eſt. In qua non reſurgunt impii: qui pertinaces
n ſenſu ſuo & immanſiũi atque nulli cedentes. ſemper
uſantes, Iuſtificantes defendentes. Quicquid ipſi dixerint
cerint. Iuſtum ſapiens, bonũm & forte ac laudabile eſſe
. Cum econtra eſſe debeat vt omnia ſua ſtulta, mala, vitu-
lia eſtimare debeant. Hoc enim eſt Iudicium cuſtodire
recte ſequitur infra
eccauimus cum patribus noſtris: Quomodo? Quia
te egimus ſcilicet Iuſtitiam tuam omittendo. quam facere
nus. & tuam ſapientiam & tuam virtutem. Iniqui-
a fecimus ſcilicet Iudicium omittendo. noſtram Iuſtitiam,
tiam & virtutem ſtatuendo. pertinaces in ſenſu noſtro ſicut
olim.

ps 106. [Hebr. CVII.]

Blatt 212a: Confitemini domino quoniam bonus Bo-
m dej maxime commendat pre ſapientia & [*Ausgestrichen:*
ate] potentia Quia in exhibitione Chriſti maxime elucet bo-
Duo autem ſunt genera hominum: qui non confi-
r Domino quoniam bonus. primum. Eſt deſperantium qui
credunt quod poteſt & nouit ſaluare. Sed non credunt quod
velit. metientes diũinam voluntatem ad modum ſuę voluntatis
rum Eſt preſumentium qui ſeſe bonos exiſtimant & ſibi ſufficere
non egeant bonitate diũina Et hii quidem ad equalitatem
preſumunt aſcendere Quia volunt eſſe quod eſt deus ſcilicet
in ſeipſis. illi autem deum omnino tollunt & negant Quia
credunt eius bonitatem. vtrunque peſſimum. Sed hoc nouiſ-
m peius Quanquam & primum includit quandam negationem
ſcilicet dum volunt eſſe equales deo. qui ſolus eſt altiſſimus

Igitur Confiteri debemus Domino bonitatem & eandem nobis abnegare Et ita ſalũi erimus Non ideo deſperare. quia nos eam non habemus. immo eo magis ſperare quo deus ſolus eam habet.

Quoniam inętternum miſericordia eius Manifeſte miſericordiam ſpiritualem oſtendit. Quoniam miſericordia corporibus exhibita eſt temporalis. qualem Iudęi expectant a deo. Sed opera miſericordie eius ſunt Inuiſibilia quibus benefacit & miſeretur in vitam ęternam.

Tres igitur iſte tentationes ſingulis ſanctis ad experientiam veniũnt lege communi. Quia iſte tres vires anime intellectus. voluntas, memoria etiam in baptiſatis manent in infirmitate ſua & ſtabulo vbi ſemper habent neceſſe curari. Inſuper a demonibus & multis alijs ſemper irritantur & tentantur. Quis enim eſt qui nunquam errat? Quis ſemper bene vult? & poteſt? Quis in iſtis perſeuerat ſemper? maxime tot impellentibus procellis paſſionum Vnde Nec intellectus Scripture alicui ſufficit. niſi tradat ſe in magiſterium hominis diſcreti vel ſuperioris. Neſcit enim quando & quomodo applicare eam debet. niſi ex obedientia & directione alterius erudiatur. Sic enim deus vult hominem per hominem ſaluare. vt nullus contra alium ſuperbiat. quaſi non indigeat alterius. Sed ſolius dei nutu dirigatur. primum ergo eſt. Cum iam conuerti ceperit homo. & querere deum. vt dicat. domine quid vis me facere? Ecce Dũbitat & neſcit. quia aliam viam ingredi incipit. Et eſt ſimile. cum Ambulantibus Qui bene ſciunt ad quam partem ſita eſt ciũitas. quo vadunt. Sed tamen viam non ideo ſciunt. Hic enim illud proverbiorum contingit. Quod Eſt via que videtur hominibus recta & nouiſſima illius ducunt ad mortem & econtra Eſt via que videtur erronea Sed nouiſſima eius ducunt ad vitam. Sic enim contingit ſtultis. qui ſcientes quo ire debent. mox contemnunt quamcunque obliquitatem vię. & directum ſemper volunt ſequi ideo peius errant Hec eſt enim ordinatio diũine ſapientie. vt vie non directe eant ad locum. Sed quandoque recte quandoque obliquę. Et qui timet nimis omnem obliquitatem. veniat in totam obliquitatem Quia per hoc exprimitur & eruditur ſuperbia noſtri ſenſus. Qũi nolumus audire & ſequi preceptum & Iuſſionem maiorum, niſi in ijs quę nobis recta

ntur enim nobis ſepius, que erronea
ıma nobis ad finem noſtrum videntur
tiſſima. Rurſus nobis effingimus me-
ma & planiſſima videntur. & ſunt tor-
tia in paluſtria, lacus, latrones & be-
ricula. Ideo vtiliſſimum immo neceſſarium
licet ſcias quo eundum ſit: tamen diſcas per
im ſit Exempla patent in Iudęis. & here-
rbis in ſenſum ſuum confidentibus. Econtra
trum. ſtulto labore vt videbatur magnum fru-
ortabant. Illi enim ſibi ſapientiſſimi videntur
ritum habere. iſti autem ſtulti ſunt propter
o Beati.

Hoc eſt quod dicit. Errauerunt in ſolitu-
ra communionem Eccleſie, & in inaquoſo, licet
videatur. Sed poſtea recognoſcũnt ꝛc
ntur domino miſericordie eius ꝛc. Mirificus
olenus perfectę eruditionis primo Quod beneficia
unt purę miſericordię & non merita. Ideo primo
ie. Et non ait. redemptionis noſtrę. Sed miſeri-
oſtendendum. Quod nihil illorum ex nobis fuerit.
eo. Ideo mox ſequitur. Quod in ijs non
oriari aut alijs. preeminere ac ſibi confiteri. Sed
cit eas nobiſcum. Si enim ſunt miſericordie do-
domino debent confiteri. Si autem non confiten-
nt miſericordie eius. & ita auferuntur ej. immo iam
nec miſericordie Sed crudelitates. Quia ſicut
ttribuitur ſibi per confeſſionem. fit Iuſtitia ita gra-
ta per arrogantiam fit iniquitas Igitur ſi
oſtentare ſapientiam, ſcientiam, conſilium, intellectum.
onum. dicas ei. O homo quid facis? Neſcis quoniam
n domino non tibi. miſericordie eius? Non merita
Sed miſericordie eius nec ideo tibi date. vt tibi confi-
Sed domino ſuo. Homini autem peccatori con-
peccata ſua & miſerie. immo diffiteantur ei & negent
at enim Miſericordie ſuę domino confitentur. ita certe

Miſerie noſtre nobis diffitentur (.1. negant nos eſſe aliquid Sc ad nihilum nos redigũt. Sed Cur non ait. Confiteantu domino homines quoniam habent miſericordiam? Sane Q nouit, multos abuti miſericordijs domini. & non ei ſed ſibi in il confiteri. Veruntamen Miſericordie ipſe in ſe ſemper confiten domino. licet enim is qui habet non confiteatur domino. ta alius qui videt eum haberę. confitetur in ijs domino. Et ita ſint in gratis ſiue ingratis miſericordię dominj. ipſe confite domino. Bonus enim homo. non tantum in ſibi preſtitis. Se omnium miſericordijs deum laudat. Et ita miſericordię non p ſunt priuari confeſſione ſua .licet aſſecuti miſericordias aliqua non confiteantur Electis enim omnia in bonum cooperantur [*Rande links:* econtra Miſerie confitentur nobis | . . ud alios etia . . . nos nobis non | . . ffiteamur Im | .... is enim omnia | . . ma co | . . . . antur]

Et Mirabilia eius filijs hominum: hoc filijs Homin non a verbo confiteantur debet regi Sed a mirabilia. vel ſub tellecto [*Ausgestrichen:* verbo] ſ. facta vel data. Sed primum lius Eadem autem ſunt mirabilia & miſericordię. Et propter plicem reſpectum ſic dupliciter nominata Beneficia enim de deum relata ſunt purę miſericordię: quia ſine merito nobis donat. Ad nos autem. ſunt mirabilia: Quia Mirabilia hominum. ſtupenda ſcilicet & admiranda nobis. Quia d ea nobis mirabiliter. Et ducit in effectum. quo modo no potuimus, nec cogitaũimus, nec volũimus. Sed melius quam tuimus melius quam cogitauimus, melius quam volũimus. enim pijſſimus dominus oſtendit ſe eſſe deum. & melioris po tie, conſilii, voluntatis quam nos. Quod in angũſtia. finit conſulere, velle & conari & multis vijs exercere & ſtatuere ſtram potentiam, ſapientiam, voluntatem, noſtram poſſe, no velle. Donec deſperetur & anguſta facta ſint omnia. Ita omnis ſapientia & potentia noſtra deuoretur. Tunc in ſe ſper tes & ej ſe commendantes reſpiciens. cito ſoluit articulum ne ſitatis. Et ducit in portum voluntatis eorum. melius quam potuiſſent, nouiſſent &. voluiſſent. Ita vt omnes dicant Magis cet quod ſic factum eſt quam ſicut nos volũimus. cum tamen

tunc velle ſibi viderentur. Experientia hec omnia docet multipliciter. Vide in b. Monica que plus recepit in filio Aug. quam voluit. immo velle tantum non preſũmpſit Sic & nobis omnibus fit. Sic [*Ausgestrichen:* in] Apoſtolis in Chriſto contigit. Qui tantum in ipſo. nunquam volũiſſent. quantum receperunt. Quia facti principes cęleſtis regni ſunt quod nunquam cogitauerant. nouerant aut voluerant. Ita ſemper nobiſcum fit. Quod Mirabilia ſunt nobis miſericordie eius quia ſupra virtutem cognitionem & voluntatem noſtram eas nobis dat Vnde ps. 15. Mirificaũit omnes voluntates meas in illis. .1. Miſericordie & opera voluntatis ſue bone fecit mirabiles filijs hominum. Et eſt eiuſdem ſententie cum iſto verſu preſenti. Hoc eſt

Blatt 213a: dei proprium, vt ſupra virtutem. cognitionem & voluntatem noſtram nobis faciat miſericordias: Vnde & ibidem premiſit. Dixi domino deus meus es tu. quoniam bonorum meorum non eges. Sic ſcitote filij hominum quoniam mirificauit dominus ſanctum ſuum. Igitur in vita & morte in illum ſperandum eſt & ſemper dicendum. Conſerua me domine. quoniam ſperaũi in te: q. d. licet non ſciam quomodo ſalũer. nec quomodo ſit volendum. tamen tibi totum me commendo. Sciens quod melius potes, noſti, voles, quam ego. Et idcirco multum temere irritant. Qui vel deſperant de deo. Vel quod eque eſt deſperatio deo preſtituunt. modum & tempus & locum. quo poſſe, noſſe & velle debeat. quod ſi non facit vt ipſi preſtituunt. cogitant, & volũnt. mox deſperant ſicut illi Iudith. 8. reprehenduntur ab eadem. Idcirco in difficũltatibus ad ipſum clamandum tantum eſt. Non autem docendum & prefigendum ej. Sed Clamaũerũnt ad dominum & ſic exaudiuit eos

poſſet ergo verſus ſic poni. Confiteantur domino miſericordie eius & miſerabiles filijs hominum quandoquidem. Hebrej. neutrum genus non habent. Et ſic ſenſus planus & lucidus erit. Quod miſericordie domino confitentur. & mirabiles ſunt filijs hominum. Miſeretur enim nobis. Sed hoc facit ſic. vt ſit mirabile in oculis noſtris vt ps. 117. A domino factum eſt iſtud. Ecce confeſſio miſericordie. Et eſt mirabile in oculis noſtris. Ecce mirabilia filijs hominum.

Quia ſatiauit animam inanem ꝛc Eſurientes enim imp
bonis. Donec enim quis ſentiat ſeſe eſſe inanem. non ſatiatu
domino. Qui enim ſibi plenus & ſatur videtur [*so*]. & non d
in ſolitudine. & errore. non. ſaturari nec deduci poſſunt a dom
in viam rectam Sic enim Iohan. 9. Si ceci eſſetis inquit p
tum non haberetis. Nunc quia dicitis videmus. peccatum

Ita ſi { inanes / errantes / in ſolitudine } eſſetis non eſſetis { inanes / errantes / in ſolitudine } Nunc

dicitis { ſaturi ſumus / recti ſumus / frequentes in / Vbertate ſumus } peccatum veſtrum manet

Quare mihi videtur. Quod contra ſpiritualem ſuperbia
tote tres tentationes deſcribuntur. Quas ab ipſa venire
mum eſt. Cognoſcitur autem Erroris iſta ſuperbia: ex
ſcilicet famis & ſitis. ſcilicet Quando. homo multum conatur
viuere. & tamen plurimum ſentit ſe deficere. & labi errore
ſcire & dubitare. de ſuis actibus. an recte necne faciat Q
non niſi ex occulta & latente ſuperbia venit: que miro mo
pedit proficientes & in plurimis excecat. Vnde hic de red
loquitur. qui iam inceperunt viam dej. Sed iſta ſuperbia
dit intellectum affectum & memoriam in proficiendo. faci
hominem putare & videri ſibi: ſatis affecutum luminis. &
quo ad intellectum & affectum, & perſeuerantie ſecuritatisqu
ad memoriam. Et ſic miſere deficit & perit. quem defectu
agnoſcit. donec veniat fames & ſitis ſpiritualis vt incipiat
miſeriam ſuam & impedimentum

Sedentes in tenebris & vmbra mortis

Blatt 213[b], 214, 215 *und* **216[a]** *sind leer.*

ps .108. [Hebr. CIX.]

Blatt 216[b]: Deus Laudem meam ne tacueris E
verſu. tota ps. intentio colligitur Scilicet Quod hic non qu
proprie de paſſione ſua corporali. Sed De paſſione fam

non tantum. perſonam eius perſecuti ſunt. Sed & quod
eliquum ſcilicet famam. quod vſque hodie non [*Ausgestrichen:*
] ceſſant facere. ideo eſt oratio. contra perſecutores famę
Vnde Infra dicit Maledicent illi. Et dilexit maledictionem
nde. 2°. notandum Quod totius psalmi imprecatio etiam
e. contra detractores alienę famę loquitur. ideo qui contra
tionem predicare voluerit. hunc psalmum in manus ſumat
enim detractor omnes conditiones eorum. qui hic deſcri-
r. Sed & omnes vindictas Hic poſitas. vt dicit. infra. Hoc
eorum. qui detrahunt mihi apud dominum. & qui loquuntur
aduerſus animam. Nam ſicut Iudęi non manu Sed lingua
um occidunt. Ita detractor filius Iudę & Iudęorum. eſt
ida verbo lingue ſuę.

° Docet quomodo quis ſe habere debet. in detractione
a detractores ſuos. Scilicet Deo committere famam ſuam
re. vt ipſe non taceat contra illos detractores Sunt autem
nera hominum in iſto primo verſu tacti

rimi Qui petunt homines loqui & narrare laudem eorum.
i ſunt vaneglorioſi: qui mox fiunt Impacientes & furentes
tractione Et dicunt O homines viri Nolite tacere laudem
Quia Innocuus ſum. & non petunt vt deus eam narret

ecundi qui petunt laudem ſũam tacerj ab hominibus & ex-
nt vt deus non taceat. [*Am Rande links:* 2 Cor. 10. Quem
commendat ille probatus eſt] Et ii recti & boni dicunt.
(.ſcilicet non homo vanus.) laudem meam ne taceas Hic
opus eſt patientia & longanimitate Qui autem laudem ſuam
minibus ponit, feſtinat. quia in preſentia confidit & non in
a

rcii Qui Vituperium ſũi petũnt taceri ab hominibus

arti qui vituperium ſui & turpitudinem etiam iactari petunt
ab hominibus

inti qui Vituperium ſui apud deum taceri petunt

xti qui idem iactari querunt apud deum ſi ſunt

ptimi Quia alienam laudem tacent & taceri petunt apud
homines

taui Qui alienam laudem gaudent effari coram hominibus

Noni Qui alienum vituperium tacent coram hominibus
Decimi Qui alienum vituperium gaudent narrare hominibus
Vndecimi Qui coram deo tacent laudem alterius
duodecimi qui coram deo loquuntur laudem alterius

Conditiones detractoris

prima. Quia ea tantum loquitur que contra & aduerſa ſunt ei .1. mala. ſic dicit locuti ſunt non pro me. Sed aduerſum me lingua doloſa. Nam & Iuſtus contra Iuſtum quandoque loquitur aduerſus eum Sed lingua verace & ſimplici vt ps Corripiet me Iuſtus in miſericordia & increpabit [*Ps. 140 = 141. V. 5.*] Sed Detractor mentitur & doloſa lingua. Ideo autem dicit lingua doloſa. quia decipit auditorem. cũi alia loquitur de altero. quam ſciat aut ſint in rej veritate Sed & Iuſtus de altero quandoque in abſentia loquitur contra eum Sed lingua ſimplici

Vnde non ait. locuti ſunt ad me (licet & hoc fecerint aliquoties) Sed aduerſum me ſcilicet inter ſe. vt detractionis naturam hic depingi ſciamus

Blatt 217a: Secunda eſt exaggerare & mũltiplicare ea que adũerſus proximũm ſuum locutus eſt ſcilicet quantum poteſt in omnibus ſuis dictis & factis eum arguendo. [*Am Rande links:* Vt Chriſtum potatorem vini] Et Hoc eſt quod dicit Circundederunt me ſermonibus odii. Non ait manibus aũt gladijs. Sed ſermonibus. Sed Hoc circundare Eſt ex omni eius parte contra eum ſermonem ſtatuere. Quod autem dicit ſermonibus odij poteſt actiue & paſſiũe intelligi. (.1. quod ſermones iſti ex odio eorum procedunt. Nam ſicut qui amator eſt laudat amatum. Ita qui odit. vituperat oditum. paſſiue .1. quod per iſtos ſermones eum faciat odibilem coram alijs. Quia fama de aliquo mala eſt vere ſermo odii. & odibilis. Sicut econtra ſermo laudabilis. eſt fama bona

Tertia. Eſt Quod Bona quecunque poteſt interpretatur in malum. Quando enim amplius non poteſt fingere malum de eo. incipit. bona vituperare. & pro malis interpretari. Vt Chriſto in Beelzebub eijcere demonia. Et hoc dicit pro eo vt me diligerent. detrahebant mihi. Et hoc proprium eſt detractoris. ſcilicet dero-

gare benefactis & bene dictis. Quia trahit bona ab eis Et fit vere detractor minuens bonum.

Quarta. quando mala fingere neſcit nec bona minuere aut negare. tunc omnium hoc nocentiſſimum tentat opus ſuum ſcilicet Bona fieri ad perniciem eorum quibus fiunt. Non ſimplici intentione Sic 2 Reg. 10. principes filiorum Amon dauid detraxerunt apud regem ſuum. Similiter Caiphas & Iudęi Chriſtum. quod propter eum Romani tollerent locum calumniantes. populo perſuadebant. Hoc dicit. Et poſuerunt aduerſum me. mala pro bonis & odium pro dilectione mea.

Quinta que prima eſſe debuit. Eſt peccator quo ad ſe, licet alios reputet peccatores tantum & ſe tantum Iuſtum. alioquin non detraheret Sed ſeipſum accuſaret. Secundo Eſt doloſus quo ad audientem quem ſeducit. Apertum autem habet os. quia libere & audacter ſine verecundia detrahit

Sequuntur Nunc vindicte

primo Conſtitues ſuper eum peccatorem Hoc primo ad literam. de populo Iudęorum intelligitur. cuius prelati & ſcribe ſunt Impii ad impietatem eos erudientes. Et ſic eſt numerus ſingularis pro plurali. Sicut enim In Eccleſia ſunt prelati fideles & ſancti: ita in ſynagoga impii & Magiſtri mendacii in Cathedra peſtilentię. ſicut Iob. ait Qui facit regnare hypocritam propter peccata populi. Sed & detractor ſimiliter habet talem prelatum ſi non hominem. tamen diabolum: qui eum ſemper docet detrahere & male agere O miſera punitio. Vbi in manus gladii traduntur & partes vulpium erunt (.1. doloſorum Magiſtrorum. hereticorum. perfidorum. detractorum diſcipuli fiunt Igitur. Conſtitũi ſuper aliquem peccatorem. eſt tradi in magiſterium impietatis

Secundo. Diabolus ſtet a dextris eius hoc eſt quod non Chriſtus veritas Sed pater mendacij poſſideat animas eorum vel eius animam. vt defendat & propugnet pertinaciter impietatem

Tercio. Cum Iudicatur Exeat ꝛc .1. quando ab alijs corripitur & Iudicatur, arguitur tunc quia ſe defendit. exit ab Eccleſia. in ſectam propriam & damnationem. quod Iudęis Con-

tigit tempore Apoſtolorum. quando cęperunt argui exierunt in propriam perditionem. Ita & detractor Impatiens correctionis vt omnis hereticus ſe ſeparat. Econtra Iuſtus Cum Iudicatur intrat ſaluatus quia ſuſcipit correctionem. Et ita

Quarto. Oratio eius fit in pectatum .1. omnia merita eius Sed Iuſti oratio fit in gratiam Quia ille exiuit damnatus iſte intrat ſaluatus. Et nonne ſtultiſſima oratio. quod occiſor filii adhuc cruento ore contra filium orat pro ſe ad patrem? Quia hoc hominum non horreat audire. Et tamen

Blatt 217b: ita Iudęi ita hęretici ita omnes detractores orant: quia illi Chriſtum. iſti Eccleſiam corpus eius, hij membra eius occidunt omnes. cruento ore

Quinto fiant dies eius pauci Scilicet dies ſpirituales anima .1. excecabitur & perdet merita

Sexto Epiſcopatum eius. ꝛc (.1. detractor iam non erit dignus offerre coram deo aliquid. Nam omnes fideles per Chriſtum ſacerdotem ſunt ſacerdotes & reges apoc. 5.

Septimo. fiant filii eius ꝛc. (. opera bona ſine Chriſto ſpirituſcente Et Vxor eius vidua .1. anima ſine Chriſto ſponſo mea

Cetera patent facile

Intellectus Bonus omnibus ꝛc q. d. Non loquor de ſenſu & ſenſibilibus. Sed intellectualibus quę per fidem & ſapientiam & intellectu apprehenduntur Et hic eſt vera & ſolida bonitas

ps. 111. [Hebr. CXII.]

Blatt 226b: Beatus Vir qui timet dominum ꝛc

Iſte ps multis rationibus probatur male A Nicol. lyra Exponi. Primo Quoniam non omnis talis vir. habet potens ſemen in terra immo in paucioribus illud contingit. Secundo Nec Benedicitur ab omnibus generatio huiusmodi rectorum. Sed a pluribus maledicitur Et Tercio Nec gloria nec diuitie in domibus eorum ſunt. ꝛc Quare videtur hic ſuum Rabi Salo. ſequi. ſecundum Iuſtos veteris Legis. Quia ſecundum nouum teſtamentum paupertas eſt in Domo Beati viri. Igitur prophetice loquitur de Chriſto & Chriſtianis. Et ſunt Verba pregnantia ſicut i ps. preced. Contrario

Sicut Beatus eſt & Vir qui timet dominum
Ita miſer eſt & pũer qui timet ſeruum

Nam iſta eſt differentia timoris. Quod illi timent timore filiali & amicabili. qualiter timet amicus amicum offendere. aut filius patrem. qui timor prerequirit eximiam Charitatem & amicitiam. Que eſt cauſa huius timoris Et hunc timorem lex non habuit. Sed ſpiritus timoris dedit illum.

Iſti autem timent vbi non eſt timor. ſcilicet amittere ſeruum creaturam vel offendere. Ibi enim in veritate non eſt timor. Sed fingitur ibi. eo quod ſoli timor deo debeatur. Nam ficut Amans vbi non eſt amor. ita non timent vbi non eſt timor. Et faciunt omne quod ſequitur ad iſtum amorem & timorem. .1. quod odium vbi non eſt odium ſperant vbi non eſt ſpes, gaudent vbi non eſt gaudium, Dolent vbi non eſt dolor. Quia principijs & primis affectibus peruerſis, ſequitur & ſequentes peruerti. Et Hec ꝛc

eſt in Eccleſia ſine merito. tantum in congregatione eſt. Sed qui merito & numero. eſt in concilio Iuſtorum propter meritum. & in congregatione. propter numerum. poteſt enim eſſe aliquis numero in Eccleſia ſine merito. Sed non poteſt eſſe in Eccleſia merito & non numero. Ita poteſt quis eſſe in Congregatione & non in concilio. ꝛc Sed non poteſt eſſe in concilio Iuſtorum. & tamen non in congregatione. heretici autem volunt omnes eſſe merito & numero. ideo nec numero nec merito ſunt Sic Ergo vt triticum non ſine palea & in area. Ita Concilium Iuſtorum non niſi in congregatione. Congregatio enim eſt maſſa illa: ex qua eliguntur & aſſumuntur in Concilium Iuſtorum & de numero tranſferuntur in meritum. Quod ſi maſſam hanc tuleris. Vnde tandem Concilium Iuſtorum confortabitur & aſſumetur. Vtrunque ſane peribit. Ergo ſimul oportet eſſe hęc duo

Magna opera domini. Iſta opera ſũnt creaturę nouę creatę in Chriſto per ſpiritum ſanctum vt ps. 8. Quoniam videbo cęlos tũos opera digitorum tuorum. Vnde quia ſunt ſpiritualia opera: ideo & ſpiritualis eſt eorum magnitudo. Et ſunt ipſi Apoſtoli, martyres, omnesque fideles in tota Eccleſia. [*Ausgestrichen:* Sic ps 15. Sanctis qui ſun] Valde enim magni ſunt. non corpore aut coram mundo Sed virtutibus & ſapientia coram deo Et Mirabiles. quod infirmi. ſtulti & abiecti & humiles ſunt coram hominibus. Sunt enim Iſta opera domini parua immo nihil coram mundo: qui ſpiritum neſcit & magnitudinem eius. Ergo Magna opera domini. Sunt ipſa Eccleſia fidelium.

Exquiſita in omnes voluntates eius. Sed non in voluntates hominum. Qui odiunt illa & perſequuntur. Sed Beneplacitum eſt domino in populo ſuo. Et ps .15. Mirificaũit omnes voluntates meas in eis. Sic ps. 4. Scitote quoniam mirificauit dominus ſanctum ſuum. ita & ſanctos ſuos Senſus ergo eſt. Quod cum propheta inſpiciens. Eccleſiam vidiſſet eam eſſe concilium Iuſtorum. admiratus eius maieſtatem. & ſciens quoniam dominus fęcit eam. dicit Vere iſta Congregatio [*Ausgestrichen:* Domini] Iuſtorum. eſt ipſa opera magnifica dominj. Nec eſſet talis niſi dominus eam fuiſſet operatus. Sic. 1. Corin. 3. dei edificatio. Dej agricultura eſtis Et. 1 pet. 2. Et vos ſuperedifica-

tantum in tabernaculis Iuſtorum vox exultationis & ſalutis Quia vero. Spiritualis Conũentus non eſt niſi vere Iuſtorum. [*Ausgestrichen:* Congr] Corporalis autem poteſt eſſe ſine vere Iuſtis vel ſaltem Spiritualis Conuentus ſtat cum corporali Et vere Iuſti cum non vere Iuſtis poſſunt conuenire. ideo. Iuſtorum addit cum Concilio & non cum congregatione. Non tamen ideo fugienda eſt vt heretici inſaniunt. Contra quorum frontem hic addit Congregatione. Ipſi enim volunt. ſolum Concilium Iuſtorum. i congregationem nolunt. immo etiam congregationem cum additione. Iuſtorum. Ideo vtrunque amittunt & Congregationem tantum ſine Iuſtis & ſine Concilio Iuſtorum habent

Blatt 223b: [*Oberster Rand quer herüber und links ein Stück herunter:* Dicitur etiam id verbum contra languentes in ſenſu ſuo Qui inter malos boni eſſe non poſſe ſe exiſtimant. Ideo (malum ſuperare?) deſperant & alienam maliciam cauſam ſuę malicie fa-ciunt. Sed errant. quia fructus bonos facit arbor bona ne poteſt malos facere. etiam vbicunque ponatur. Et lilium inter vrticas & roſa inter ſpinas naſcitur Et vitis & ficus inter ſteriles]

Eſt autem Concilium Iuſtorum ſiue ſpiritualis Conuentus fidelium. Idem ſenſus fidei ſpei & Charitatis licet ſint loco & tempore diſtantes Charitate tamen & fide ſunt in vnum. Vt 1 Corin. 5. Ego quidem abſens corpore preſens autem ſpiritu x Et Colo .2. Nam & ſi corpore abſens ſum Sed ſpiritu vobiſcum ſum gaudens. Vnde in heb. In ſecreto Iuſtorum. q. d. in ſpiritu intus tantum coram deo in vnum ſunt. quod foris videri non poteſt. ſicut videtur congregatio

Sed quia Concilium Iuſtorum non poteſt conſiſtere niſi in congregatione vbi mixti ſunt mali Ideo copulatim debent vtraque accipi. contra Hereticorum furorem. Quod ſimul in Concilio & congregatione velit eſſe. Et non ideo deſerere congregationem quia non ſunt omnes concilium Iuſtorum parum autem immo nihil eſt eſſe in congregatione. ſi non ſit & in concilio Iuſtorum. Ideo primum & ante omnia in concilio Iuſtorum ponit ac poſt congregationem. Eſt ergo ſenſus. Volo eſſe in Eccleſia tum ſpiritu & corpore, merito & numero: Qui enim tantum numero

eſt in Eccleſia ſine merito. tantum in congregatione eſt. Sed qui merito & numero. eſt in concilio Iuſtorum propter meritum. & in congregatione. propter numerum. poteſt enim eſſe aliquis numero in Eccleſia ſine merito. Sed non poteſt eſſe in Eccleſia merito & non numero. Ita poteſt quis eſſe in Congregatione & non in concilio. ꝛc Sed non poteſt eſſe in concilio Iuſtorum. & tamen non in congregatione. heretici autem volunt omnes eſſe merito & numero. ideo nec numero nec merito ſunt Sic Ergo vt triticum non ſine palea & in area. Ita Concilium Iuſtorum non niſi in congregatione. Congregatio enim eſt maſſa illa: ex qua eliguntur & aſſumuntur in Concilium Iuſtorum & de numero tranſferuntur in meritum. Quod ſi maſſam hanc tuleris. Vnde tandem Concilium Iuſtorum confortabitur & aſſumetur. Vtrunque ſane peribit. Ergo ſimul oportet eſſe hęc duo

Magna opera domini. Iſta opera ſũnt creaturę nouę creatę in Chriſto per ſpiritum ſanctum vt ps. 8. Quoniam videbo cęlos tũos opera digitorum tuorum. Vnde quia ſunt ſpiritualia opera: ideo & ſpiritualis eſt eorum magnitudo. Et ſunt ipſi Apoſtoli, martyres, omnesque fideles in tota Eccleſia. [*Ausgestrichen:* Sic ps 15. Sanctis qui ſun] Valde enim magni ſunt. non corpore aut coram mundo Sed virtutibus & ſapientia coram deo Et Mirabiles. quod infirmi. ſtulti & abiecti & humiles ſunt coram hominibus. Sunt enim Iſta opera domini parua immo nihil coram mundo: qui ſpiritum neſcit & magnitudinem eius. Ergo Magna opera domini. Sunt ipſa Eccleſia fidelium.

Exquiſita in omnes voluntates eius. Sed non in voluntates hominum. Qui odiunt illa & perſequuntur. Sed Beneplacitum eſt domino in populo ſuo. Et ps .15. Mirificaũit omnes voluntates meas in eis. Sic ps. 4. Scitote quoniam mirificauit dominus ſanctum ſuum. ita & ſanctos ſuos Senſus ergo eſt. Quod cum propheta inſpiciens. Eccleſiam vidiſſet eam eſſe concilium Iuſtorum. admiratus eius maieſtatem. & ſciens quoniam dominus fęcit eam. dicit Vere iſta Congregatio [*Ausgestrichen:* Domini] Iuſtorum. eſt ipſa opera magnifica dominj. Nec eſſet talis niſi dominus eam fuiſſet operatus. Sic. 1. Corin. 3. dei edificatio. Dej agricultura eſtis Et. 1 pet. 2. Et vos ſuperedifica-

tantum in tabernaculis Iuſtorum vox exultationis & ſalutis Quia vero. Spiritualis Conũentus non eſt niſi vere Iuſtorum. [*Ausgestrichen:* Congr] Corporalis autem poteſt eſſe ſine vere Iuſtis vel ſaltem Spiritualis Conuentus ſtat cum corporali Et vere Iuſti cum non vere Iuſtis poſſunt conuenire. ideo. Iuſtorum addit cum Concilio & non cum congregatione. Non tamen ideo fugienda eſt vt heretici inſaniunt. Contra quorum frontem hic addit Congregatione. Ipſi enim volunt. ſolum Concilium Iuſtorum. i congregationem nolunt. immo etiam congregationem cum additione. Iuſtorum. Ideo vtrunque amittunt & Congregationem tantum ſine Iuſtis & ſine Concilio Iuſtorum habent

Blatt 223b: [*Oberster Rand quer herüber und links ein Stück herunter:* Dicitur etiam id verbum contra languentes in ſenſu ſuo Qui inter malos boni eſſe non poſſe ſe exiſtimant. Ideo (malum ſuperare?) deſperant & alienam maliciam cauſam ſuę malicie fi-ciunt. Sed errant. quia fructus bonos facit arbor bona n-poteſt malos facere. etiam vbicunque ponatur. Et lilium in-vrticas & roſa inter ſpinas naſcitur Et vitis & ficus in-ſteriles]

Eſt autem Concilium Iuſtorum ſiue ſpiritualis Conuentus fidelium. Idem ſenſus fidei ſpei & Charitatis licet ſint lo-& tempore diſtantes Charitate tamen & fide ſunt in vnum. Vi 1 Corin. 5. Ego quidem abſens corpore preſens autem ſpiritu x Et Colo .2. Nam & ſi corpore abſens ſum Sed ſpiritu vobiſcum ſum gaudens. Vnde in heb. In ſecreto Iuſtorum. q. d. i ſpiritu intus tantum coram deo in vnum ſunt. quod foris viden non poteſt. ſicut videtur congregatio

Sed quia Concilium Iuſtorum non poteſt conſiſtere niſi in congregatione vbi mixti ſunt mali Ideo copulatim debent vtraqu accipi. contra Hereticorum furorem. Quod ſimul in Concilio congregatione velit eſſe. Et non ideo deſerere congregationem quia non ſunt omnes concilium Iuſtorum parum autem imm nihil eſt eſſe in congregatione. ſi non ſit & in concilio Iuſtorum Ideo primum & ante omnia in concilio Iuſtorum ponit ac po congregationem. Eſt ergo ſenſus. Volo eſſe in Eccleſia tu ſpiritu & corpore, merito & numero: Qui enim tantum numer

liũionem temporalem tribuit Iſaias. ipſi Sion, tanquam ipſa dixerit. oblitus eſt mej dominus. [*Ausgestrichen:* Quia] Non deo. Quia deus non fuit eius oblitus. & tamen fuit eius oblitus. ſecundum ſenſum & verbum Sion que eſt temporalis de temporali loquens: quam obliuionem non decuit deus vt ſibi aſcriberet: quia ipſe ęternus

Auditio mala eſt 2ª ſimiliter Bona ſcilicet Interior. conſcientie. que eſt vermis & murmur ſyntheresis. Vel gaudium & ſuſurrus ſpiritus ſancti. ps. 50. Auditũi meo dabis gaudium & letitiam. Et. 84 Audiam quid loquatur in me dominus deus

Exterior vt in extremo Iudicio. De quo Matt. 25. Ite maledicti: Venite benedicti ꝛc Et dicitur Mala licet ſit Iuſta. quia eis eſt mala quibus ſit. Scriptura enim rariſſime accipit malum. pro malo culpe. Sed pro malo pene. Vt Ego dominus creans malum Et Ro. 8. Nam pro bono forte quis audeat morj Similiter. Et Bonum ſeu bonitas raro pro bono virtutis ſeu morali. Sed pro contrario pene ſcilicet ſuauitate ſeu voluptate. Et ita ponitus [*so*] vnus de fructibus ſpiritus Galat. 5.

Non Timebit inquit. Quia omnes quidem audient. alioquin non eſſet auditio Sed Iuſti non timebunt. Quod Impiorũm erit Horribile tormentum

ps .112. [Hebr. CXIII.]

Blatt 228ª: Laudate pueri dominum ꝛc ter exprimit diuinam maieſtatem. ſcilicet Dominum, nomen domini. & iterum Nomen domini. Maxime autem filium dej Laudat qui eſt verbum domini & nomen domini. quod ceptum eſt Magnificari reuelari, benedici ex tempore plenitudinis quod eſt hoc nunc. & vere hoc nunc & ſingulare monſtrabile quoque nunc

pueri dicuntur omnes Chriſtiani & ipſe Chriſtus vt Iſaie 41 & 42. Ecce puer meus ſecundum aliam tranſ. Act. 4. aduerſum ſanctum puerum tuum Iheſum quem vnxiſti. Iſa. 8. Ecce ego & pueri mei. quos dedit mihi dominus ꝛc

Quis ſicut dominus deus noſter. ꝛc hic proprietates deſcribũntur veri dej. Quarum

mini domũs ſpiritualis. ps 126. Niſi dominus edificauerit domum in vanum ꝛc. Non ſic opera Moſi & ſynagoge. exquiſita in omnes voluntates eius

Confeſſio & magnificentia opus eius. Hoc quidem poteſt accipi Vt ſit expoſitio magnorum operum domini ſcilicet quomodo ſint magna & hoc primo de operibus moralibus que nos ex ipſo & ipſe in nobis facit Sic enim dicitur opus dej. Iohan. 6. Quid faciemus vt operemur opera dej? Et ſequitur. Hoc eſt opus dej vt credatis in [*Ausgestrichen:* ille] eum quem miſit ille. Et hunc eſſe ſenſum huius verſus intentum. ex eo puto. Quia iam in precedenti de operibus aliis dixerat. ideo nunc opus illorum operatorum deſcribit. Sicut Creatura eſt opus domini Et tamen etiam creatura habet opus ſuum proprium.

Quod autem opus creature tribuit

[*Unten den ganzen Rand herüber:* Iſta diſtinctio operum alias dicitur factio & actio. Vel opus operantis & opus operatum. Et in Scrip. eſt fundata Vt apoc 21. Ecce Noua facio omnia Et opus manuum mearum tu es Iſrael vt ſatis patet. puto autem Quod in Heb. ſint diſtincta vocabula]

Blatt 224ª: deo. Indicat quod de noua creatura loquitur. In qua omnia operatur deus ipſe. vt Iſaie 43. Omnia opera noſtra in nobis tu operatus es domine Et Iohan .14. Sine me nihil poteſtis facere. Sic ergo Opus eius dicitur. quia nos ex ipſo illud operamur. Secundo ex eo puto. Quia ſequitur Et Iuſtitia eius manet ꝛc quod intelligitur de ea Iuſtitia que in nobis eſt. ex deo per fidem. Cuius opus eſt Confeſſio & Magnificentia

Igitur primo ſic intelligi poteſt. Quod opus dei tunc facimus. Quando nos accuſamus & malum noſtrum confitemur. & ſimul deum magnificamus. Sic enim in omnibus noſtris operibus deum glorificare & nos confundere debemus. Deo tribuere omnia bona. Nobis autem mala. Et hoc eſt eſſe Iuſtum tribuere cuique quod ſuum eſt. ſcilicet deo bonitatem & nobis maliciam Qui enim ſibi tribuit bonitatem. huius opus eſt [*Ausgestrichen:* Confi] Negatio & paruificentia. Negat enim ſe: [*Ausgestrichen:* ideo] qualis eſt. & ideo paruificat deum. Vel Confeſſio & magnifi-

non poteſt ſcire. quid ſit in hũmili corde Sed bene quid in ſuperbo ex ſignis ſuperbie foris. Diabolus autem ex ſignis interioribus (.1. tumoribus & inflationibns cordis. atque ex ſpeciebus cogitationum. de honore, gloria, iactantia excellentia ſuper cęteros. Deus igitur verus ſicut humilia reſpicit ita ſuperba deſpicit. Et Diabolus ſuperba reſpicit & hũmilia & vilia deſpicit Quod faciunt omnes eius imitatores. Qui ſemper habent oculum ad loca ſuperiora, gradus, dignitates excellentias in doctrina. verbis, viribus, diuitijs. Vbi humiles ſemper ad inferiora ad deiectiones, humiliationes, contemptus, opropbria vituperia, contumelias ꝛc

Blatt 228b: Tercia **Quod ſuſcitat a terra inopem & de ſtercore** ꝛc Non enim quieſcit reſpiciendo Sed reſpicit vt ſuſcitet. Et hec eſt Natura veri Creatoris. Ex nihilo omnia facere. Idcirco Nullum ſuſcitat. niſi qui ſit non ſuſcitatus. Sed iaces [*so*] & deiectus. Nec erigit vllum niſi de preſſum. Ita vt niſi ſit nihil erectionis & ſuſcitationis in ipſo Sed tota deiectio & depreſſio. non ſuſcitat nec erigit Quamuis autem omnes in veritate ſimus deiecti & depreſſi. tamen non omnes erigit & ſuſcitat. Sed tantum eos qui agnoſcunt ſe deiectos & depreſſos Qui enim ſibi videntur erecti & ſtantes. coram deo reputantur & ſunt erecti & ſtantes. Licet in veritate miſerrime ſint deiecti & depreſſi Beatus itaque qui intelligit ſuper egenum & pauperem ſcilicet etiam ſuper ſeipſum talem intelligens eſt Et hanc nouam regulam Chriſtus attulit humilitatis. quę prius erat ignota ideo dicit Quis ſicut dominus deus ꝛc

Repetit autem eandem ſententiam per tautologiam. ad ſignificandum firmitatem promiſſi vt expoſuit Ioſeph. duplex Somnium pharaonis de eadem re. quod & frequens eſt in ps & prophetis Eo quod ſit firmitatis indicium & ſermo dei fiat velociusquam impleatur Genes. 41.

Quarta **Vt Collocet eum cum principibus** cum principibus populi ſũi. Quia non fruſtra erigit. Sed vt & aliis quoque profit Et per eum dominus alios Lucretur ſicut ipſum lucratus per alios. Nemini enim datur vlla gratia tantum pro ſe Sed pro vtilitate

Eccleſię. Hic iterum Geminat principibus vt diſtinguat a principibus Babylonie

Quinta **Habitare facit ſterilem in domo** .1. Eccleſiam ſterilem in mundo & abiectam Sed fecundam in ſpiritu. Nec eſſet fecunda mater ſpiritualis. niſi eſſet ſterilis ſecundum ſęculum Ista autem omnia nulli conueniunt facere niſi vero deo: quia ſunt ſpiritualia Sed contraria horum facit deus huius ſęculi

ps 113. [Hebr. CXIV.]

Blatt 229a: In exitu Iſrael de Aegypto ꝛc Expoſitionis huius ps. Vide. ſer. de paſcha ſuper hunc ps Vbi **latiſſime** omnia ſunt deducta

Exitus autem iſte ſpiritualis eſt. qui fit pedibus animi ſcilicet intellectu & affectu. Cui enim incipit cognoſci & amari ſpiritus. ipſe vere exit de egypto. & eo magis quo clarius intelligit & ferũentius amat. Sic exit & intrat in terram promiſſionis .1. Eccleſiam. Exit. dum odit & neſcire incipit mundum cui ſe dorſum vertit & faciem ad cęleſtia

facta Eſt Iudęa ꝛc Sanctificatio hic pro ſanctuario ſeu templo accipitur Et ſenſus eſt. Quod Chriſti ſanctuarium ſeũ Eccleſia ſuper quam ipſe factus eſt ſacerdos & Epiſcopus eſt Iudęa. Hęc eſt enim Epiſcopatus, ſacerdocium, dioceſis. Eccleſia & ſanctificatio eius. Et poteſtas .1. regnum. principatus, dominium, eius et Iſrael Ipſe enim vtrunque eſt ſcilicet Sacerdos & rex. Et nos regnum & ſacerdocium eius vt Exo .19. Eritis mihi in populum. regnum ſacerdotale. Et. 1. pe. 2. Vos eſtis genus electum regale ſacerdocium. Inde & pontifices vocantur Reges ps. 67. Reges virtutum dilecti dilecti ps .2. Aſtiterunt reges terre Inde denique Quia Iudęa eſt ſanctificatio. ipſe rex Iudeorum dicitur. & Melchizedech .1. rex Iuſtitię Deſcribitur autem quale hoc ſit regnum. quia ſacerdotale .1. ſpirituale quod ſacerdotes regere debent Ergo eſt ſacrum & non ſęculare regnum ſicut Infra. Cęlum cęli domino: terram autem dedit filiis hominum

Item prius dicit Sanctificatio quam poteſtas Quia per ſanctitatem acquiritur vera poteſtas. Sicut ps. 92 Dominus re-

cundum differentem conſpectum dej ſcilicet & hominum. Sic enim Mirificauit dominus ſanctum ſuum, Iſta autem mirabilia radicaliter & cauſaliter in Chriſti paſſione ſunt facta. ad Cuius exemplum omnes formari neceſſe eſt. Ergo Sacramentum Euchariſtię. Eſt paſſionis .1. mirabilium eius Memoria. In quo reficiuntur & comedunt timentes eum

Veruntamen Iſta Eſca & memoria Eſt 2ꝫ Scilicet Sacramentalis. & Spiritualis. Spiritualis Eſt ipſa predicatio de Chriſto & Euangelium. de quo Eſaie [*Cap. 25, 6.*] faciet Dominus in monte hoc. Conuiuium pinguium, Conuiuium medullatorum. & Conuiuium vindemie defecate q. d. Sinet illos corium & pellem quo ad concupiſcentiam carnis, Et paleas atque ſiliquas. quo ad concupiſcentiam oculorum. & feces atque vinacia. quo ad ſuperbiam vite comedere. Nos autem Cibauit ex adipe frumenti .1. ſpiritu: illos autem litera

Miſericors & miſerator dominus. Iſta duo frequenter in ps coniuncta reperiuntur vt ps .85. & .102. & iſto & ſequente Quod Lyra Sic exponit Miſericors affectu interno Miſerator effectu externo. Sed Hoc non placet. Cum nec miſericors. dicatur niſi ab effectu

primo poteſt Sic diſtribũi. Miſericors. propter gratiam Iuſtificantem. Miſerator. propter culpam dimiſſam. Licet enim hec duo noſtri ſubtiles diſputatores. idem eſſe definiant. tamen Scrip. diſtinguit Ro. 5. Mortuus eſt propter peccata noſtra & reſurrexit propter Iuſtificationem noſtram Secundo & melius. Miſericors. propter gratiam. per quam tollit omnem miſeriam anime ex peccatis. Miſerator autem. propter penam peccati ſcilicet conſcientie malum infeliciſſimum. Contra 2ꝫ malum ſcilicet Culpe & penę.

Tercio & optime. Miſericors. propter totius anime ſalutem & bona miſericordie eius in illam Miſerator autem Quod & mala exteriora corporis vertit in bona animę. Vt Dictum eſt prius enim anime Nocuerunt & auxerunt peccatum in anima. Nunc autem non modo non nocent anime cũi factus eſt miſericors per gratiam. Sed plurimum [*Ausgestrichen:* prodeſt] proſunt. Idcirco mirabilia ſunt iſta. miſeratoris. qui tantum nos replet bonis vt

non tantum bona ſint nobis bona & bene Sed & mala quecunque [*Am Rande links:* vt ſic nihil ſit fruſtra in ſanctis Sed omnia cooperentur in bonum Sic gratia & pax Iheſus Chriſtus]
Quarto Quia apoc 3 dicitur: Et neſcis quia miſer es & miſerabilis. Videtur quod ideo ſit miſer quia ipſe non habet. Miſerabilis quia nec aliis poteſt miſereri. Sed tantum eſt miſerabilis dominus autem nec miſer nec miſerabilis. Immo miſerens miſero. & miſerabilem faciens aliis poſſe miſereri. Vt ſit in ſuos. non tantum diues Sed & abundans faciens alios etiam facere diuites

Blatt 225a: Memor erit in ſęculum ꝛc Et hoc dicitur ad differentiam veteris legis: ſicut & totus ps. perſtat in enumeratione operum dei ſuper quibus propoſuit domino confiteri. Et poteſt quidem adhibito ſtudio totus ps. pulchre ad ſacramentum Euchariſtie applicari, dummodo magis rem ſacramenti. quam ipſum ſacramentum inſpiciatur [*so*] Quid eſt autem memor erit inęternum Niſi quod non obliuiſcetur tandem ſicut oblitus eſt teſtamenti Moſi? futurum enim erat vt amplius non memor eſſet illius. nec alios faceret memores. ſicut per Iere. promiſit dicens. c. 3. Non aſcendent ſuper cor ꝛc Non dicent vltra. Arca teſtamenti domini Et 32. ſimiliter

Virtutem operum ſũorum. Hoc eſt de vtriſque intelligendum. ſcilicet de operibus Chriſti perſonalibus. & operibus fidelium ſuorum. primo Opera Chriſti non oſtendebant. Sed faciebant & faciunt virtutem vſque inęternum. Ideo annunciauit eorum virtũtem. Sunt autem opera Chriſti. opera humilitatis & paſſionis eius. & omnium ſuorum. que eius virtutes ſint ii ſoli ſciunt: qui populus eius ſunt. ipſis enim annunciat. & ipſi audiunt & credunt. Opera enim omnes quidem vident: Sed virtutem. nequaquam. Quare? Quia virtus illorum ſiue potentia & facultas. eſt mere ſpiritualis. Sic ſcilicet Quod per illa triumphant. peccata & omnes peccati authores. errores & omnes erroris magiſtros & hoc inęternum. [*Am Rande links:* Sicut ergo Chriſtus vicit operibus ſuis ita & omnes qui ſunt eius vincunt in virtute infirmitatis operum ſuorum] Quorum operum figura vix ſunt. opera quecunque in mundo fortiſſima & glorioſiſſima.
Quis igitur credat? Quod

Opus quanto infirmius, vilius, humilius, abiectius eſt coram hominibus. tanto eſt robuſtius & potentius coram Deo. & econtra. Quanto [*Ausgestrichen:* coram de] eſt robuſtius & potentius in oculis carnis, tanto eſt infirmius coram deo. Igitur Virtus operum Chriſti latet. Sed non opera. Atque infirmitas operum mundi latet. Sed non opera Rurſum Virtus operum mundi patet. Sed operum Chriſti infirmitas patet. Et ita fit vt vtriuſque opera ſint quidem patentia cunctis. Sed non Virtus illorum & infirmitas iſtorum Inde enim fit. vt humilitate vincatur diabolus cum omnibus ſuis membris & viribus

Quocirca vehementiſſime ſtulti ſunt. Qui deo volunt. operum magnitudine placere. Non opera. Sed operum virtutem requirit .1. fortitudinem in ſpiritu, non in carne. que lateat, non que pateat

Vt Det illis hereditatem gentium. [*Am Rande rechts:* Sic ps 46 Subiecit populos nobis & gentes ſub pedibus noſtris *Und am Rande links:* Moraliter Quia niſi qui humilia fecerit opera & virtutem operum eſtimet, nunquam ſubiugabit carnem cum vicijs ſuis, gentilibus] Hoc eſt adhoc annunciabit Virtutem operum ſuorum. vt gentes Conſertentur [*so*] Quia Iudej. ex eo nuncio ſchandaliſabuntur. ideo pro eis gentes dabuntur Apoſtolis. Eſt autem dicere. Hereditatem gentium .1. gentes hereditatem. Quare licet non ideo annunciauerit vt illi caderent Sed magis vt ſurgerent: tamen quia ſurgere noluerunt. non fruſtra oportuit nunciari. ergo annunciat, vt ſi illi nolunt, ſaltem gentes dentur in in [*so*] hereditatem. Et per hoc bene ſequitur

Opera manuum eius Veritas & Iudicium

Iſta ſunt opera .1. fabricatio & edificatio Eccleſie. que in veritate. quia non in figura & litera Sed ſicut promiſſa fuit in ſpiritu edificanda, ita nunc veritas facta eſt & exhibita. Et non ſicut ſynagoga in carnali edificio edificatur. Sic Iudęi volentes literam & figuram manere. pugnant vſque hodie contra hanc veritatem. Et ideo litera iam non eſt figura Sed vanitas & mendacium: quia contra veritatem

Blatt 225b: Deinde Iudicium. dicitur. Quia iſta veritas non indifferenter quibuſcunque Iudęis Sed nec omnibus Iudeis. Sed

Chriſtum. ſi tunc non veniſſet. irrita fūiſſet viſa promiſſio de Chriſto. & totus populus forte extinctus. Ipſe autem ſe erigens ipſum & confortans

Deus autem Noſter In cęlo q. d vos non putatis nos habere deum. Ideo gloriamini in ſimulachris veſtris que apparent. Et deum verum quia non apparet. negatis Veruntamen ipſe in cęlo eſt. Et non tantum eſt. Sed etiam operatur. Quia. quecunque voluit fecit. Quia nulli debet. nulli ſubiectus, ſolus altiſſimus. non niſi voluntatem ſuam habet legem. Quod eſt eſſe vere deum. Omnes enim alii. non quecunque volunt Sed que permittuntur faciunt

Eodem modo fit in ſpirituali aduentu Chriſti. Vbi anima expectans gratiam & pacem conſcientie. ſemper audit. Vbi eſt deus tuus? Non veniet. quia non meruiſti. Non enim exaudit te quia Iuſtus eſt & odit Impios. ſicut ille expertus ait Quare triſtis es anima mea mea [*so*] quare conturbas me. Quare oblitus es mei & quare contriſtatus incedo dum affligit me inimicus meus. dum confringuntur oſſa mea. exprobrauerunt mihi inimici mei. Dum dicunt mihi per ſingulos dies. Vbi es [*so*] deus tuus? [*Ps. 41 = 42, 10 ff.*] Ecce iſte ſunt gentes. que dicunt. Vbi eſt deus eius. Et ps. 3. Domine quid multiplicati ſunt qui trib. [*V. 2.*] Multi dicunt animę meę. Non eſt ſalus ipſi in deo eius. Ecce quam apte expreſſit ille. afflictionem conſcientie. & tentationem deſperationis. Igitur Contra iſta omnia inſurgendum eſt & dicendum. Non Nobis domine Non nobis .1. nec merita nec demerita. quero. Sed miſericordiam & veritatem vt tu glorificeris. Iſta enim tentatio gentium. volunt me cogere vt me dignum & meritum coner facere. vt ſcilicet ſuperbus de dignitate mea & meritis glorier. & non potius tu. Igitur nomini tuo da gloriam vt obſtruatur os eorum.
Eodem modo erit prope finem mundo. quando fide deficiente. audient fideles incredulitatem multorum. de aduentu Chriſti garrientem & deſperationem talis aduentus ſuggerentem. dicens. Vbi eſt deus eorum

Blatt 230b: Igitūr Deus noſter in cęlo. Veſter autem O gentes, quis eſt? Nullus vtique. Sed

imulachra (.tantummodo non deus nec dij.) **gentium tum & aurum** ꝛc.
xhoc videtur Quod Idolatre nullum opus dej ſeu creaturam inquantum creaturam Quia licet ſeruiant creaturę potius Creatorj. tamen ignorant hanc eſſe creaturam dej Ideo hic ſolute dicit Argentum & aurum. Sed Simulachra & opera m hominum Quia prius eam mutant in ſuum ſenſum & eam aliter. quam deus Et ſic adorant
yſtice autem Simulachra ſunt falſa dogmata & heretica c. pariter inſipientes & fatũi probabuntur. doctrina vanicorum lignum eſt Et .8. Vere mendacium operatus eſt mendax ſcribarum Et rurſum. x. Stultus factus eſt omnis a ſcientia ſua confuſus eſt artifex omnis in ſculptili. quoſalſum eſt quod conflauit. & non eſt ſpiritus in eis.
imiles fiant illis prophetice dicit primo Quia non natura imilitudine fiunt & ipſi Simulachra & Idola Zach. xiij O & Idolum. Quia vani ſunt Hęc autem omnia facit Amor ilis in viribus ſuis. qui tranſmutat amantem in amatum Sic-Aug. d. terram diligis terra es. aurum diligis Aurum es, diligis deus es
nde fit Vt qui fluentia diligit. fluat. & quocunque it res, ſequens cum eo vadit Vnde fit. vt cum alicũi aufertur ia: ſimul capitur volũntas diligentis aurum. Quia ſe captiputat. & perditum. quando aurum perditur. Seque reperdum aurum reperitur. Quare? Niſi quia aurum facta eſt tas per amorem aũri. Si enim non diligeret aurum. potius erari putaret. dum aufertur. Sic in aliis ſimili modo.
Secundo dicit Optatiue. Vt fiant ſ. ſibi tales, qui iam deo tales in veritate .1. vt agnoſcant ſe tales eſſe ſicut ps. 95. ındantur omnes qui adorant ſculptilia
Blatt 231 ist herausgeschnitten.

ps 115 [Hebr. CXVI.]

Blatt 232a: Credidi propter quod Locutus ſum ꝛc De to per omnia poſſet intelligi ps. Niſi primum verbum. Quia

Chriſtus negatur fidem habuiſſe. eo quod fuit ſimul & comprehenſor. Si tamen velimus dicere Quod ſicut ſpem habuit ita & fidem. Sine dubio enim ſperauit ſui corporis glorificationem quam tamen nondum vidit in preſentia. ergo & credidit. Non obſtante Quod eam clarius vidit in verbo quam nunc videt in proprio genere. Sed quicquid ſit. Senſus eſt

Ego humiliatus ſum nimis .1. afflictus ſum nimis vt ſi in heb. Et Queritur quare? Quia locutus ſum & docui qz credidi. Noluerunt enim audire & propter verbum fidei perſecuti ſunt me. Et Queritur. Quare ergo non tacuiſti? Reſpondet. Quia Credidi propter quod credere locutus ſum. Quia fides coegit me loqui vt non tacerem veritatem contra tot mendacia in mundo Zelus & feruor fidej & veritatis facit hoc Sicut Apoſtoli contra Iudęos. Doctores contra hereticos. Et vſque hodie Chriſtiani contra falſos Chriſtianos vt ps. 39. Non abſcondi veritatem tuam a concilio multo. Et quid mirum ſi locutus ſum, ſi Zelus meus comedit me & cogit, loqui Quia Ec

Ego dixi in exceſſu meo. omnis homo mendax Quamdiu & ego homo ſum & fŭi non vidi quod eſſet omnis homo mendax. Nunc quia credidi & in exceſſu ſum & ſpiritualis homo factus per fidem. omnes Iudicans. a nemine Iudicatus. Videquod qui non eſt in eodem exceſſu & non credit, eſt mendax.

Et hoc locutus ſum & predicaui ideo humiliant & affligunt. Nolunt audire quod ſint ſtulti, vani mendaces, mali ꝛ Sed ſe Iuſtos & ſapientes & veraces putant & putari volunt

Secundo Exceſſus hic accipitur. pro pauore & conturbatione que fit in perſecutionibus & minis. Et ſic Senſus eſt ſecundum b. Aug. Cum propter verbum dej affligerer. tunc expertus ſŭm. Quod nec in me nec in vllum hominem ſit confidendum. eo quod homo ſit omnis mendax. deus autem verax in quo confidendum & fidenter predicandum contra omnium perſecutorum rabiem Alioquin deficeret in afflictione nimia pro verbo dej. Ergo in Exceſſu iſto .1. conturbatione dixi & expertus ſum quod homo ſolus non ſtaret. Sed fieret mendax. niſi deſurſum adiutus verax permaneret in confeſſione fidej Vel Quia dixit. humiliatus ſum nimis. in ea afflictione didicit Quod omnis homo ſit mendax

. quia non ſtat in tentatione Sed cadit a veritate & con-
alſo, niſi dominus Iuuerit.
rupiſti ꝛc Caſſio. Verſus hic tantam virtutem creditus
ere. vt a nonnullis diceretur poſſe hominibus peccata di-
Si eum in fine vite ſuę tercia confeſſione congeminent.
amen ſane intelligendum & poſitis ponendis. remotisque
ndis. hoc eſt ne ſacramenta Eccleſie ideo negligat. confi-
mmunicare inungi. Immo hanc virtutem quodlibet verbum
bet. Cum ſit verbum ſalutis & gratię & virga virtutis.
amen Superſtitio cauenda. Ne ſicut multi pro temporali
eis vtantur vt qui literas & Euangelium Iohannis contra
& aquam portant aut ferrum. Sed pro comodo
ſine dubio etiam pater noſter ſufficit. Breuiter
ſalmum recapitulemus
redidi .1. fidem habui. verbum abſolutum. **propter quod**
us ſum (.1. Docũi & confeſſus ſum que credidi Quia qui
nfeſſus fuerit coram hominibus. hoc eſt enim talentum
fides. quod cuilibet ſecundum menſuram donatum eſt
. Vnicuique ſicut diuiſit deus menſuram fidei. Cogit ergo
us ſeruos ſuos hoc talentum expendere ad vſuram. Et
eſt iſte ſeruus qui ſe fęciſſe dicit. Credidi propter quod
s ſum
Blatt 232b: Sed Veritas odium parit. Ideo **Ego autem**
t) **humiliatus ſum nimis** .1. afflictus propter verbum
. quia ſcandalum eſt ſuperbis & ſtũltitia. Sic enim
uniter. humiliatus accipitur. Vt infra. humiliatusſum vſque-
ie domine. Verum moraliter quoque id fit Vt
ſeipſum affligat nimis. Vbi conſcientia ſibi dictat fidem.
erte Vbi incipit ſpiritus ex fide viuere & ſapere que dej
mox caro inſurgit & perſequitur ſicut pharao Iſraelitas. Et
ꝛoga Apoſtolos Chriſti. tunc enim incipit ipſa concupiſcere
ſus ſpiritum & ſpiritus aduerſus eam. Tunc ſpiritus dicit
cum Apoſtolo Ro. 7. Infelix homo ego. quis me liberabit
orte corporis huius. Video enim aliam legem in membris
repugnantem legi mentis meę. & captiuantem me in legem
ti ꝛc hoc eſt quod iſte dicit Ego autem humiliatus ſum

nimis ſcilicet a lege membrorum. quia per fidem lex mea euigilauit. Credidi enim hoc eſt vt ille ait. Condelector enim legi dej ſecundum interiorem hominem. Sed tunc hoſtis euigilat caro: que dormiũit: quando ſola regnabat ſuper ipsum

Ego dixi in exceſſu meo: omnis homo mendax liter .1. in iſta afflictione didici, quod in nullum homi confidendum: Quia & ipſe caderem a veritate fidej: qu dixi. Credidi. Niſi enim deus auxiliaretur. cito in paſſion dax fieret per negationem fidei qui verax eſt per conſe q. d Calix iſte docet quod niſi quis dominum Inuocet minum nitatur: ipſe nullo modo ſtabit. quia homo eſt & Ergo dominus eſt. qui Iuuat in exceſſu & perſecution homo Secundo ſic etiam ſi homo ſe expediat & In alius alium. hoc eſt carnale auxilium vanum & mendax. q hoc ſpiritum perdit

Moraliter. A carne aduerſaria ſpiritus. Quis liber Nũnquid ego vel homo? Non quia hinc video quod er ſeipſum vult ſaluare. Et eſt homo mendax. Sed gratia Iheſum Chriſtum. liberat. triumphatque nos ab iſto p

Et hinc fit. Vt etiam quod ait Credidi. ſe a habere Dicat. Quia fidem nullus homo ex ſe habet. S mendax. Quia dimiſſa veritate que in fide eſt: ſuis me perbit & perſequitur atque humiliat eos qui dicunt Cum tamen ſit mendax. Quia Ro. 3. Non eſt Iuſtus vnum. ſicut Scriptum eſt Omnis homo mendax. intelligitur de mendacio non quo coram hominibus eſt Sed coram deo. Nam multi ſunt veraciſſimi coram hom tamen quia non dicunt credidi nec habere volunt fidem homo eſt mendax coram deo. Vbi ſola veritate fidei V fiunt: quam tamen propter ſuam veritatem coram hom perſequuntur & humiliant Igitur totus ſenſus eſt qui per gratiam dei credit. patitur perſecutionem Vel a Vel carne. Et tamen vterque eſt mendax. contra credent fidem eius pugnans: quod in tali pugna agnoſcit fidelis non Iudicaret eos mendaces. niſi videret eos contra veri

pugnare. Idcirco non antequam in Exceſſu eſſet. dixit. omnis homo mendax. Meliora enim de quolibet ſperanda ſunt

Quid retribuam domino. pro omnibus. quę retribuit mihi? Quę eſt iſta retributio dei nobis? Quid merũimus? Nonne gratis dedit? Alioquin quomodo erit gratia? Sed dominus retribuit bona pro malis. Quę eſt excellens retributio & diũina. Nam bona pro bonis. etiam homines retribuunt. Ethnici quippe benefaciunt. benefacientibus. Sed Hoc [*Ausgestrichen:* eſſe] eſt eſſe deum. non accipere bona. Sed dare: ergo pro malis bona retribuere Qui enim prius dona dat quam accipit. Quid aliud facit quam reddit bona pro malis? ſiquidem bona antequam daret non erat ibi, ergo tantummodo mala. Quid ergo retribuam ego? Quia retribuit mihi fidem & veritatem: qua coram ipſo ſum verax ac ſic iam non homo Sed deus ac dei filius & ſimilis patri proles

Blatt 233a: Calicem ſalutaris Accipiam: & nomen domini Inuocabo: Ipſe eſt Calix. quem dixit Exceſſum ſuum, & quod humiliatus eſſet nimis propter verbum domini & fidem eius. Eſt autem ſalutaris .1. Chriſti. quia ſunt paſſiones ſalutares in Chriſto. extra autem ipſum ſunt paſſiones ſteriles. Vnde potuit & ſic tranſferri. Calicem ſalutarem, que eſt noua res. Quod paſſio ſit ſalutaris. & in paſſionibus ſit magis ſalus quam perditio. Cuius tamen contrarium ęſtimat totus mundus. & repugnat tam vox quam res. Verum fides facit paſſiones eſſe vtiles. & ſuauitates noxias. Sic enim Amarum & dulce Iſaie 5 Vbi contrarie illi Dulce ponebant amarum. quod & mundus facit totus

Sed eſt ne hoc aliquid retribuere. Accipere Calicem? Reſpondetur Quod ſic poteſt textus ordinari vt ſit ſenſus. Video quod ſi fidem Chriſti verbum & gratiam eius volo tenere. neceſſe ſit me humiliari nimis: tamen Quia magis mihi placet iſta beneficentia & retributio dej quam iſta paſſio diſplicet. Iccirco Si non poteſt tranſire calix iſte: niſi propter verbum ipſius bibam illum. Bene, fiat voluntas domini, Nihilominus. propter talem paſſionem: non deficiam a verbo: non ero ingratus non cedam. Sed omnino ſtudebo gratus eſſe. etiam in medijs paſſionibus. Ne

ſim ſicut ille de quo dicitur Confitebitur tibi cum benefeceris ej. Ego autem. quandoquidem tanta ſunt dona dei, Vt neſciam quid retribuam: tamen cogito retribuere. etiam ſi calicem bibere oporteat: qui maxime reuocare forte potuit vel poſſe viſuſeſt. ne vel dona dej acciperem vel pro acceptis gratus eſſe. Quare vt gratus omnino ſim. Etiam Calicem Accipiam: quia ſalutaris eſt. Et ne in me confidam nomen eius Inuocabo. Ac ſic non tantum cum benefacit mihi. Sed etiam in mediis paſſionibus. Vota mea reddam ꝛc

Vota mea domino reddam coram omni populo eius. Hoc ergo Inuenit quod retribueret ſcilicet Vota. quia nihil niſi laudis & confeſſionis vota poſſumus reddere deo. a quo omnia bona habemus. & noſtrorum ipſe nihil eget bonorum. Sed quia Mendaces filii hominum. ſubtrahunt vota ſua domino. propter Calicem quem horrent & fugiunt. Quia non credunt. Nec nomen domini Inuocant: in ſuis viribus confidunt: ideo ſolum in beneficiis laudant dominum Beatus ergo qui agnoſcit dona dei: & etiam in aduerſis deum benedicit: quod tamen non faciet niſi in nomine domini confidat

precioſa in Conſpectu Dominj Mors ſanctorum eius. Hec eſt confortatio & exhortatio ſententie predicte. q. d. ideo non debemus horrere calicem: aut paruifacere dona eius aut ingrati eſſe in paſſionibus: Quia Calix ille Eſt ſalutaris: eo quod precioſa ſit in conſpectu domini Mors ſanctorum eius. licet Mendacibus hominibus videatur vilis: Sed erroneum omnino & mendax eſt Iudicium eorum. putant enim quando hũmilior nimis: & in exceſſu ſum vel bibo calicem: quod ſum ſtultus, ſtulta fides mea. Cum ſit veritas & ipſi mendaces. maxime quando contra veritatem. quam eis locutus ſum: pugnant auditam. Ego tamen pro me ſaltem gratias ago. Quod Habeo eam: quantumuis paſſiones propter eam abundent Ecce quomodo ſeipſum conſolatur in paſſionibus verbis ſpiritualibus (.1. de ſpiritualibus ſonantibus) .1. Et miſeratur miſeriam perſecutorum ſuorum errorem & mendacium. Et ex vtroque exurgit in .2. . 3. laudem dej. ac magismagisque animoſus ſit ad paſſiones. Et hic eſt ſenſus verus huius psalmi. quem poſſis *legere*

in quolibet martyre cum fiducia agoniſante. vt S. laurentio ꝛc hec enim tria faciunt martyres in paſſionibus vtpatet. Vnde Mirus eſt verborum contextus

Blatt 233b: Si enim Credidit: coram deo: exaltatus eſt: fides enim eleuat: Quomodo ergo hũmiliatus eſt? Niſi Quia ſimul apud veracem deum eſt in exceſſu [*darübergeschrieben:* altũs]. (vbi deum laũdat.) Et apud mendaces homines eſt humiliatus. quos & miſeratur. Ideo Vbi eſt exaltatus in exceſſu agit, quod dicit Quid retribuam domino. Et dicit. De ſuis perſecutoribus. Omnis homo mendax. Vbi autem eſt humiliatus Dicit. Calicem ſalutaris accipiam Et Vota mea

Si igitur. Mors ſanctorum eſt precioſa ꝛc. ergo & quelibet pęna pro chriſto ſuſcepta. Et hoc per benedictionem Chriſti habemus. Omnes autem Accipere debent calicem dominj. licet alij tantum intentionaliter .1. in memoria. Alij ſpiritualiter (.1. crucifigendo carnem & concupiſcentias eius. quod eſt [*Ausgestrichen:* ſacramentaliter] velũt per ſacramentum. ſignificatum per paſſionem Chriſti ſecundum Apoſtolum. Alij Exemplariter vt martyres: Qui ſimilia paſſi ſunt cum Chriſto.

O domine Qũia ego ſeruus tuus .1. tu es dominus meus. quia ſum ſeruus tuus. Vel quia ſũm ſerũũs tũũs. ideo hũmilior & calicem accipio. Ter autem Exprimit ſeruitutem ſuam. & dominium dej. quia trinitatis in diuinis eſt Confeſſor. Primum. O domine pater Ego ſeruus tuus. Ego (. o domine fili) ſeruus tuus. Et filius ancille tuę o domine ſpiritusſancte. Quia filius ancille, ſeruus vtique eſt.

Dirupiſti Vincula mea Hęc ſunt vincula ſpiritualia que ligant ęternaliter. Nam alia proprię non ſunt vincula mea. Sed tortorum

ps. 115. [Hebr. CXVI.]

Blatt 234a: Credidi. Intentio ps. Eſt. Docere tantum ſpiritualia bona in Chriſto [*Ausgestrichen:* &] expectare & promiſſa in lege. de ſpiritu & fide intelligenda eſſe. non de re temporali: contra Inſipientiam carnalium Iudęorum. Qui fidem reſpuunt &

rem expectant. Rem inquam temporalium. Nam fides habet rem ęternam. Dicit ergo.

Credidi (.1. fidem habũi. & hęc tota mea poſſeſſio. que eſt ſubſtantia .1. poſſeſſio rerum ſperandarum. non autem ſubſtantia rerum preſentium.) Non ait diũes ſum, potens ſum & delicatus ſum. Quia vltra hęc omnia querit aliud. & id allegat. quod preſens non eſt. quod ſide tantum tenetur. ideo ſequitur

propter quod locutus ſum Quare locutus? An prius ſemper ſiluit? vtique ſicut ps. 31. Quoniam tacũi Inueterauerunt oſſa mea. dum clamarem tota die. Multis autem cauſis dicit ſe locutum. primo Quia corde creditur ad Iuſtitiam. ore autem confeſſio fit ad ſalutem Secundo. Quia antequam eſſet fides in illo que faceret eum ſapere cęleſtia. loquebatur & ipſe ſicut ceteri vanitatem. & tacũit veritatem. carnem ſapiebat & docebat alios. Spiritum vero neſciebat ideo tacebat. Quomodo enim poteſt loqui ſi ignoret? At vbi cognouit. quomodo potuit [*Ausgestrichen:* doc] tacere & non etiam alios docere & ore confiteri? ſiquidem ex abundantia cordis ꝛc Ergo prius Ignoraui. propter quod tacũi, Nunc quia credidi. Cognoſco. propter quod locutus ſum Et ſic taceo ſecundum carnem. Vt ps. 38. Obmutũi & humiliatus ſum & ſilui a bonis Qui verſus quaſi in idem cum iſto ſonat Quia vterque dicit humiliatus ſum. Et ideo ſilet & loquitur. ſilet mundo & loquitur deo. Quia non loquitur que mundus audire expectat Sed que deus & ſpiritus. Ideo eo ipſo verbo indicat. qualis ſit locutio & doctrina eius. Et qualis auditor adeſſe debeat. ſi velit audire & intelligere. Quia vbi loquens eſt (.1. in fide & exceſſu ſuo.) illuc & auditorem venire oportet. alioquin aggrauabitur auris ad audiendum Sic ps. 4. loquimini in cordibus veſtris Et ps. 38. locutus ſum cum corde meo. Vnde Iſaie. 56. vocantur canes muti. qui literam ſine fide docent.

Tercio Quia omnia noſtra bona ſunt tantum in verbis & promiſſis. Cęleſtia enim oſtendi non poſſunt ſicut preſentia. Sed tantum annunciari verbo. Ideo Non ait. Video propter quod opere oſtendo Sed credidi propter quod loquor. Illi autem qui ſua bona iactant & in re preſenti magnificant non habent fidem illarum. ſed viſionem. Nos autem credimus. & ideo opere

oſtendere non poſſumus Quare tantum loquimur & teſtificamur. fides enim eſt cauſa. quare non poſſumus aliter quam verbo oſtendere bona noſtra. eo quod fides eſt non apparentium, que non niſi verbo poſſunt doceri. oſtendi & indicari. Ideo vocatur argumentum (.1. oſtenſio rerum non apparentium Quia oſtendit nobis futura: que ex ipſa. poſſidemus. vt ſubſtantiam futurorum. Recte ergo dicit. Credidi. propter quod locutus ſum: quia aliter notificare non poſſum. eo quod tantum credidi. nondum autem vidi. Et eſt ratio reddita. Quare tantummodo doces & nuncias de cęleſtibus? Multa mihi predicantur. Quomodo ſciam an ſint vera? Reſpondet. Ideo tantum loquor. & non oſtendo. Quia Credo. vt & tu credas & fidem futurorum ſuſcipias. & contemnas preſentia.

Ego aũtem humiliatus ſum nimis. Hic totam literam & ſapientiam carnis deſtruit & deijcit Quia per fidem eruditur. quod omnis gloria carnis ſit flos fęni. fides enim facit temporalia comparari cum ęternis. & carnalia cum ſpiritualibus. Tũnc videt. quanta ſit miſeria ſpiritualibus carere & temporalibus abundare. Ideo dicit Ex fide nũnc intelligo quod vehementer nihil fũi & miſer cum extra fidem in me fuerim Etiam ſi rex. diues, potens ſim ꝛc

Blatt 234b: hoc autem non dicit qũi carnem ſapit: Sed omnino contraria. Quia non habet fidem non credidit Sed preſentia poſſedit. ideo in illis quieſcit & tacet. & exaltatum ſe nimis exiſtimat non loquitur. non querit alia ab illis. Sed habet pacem in ſubſtantia ſua. Non eſt clamor in plateis eorum

Et hinc elucet .4°. quare dixit locutus ſum quia credidi. Scilicet Inuocando orando. clamando ad dominum. pro ijs quę fide percepit. [*Am Rande links:* . . i enim habet quod | . . luit, tacet | . . videtur Apoſtolus 2 Cor. | . . Exponere. & | . . . . pere. quia de fũtu | . . . non tacemus. quia | . . . ondum habemus. | . . rum aliud niſi | . . . n de illis poſ | . . . . cum opus noſtrum | . . . illis ſit futurum | . . maximum quod poſſumus | . . . . re de illis Eſt | . . . . . m.] Sentit enim ea abſentia que credit. ideo ſit inqũietus. donec ea apprehendat. & loquitur in corde ſuo ſine intermiſſione. magno deſiderio ad deum. Et ita videt ſe humiliatum

nimis: quia longe abeſſe illis. Quanto enim maiora ſunt que credimus. tanto profundius miſeri ſumus. quod ea nondum habemus. Sunt autem maxima. ideo humiliati nimis ſumus Et quoniam carnales contraria ſapiunt & errant ideo dicit.

Ego dixi in exceſſu meo omnis homo mendax Iſte eſt exceſſus. quo per fidem leuatur ſuper ſe vt videat futura bona: Alioquin & ipſe erat homo mendax. Sed in exceſſu factus. mendacium exceſſit. & verax factus eſt per fidem. Et ideo eos qui vanitatem diligere conſpexit. & fidem poſthabere, mendaces eſſe vidit, Quia reputant ea bona ſua: que non ſunt Et cum humiliati ſint nimis exaltati ſibi videntur. Et ideo mirum eſt quomodo ſimul dicat humiliatum ſe & in exceſſu eſſe. Sed quia agnoſcit ſe humiliatum & miſerum. per exceſſum. Illi autem non ſunt humiliati (.1. non agnoſcunt.) quia nondum ſunt in exceſſu. Sed in volucro mendacii

Quid retribuam domino pro omnibus que retribuit mihi?

ps. 117. [Hebr. CXVIII.]

Blatt 235a: Confitemini domino: quoniam Bonus. quoniam in ſęc. miſe. eius

Iſte verſus velut titulus: totius psalmi oſtendit intentionem. Vult enim ps confiteri & Laudare. dominum Chriſtum Venturum ſuper miſericordia & liberatione ſpirituali per eum facienda. Quod ipſe met exprimit dicens. Quoniam bonus: Quoniam in ſęc. miſericordia eius. Bonitas enim eſt. quando quis benefacit immeritis & indignis. Qui enim ſunt meriti: ijs non benefit Sed Iuſte fit & redditur bonum pro bono & debitum eſt eis reddi. Qui autem digni ſunt: iis quidem non redditur tanquam meritis. Sed tanquam Iuſte debitum velut ſuperioribus & ęqualibus. deus autem indignis & immeritis: inſuper & multum demeritis beneſęcit. per Chriſtum incarnatum Quia & per hoc oſtendit ſe eſſe non fictum Sed verum & viũentem deum. Quod nihil boni & meriti a nobis ſuſcepit. Sed omnino gratis tribuit. Eſt enim omni Iudicio rationis Diũinitatis hoc propriũm & decens: ſibi ſufficere, nullius indigere. & aliis gratis benefacere

Ideoque & omnem Iuſtitiam noſtram, omnem bonitatem, omnem ſapientiam noſtram. Confudit & reprobaũit omnino Et vult. vt nos eum deum verum agnoſcamus. nos autem iniuſtos, malos & ſtultos eſſe confiteamur in omnibus. que non ex ipſo accipimus & [*Darüber:* vel] accepiſſe agnoſcimus. Vt [*Ausgestrichen:* Ro. 3.] Ait Apoſtolus Gal. 4. Concluſit Scriptura omnes ſub peccato. vt promiſſio ex fide Iheſu Chriſti daretur Credentibus. Ro. 11. vt omnium miſereatur. An ergo in hoc etiam bonus & ęquus? Quod ita omnia noſtra confundit & reprobat & proculcat. ac ſua tantum offert & ſtatuit? Vtique optimus. Quia Hoc ipſo vt dixi. ſe verum deum probat. Qui vult ſua dare nobis: & noſter deus eſſe, nobis benefacere: nos ipſius egere. Et non noſtra accipere. non nos habere ſuos benefactores & velut deos ac noſtri indigere. Benefacere enim alteri Diuinũm eſt. Sed non poteſt noſter deus eſſe. & ſua nobis dare: niſi primo Doceat ſe. noſtra nolle: & noſtra nihil eſſe apud eum Iſaie. 1. vt ſic hũmiliati. capaces efficiamur & appetentes eorum, que eius ſunt. Et hoc eſt Iuſtum. Sic ps ait. Iuſtus es domine & rectum Iudicium tuum Et iterum. Cognoui domine. quia ęquitas Iudicia tua & in veritate tua humiliaſti me. Si enim aliquid noſtri ſuſciperet. & non penitus reprobaret: iam nec verus deus nec ſolus Bonus eſſet. Quia & nos beneficiis cum eo certaremus. Nunc autem vult quod nos tantummodo accipiamus & ipſe ſolus det. & ita ſit vere deus. Vnde. Niſi quis ſe confiteatur malum. non poteſt confiteri domino quoniam bonus. Vbi enim deum bonum dicis: te bonum eſſe neges oportet & omnino malum confitearis. Non ſimul ſe & te communiter bonum patietur nominari. quia deum ſe: te autem creaturam vult haberi

Sic In ſęculum miſericordia eius .1. ęterna: quam ex mera bonitate tribuit: quia optimus & verus deus. Sicut autem ipſe eſt ęternus ita & miſericordia eius eſt. Qualis eſt ipſe. tale & opus eius eſt. ps. 47. Secundum nomen tuum deus: ſic & laus tua in fines terrę.

De tribulatione Inuocaũi dominum & exaudiuit me in latitudine dominus Iſta trib: Vel eſt exterior perſecutio: Vel interior. que Inuenitur, quando Inuenitur Quod ſolus dominus

bonus eſt, ipſi autem mali. Hęc enim eſt que ps. 114. dicitur. Tribulationem & dolorem Inũeni. ſcilicet in meipſo Videns me miſerum, egenum, malum, ſtultum, infirmum. Ideo Confiteor domino quoniam bonus eſt Et Inuoco eum de tribulatione. tali & exaudit me dans. ſuam bonitatem. ſapientiam, virtutem beatitudinem. diuitias mihi. Simul iſte verſus primum elucidat Quia non ideo ſit bonus: quod carnalia donet. Sed quia ſpiritualia. & de malis ſpiritualibus liberet

Blatt 235ᵇ: Et in nomine domini. Vltus ſum in eos. Alii Vero vindicant in nomine diaboli qui in malitia ſeu crudelitate. & non in bonitate vindicant. Quia non querunt ſalutem illorum Sed ſatiſſactionem ire ſuę & expletionem animi ſui. Igitur Iucunda eſt Vindicta in nomine domini. Exempli gratia in Sancto Stephano & Sancto paulo. Voluit paulus ſtephanum perire & vindicauit ſe in nomine ſuo Vel hominum Vel diaboli. Voluit Stephanus paulum perire feliciter. vt fieret quod iſte erat & deſiſteret eſſe quod ille erat. Quid fit? Quis pulchrius triumphat? Ecce poteſt. S. Stephanus dicere. O Bone paule Ecce triumphaũi. Quia non me perduxiſti quo tu voluiſti. Sed ego te perduxi quo volũi. Volũi vt mecum ſaperes & dolũi, tabũi. indignatus fui contra te: quando aliter ſapũiſti & queſiũi vindictam vt fieret mea in te voluntas. & non tua in me Et ſic meu ſuauiter & tuus non expletus eſt animus tuus autem ſalubriter victus & occiſus & vindicte ſubiectus. Sic Eccleſia vindicat in nomine domini. Iucundiſſima vltione. quia non contra homines. Sed contra vitia & peccata pugnam gerit: quibus Victis triumphat & vindicauit cum gloria. Et ſaluauit hominem.

Sicut Apes Qualis eſt proportio hominis ad apes. talis eſt Chriſti ad Iudęos. Quia incomparabilis mole. viribus, ſenſu, ſapientia & cęteris que in homine ſunt & in apibus non ſunt.

Sic Chriſtus quia deus erat. ad Iudęos erat incomparabilis in omnibus. Et ſicut Apis non obrũit non occidit Sed tantum pungit in modico loco totius hominis. ſibi tamen per hoc totum bonum aufert. Ita Iudęi Chriſtum in modico loco ſui .1. humanitate tantummodo punxerunt. Sed totum nec obruere nec occidere potuerunt. Sibi tamen per hoc omne bonum

abſtulerunt. Quia erat iſte deus immortalis Recte ergo dicit Sicut Apes. comparatiue. Non ſic [*so*] gygantes vel dii. Sed ſicut modicilli vermiculi ad tantum gygantem & deum. vt ſit contemptibilis eorum punctura. & tamen multum intenſa apud illos & fremens. Eodem modo Quilibet Chriſtianus debet ſe agnoſcere magnum eſſe: quia propter fidem Chriſti qui habitat in ipſo. eſt deus. dei filius & infinitus. eo quod iam deus in ipſo ſit: Ergo omnis perſecutor eius. Eſt ad eum ſicut apis. quem magnanimiter debet ſuſcipere & contemnere. & in nomine domini querere vindictam in eum Eſt enim Hoc verbum exhortatorium & conſolatorium ad patientiam. Sic mod. Iohan. f. f.

Sicut Ignis in ſpinis. Vtilis eſt ignis in ſpinis: Quia ſolum ſpinas deuorat & facit ampliorem locum. Sic perſecutores Iudęi ſeipſos vaſtauerunt & Eccleſiam magis ampliauerunt poteſt vtrunque etiam in bonitate ſic intelligi Quod Sicut apes. que amittunt aculeum quando pungunt. Ita impii conuertuntur ex patientia ſanctorum. quos pungunt & amittunt furorem & animum nocendi. Similiter ſicut ignis in ſpinis ſe ipſos conſumunt. per patientiam & fiunt poſtea ligna fructifera. Atque ita in nomine dominj facta eſt vltio

Conſtituite Diem ſolennem in Condenſis. heb. frondoſis Vnde Synagoga arguitur Quod ſub ligno frondoſo proſtituta ſit. Eſt enim frondoſum. frequentia multitudinis & populoſitas. in qua carnaliter ſperauit & expectat ſuum Meſſiam. Igitur Hic Vult vt ſit. Dies Eccleſię celeberrimus. in populoſa multitudine fidelium. Vſque ad cornu ſcilicet dextrum altaris (.1. Chriſti) .1. vſque ad interiora proficiant cognoſcendo, amando & operando: non foris in litera deſideant

ps. 118. [Hebr. CXIX.]

Blatt 236a: Beati immaculati in Via ꝛc Iſtum ps. nondum vidi ab aliquo expoſitum in ſenſu prophetico. Nec vllus eſt. qũi ſeriem & ordinem expoſitionis in eo tenuerit: ſine violentia & contorſione verſuum & verborum. Quod inde puto venire quia propheticum id eſt literalem. primo non quęſierunt:

bonus eſt, ipſi autem mali. Hęc enim eſt
Tribulationem & dolorem Inũeni. ſcilicet
miſerum, egenum, malum, ſtultum, infirm
mino quoniam bonus eſt Et Inuoco
exaudit me dans. ſuam bonitatem.
dinem. diuitias mihi. Sim
Quia non ideo ſit bonus: quod
tualia. & de malis ſpiritualibus

Blatt 235b: Et in nom
Alii Vero vindicant in nomi
litate. & non in bonitate v
illorum Sed ſatiſſactione
Igitur Iucunda eſt Vind
in Sancto Stephano &
perire & vindicauit ſe
Voluit Stephanus pa
& deſiſteret eſſe quo
phat? Ecce poteſ
triumphaũi. Quia
te perduxi quo
indignatus fui
ctam vt fieret
ſuauiter & tu
victus & occ
cat in nom
homines. S
triumphat

Sicu
Chriſti
pientia

in or
tum
tot
ſu
r

Legem
dei: euangelium
cortice nucleum. ac
nus. Simile eſt regnum
o .l. in litera laborioſa qu
conſum auferri & abſconditum
ps. relatiue loquens. &
legem loquens ac diſtinguens d.
ti in Via ‖ q. d. Sumus quidem om
Moſi. & litera & humana Iuſtitia: ſecun
nibus ſine macula apparemus. Sed tamen
ula: quia Iuſtitiam fidei. & legem ſpiritus
undum quam eſſemus immaculati Nunc a
mus maculati quantumuis in via ſimus legis lit
omnes ſpirituales Iſrael: quia ii ſunt immaculati
Qũia Scilicet ſũnt
Ambũlant in lege dominj ‖ Non in lege Moſi
Eſt autem hic primo Notandum: Quod lex Moſi no
maculata in ſe: Sed Quia Scribe: qui eam non
telligebant & docebant: faciunt eam maculatam.
habet vtrunque Scilicet literam ſignificantem. & ſpiri
tum per literam. Et omnes qui eam ſuſceperunt: vt ſig



beati ſunt & fuerũnt Sicut
que reuelanda erat.
que promittebatur
ſeparant
Sed vt
ſicut pẽr
habeo &
tus abijciunt.
nagogę propter
te magna feditas
immaculatum. Et
mitantur aũtem Iſtos
riſtum neque fidem eius.
iem eius
fidei abnegant & veritatem
minem non negabant tamen di-
facit Chriſtum ex iſto homine:
minis neget licet corpus eius fateatur
Ita heretici Viam fidej non
as intimam vim & ſpiritum negant. Et
gelium mortuum ac literale. Ideo & ipſi
via ſua Quia fides eorum in Chri-
via: Sed quia eſt mortua. Et habent verba
nos habemus. ſenſum autem noſtrum contemnũnt.
cum grammaticali ſua ſignificatione. ſunt velut
ſine diũinitate. litera ſine ſpiritu, vana & vacua
Senſus autem verus in illis & theologica ſigni-
ſt velut diũinitas in carne Chriſtj: ſpiritus in litera,
n corpore. Vita in rebus & fauum in melle. Nucleus in
. Vinum in vaſe. oleum in lampadibus

Tercio Moraliter Imitantur eos omnes ſuperbi maxime in-
lientes, Qui neglecto eo ad quod tenentur, ſuam ſanctitatem
uum ſenſum ſequuntur. hos & predictos omnes illudit angelus
ffigurans ſe in angelum lucis. Qui quidem Verba & fidem
iſti habent. Quę eſt velut caro Chriſti. Sed veritatem fidei
habent. Quia in tali fide. obedientiam & humilitatem non

qui eſt fundamentum cęterorum Magiſter & lux & author. & fo atque origo. Magis autem forte. Quia abſconditus eſt & in ſp ritu nimium interiori loquens. Vnde non poſſit eius cauſa motiũm videri. cur ſic & non aliter dixerit & ordinauerit: ab qui non eoſdem motus habent. Nam nullus alium in ſcrip. ſp ritualibus intelligit. niſi eundem ſpiritum ſapiat & habeat. Sed nos modo. Inuocato brachio dominj. prophetiam ſcrutabim quod erit facilius: quam morales affectiones. per ſingula ver quę ſunt vtique vię viri in adoleſcentula: quas penitus ignoram Adoleſcentula inquam quę eſt anima ipſa affectuoſa in ſpir vel Scriptura ſpiritualis: In vtraque eſt incomprehenſibilis V Chriſti .1. affectiones ſancte: quot. quando. & qualiter quantum eant Quare plenarium intellectum moralem huius pſal Credo ſpiritumſanctum ſibi ſoli reſeruaſſe.

Igitur propheta Intuitus oculis ſpiritualibus Legem M Videns in ea latere & clauſam eſſe legem fidei: euangelium tie: & promiſſa Inuiſibilia: Sicut ſub cortice nucleum. aut terra thezaurum. Velut dicit Dominus. Simile eſt regnum rum thezauro abſcondito in agro .1. in litera laborioſa qu panis doloris: petit hoc abſconſum auferri & abſconditum ferri in lũcem. per totum ps. relatiue loquens. & compar inter veterem & nouam legem loquens ac diſtinguens d.

Beati immaculati in Vla ‖ q. d. Sumus quidem omn via quadam ſcilicet Moſi. & litera & humana Iuſtitia: ſecun quam coram hominibus ſine macula apparemus. Sed tamen pleni omni macula: quia Iuſtitiam fidei. & legem ſpiritus habemus, ſecundum quam eſſemus immaculati Nunc coram deo ſumus maculati quantumuis in via ſimus legis lit Sed Beati omnes ſpirituales Iſrael: quia ii ſunt immacula via ſua Qũia Scilicet ſũnt

Qũi Ambũlant in lege dominj ‖ Non in lege Moſi humana: Eſt autem hic primo Notandum: Quod lex Moſi ne mala nec maculata in ſe: Sed Quia Scribe: qui eam non ſpiritu intelligebant & docebant: faciunt eam maculatam. N lex Moſi habet vtrunque Scilicet literam ſignificantem. & ſpir ſignificatum per literam. Et omnes qui eam ſuſceperunt: vt

ficantem & figuram futurorum. bene beati ſunt & fuerũnt Sicut Gal. 3. Tenebamur concluſi in eam fidem. que reuelanda erat. Non ait in legem quę data erat Sed in fidem que promittebatur per legem, reuelanda. Igitur Quia Iudęi. hunc ſpiritum ſeparant & abijciunt ac legem non vt ſignificantem ſuſcipiunt. Sed vt implentem & ſufficientem. ideo ſunt maculati in via. ſicut pẽr Ezech. dicit. Et pollũi eos in vijs ſuis (.1. pollutos habeo & non immaculatos in litera ſua. quia mundiciam ſpiritus abijciunt.

Et hec eſt fęditas iſtius mulieris Synagogę propter quam Chriſtus dedit ej libellum repudij Et certe magna feditas atque Macula. preceptum autem dominj immaculatum. Et beatos faciens & immaculatos. Imitantur aũtem Iſtos allegorice. Qui licet non abijciant. Chriſtum neque fidem eius. Sicut Iudęi Neque negant eum aut fidem eius

Blatt 236b: tamen veritatem fidei abnegant & veritatem Chriſtj. Sicut Iudęi Chriſtum hominem non negabant tamen diũinitatem in Chriſto: que ſola facit Chriſtum ex iſto homine: tanquam ſi qũis ſpiritum hominis neget licet corpus eius fateatur atque tamen contemnat. Ita heretici Viam fidej non negant. tamen totam eius intimam vim & ſpiritum negant. Et habent fidem & Euangelium mortuum ac literale. Ideo & ipſi ſunt maculati in iſta via ſua Quia fides eorum in Chriſtum eſt quidem via: Sed quia eſt mortua. Et habent verba tantummodo quę nos habemus. ſenſum autem noſtrum contemnũnt. Que verba vna cum grammaticali ſua ſignificatione. ſunt velut Caro Chriſtj. ſine diũinitate. litera ſine ſpiritu, vana & vacua omnino. Senſus autem verus in illis & theologica ſignificatio Eſt velut diũinitas in carne Chriſtj: ſpiritus in litera, anima in corpore. Vita in rebus & fauum in melle. Nucleus in cortice. Vinum in vaſe. oleum in lampadibus

Tercio Moraliter Imitantur eos omnes ſuperbi maxime inobedientes, Qui neglecto eo ad quod tenentur, ſuam ſanctitatem & ſuum ſenſum ſequuntur. hos & predictos omnes illudit angelus tranſſigurans ſe in angelum lucis. Qui quidem Verba & fidem Chriſti habent. Quę eſt velut caro Chriſti. Sed veritatem fidei non habent. Quia in tali fide. obedientiam & humilitatem non

habent. preponunt enim ſua magna parũis & vilibus, que p
obedientia. Et ideo ipſi quoque ſunt maculati peſſima
cula. quantumuis ſint in via. habentes ſpeciem pie
virtutem autem eius abnegantes. Igitur Quodcunque opus
mus ſine relatione ad obedientiam: eſt maculatum. Nam Sa
Synagoga tenebatur. opera ſua. in ceremonijs. ſacrificijs lo
bus facere in reſpectu Chriſti venturi ea perficientis: ſalte
plicite. Et non excludere Chriſtum tanquam ex ſuis ope
Iuſti & ſufficientes eſſent coram deo. Ita he
tenentur omnia ſua facere in relatione ad Eccleſie comm
nem. Ita vt eam non excludant tanquam ex ſuis ſeorſum
ritis extra illam & ſine illa poſſint placere & ſalũi eſſe Sic q
libet inobediens & proprii ſenſus. tenetur ſuas Iuſtitias fac
relatione ad obedientiam & preceptum. Ita vt eam nũllo
excludat: Nec extra illam aut ſine ea. aliquid placiturum
confidat. Alioquin proprietarius erit, Superſticioſus imm
latra. Quocirca. Religioſi deuotarij ſibi maxime prouid
Ne in ſuis deũotionibus confidant ſecretis & peculiaribus
ijs que ſunt Conuentualia [*Auf dieſes Wort weiſt vom Rand
aus der weitausgeſtreckte Zeigefinger einer groſſen Hand*] & co
nia: deſides, tepidi & negligentes, aut inobedientes ſint
Diabolus ita ſolet imprudentes. exercitiis ſpiritualibus ſeorſu
cipere: & in communibus negligentiſſimos facere: Et tunc ill
bene ſerũire ſe credentes propter ſua ſingularia. nihil cu
quod communia negligunt. Sed iſta ſingularia debent fi
vt ad communia ordinentur. & diſponant. ad melius agendu
que ſunt obedientie: non vt impediant aut reuocent. Tanq
media ad finem accipi debent. non tanquam finis ipſe Ali
ijs omnibus dicetur. Nunquid ſacrificium vult deus & non m
vt obediatur voci eius? Melior eſt obedientia quam victim
1 Reg. 15. Hoc enim eſt rapinam in holocauſtum facere.
odit dominus Iſaie .65. Et iſti triplices homines per to
hunc psalmum arguuntur. Ideo latius eos hic deſcripſi. Vt
deinceps infra Iudęorum meminero. huc breuitatis gratia re
tam. Hii ſunt vere maculati in via. & declinant a mandatis
Et Increpantur de ſuperbia. Et .infra. Superbi iniquę egerun

Blatt 237a: In toto Corde meo Exq. ne repel me a mand. t. hoc ſupra verſu. 2. dictum eſt. quid ſit totum Cor. & quid. Exquirere. Eſt enim nihil ſui ſenſus vel voluntatis querere. Vnde Multum differunt. tota mente & toto Corde querere. Mens enim Eſt intelligentia ſeu quem Apoſtolus ſenſum dicit .1. Corin. 3. Nos autem ſenſum Chriſti habemus .1. grẹce. Noyn quod eſt mentem ſeu intelligentiam in ſcripturis. Sicut & alibi monet idem: [*Ausgestrichen:* ſenſ] ſentire. Ergo tota mente dominum querere. Et nihil ſũi ſenſus ſapere. captiuare autem intellectum ſuum in obſequium Chriſti & cuiuslibet prelati ſui aut fratris. Cor autem Eſt ipſa potentia appetitiua voluntas ſcilicet. in qua eſt Amor ſicut in mente cognitio: ibi affectus, hic intellectus. Vnde recte noſtri & Concorditer dicunt. toto intellectu & affectu: quod Scrip. dicit tota mente & toto corde. Sic enim dominus Vbi eſt thezaurus tuus: ibi & cor tuum erit. Vbi ſine dubio. affectum voluit per Cor. exprimere & docere.

[*Am Rande rechts:* Coro.] Vnde ſequitur Quod dupliciter. Cor totum dicitur. primo ſcilicet Quod nihil proprię voluntatis adeſt: ſicut eſt in hereticis & Iudęis. Qui magno corde deum colunt & nihil mali volunt Sed tamen Colunt ſecundum ſuam voluntatem. Secundo Quando plenum & perfectum eſt. non remiſſum atque tepidum. Sic enim Communi vſu ſolemus dicere toto corde fieri quod intenſiſſima voluntate fit. Sed iſte eſt Moralis potius ſenſus. quam literalis. Ille autem primus eſt literalis. Vbi quis toto corde deum colit etiam ſi remiſſe colat: ſi modo non ſecundum ſuam voluntatem eligat: quod offerat domino Licet & hoc .2um poſſit ſic ad primum reduci. Quod omnis tepidus. aliquid ſaltem priuatiue. de ſuo querit affectu. Sed multo minus eſt quam illud. quia priuatiue Eſt & ad acidiam pertinet: quandoque ad infirmitatem anime. Sed alterum eſt poſitiue & ad ſuperbiam pertinet Vt b. Virgo. Diſperſit ſuperbos mente cordis .1. qui ex mente cordis ſũi ſuperbi ſunt. hoc eſt. qui de ſenſu & intelligentia quam ipſi diligunt & cui afficiuntur. ſuperbiũnt. de quibus & ps. 4. filii hominum Vſquequo graũi Corde? Vt quid diligitis vanitatem, .1. habetis cor & affectum in vana mente & intelligentia veſtra: que tamen eſt mendacium? Scitote (.1. In-

telligite ꝛc Similiter de tota mente: Dupliciter loquimur. primo. Quando Nihil proprii ſenſus ſequimur aut ſtatuimus. Sed hũmiliter ſenſum domini & alterius ſuſcipimus & preferimus qui eſt literalis ſenſus. de tota mente Secundo Moraliter. Quando perfecta & puriſſima intelligentia Chriſtum ſapimus & intelligimus. Non remiſſe & imperfecte Ergo patet Quod praeceptum dej de tota mente diligendi eum: non ſecundum modum moralem precipitur Sed ſecundum primum & literalem. alioquin pauciſſimi ſalũi fierent & populus ſimplex. Vbi maneret.
Repelli autem timet a deo. Qui potius compellit. Qũid hoc? Ideo enim Mandat vt compellat. Heb. dicit. Ne me errare faciat. Quia facilis eſt error in mandatis dei. Et infinitis modis. noſter ſenſus & noſtra voluntas ſeſe nititur immiſcere. per occultiſſimam ſuperbiam. pretèr eam que eſt in tepiditate & alijs paſſionibus negligentiam. Vbi & ſi proponas in toto corde exquirere. tamen opus habes. Vt Conſerueris & deducaris in tali propoſito.
Vel ſenſus eſt.

Blatt 237ᵇ: Ecce Reuerſus ſum & Viam meam Correxi in ſermonibus tuis. Et ex toto corde exqũiſiui te, Ne ſinas me a cetero relabi in priora & ſolita, ne repellas me. ne recidiuem deceps vnquam. Sed da perſeuerantiam in bono. propoſito quod nunc habeo. Et hoc verſus ſequens exponit dicens.

In Corde meo Abſcondi Eloquia tua. Vt non peccem tibi

Hoc eſt Ecce. ex toto corde propoſũi tibi ſerũire. ideo impreſſi in cor meum verba tua. Vt amplius non contra ea peccem. Sicut prius feci. Recte ergo prius auxilium gratię. poſcit. quam proponit. priũs dicit Ne repellas me. poſtea. quia Abſcondi & propoſui verba tua. Quia nihil eſt propoſitum noſtrum. ni gratia dej ipſum diſponat

Benedictus es domine. doce me Iuſtif t.

Scilicet qui non repellis & propoſitum Iũũas. Item Quia tu Benedictus Benedictionem das. ideo a te volo doceri: qui talis es legiſlator. qui dat benedictionem. precipis & das gratiam implendi que precipis. Das legem, ſimul & plenitũdinem eius. Non ſic Moſes. Non enim dedit Benedictionem talis legiſlator. Sed

maledictionem Lex enim iram operatur. & maledicit non implentes. Igitur A benedicto peto doceri Iuſtificationes benedictas & benedicti. Hęc enim ſunt Eloquia que in corde oportet abſcondi: quia ſpiritualia ſunt. Moſi autem. oſtentabunt in labijs & in philacterijs. quia Literalia fuerunt. ideo & ſine benedictione

In Labijs meis. pronůnciaũi omnia Iudicia oris tui

Non enim ſatis eſt. corde credere ad Iuſtitiam: niſi fiat & ore confeſſio ad ſalutem Qui enim ſua pronunciant: nec ore nec corde deum confitentur. Et Notandum ſane. Quod multi ſunt. qui pronunciant Iudicia dominj. ipſi tamen in corde non abſcondunt nec viuaciter credunt Secundo alii & multi. viuaciter credunt & in corde abſcondunt. Sed foris proloqui timent. quia nolunt offendere: nolunt ſibi iram conciliari: Nolunt amicos amittere, & inimicos atque perſecutores facere: Et ideo vtrique illi mutuas ſibi dant & cedunt vices. Nec ſunt ſolidi in verbo veritatis. Nam illi primi: qui audacter loquuntur Iudicia dominj: dum non habent quos offendunt: Vtique & ipſi tacerent: ſi ſentirent perſecutiones. multo magis quam [*Ausgetrichen:* ijs] alteri: quia non habent in corde fidem: ſicut iſti habent. Similiter & Secundi facile & facilius pronunciarent: ſicut & primi. ſi nullus offenderetur. Igitur Non parua eſt Iactantia & fortitudo felicis preſumptionis dicere: In labijs meis pro nunciaũi omnia Iud. o. ꝛc. Non enim hoc faciunt. niſi qui cum benedictione docti fuerint & abſconderint ęloquia dej. vt non peccent deo. Vide ergo Singula queſo Verba: In labiis: Quia multi vt dixi in corde facile arguunt aliorum vitia que vident. Sed non audent quoque idem in labiis facere. Secundo Meis Quia applaudunt ſi audiunt. Quod in labiis alienis & alterius fiat correptio malorum. licet ſuis propriis non audeant. 3° pronunciaũi .1. in publicum & propatulum nůnciaũi. non tantum in labijs volůtaũi & ſubmůrmůraũi. In quo oſtenditur. Quod Vitia debent manifeſte. explicite & confidenter argui. vt prodeat foris. & veniat ad eos. quorum intereſt. Vt non ſit vox adulationis vel extenuationis. Que inter corripiendum velut retrolabitur & diſparet. Vt corripere magis

Blatt 238a: voluiſſe videatur. quam potuiſſe vel auſafuiſſe: tales enim In labiis quidem ſuis habent Sed Non pronunciant (.1. clare ſonare faciunt.) ſcilicet non tantum ſono vocis, Sed magis expreſſione vicii. & peccati circunſtantiarum 4°
Omnia inquit. Quia non Vnus eſt arguendus & alter diſſimulandus. Nec vnum peccatum alicuius arguendum & aliud extenuandum. Sed nuda vicia. ſine perſonarum acceptione corripienda Igitur Omnia inquit. mirabile verbum. contra quod multi agunt adulatores

Quinto Iudicia. Quę ſunt verba Correptionis & Crucis Chriſtj: in quibus continetur. Quę mala Culpe ſint vitanda pro Iuſtitia conſeruanda. Et quę mala penę. propter Iuſtitiam & Chriſtum ſuſtinenda. Sic enim Euangelium Iudicat .1. arguit peccata vt vitentur. Et Caſtigat veterem hominem: vt proficiat Iuſtitia interioris Et que ad iſta duo pertinent in Euangelio: ſunt Iúdicia: quia damnant peccata: & Carnem peccati Sexto.
Oris tũi .1. preſcripta & predocta a te domine Chriſte Quia non [*Ausgestrichen:* in] ex noſtro Capite: aut ſenſu: aliquem arguere debemus & Iũdicare ſed ſecundum Euangelium: Ibi enim ſufficienter dictũm. que ſint vitanda: que ſint ſuſtinenda Vt non ſit neceſſe. noſtras paſſiones acuere in alterius Correptionem: facile enim exorbitamus: Ideo verba Chriſti ſunt aſſumenda
Patet Itaque qua ratione. Verba Euangelii & Crucis Chriſti dicantur Iudicia: [*Am Rande rechts:* Iudicia *und darunter* Sermo] Sermones autem ſunt. qui docent: que bona nobis ſunt Collata & quę adhuc Conferenda ſcilicet de gratia & miſericordia in anima & ſpirituali interiori homine vt .infra. Speraũi in ſermonibus tuis. ſcilicet de gratia exhibita & gloria promiſſa

In Via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum, ſicut in omnibus diũitijs [*Am Rande rechts:* teſtimonia] Teſtimonia porro dicũntur: Quia teſtantur de futuris bonis: non ſunt Exhibitiones preſentium. Sed teſtimonia futurorum. ideoque faciunt fidem: eſſe ſubſtantiam futurorum non apparentium. Sic Antiquis nondum Apparuit gratia dej. Sed prophetabatur. Et nobis nondum apparet quid erimus. Sed teſtimonia habemus ſuper iis.
Vel teſtimonia dicuntũr veteris legis verba ſpiritualiter intellecta:

que teſtantur nihil niſi ſolum Chriſtum futurum. ſicut Noue legis. teſtantur. gloriam futuram: In vtriſque autem immo in via eorum eſt delectatio. Quia Exercitatio in illis Conſcientiam ſerenat ꝛc Quare vt ſupra dixi totus ps. Eſt nihil aliud niſi petitio. vt reueletur lex ſpiritualis. vt auferatur litera. proferatur Spiritus, tollatur velamen. & appareat facies Veniat Chriſtus & tranſeat moſes. Vt infra. deprecatus ſum faciem tuam .1. aduentum tuum: Ceſſet lex & regnet gratia: finiatur peccatum. & incipiat Iuſtitia Ideo Exclamauit. Beati Immaculati in Via. Quia lex non eſt ſine macula Sed ſpiritus legis ipſe eſt Sanctus & immaculatus ps. 18. Lex domini Immaculata

In Mandatis tuis exercebor. & conſiderabo Vias tuas. hoc Exerceri eſt loqui & diſputare vt .infra. dicemus Vult ergo dicere Quod non ſolum opere Sed ore & cogitatione futurus ſit in lege domini futura. Inſuper Et

In Iuſtificat. t. Meditabor. Non obliũiſcar. ſer. t. ꝛc etiam ſi nec loquar nec operer Vt in Carceribus & vinculis vt infra.

Blatt 238b: R R Retribue ſeruo tuo: Viũifi. m. & cuſto. ſer. t.

Perſeuerat in petitione ſua. de qua ſupra ſatis dictum eſt. Sed digrediendum hic paululum eſt pro multis inferius & ſuperius dictis. latius intelligendis, aut ſaltem pro anſa & manuductione dandis. ſimilia. ſcilicet cogitare & efficere

primum itaque Sciendũm. Quoniam iſte ps. aſſiduus eſt & indifferens omnibus feſtis in Eccleſia queſitum & dubitatum eſt An ſingulis poſſit recte aptari. Hic ſecundum donum dei mihi Conceſſum ſine preiudicio. dico Quod recte & optime, Quia niſi poſſet: ſpiritus ſanctus non permitteret ita fieri. Sed quomodo id fiat. labor eſt noſſe. Et dabo alijs melioribus initium Inũeniendi Vel addendi.

primo ante omnia ſcire oportet. quod ſecundum Apoſtolum .1. Corin. 13. differentes ſunt donationes ſpiritus. ex qũibus quoque differentes ſunt ſtatũs fidelium: Alii Apoſtoli. Alii prophete ꝛc Nunc autem Vnicũique ſecundum ſuum donum: datur exercertatio. [*so*] & adminiſtratio gratię ſibi Conceſſę que multi-

formis eſt: Idcirco vnusquiſque poteſt eſſe maculatus vel immaculatus in ſuo ſtatu: Item diligens. Scrũtator ſui officii aut negligens,: Ac [*Ausgestrichen:* perinde] per hoc de quolibet intelligi ſeorſum: Maxime cum etiam vnicũique non deſint. ſũi aduerſarii: qui ei pugnam ſuper dono gratię ſibi date ſuſcitent.: Cum quibus pugnet. ne pereat donum fruſtra. Quocirca ſemper habet implorare auxilium dej: Nam quod mihi eſt Iuſtificatio. ſermo. verbum. eloquium. Iudicia: alteri forte non eſt. Vel ſaltem non ſuper eodem dono eſt. quia non habet. ſcilicet. Exempligratia mihi docere & orare fideliter Eſt Iuſtificatio. Quod ſi non fęcero nihil mandatum impleo. Ruſtico autem non eſt: cũi audire & laborare fideliter eſt ſalus & Iuſtitia. Ergo.

Apoſtolis fuit cum Iudęis inimicis conflictus de lege & gratia: de Eccleſia & Synagoga. hij opus habebant gratiam inuocare & in hanc hunc psalmum orare Contra legem & legis defenſores atque gratię impũgnatores. ſcilicet vt ſtatuerent ſermones Iuſtificationes Eloquia Verba Iudicia. legem gratię: pro ſer: Iuſtif. eloq: literę. vt ſpiritum plantarent & carnalem ſenſum eradicarent. poſt hos.

Martyribus fuit cum gentibus idolatris pugna. de eadem gratia fidej & Euangelii contra Idola & errores mundi. Vt eſſent Immaculati a ſimulachris & operibus eorum. Et horum erat Iuſtificatio: Eſſe patientes in Confeſſione Euangelii & Conſtantes in tormentis: ad quę lex Euangelii eos coegit. Hii ergo gratiam & Lucem. contra idolorum errorem Inuocabant & ſuper hoc hũnc ps orabant.

Confeſſoribus Vero cum hereticis erat Bellum ſuper veritate fidej & Euangelii quam ipſi ſibi arrogabant: ſicut Iudęi Iuſtitię fidej ſubſtantiam ſibi vendicabant ſimiliter & gentes contra martyres. Hii Immaculati facti ſunt. per veritatem fidei Quia Cepit falſitas ſubintrare. Sicut Apoſtoli & Martyres Immaculati fuere. per fidem & ſpiritum. quia cepit tunc litera & mortua intelligentia regnare & Error & mendacium. Et ſic Iuſtif. Iudicia ꝛc Hii cum veritate in hoc ps. orant. Noſtris autem temporibus. Eſt pugna. Cum hipocritis & falſis fratribus. Qui de bonitate fidej pugnant, quam ſibi arrogant. per obſeruantias

ſuas iactantes ſuam Sanctitatem Et hii 4^{or} omnes volunt eſſe in lege domini & ſub ſpecie bona ſunt maculatiſſimi Volentes tamen videri puriſſimi

Blatt 239^{a}: Vltimo Moraliter. Virginibus, Continentibus, Monachis, Coniugatis ꝛc Quibus non eſt pugna ab angelo in lucis angelum figurata. Sed a manifeſte malis. Vt A Carne. mundo & diabolo. Quorum pugna non eſt in ſapientia & patientia. Sed in infirmitate. Quia tentantur paſſionibus carnalibus. Horum gemitus eſt iſte ps Quod non poſſint Immaculate ſicut vellent viuere. Et ſecundum iſtas differentias facilis eſt verſuum Applicatio. Quia eſt infinitus ps. Vnicuique pro ſua tentatione vtilis, que nititur ej maculam facere in Iuſtitiis & Eloquiis dei. Sed hec Exempli gratia in primo Verſu declaremus

[*Am Rande rechts:* .1.] primo Literali ſenſu generaliter. propheta. petit Vt dixi. Spiritualem legem venire d. Retribue: quod poteſt pro retribues prophetice dici. ſicut & omnia cętera. inferius ſequentia & ſupra precedentia Vel vt ſit oratio eius quod prophetat. ſcilicet Retribue gratiam pro lege. ſpiritum pro litera vts. petit autem retribũi. Quia ii qui legem literaliter ſeruabant licet non de condigno mererentur. tamen quia erat diſpoſitio & pedagogus in Chriſto. Sicut fides Chriſti ad gloriam. ideo de congruo fuit meritum ex pacto & promiſſione dei. & fide que erat in aliam fidem traducenda.

[*Am Rande rechts:* .2.] Secundo pro Apoſtolis eodem modo & ſenſu. Vt pugnent contra perfidiam Iudeorum. quia in eorum perſona locutus eſt propheta: [*Am Rande rechts:* .3.] Tercio pro Martyribus. qui virtutem fidei ſibi retribũi petunt in paſſione. quam ante in bonis operibus meruerant. Vt ſint fortes contra tyrannos. [*Am Rande rechts:* .4.] 4to doctores petunt contra hereticos. Veritatem fidei: quia meruerunt hoc prius [*Am Rande rechts:* .5.] .5to Obedientes & humiles, contra ſuperbos in ſanctitate & obſeruantia. qui deſtruunt humilitatem & obedientiam [*Am Rande rechts:* .6.] 6to Contra varias tentationes Virginum Caſtorum ꝛc [*Am Rande rechts:* .∧.] Vltimo Quilibet pro ſua tentatione & defectu. Vt eas vincat & ſuperet proficiendo ſicut incępit

Denique preter hec. Adhuc aliismodis poteſt intelligi [*Am Rande rechts:* 1] primo ſecundum b Aug Retribue ſcilicet tua bona pro meis malis. Quia per Adam omnes amiſimus bona & habemus multa mala Eſt autem hoc decens & proprium deitatis. Vt reddat bonum pro malis. Et non bonum pro bono ne egere noſtris bonis videatur. Bonũm inquam ſeu gratie ſeu pęnę Quia malum culpe non poteſt reddere [*Am Rande rechts:* 2] Secundo Moraliter pro quolibet retribue ſcilicet gratiam [*Ausgestrichen:* pro amiſ] pro Culpa actuali. quia ſemper amittimus: ſemper peccamus, ſemper morimur ideo ſemper opus habemus vt retribuat. & ſemper Incipiamus a nouo [*Am Rande rechts:* .3.] Tercio retribue .1. fac vt retribuas vt meritum habeam cũi premium fiat & retributio in patria. Quia Sic poteſt exponi Anagogice [*Am Rande rechts:* 4] Quarto fac me retributionem, agnoſcere & ſperare & amare: quia hoc miro modo inflammat ad Cuſtodiendum mandata.

Similiter. Viuifica me.

primo Viuificabis prophetice. Vel. O vitam ſpiritualis intelligentie retribue omnibus Iſraelitis. aufer mortem literę Secundo pro Apoſtolis. Vitam fidej retribue nobis. contra vanitatem phariſaicam. 3° pro Marty. Viuifica nos contra tortores noſtros, vt non deficiamus & moriamur. 4° pro doctoribus Viuifica. ſcilicet veritate fidei. 5to. Viuifica .1. Viuam obedientiam & humilitatem & religionem concede. 6to Viũam virginitatem. Caſtitatem ꝛc concede. ∧°. O Viuam orationem. Ieiunium: laborem coram te mihi effice

Blatt 239b: Et Cuſtodiam [*Ausgestrichen:* **Mandata tua**] **Sermones tuos:** ſcilicet ſinguli in ſuis vocationibus & officiis ac miniſteriis vts. Sic

Reuela oculos meos .1. reuelabis prophetice. Vel ſcilicet mentis mee. per lucem ſpiritualis intelligentie. amoto velo Moſi. 2° Apoſtolis. Contra phariſeos excecatos in perfidia. 3° pro Martyribus. contra cecos idolatras. pro aliis ſuo modo

Sed & tam hoc verbum Reuela quam viuifica. preter modos iam dictos: etiam 4or aliis modis vts. Retribue dictum eſt & ita per totum ps. Scilicet

Viuifica me
- a morte primi peccati & originalis
- a morte actualis peccati: quia ſemper morimur & peccamus
- .1. fac me vitam ſentire & certificare Vocationem meam,
- .1. fac me habere meritum pro viuificatione future glorie

[*Hierzu am Rande links:* .... vnicuique neceſſarium eſt vt | .... facit. in ſpiritu non litera | ... ficiat]

Reuela ſcilicet
- a Cecitate primi peccati in intellectu. ſicut viuifica in affectu
- a cecitate actuali. quia ſemper obfuſcamur varijs modis in ratione
- .1. fac me confidere & certificari. habere reuelatos oculos
- .1. fac me habere meritum. vt reuelentur oculi mei in clara viſione

Hęc ſint exempli gratia latius ſic poſita: Nunc deinceps ſenſui literali primo Immoremur. facile enim erit his ſimilia per totum ps conficere ſtudioſis

Meos dicit. Qui ſunt oculi ſpirituales: non cum beſtijs communes. hii autem ſunt anime interiores. Vnde Qui Intellectum ſuum occupant. tantummodo cum viſibilibus: Non habent ſuos ocũlos. Sed beſtiarum tantummodo. quę & ipſe vſque ad phantaſmata vident.

Et Conſiderabo mirabilia de Lege tua ‖. Hęc profecto alia ſunt mirabilia. quam quę dominus operatus fũit. Quia non de lege fũerũnt. Igitũr ſpiritualia ſunt & intellectualia. hoc eſt Quod aliter Scrip: intelligitũr in ſpiritu quam in litera: Et quam mirabiliter ſpiritus in litera latet: Hoc enim eſt mirabile in oculis noſtris Quando eam intelligentiam videmus: quam prius ſubeſſe non videbamus vtpatet in Experientia. Sic infra Mirabilia teſtimonia tua. Et Hęc crediderim eſſe mirabilia ps. 9. dicta. Narrabo omnia mirabilia tua Sed & obiter hic expoſitionem Signemus contra eos Qui quidem mirabiles expoſitiones.

allegoricas. tropolog ꝛc Vel de Scripturis ſanctis, Vel rebus aut fabulis. componunt. Sed hoc aduertant. Vt Sint de lege domini .1. ad intentionem legis domini. Vt conſonent. & non ex proprio Capite aut angelo Sathane accipiantur. Sint ergo ſumpte tales omnes intelligentię ab auctoritate & vero ſenſu Scripturę. Deinde Si mirabilia hic opera accipiantur ſimiliter timeatur. ne forte ſint. que Scripturę non conformia ſunt. Sed ſigna mendacia ꝛc Tercio. Mirabilia Legis Chriſti ſunt Quod Euangelium decernit bonum malum & malum bonum: lucem tenebras & tenebras lucem, amarum dulce. dulce amarum Scilicet ſecundum Carnem bona ſunt mala ſecundum ſpiritum & econtra. Hoc autem eſt mirabile in oculis noſtris. & ſtultum atque ſchandalum in oculis inſipientium: Quare in omnibus iſta Inueniuntur Scripturis Sanctis

Blatt 240a: Incola ego ſum in terra: non abſcon. a me mandata Nondum ſũm Ciuis ſanctorum & domeſticus beatorum angelorum. Sed peregrinus in mundo vbi eſt mors & tenebra. ideo neceſſe habeo illũminari & viuificari. Secundo poteſt eſſe verbum non querele ſed commendationis & meriti: Ac ſi dicat: facilis eſto vt me illũmines. atque non abſcondas a me mandata tua. Quia Ecce non habeo: in quo meam ſpem poſũi. preter te & mandata tua. Sum enim Incola huius mundi: Mundus mihi crucifixus eſt & ego mundo. ad ciuitatem aſpiro. de incolatu meo. Verum primaria intelligentia literalis eſt: de ſuſpirio ad gratiam & Eccleſiam venturam. Vt alibi. portio mea dominus in terra viuentium. Igitur. Nunc ſum in terra. in litera & vmbra. Sed opto eſſe in ſpiritu & Eccleſia. Synagoga eſt terra: Eccleſia Celum: illius ſum incola vt huius ſim ciuis. hoc autem fiet. Si non abſconderis a me mandata. Si non ſinas me in litera manere ſpiritum abſcondente. Sicut iſtos ſuperbos.

Eodem modo omnes qui ſunt in litera hodie cuiuſcunque ſtatus ſint: abſconditum eſt ab eis mandatum Et ſunt terrigene. ciues terre. & non incolę. vt heretici. Obſeruantini: hipocrite cuiuſcunque officii ac miniſterij. Quod ſi quis inter eos eſt corpore tantum: non conſenſu animi: hic orat recte. Incola ego ſum in terra: non abſcondas a me mandata. Sed ſinas me in

omnibus ſpiritu ambulare Et omnia agere ſine hipocriſi & ſpecie ſola ac nomine. Sed re. & veritate ſimul

Concupiuit Anima mea deſiderare Iuſtifica, t. in omni tempore Eccleſia enim vt dixi primitiua loquitur Vel in primitiua perſona propheta: Ipſa enim fuit & eſt ſemper Incola in terra. ambulans inter ſuperbos ſanctos in litera gloriantes. quibus eſt abſcondita lex domini propter ſuperbiam eorum: ſicut Iudęis tunc erat & nunc eſt. Igitur Qui ſuperbi ſunt non concupiſcunt deſiderare Iuſtificationes dominj. Sed iam Iuſtificatos ſeſe abunde putant. & omnes Iuſtificationes adeptos. Non deſiderant eas adipiſci. Sed ſolum in eis ſibi complacent adeptis. Sed iſte melius cum S. Iohan. in apoc. Qui Iuſtus & Iuſtificetur adhuc [*Cap. 22, 11.*]. hoc eſt Concupiſcere deſiderium Iuſtificationum .1. Velle vt poſſit ardenter inhiare Iuſtificationes. ac nolle vnquam ſe putare [*Ausgestrichen:* putaſſe] apprehendiſſe: Optare enim [*Ausgestrichen:* eſt] aut Concupiſcere. apprehendiſſe: eſt optare ceſſationem boni. Que Concupiſcentia eſt precipuum abſconſum. in quo mandata dej abſconduntur: Quia quomodo poteſt magis abſcondi: quam ſi putes te perfeciſſe & iam vtilem eſſe ſeruum, ac iam cum illo apoc. 3. dicas diues ſum ac Locuples & nullius egeo. Cum homo tunc incipiat. cum Conſummauerit. Igitur Velle manere ſemper in tendentia & deſiderio proficiendi: hec eſt vera humilitas Que vere dicat: Concupiuit anima mea deſiderare Iuſtificationes tuas in omni tempore. Superbi enim & acidioſi qui querunt eſſe ſancti Vel ocioſi. Concupiſcunt cito finire laborem & peruenisſe ad ſummum. Ideo Non Concupiſcunt deſiderium & Continuum ſtudium proficiendi: quod tamen neceſſarium eſt. omnibus. Sed Determinatum limitem ſuarum operationem [*so*]. ſemper ad quietem reſpiciunt. Quare Iure eis abſconduntur mandata Dominj Nos ergo hoc concupiſcamus. Vt poſſimus ſemper proficere: nec vllo tempore: pauſare aut perfeciſſe: Quod & facit Qui ſpiritu viŭit. Semper enim magis ac magis optat ſibi incendi deſiderium. quod nunquam obdormire vellet.

Ecce quam mirabilis ſententia in iſtis duobus verſibus fuit. Iudęos enim maxime in litera ſua tangit & eorum ſimiles Qui ſe perfeciſſe credunt ſe omnia [*so*] & apprehendiſſe & ſecure ocioſi ſunt

Blatt 240ᵇ: Increpaſti ſuperbos. Maledicti: qui declinant a mandatis t. Ipſi ſunt Literales Iuſti & ſancti. in quibus eſt ſolummodo & non in alijs. ſpiritualis ſuperbia a quibus & abſcondita ſunt mandata: vnde & non concupiſcunt voluntatem vt in Iuſti qui iam Iuſti ſibi ſunt. Hos ergo increpat: Qui tota Scrip. pene contra eos tonat Et nihil adeo arguitur in Scrip Sicut hoc maledictum monſtrum. quod tamen deus nunquam reliquit non Increpatum. Nam & primo in perſona propria dominus eos Increpauit vtpatet mltipliciter [*so*] in Euangeliis. [*An Rande links:* .... prius per prophetas] Deinde in Apoſtolis. Cotteſtans eos eſſe iniuſtos. Et miſſo ſpiritu mundum arguit de peccato. de Iudicio. de Iuſtitia: deinde hereticos per doctores E noſtro tempore. hipocritas: per zeloſos predicatores & religioſos Sed quia ſolum Increpat Non autem Conuertit. quia ſunt indociles & incorrigibiles. & ſponte declinant a mandatis eius. id ſunt maledicti. Non enim Auocantur. Sed ſponte ipſi declinant ſequentes ſuum ſenſum. ſuam Iuſtitiam. ſuam voluntatem: quantumlibet increpentur. Et non ſolum declinant Sed ſeſe arguentes. irrident & opropbrijs afficiunt. tanquam ignorantes aut malicioſos. quia contra hipocriſim eorum loquuntur & operantur Vnde Ait

Aũffer a me opropbrium & Contemptum. quia teſtimonia exquiſi Quod poteſt multis modis intelligi. primo Actiue ſcilicet non reddat opropbrium opropbrio ſuperborum. nec contemptum contemptũi. Et hoc. quia teſtimonia tua hoc prohibent ne faciam Sicut illud aũfer a me extollentiam oculorum [*Sirach 5.*] Secundo paſſiue & hoc dupliciter primo Culpabiliter (.1. ne ſinas me vt illi, in Iuſtitia tali opropbroſa coram te ei Sed in ſpiritu conſerua me vt maneam.) Sed iſte ſenſus parum placet. Tertio penaliter [*Am Rande links:* ps. .20. [*d. i. 2 = 22, V. 7.*] opropbrium hominum & abiectio plebis. ergo [illegible] ... ſimul iunguntur opropbrium & contemptus | ... u deſpect & | ... ectio *Und am Rande rechts:* huic conſonat ps 122. Miſerer noſtri domine quia multum repleti ſumus deſpectione.] (.1. vt [illegible] ceſſent me contemnere & exprobrari propter humilitatem legis tuę. quam ſuperbi deſpiciunt. Quod [*Ausgestrichen:* vis] horum

verius ſit neſcio, omnes poſſunt ſtare in ſenſu ſuo Quia teſtimonia dominj exquiſita hec omnia cuſtodiunt. Neque enim reddunt opropbriũm. Sed & optant ab illis auferri ne inferant & peccent. Quarto poteſt aliter intelligi vt ſit ſenſus. Queſo Vt non ſinas me timere opropbrium & contemptum crucis tuę & verbi: quia talis timor vel horror ſcandaliſat mũltos pereuntes. [*Am Rande rechts:* Sic: infra: [*Ausgestrichen:* auf] amputa obproprium meum quod ſuſpicatus ſum] Et quod iſtud intelligat petens ita confortari. Sequens verſus non nihil indicat d.

Etenim Sederunt principes. & aduerſum me. lo. Ser. a. t ex Contemptus ſum ſuperbis & opropbrio habeor. vt ps 122. Quia multum repleta eſt anima noſtra. opropbrium. abundantibus & deſpectio ſuperbis .1. contemptus. Quia ſic principes ſedent primo Iudęorum. poſt. hereticorum. & tandem omnes. qui veritatem in humilitate proponunt. non ſolum contemnuntur Sed & opropbriis ſaturantur ab ijs. qui ſapientes ſunt apud ſemetipſos. deinde procedunt ad temeritatem Iudicii & contra eos loquuntur & decernunt. A qua perditione certe nunc plurimi noſtrum non ſunt alieni: vt falſi miſerrime putant. ęo quod non ſummo ſtudio ſolliciti ſunt huius Apoſtolici moniti. Ro. 12. Nolite eſſe prudentes apud vosmetipſos Quam cito enim Incipimus priuatim & proprie ſapere: contra omnes Vel plures ſaniores & ęque ſanos mox hi ſuperbi ſumus, qui opropbrium & contemptum faciunt. Et maledicti declinamus a mandatis dej qui precepit humiliter & communiter ſapere. Nam etiam ſi veritas nobiſcum ſit. Si enim priuata & propria ſit: iam nec veritas eſt: quę omnino communis omnium eſt, eſſe vult & debet. Ac per hoc ſi eſt veritas. vitiata eſt tamen proprietate, ac ſic non veritas. Sed mendacium. Non enim Veritas eſt vitioſa. vlla in parte. Quod ſi vicium habet. Veritas non eſt. Igitur Summo vt dixi. ſtudio. iſta peſtis fugienda eſt. proprius ſenſus & priuatim ſapere: quantumũis. Iuſtum. ſanctum, verum atque bonum appareat. Non enim idipſum eſt Sed apparet.

Blatt 241ª: Nam & teſt. t. medit. mea & Conſilium. m. Iuſti Hoc iterum contra proprietarios opinionis: quia nec conſilium, nec meditatio eorum eſt lex Chriſti. Sed Inũentio & ęſti-

matio proprii capitis: eſt Conſilium eorum: dimiſſo Scrutinio Scrip. Immo. Nec meditationem habent. Quia non meditantur in lege dominj. Sed ſuperficietenus eam & precipitanter adducũt: ſi adducunt. non meditate. neque vim eius inſpiciunt aut conſiderant. quod facit meditatio. Quare ipſi peruerſi omnia peruertunt. & faciunt vt non ſit teſtimonia domini eorum meditatio. Sed econtra. ſuam cogitationem. volunt eſſe teſtimonia dominj. Immo ac ſi Scrip. debeat illis ſic dicere: Veſtra meditatio eſt mea teſtimonia: cum ediuerſo captiuato intellectu: [*Ausgestrichen:* Noſtra meditatio. debeat eſſe] teſtimonia dej. debeant eſſe noſtra meditatio Non teſtimonia in noſtra. Sed noſtra meditatio. in ipſa debet teſtimonia. intrari, concludi. & Sapere. vt non aliud vel aliter ſapiat. nec vltra nec citra: Illi autem volunt vt teſtimonia ſic ſapere. nec aliud. nec aliter quam eorum eſt meditatio. [*so*] Quocirca recte patres Antiqui dixerunt. Nihil eſſe agendum, niſi eſſet conforme teſtimonijs Scripturarum & Sanctis doctoribus. Et vere nimium eſt iniquum, Vt teſtimonia domini ſic habeantur, vt eis imponatur ſenſus noſter. Vt illum velut extraneum, ſuſcipiant, meditentur: & ſapiant. Cum nos potius econtra ſenſum illorum (qui veritas eſt.) nobis extraneum (quia. omnis homo mendax eſt.) ſuſcipere, meditari ac ſapere debeamus: Illud faciunt Iudęi & heretici. & Scioli ſuperbi Hoc ſimplices & fideles Chriſtiani, in humilitate incedentes

Ad eundem ſenſum. 7. &. 8. preced. octonarii. intelligi poſſunt. Scilicet. In Mandatis tũis exercebor. & conſiderabo vias tuas. In Iuſtificationibus tuis meditabor. Non obliuiſcar ſer t. Illi enim. per contrarium volunt. quod mandata dei exerceantur & loquantur in ſuis mandatis Immo. quod Exercitia & doctrine ſuę hominum ſint mandata dej: Et ita faciunt Idola ex auro diũine Scrip vt in prophetis argũũntur multipliciter. Vt ſi poſſint, dicant, Mandatis dej. Vos eſtote locutio & exercitium meum. Hoc ſapite quod ego ſapio. Conuenit vos Induere meum exercitium. Non meum exercitium vos ſitis vel vos Indũat Ita ſimiliter. Non Conſiderant vias dei. Sed vie dej debent ſe relinquere & vias illorum conſiderare .l. eorum conſideratio fieri Sic In Iuſtificationibus dej non medi-

tantur. Sed volunt quod Iuſtificationes dei meditentur in ſuis .1. fiant ſuę meditationes. Hoc totum eſt. Quod Scrip. ſenſum imponunt. & non ſinũnt ſibi ab ea imponi: Atque ita ſicut Chriſtum Iudej in carne tractauerunt. qui eſt veritas. [*Am Rande rechts*: Hila li. de trinitate ... | enim lect ... | is eſt] Ita iidem & heretici. Scripturam tractant, conſpuunt, crucifigunt & occidunt. Niſi quod os eius non comminũũnt. (.1. non tollunt aliquid de Scripturis & textu. [*Ausgestrichen:* Vel quia ſp] Ita nunc hic dicit Conſilium meum Iuſtificationes tuę. Sed econtra apud eos. Iuſtificationes tuę Conſilium eorum .1. quicquid ipſi deliberauerint. hoc eſſe tuas volunt Iuſtificationes vaniſſimi homines

Nunc Verba. Teſtimonia inquit. Quia non ita errarent iſti. Si clare exhiberent [*Am Rande rechts:* **Teſtimonia**] veritatem Scripturę. Nunc autem quia ſunt teſtimonia: quibus credi primum oportet. Non que mox comprehendere fas ſit. Qui enim prius intelligere quam credere volet. teſtimonia non habet Sed certam ſcientiam vt ſibi videtur. Et non ſunt ej teſtimonia ſcripturę. Sed ſcientie. Nunc autem id diſcamus Quod Scriptura ſancta eſt teſtimonia. primum Iudęis de futuro Chriſto. Quia lex & prophetę teſtificabantur Iuſtitiam dei in Chriſto Ro 3. Exquo Notabile, tu o homo tibi id diligentiſſime ſerues. Quod Vbicunque Scripture locum non vſque ad finem intelligis: neque omnem que latet veritatem comprehendis. licet forte aliquas. forte multas ibidem intelligas. Scito quod ibi ſemper tibi

Blatt 241b: eſt teſtimonium. adhuc reuelandę tibi Vel ſaltem reuelabilis veritatis. Teſtimonium enim ideo dicitur quia de futuris teſtatur & prophetat. Sed omnis locus Scripture. eſt infinite intelligentie ergo quantumcunque intelligis: non ſuperbias, non repugnes alteri, non reſiſtes [*so*]. Quia teſtimonia ſunt & iſte forte videt quod tu non vides. Et quod illi eſt Iuſtificatio vel eloquium. tibi ad huc eſt teſtimonium. Quocirca ſemper eſt proficere in intelligentia Scripture. Et ſemper prior gradus eſt velut Spiritus. poſterior velut litera Clauſa, quam prior non vidit donec reueletũr. Vnde & Apoſtolus [*2 Kor. 3, 18.*] Nos

autem Reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes transferimur [*so*] a claritate in claritatem tanquam a domini ſpiritu: & & in actiua vita fit: ſemper eſt proficere de actu in actum. virtute in virtutem. vt ibi de intellectu in intellectum, de fide fidem. de claritate in claritatem de notitia in notitiam. Que vera vita contemplatiua. Atque ſic gradus prior ſemper Spiritus & poſterior eſt Litera. Quare ſicut non eſt finis ſpe latiue ita nec actiue. Ergo noli ſuperbire. Sed obliuiſcere ram & ſequere [*Darüber:* .1. extendere] ſpiritum .1. non in vel 3° gradu ſiſtas Sed & hunc tibi facito de litera ſpiritum. itaque precedens incognitio ſemper eſt Litera ſequentis cogn nis: que fit ſpiritus. Et hic rurſus litera ad ſequentem x hoc eſt eſſe teſtimonia. Igitur Qui in aliquo gradu intelligu vel agendi poſiti. Vlteriorem: qui adhuc latet vel negligu tepidi & accidioſi. Vel ſuo modo intelligunt & agunt vt ſup & ſuperſtitioſi: Sic heretici faciunt & hipocrite atque fingu tatis ſtudioſi. [*Am Rande links:* ſunt qui Scrip: non intelli eſſe teſtimonia] Qui omnia non vt teſtimonia accipiunt. S iam finitam & reſolutam veritatem: quam teſtimonia indica Iudei enim Scripturas: non pro teſtimonijs Vel ſaltem non teſtimonijs dej accipiunt. Sed aliter quam deus per hec te catur. Ita omnes ſuperbi ſimiliter faciunt, dum ſuum ſe imponunt Scrip. & hoc per eos [*so*] volunt teſtificari. quod placet: non quod ille teſtificantur Vere

[*Am Rande links:* Meditatio] Vnde Apte addit Medi mea eſt. Quia meditari eſt intime Cogitare & interiora rim & ſemper ſpiritum introrſum ſequi: & non ſibi parietem face limitem ſtatuere quaſi iam adeptus ſis finem intelligendi agendi. Recte ergo Dixi. Quod teſtimonia maxime fidem run runt. Vt quod nondum intelligis. Credas intelligenti. & propria authoritate tibi ſenſum ſtatuas: aut alteri repugnes eo quod neſcis vel dubitas. Meditari ergo teſtimonia intus cognoſcere. quoniam ipſa ſint futurorum ſigna & teſtatio Qui enim Scrip. Non relatiue ad futura intelligit aut opera ſcilicet vt ſemper ſciat ſibi ſupereſſe, quod intelligat & agat que illud ſideliter expectet & deſideret tandem intelligere

agere: hic certe non permittit ipſam eſſe teſtimonia domini. Sed nunc vſque ad futuram vitam. ſemper ſupereſt intelligere & agere: Igitūr. ſemper non ſuperbire oportet quaſi iam ſatur. dies & locuples ſis Semper ſunt tibi teſtimonia eorum que nondum Intellexiſti aut ęgiſti. Et tamen optare & expectare debueras vt ageres & intelligeres. vt supra. Concupiuit anima mea deſiderare Iuſtificationes tuas in omni tempore. Non Quod Neceſſe ſit nos omnia intelligere & agere in hac vita. Sed quod paratus debeat eſſe animus. nunquam velle deſiſtere ab amplius agendo & intelligendo vſque inęternum. Nullum ſcire limitem, nullum finem, nullum modum Hoc eſt enim eſſe in ſpiritu libertatis: cūi non eſt poſita lex & ſtatutum. Quia amplius facit quam ſibi precipitur. Vt ſi inęternum viuere liceret: inęternum intelligere & agere ſtuderet. nec vnquam retrocedere.
hic eſt cuius Meditatio eſt teſtimonia Domini. Et Qui cuſtodit teſtimonia eius.

Blatt 242ᵃ: AdHesit Pauimento Anima mea

Iſta adheſio eſt. imperfectio populi fidelis. qualis erat in Apoſtolis: cum adhuc literam ſaperent tam intelligendo quam agendo. Atque quia nullus tam perfectus eſt: qūin in aliquo adhuc ſit perficiendus. Nullus tam illuſtratus. quin illūſtrandus. accendendus, caſtificandus humiliandus & ſic de omnibus virtutibus. Quare pauimentum eſt vnicūique ſuum Vnicuique reſtat aliquid de litera vt non ſit totus ſpiritus. de veterj homine vt nondum ſit totus nouus. de carne. de terra. de mundo de diabolo. ne ſit totus anima totus Celum: totus Chriſti, totus dej. Quare adheret pauimento anima mea. Quod & Apoſtolus confitetur. d. Ro. ∧. Inuenio aliam legem in membris meis captiuantem me in legem peccati. Semper itaque magis ac magis Indiget illuminatione & accenſione. vt proficiat qui incepit. Et vere nullus experitur. quomodo & quantum adheret anima carni & ſpiritus literę. niſi qui inceperit viam ſpiritus ire. Ipſe enim Noūit quid ſit adherere animam pauimento & clamat. O Domine Adheſit pa. anima mea. ꝛc Veruntamen prima Litera eſt de Apoſtolis. qui adhuc rudes herebant litere. antequam ſpiritus fuit datus In quibus omnium imperfectio ſequentium eſt

prefigurata. Heb. habet. pŭlŭeri quod idem eſt Quia pauimentum eſt puluerulentum: quod eſt litera. caro. Imperfectio Sed petra & ſolidus lapis Chriſtus eſt & ſpiritus. cũi adhesi ſecundum id quod ſumus ſpiritus. & perfectio. vt infra Ad teſtimonijs tũis domine. Quia ſecundum quod perfectus ſum heſi teſtimoniis tuis ego totũs. ſecundum quod autem imperf & adhuc carnalis. adheſit anima mea pauimento: Ergo tu gis magis

Viuifica me ſecundum verbum tuum. Quia ſecu promiſſum tuum peto id non ſecundum meritum, Vel iuxta tionem & regulam. Vt non ſingulariter incędam ſenſu me Hęc autem Viuificatio eſt ipſius ſpiritus .1. Voluntatis ſpiritu Quantũmũis enim doctus ſit aliquis & illuſtratus fide. niſi fectu eadem velit & operetur. nondum viuit. Que noſtro tempore rariſſima eſt cum tamen ſit eruditio pleniſſima

Vias meas Enũnciaui & Exaũdiſti me. Doce me I **ficationes tuas** .1. Vias tuas. quia meas confeſſus ſum tibi non faciunt ſuperbi. Vt vias ſuas enuncient & confiteantu mino. quoniam vię ſuę ſunt errores potiũs. Immo abſcond defendunt Vias ſuas. Quare nec exaudiuntur. Nec D Iuſtificationes Dei. Quomodo enim poteſt doceri aliena c cent ſua: quę alienis ſunt contraria

Viam Iuſtifica. tuarum Inſtrue me. & Exercebo mirab. tuis. Non tantum Iuſtificationes. Sed viam Iuſtificationum. Quid hoc aliud eſt, quam Quod via figu vſum & habitum quendam & profectum Iuſtificationum dei verſu prece. petiit vt inchoaret. nunc petit vt proficiat veſtigio viam faciat. a finibus vnde egreditur. ad viam per & per viam ad finem. Via enim Non eſt limen vel exeundi. Sed profectus & locus procedendi. Non qui inc Sed qui profecerit Hic ſaluus erit Sicut econtra qui inceperit male agere Sed qui profecerit & perfecer damnabitur

Exerceri. quid ſit, in gloſa dictum eſt ſufficienter liter & mirabilibus oct. prece verſu .2. Non enim poſſunt

aliter quam Lingua exerceri: Quia opera exerceri aliud ſane eſt Igitur Exerceri in mirabilibus. Eſt. Verba Chriſti. diſcutere, loqui. diſputare & Inuicem garrire cum ſuauitate & alacritate: ſicut Auicule in Maio. Ita Eccleſia fęcit in primitiua Eccleſia.

Blatt 242b: Dormitauit Anima mea pre tedio. hoc fit omnibus proficientibus in via & perfectionem querentibus, expectantibusque. ſicut factum fuit iis qui ſub lege. ſpiritum reuelandum expectabant. quales & Apoſtoli fuerunt ante ſpiritum. Et vnusquiſque eſt in gradu ſuo quem habet ad eum quem nondum habet ſed querit. Quia vt diximus ſupra. Gradus in quo ſumus eſt velut litera eius. ad quem imus: qui eſt finis primi & initium futuri. Sicut Chriſtus finis Synagoge & initium Eccleſie. Ita omnis virtus, omnis actus, omnis Scientia & intelligentia Sed tedium obrepit in iis: quia habitus gradus incipit faſtidiri: & nondum habitus non poteſt ſubuenire. Et ita dormitat anima pre tedio literę. & dilatione ſpiritus. In quo intermedio nihil efficacius. quam verbum dej. Quod confirmat in gradu preſenti. & excitat ad futurum. Adiuuat enim ſuſtinere literam. & facit querere ſpiritum. Vnde ps 44. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. Non ait diffuſa eſt lux in labiis tuis. Licet & hoc verum Sit. Sed Quia verbum dej ſuper omnia habet vim motiuam Eſt enim ignis non tantum lucens Sed & ardens. Et ſermo dei viuus eſt. penetrabilior omni gladio ancipiti. Igitur In omni tedio. recurre ad memoriam verbi & confirmaberis in propoſito tuo

Viam Iniquitatis amoue a me: & de lege t miſerere mei

Iſta eſt iniquitas proprie Iuſtitię. de qua ſepius ſupra & infra dictum. porro 2. pars verſus ſatis exponit .infra. Quia miſericordiam implorat non ſuperſtitioſe. Sed In lege dominj. Non enim ſingularem querit legem ſibi. Nec extra legem vt ſtulti miſericordiam Dej Inuocant. Iudęi, heretici, ſcioli ſuperbi. Qui clamant ad dominum nec exaudiuit eos ps. 17. Quare? Quia non de lege Domini Clamant. non de lege fidej. Sed de lege ſua & lege ſanctorum

Viam Veritatis elegi: Iudicia tua non ſum oblitus

Non viam vanitatis, falſitatis, mendacii. Quia non quod ego

volo: elegi Sed quod tu. Reprehenduntur enim apud Iſra
Qui elegerunt ea in quibus domino ſeruirent. omittentes ea q
debebant & dominus elegerat. Satis dictum quę ſunt Iudic

Adheſi teſtimonijs tuis: hic ponitur perfectio. ad imp
fectionem ſupra poſitum [*so*] teſtimonia autem quę ſint. in
patuit. Quibus non adheretur niſi credendo eis vt veris & ſa
bus. Quia ſi ſcirentur, iam nec teſtimonia eſſent. Sed exh
& nulla fides. Scientia itaque eorum: que conſecutus es
fides eorum que aſſequi habes. Scientia preſentium & pret
rum. fides futurorum proprię Sicut Infra. Bonitatem &
plinam & ſcientiam doce me. Scimus enim que fiunt &
ſunt. Credimus que futura promittuntur Vt Abraham Cre
deo promittenti ꝛc. Et Qui ſic Adheret teſtimonijs & pro
dei non confunditur: quia implebitur promiſſum quod cre
vt ſit ej gloria credidiſſe. Eſſet autem Confuſio: ſi non im
tur. vt infra Non confundas me ab expectatione mea I
Hic orat. Noli me confundere .1. fidem meam illuſam per
fieri. & irrita promiſſa tua

**Viam mandatorum tuorum cucurri. Cum dilataſti
meum**

Hoc facit ſpiritus qui vt dixi in differentibus gradibus
nobis. Et ſemper reuelat literam magis ac magis. ac nouos i
creat & affectus in nobis. vt curramus viam mandatorum

**Blatt 243a: L L Legem pone mihi domine Vi
Iuſtificationum tuarum** quod heb. Inſtrue mihi domine di
Quia nomen legis in heb. a verbo inſtruere & docere ven
vnde & a multis Inſtrumentum vetus dicitur. Lex moſi Q
vere Thora. quod lex dicitur. etymologice. Inſtructionem
ſtrumentum vel doctrinam ſignificat Cum autem. lex ſit da
hic tamen dari petat ſibi. manifeſtum fit, quod aliam
querit ſcilicet euangelicam & Spiritualem. Quod & ſatis
patet. Quod ipſum dominum petit legem dare. Non M
Non ait. Legem ponat mihi Moſes, Ceſar, homo quicunqu
tu ipſe domine: cuius verba ſunt vita & ſpiritus. & viam
ponis. Homo enim & Moſes illis .1. hominibus & carnalibus
nunt legem. Sed tu. mihi: qui ſum ſpiritualis futurus ſa

& filius dei. Item tuarum Iuſtificationum. Non Moſaicarum vel poſitiuarum vt dicitur quę non faciunt perfectum. Sed manum tantummodo cohibent. non animum Item Viam .1. opere exercitatam: non ait vocem aut ſcripturam aut notitiam tantummodo iuſtificationum tuarum. Sed viam & tritam execūtionem. Et ſic

Exquiram eam ſemper. Que enim. Qualis. quantaque ſit lex dej: non niſi experientia operum cognoſcitur. Ergo prima ponatur via. poſtea exquiretur: Opera enim magis quam verba intellectūant, vt ſic dixerim. Alioquin Scripturis abutitur facillime: qui non prius vita & moribus eas probauerit. & venit in errorem intelligendo non vt expedit. & metiendo ex ſe & ſuis viribus. verba illius

Hoc etiam dictum eſt Supra. quid ſit exquirere. ſcilicet ſemper interiora ſpiritus querere. proficiendo a claritate in claritatem de fide in fidem: de litera ad ſpiritum.

Semper quod & infra dicitur. Et Cuſtodiam legem tuam ſemper, in ſęculum & in ſęculum ſeculi. id oſtendit & notat. Quod lex Dej eſt immutabilis. Humanę autem Quia ſunt alligate mutabilibus ſcilicet loco: tempori: corpori. ideo hiis mutatis & differenter ſeſe habentibus leges quoque mutari & diſpenſari oportet: Inde enim venit Epicia, moderatrix legum ſecundum differentias temporum, locorum. perſonarum. poſſet enim vno tempore eſſe lex ſaluberrima: que alio eſſet nocentiſſima: pari modo de locis & perſonis. Spiritualis autem lex que animam coram deo dirigit: Quia eſt in immortali anima: que nunquam mutatur de eſſe ſuo. ideo ſemper durat inęternum. Hoc eſt quod lex ligat manum Sed non animum quem ligat Euangelium Quod docet. hūmilitatem: mititatem: caſtitatem. paupertatem: obedientiam: pacem longanimitatem fidem ꝛc Et hec omnia ex animo. De corde puro & conſcientia fideque non ficta non autem tantum in verbo vel opere hęc ſimulando Sed in conſpectu dei ſimplici corde hęc autem nulla lex humana poteſt precipere aut contraria prohibere. Neque ſi contra fiat: arguere vel Iudicare. Quia non poteſt noſſe: cum ſint in occultis & ſoli deo cognita

Da mihi intellectum: & Scruta. leg. t & Cuſto: in tot. cord. m.

Sic ps. 31. Nolite fieri ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus, Quia prius obtulit dicens Intellectum tibi dabo & inſtruam te in via hac ꝛc. Igitur Intellectus eſt a domino ſolo ſicut dicit Erunt omnes docibiles dej. Quare non eſt philoſophorum aut naturalis iſte intellectus. quo etiam viſibilia ſpeculamur. Sed theologicus & gratuitus quo per fidem res non apparentes contemplamur Ideo Vocatur Spiritus ſapientie & intellectus. Quo habito: poſſumus recte Scrutari legem .i. intime exquirere: quid habeat in ſpiritu: Euangelium enim dat Intellectum. per quem vetus lex reuelatur & perſcrutatur. Sine quo deficerent Scrutantes ſcrutinio vts. vers. 2.

Blatt 243b: Non autem niſi in toto cordē poteſt hęc lex cuſtodiri: Humana enim & exterior poteſt tantum ore vel manu cuſtodiri ſine corde. Vnde ſepe in vetere lege & prophetis precipit deus ex toto corde ſe coli: & legem ſuam cuſtodiri. quod tamen lex illa non potuit dare: quia erat litera Sed ideo tamen precepit. Vt Chriſtum optarent & peterent pro impletione eius Sicut & nunc precipit perfecte amari: quod tamen fieri non poteſt in hac vita. vt cogat nos optare futuram vitam. in qua implebimus hęc omnia

Deduc me domine in ſe. mand: t: quia ipſam Volui

.1. Voluntarius fūi ad illam. Non ſeruili timore & formidine pęnę coactus vt olim. Gratia enim facit velle & ſpontaneum eſſe. petit autem deduci: Quia proficientis eſt qui iam voluntarius vt deducatur. Impii enim & incipientis eſt reduci vel adduci & induci: Semper enim Indigemus magis ac magis gratia dei

Inclina Cor meum in teſt. t. & non in Auaritiam Sic enim Iere 6 & 8 & Iſaie 45. Accuſantur quod omnes Auaritiam ſequantur a maximo vſque ad minimum Quia qui Literam tantum ſapiunt. non ſpiritum: neceſſario legem propter terrena & lucrum ſeruant Nam Quid aliud eſt Quod Scrip. ſancte iam diu maxime noſtra ętate ſunt contemptę Iura autem artes atque philoſophie excultiſſime? Niſi quia heę ſunt de pane lucrando.

.utem ſunt pauperum. pauperum enim eſt regnum cęlorum. ıim tam parum darent lucri: artes & Iura: quam dat Scri- . Sancta: cito aboleſcerent & ſordeſcerent. Rur [*so für* ıs] ſi Scrip. lucroſa eſſet. Nihil ipſa cultius & frequentius Sed nunc deus vult ipſam eſſe pauperem & gratis datam. Vnde petit. q. d Auaritia video eſt cauſa quare literam ıſcipiant dimiſſo ſpiritu. Sed tamen domine ne ſic mihi ıgat. Inclina cor meum in teſt. Cor inquam. non tantum- manum. Inclina .1. introrſum inclina in interio- ſenſum. vt ſic auaritię obliuiſcar. Vel Inclina .1. humilia. Captiuari oportet intellectum. eo quod non viſibilia nec ıbilia exhibeat. Sed [*Am Rande links:* Teſtimonia] teſtimonia bilium ac ſic viſibilia tollit. Inuiſibilia promittit. relinquens edio vtrorunque .1. in teſtimonijs & argumento futurorum ıpparentium.

Auerte Oculos meos ne Vid. vani. In Via tua Viuif. me eſt Vanitas carnis & litere: quam facit Auaritia in Scrip. ɜaturis queri Vbi omnia referuntur ad commodum carnis. Scripta & facta ſunt. Sed hoc vaniſſimum eſt. Quia Spiri- eritate priuatur per hoc. Sic Iudęi vſque hodie ſunt Et ɔrimitiuo populo Eccleſie orat hic. Quia tunc incepit abun- iſta vanitas corruptiſſimorum Scribarum auaricie mercenna- m [*so*]. Nam & Euangelium eos Auaros vocat. & fruſtra colere eos deum doctrinis & mandatis hominum. Sed In Via Viuifica me. Hoc verbum frequens in toto hoc ps. Ideo . exponemus ipſum plene. Spiritus eſt qui viuificat. & fides ıcat: Iuſtus enim ex fide viuit Ro. 1. heb. 10. abacuk. 2. viuifica me eſt dicere. Iuſtifica me. da mihi ſpiritum: da viuam & perfectam fidem: in qua viuam & Iuſtus ſim. Sic ero viuens & Iuſtus in via tua. non in via eorum. Quia ſt mortua [*Am Rande links:* Viuifica me] Litera enim occi- & vanitas Iniuſtificat: licet Iuſtificent ſe tamen in via ſua. nolo hanc viuificationem & Iuſtificationem in via eorum. in via tua. Quod fiet. ſi prius auerteris oculos meos. ne ınt (.1. ne videre velint.) Neque videre dicendus Qui nolens ıon volens vanitatem videt, vt qui contra eam diſputant

Blatt 244ᵃ: Statue ſeruo tuo ęloq. t. in timore tuo

Semper proſequitur differentiam legis veteris & noue
litere & ſpiritus: Nam verſu .1. Exquiram eam ſemper. q
non conuenit literę: que aliquando queritur, queſita eſt. quer
& alicubi & aliquibus Item .2. Da mihi intellectum. quia L
non habet intellectum. Item In toto corde meo quia
cuſtoditur manu tantum vel dimidio & Inuito corde. Ite
Ipſam Volũi. quia litera non habet voluntarios Sed coac
more penę ſeruorum. Item. 4. Quia diuites & auari ſunt L
ram ſeruantes promittentem. terrena, Sed pauperes, qui c
clinant in teſtimonia & promiſſa futurorum. Sic. 5. Vani
non veritatem habet litera Nec viuificat Sed occidit in vi
Ita nunc Stans & ſtatuenda predicatur lex gratie. Qui
deſtituenda eſt. Statũens enim aliam, Deſtituit vtique pri
Igitur Statue firmiter inęternum. In timore tuo. I
in iſtis ſex verſibus iſtas & multas inſuper alias. ſi diligi
[*so*] diſcuſſeris. differentias inueneri [*Geschrieben ist* inueneri
ausgestrichenem s] poſſunt Quale eſt quod nunc ait. In t
tuo: non in timore ſerũi tui Moſi aut creaturę cuiuſ
Item. Seruo tuo (.1. populo ſpirituali.) non ſeruo Moſi:
Eloquium tuum, non Moſi aut cęſaris. aut cuiuſque homini
manum arcere tantum poteſt. ſicut Ro. 13. ait Apoſtolus S.
vis timere poteſtatem: fac bonum

**Amputa opropbrium meum: quod ſuſpicatus ſum: Q
Iudicia tua Iucunda** [*Darüber bis an den Rand rechts he*
Vt .infra. Memor fui Iudiciorum tuorum a ſeculo domi
Conſolatus ſum] Heb Auerte opropbrium meum: quod r
tus ſum. quia Iudicia tua bona. Cum enim a litera & va
declinarent. & cor ſuum in teſtimonia Chriſti inclinarent
viuitur tantummodo in ſpe futurorum: comtemptu preſe
quia non res Sed teſtimonia tantum rerum habentur Id
velut ſtulti, impotentes, & nihili Iudicabantur fideles. E
fiebat eis verbum gratie. in opropbrium tota die. Vt & Ie
ſe confitetur Ideo nunc petit. licet enim ſpiritus prompt
Caro tamen infirma. Et licet perfecti hoc opropbrium
timuerint. tamen Infirmi poterant timere ipſum. Vel ſa

tentari ad timendum ipſum. Ideo petit hic ſpiritum fortitudinis Vt glorioſe contemnat opropbrium crucis Chriſti. Vnde ſequitur Iudicia tua Iucunda. Sane non ait Iudicia oris tũi. forte. Quia Iudicia hęc ſunt opera ipſa crucis que Euangelica Iudicia oris decernunt, vt ſunt in contemptu preſentium viuere paupertatem: pro diũitijs: paſſiones pro voluptate. abiectiones pro honore. ſuſcipere & tolerare. horum autem opropbrium formidabile poteſt eſſe multis. Si non amputetur eis. Et videant quoniam Bona hęc ſunt anime. Licet mala & aſpera & amara carni & carnalibus Igitur ſeipſum excitat quidem & hortatur, quod Iudicia ſint Iucunda. Sed hoc non ſufficit Niſi dominum oret auferre timorem illorum Iudiciorum. eo quod infirmi ſumus ex nobis

Item Sunt quidam reperti: qui in ijs. 7. verſi. 7. dona ſpiritusſancti collegerint quorum ſtudium licet tantum audierim. non etiam viderim: Volo tamen Iuuare & confirmare Neſcio tamen ſi ordinem ipſorum tangam. Igitur donum timoris tangit verſus 6tus Statue ſeruo tuo. ꝛc Timor enim conſeruat hominem in mandatis dej. & fixe ſtatuit ea in corde eius. 7mus autem hic: habet donum fortitudinis vt dictum eſt. quia contra puſillanimitatem & timorem humanum de opropbrio crucis & Iudiciorum. 5tus. habet donum ſcientię. Quia vanitatem petit auerti & neſcire. vt ſcilicet Sciat veritatem. que viũificat. Et hoc optime conſonat Quod in via tua Viuifica me. Quia Vt dixi. lex tunc eſt Via: quando in exercitio eſt. non quando tantum in intellectu: Et Sic Exercitium adducit ſcientiam & experientiam

Blatt 244b: 4tus. ponit pietatem. ſcilicet contra auaritiam impietatis radicem & malicie. Qui ſic [*so*] Auaritia eſt radix omnium malorum. ita pietas radix omnium bonorum. Docet enim beneficos eſſe & fructum ſpiritus ferre: qui eſt bonitas:

Illa autem docet malignos eſſe & fructus atque opera carnis ferre: que ſunt ire rixe, ſecte, homicidia, mendacia ꝛc

Tercius donum Conſilii: quod maxime neceſſarium eſt proficientibus: qui iam in ſtatum aliquem Vocati & poſiti ſũnt: quia talibus vndique inſtant inſidie, tentationes. pericula. Vbi

Conſilijs abundare neceſſe eſt. Et ea que per ſapientia [*so*] & intellectum nouit. recte poſſit applicare. Sapientia enim rectiſſime primus gradus eſt. & incipientium. Quando alicũi a nouo datur cognitio & illuminatio veritatis Chriſtiane & ſpiritualis gratię. Qua ſapientia habita tanquam fundamento ſequitur intellectus etiam eorum: que prius ſine Magiſtro intelligere nequiuiſſet [*Als hier einzuschalten am Rande links*: ..... non ſemper Magiſtro | .. us habet in | .. olibet obiecto | & caſu, Sed per .... quoque ſcrutari poſ | .. t . quare & he . | .... cium Scrútabor | mox additum eſt | ... tamen Vt in eandem | .. rmam fiat . ſequitur | legem tuam ſcilicet quam | .. ſapientiam mihi po . ũiſti .etiam per intel | lectum ſcrutabor.] Nunc autem Sapientia lucet ej. & ſic tranſſertur a claritate in claritatem: & accipit gratiam pro gratia. Sapientiam pro ſapientia. quod fit per intellectũm. tunc demum Venit Conſilium quod docet vtrunque recte applicare: pro bonis faciendis & malis vitandis, Vt non peccet & bene faciat. quod eſt difficillimum inter tot pericula Multi enim preclariſſime ſunt illuminati Sapientia & intellectu diũinorum. Et tamen ea non poſſunt. tempore & loco ſuo applicare quia non ſunt viri Conſilii & non in tempore tritici menſuram expendunt. Quarto fortitudo ad ea in opus producendo. nullius reſiſtentiam metuendo Ad quid enim prodeſt Quod Conſilium. ex thezauro ſapientie & intellectus decernit regulas & modum agendi Si ignauia & timor mundi. ea non ſinat fieri? Tunc quinto fit Scientia .1. certa per Experientiam cognitio: Quod vera ſunt: que ſapientia & intellectus in fide docent. Quia Experti in vita ſpirituali & Chriſtiana. non ſunt niſi qũi in conſilio & fortitudine Sapientiam & intellectum ſuam [*so*] probauerũnt. tunc enjm demum. Sexto & aliis prodeſſe poteſt per pietatem. Nam Sciens & expertus in ſe viam dej: certũs poteſt & alium ducere. Et ita in ſumma. 4^{or} donis indiget pro ſe. Sapientiam & intellectum ad recte cognoſcendum: Conſilium & fortitudinem. ad recte & conſtanter agendum cognita: Ne Cognita vel male applicet. Vel [*Ausgestrichen:* prius] male negligat bene applicata: Hęc ſunt illa 4^{or} .ps 90. Timor nocturnus contra donum conſilii. Sagitta volams [*so*] in die. apparens fan-

contra donum conſilii: Nego: peramb. in teneb. contra
n intellectus. qui tenebras aperit. Demo. merid. contra
ıtiam donum dej .1. ſapientia mundi apparens clare.
Duobus donis indiget pro proximo. Vt Scilicet certus
Sciat per Experientiam Si voluerit dux alterius eſſe Et
or illa exercitatus ſit. Deinde Vt etiam velit per pietatem
ſcientiam apponere. pro alterius ductu. Vnico
n indiget ad deum ſcilicet timore domini: qui omnia
nmat. & perfectiſſimum. eſt omnium donorum, In quo ſoli
ıruitur Sed ad noſtra redeamus Tercius dixi Ver.
ı conſilii ponit: quia ait. deduc me domine. ſcilicet iam
m & vocatum in ſorte & ſtatione ſua. ibi enim opus erit
Conſilii: quo deducar. Nam quantumuis ſis oculatus per
tiam. aſtutus & auditor per intellectus [*so*]. & robuſtus per
ıdinem: niſi conſilio oculos. aures, viresque in rectam viam
ıris: per omnia incurres
ecundus verſus habet intellectum vtpatet ſatis expreſſe:
oteſt Scrutari etiam per teipſum que ab alio non inſtruaris
udias. Sed primus habet Sapientiam: que niſi inſtruaris
ɔoteris ſcire. quia eſt abſcondita in myſterio quam nemo
pum cognouit. Ideo Bene dicit Legem pone mihi .1. in-
me ſcilicet a nouo
atet itaque quam recte hic octo. .1. legitur pro 3ª quando
ıs ſanctus datus eſt
ılatt 245ª: Ecce Concupiũi mand. t. in equitate t. Vi
ſte verſus conſummat omnia predicta in Amore &, concupi-
ı ſpirituali: qui ſimul ſtat cum timore dominj predicto
infert eum & infertur ab eodem. Non enim hic Concupi-
a poteſt alia intelligi: quam Charitatis: que tamen nata
lege fidej. & facit eam iam nata amplius amari & appeti
ıper petere. in equitate tua viuifica me: quia Charitas ne-
nem & quietem ſui deſiderii. donec deum apprehendat.
ıicet autem hęc ad literam dicta ſufficientia ſint, de lege
ʒelica & fide futura in Eccleſia per Chriſti adũentum. ta-
[*Am Rande rechts:* **Moral . . .**] Moralis ſenſus ſemper mihi
rit: Et Vbique eſſet forte ſignandus: propter eos. quibus

non occurrit. Sed breuiter ſignemus. Quod Vbicunque petitur. Eloquium Viuificatio. Inſtructio, & generaliter bonum. per Chriſtum futurum. hanc petitionem tibi moralem ſic facito. Vt Spiritualem huiusmodi petas inſtructionem, confirmationem. perfectionem Nam cum ſimus ſemper in via & nondum in termino. Semper ad ea que nondum habemus, velut mortuos, inſipientes, errantes, malos eſſe & eſtimare debemus. & ea ita petere. Nam & vere ſic ſumus. Quomodo enim te veritas nondum illūminat: quam nondum noſti: ita nec gratia te viuificat quam nondum habes. Quare ſemper gratia pro gratia querenda. tranſeundum de claritate in claritatem. tamen in eandem formam. Non de claritate Chriſti in claritatem angeli ſathane claritatem ſimulantis Vt ſupra ſatis doctum eſt in fine. 3. octonarii Ediuerſo. Vbi petitur contra mendaciūm, iniquitatem, ſuperborum viam malam: fabulationes ꝛc & generaliter malum per Iudeos hereticos, ſuperbos factum. Sic tibi tropol. forma. contra carnis & mundi & diaboli ſuggeſtiones, inſidias, impetus non tantum tibi Sed omnibus tuis & toti Eccleſie factas [*so*]. Quia hęc ſunt vere. que fidem tuam in te & per hoc te quoque querunt occidere & perſequuntur veritatem in te habitantem ſcilicet Chriſtum cum omni bono & ſancto ſuo. Igitur ipſum Innoca vt adiuuet te. & tu Semper ora in equitate tua viuifica me. Iniqui perſecuti ſunt me adiuua me. Nam cum tibi alia & contraria fidei & ſpiritūi proponant. ſicut ſcriptum eſt. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum: quid dubitas qūin ſint non tantum falſa & vana Sed & mendacia. quia Sciūnt quod falſa ſunt & vana & tamen pro bonis ea tibi offerunt & pro veris quę interim faciunt Abſcondi tibi

Igitur Hęc notentur & Supra atque infra vbique applicentur. facile enim fiet vſitanti

E E **Et Veniat ſuper me miſericordia tua d. ſal t. ſec.** Sic enim ego Video (. ſine temeritate loquor.) quod quilibet octonarius per ſe ſonat & non a priore pendet. neque ad ſequentem pertinet quo ad ordinem verborum. Licet materia ſit fere eadem per omnes. ſcilicet Chriſti aduentus & reuelatio euangelii & gratie eiusdem: Quam materiam quilibet vt dixi Octona-

rius. perſe. a nouo exordio decantat. Immo Nec verſus ab & ex ſe Inũicem ſemper pendent: quo circa fruſtra laborant. & multum torquendo psalmum totum ſuccum eius perdunt. dum ſuis diuiſionibus & applicationibus volunt verſus omnes & ſingulos ſeruire Cum tamen ſepiſſime vnus verſus integrum ſenſum poſſideat per ſe. Igitur Cum ſit ſpiritus libertatis qui loquitur. Non noſtris limitibus ſtatutis ſeruire cogendus eſt. Sed noſter intellectus eius verbis cogendus eſt ſtare & captiuandus eſt Ego enim meo ſenſu abundans. totum hunc ps in vigintiduos octonarios diũiſum tanquam vigintiduos integros & diſtinctos psalmos accipio. Et preter quod in materia ſunt ſimiles nullam habere narrationis conſequentiam mutuam. Sicut de multis alijs ps ſibi ſimilibus notum eſt.

Blatt 245[b]: Igitur A nouo iterum petitur aduentus & gratia Chriſti. Et Veniat inquit quia Expecto Licet ſine merito: quia non tantum veniret tunc Sed redderetur potius debitum. Nec tunc eſſet ſecundum eloquium tuum & nudam promiſſionem miſericordie. Ac ſic nec eſſet miſericordia tua: Nec veniret. nec ſecundum eloquium tuum. Sed eſſet Iuſtitia mea & reddenda. ſecundum meritum meum Sic etiam Moraliter fit. Quia ſicut humanum genus recepit Chriſtum vt Iuſtitiam ſuam. Sed vt miſericordiam dei. quantumlibet congrue ſeſe diſponebat. Ita quilibet gratiam eius gratis accipit: quantumlibet ſeſſe [*so*] congrue diſponat. Non enim ex meo paratu Sed ex diũino pacto. datur. qui promiſit. per hunc apparatum ſe venturum: ſi expectetur & Inuocetur

Et Reſpondebo exprobantibus [*so*] mihi Verbum: quia ſperaui in ſer. t. dicentibus ſcilicet Vbi eſt deus tuus? Vel ſtũltũs es. quod expectas miſericordiam & ſalutem aliam a temporalium ſalute. Sic enim fidelibus ignominia crucis exprobrabatur. & horrebatur non tantum antequam Chriſtus veniret. & crucem atque omnia mala penarum in hoc mundo per ſuam benedictam paſſionem. ſanctificaſſet: dignificaſſet. precioſiſſima feciſſet in conſpectu dei: ita vt ſit hec miſericordia melior ſuper omnes vitas ps. 62. Sed etiam antequam notum fieret & reuelaretur per Euangelium: quod hęc ſic eſſent. tunc enim cepit

Eccleſia dicere. quod & alii ſancti olim dixerant. In terra deſerta. Inũia & inaquoſa. ſic in ſancto apparũi tibi (.1. in ignominia crucis tuę precioſiſſima coram te. quia precioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius. ſcilicet propter eius mortem que ſanctificat & precioſam facit illorum qui in eum credunt Ideo prius dixit Credidi Et ſic Calicem ſalutaris .1. Chriſti accepit. qui propter fidem ſuam qua Inuocant eum facit eorum mortem precioſam.). Vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam. Igitur obtenta miſericordia & ſalutari dei qui eſt Chriſtus. facile contemnitur ignominia Crucis immo in cruce gloriantur & exprobrantibus reſpondetur verbum: non ſimile exprobatur [*so*] Sed monentur & ſuaũiter docentur. Quod omnis homo mendax: qui hoc pro ignominia reputat, quod deus. in gloriam conuertit.

Hoc enim facit fides & ſpes futurorum Si enim non haberent fidem & ſpem non reſponderent verbum. Sed tacerent & conſentirent eis. crucem fugientes. & tantum in hac vita querentes bona Et ſic verbum veritatis ab ore eorum aufferretur. Contra quod ſequitur.

Et Ne Auferas de ore meo. Verbum Veritatis Vſque. Quia in Iudi. t ſup Hoc eſt, ne ſinas verbum fidej taceri a me. propter aduerſariorum reſiſtentiam. Sed eo magis adiuua me illud loqui & predicare Quia In Iudiciis. tuis ꝛc .1. in ipſis verbis promiſſionis tuę futurorum ſpem habui. Vel 2° & melius. Quando ſum in Iudiciis tuis .1. paſſionibus & crucibus tuis. tunc non tantum ſpero ſed & ſuperſpero .1. abundantius ſpero. quam alias cum ſum extra Ro. 5. patientia ſpem operatur ꝛc ps. 59. Moab Olla ſpei mee. Sane Vt & nos gratiam dei [*Ausgestrichen:* confitendes] agnoſcentes fateamur. Nos proficere ſcribendo & legendo. Videtur mihi eſſe omnino differentia inter Iudicia, & Iudicia oris. Nam Iudicia ſunt ipſe paſſiones Chriſti que in nobis abundant Et Calix domini quem bibi oportet. Iudicia autem oris ſunt Euangelica harum paſſionum [*Ausgestrichen:* doctr] precepta & documenta. Iudicia autem Iũſtitie que vers. 7. oct. 1. ponuntur Et vers. 6. oct. 8. Iudicia Iuſtificationis tuę. Et oct. 14. vers. 2. Iuraui & ſtat. cuſto Iudi. Iuſtitie Et. 20. verſu. 8. Et 21. verſu. 4. pro vtriſque accipi poſſunt. Magis

tamen credo pro primis ſcilicet Iudicijs paſſionum. Sic enim dominus nos Iudicat ne cum hoc mundo condemnemur. Mich. 7. Ne lęteris inimica mea. quia cecidi. Conſurgam enim. Quia peccaũi domino & Iudiciũm eius portabo.

Blatt 246a: Igitur Vbi hec ſupra minus ſunt bene expoſita ex hoc loco ſupplemus. Vts Paulo. Quia Iudicia tua Iucunda .1. paſſiones calicis tui. Et Iudicia tua non ſum oblitus.

Et Cuſtod. Leg. t ſemper. in ſęc. Iſte verſus ſatis expoſitus eſt vers. .1. octo. prece.

Et Ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquiſiũi. quod non credebant impii nec adhuc etiam credunt quoniam non habent intellectum ſicut equus & mulus Et ſolum ea que vident in ſanctis Chriſti, eſtimant ſcilicet anguſtias, mortes. Iudicia: tribulationes. cruces. Vel ſaltem inopiam. hũmilitatem, caſtigationem: Hęc autem non latitudines apparent. Verum intus eſt in ſpiritu: dat enim eis dominus ſecundum prophet. Iſaiam [*30, V. 20.*] artum panem & aquam breuem, vt det panem in latitudine: Carnem anguſtat & dilatat ſpiritum Crucifigit & occidit. vt reſuſcitet & glorificet. Sic alienum opus eius ab eo vt faciat quis ſuum. Ita vt recte B. Bernardus dixerit. Quod delicata eſt conſolatio diuina & non datur admittentibus alienam. Ideo Vel ab alio oportet caſtigari & premi ſicut palma. Vel a te ipſo. Et omnino Inueniri in cruce & Iudiciis. ſuper veterem hominem. Si ambulare voles in latitudine ſecundum noũũm hominem

Et Loquebar de teſt. t. in Conſpect regum & non Confund Credo tandem patere verum eſſe. quod in principio huius octonarii dixi Scilicet Verſus ſingulos non ex inuicem pendere Nam Ecce ſinguli. huius oct. habent integros ſuos ſenſus & diſtinctas materias vt patet ſatis. Niſi generali nexu eos coniungas Eſt autem impletus iſte verſus quando per totum mundum Euangelium fuit publicatum per regės enim hic omnes poteſtates ſęculi intelliguntur omnesque rectores Sicut promiſit dominus Ante reges & preſides ducemini propter me Et iterum Dum ſteteritis ante reges & preſides nolite Cogitare quomodo ꝛc [*Matth. 10, 18 f.*]

Eſt autem hęc mira fortitudo. que hic iactatur felici confeſſione. Nam niſi ante deum vel cum deo ante homines iſta

iactantia non liceret. Neque eſſet hęc fortitudo: niſi prius ambulaſſet in latitudine. Latitudo enim facit iſtos fortes ſicut Scriptum eſt. fortis vt mors dilectio [*Hoheslied 8, 6.*] Et aquę multę non potuerunt extinguere Charitatem. Non Confundebar inquit. Quia promiſſa fideliter exhibuiſti ſcilicet Ego dabo vobis os & ſapientiam ꝛc [*Luc. 21, 15.*] Et Non abſtuliſti de ore meo verbum veritatis

Et Meditabar in mandatis t quę dilexi

Sic ps. 1. antequam dixit. Et in lege eius meditatur die ac nocte: ait. Sed in lege domini voluntas eius. Quia dilectio. voluntas ſiue complacentia. delectatio. (. omnia enim hec. intelliguntur. iſto verbo heb. ibi poſito.) facit vt ſit ſtudioſus meditator legis Chriſtj que faſtidioſus obliuiſcitur. Immo & mirum eſt. diligi mandata Chriſti. & voluntatem in eis haberi: quę paſſiones & cruces huius mundi precipiunt ſubire. aut ſaltem Crucifixionem & caſtigationem proprii corporis ad redigendum in ſeruitutem. Sed Spiritualis eſt qui loquitur Et ſpiritu dei agitur omnino. Non ſic dicerent. qui carnem & terrena ſapiunt.

Et Leuaui ma: me ad maud. t. quę di. Et exercebor ꝛc

Satis expoſitus eſt in gloſa textus

Blatt 246b: M M Memor Eſto Verbi t. ſer. tuo in quo mihi ſpem de Hęc ſiue Exponantur de ſpe patrum in aduentum Chriſti promiſſum. Siue de ſpe Eccleſie in verba Chriſti de ſũi preſentia, adiutorio & gloria futura. Et hoc ſecundum magis placet Et ergo integra iterum nouo oritur exordio petitio. licet facillime poſſit ad precedentia appendi. Sed nolumus modo. Igitur Eccleſia tenet promiſſionem Chriſti de auxilio gratie ſuę in neceſſitatibus ſuis. ſicut ait. Non relinquam vos orphanos. [*Iohan. 14, 18.*] Item Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſęculi [*Matth. 28, 20.*] Item Ad eum veniemus & manſionem apud eum faciemus. [*Ioh. 14, 23.*] Et ps 33 Iuxta eſt dominus iis qui tribulato ſunt corde ꝛc. Ideo in tribulatione poſita commonefacit eum de promiſſo ſuo. dicit. Memor eſto verbi tũi in quo mihi ꝛc Quia ſpes que videtur non eſt ſpes. ideo in verbo non in exhibitione mox eſt ſpes. Sed ſinit eam tribulari & ſperare auxilium. alioquin ſi tam cito auxiliaretur. quam tribulatur.

iam fieret etiam reſiſtentia aduerſariis vt non poſſent tribulare. Sed & ſpes nulla eſſet: ideo oportet differri auxilium. & tribulationem creſcere & augeri Vt diſcat dicere

Hec me Conſolata eſt in hũmilitate mea .1. in preſſura, afflictione, perſecutione & tribulatione. propter verbum euangelii tũi: Spes enim conſolatur eos & facit cum gaudio pati Quia certificantur de futuris bonis. patientia operatur ſpem. Sed ſpes non confundit immo clarificat. ſerenat & conſolatur conſcientiam. **Quia eloq. t. Viuificauit me** q. d. ideo ſpero. quia adhuc viuo. licet moriar in paſſionibus. Viũo autem in fide filii tũi. quia eloqũiũm tũũm viũifi. Mortuorum enim non eſt ſpes. Sed viuentium.

Superbi inique agebant Vſquequaque. A lege autem t. Non dec hoc inique agere Vel eſt ipſa iniquitas ſtatutę ſue Iuſtitie. & inobedientia ſub ſpecie Iuſtitię Vel eſt perſecutio iniqua Eccleſie. heb ſic. Superbi deridebant me nimis. ſcilicet in humilitate mea. qua ſpe viuo & conſolatur. Eſt enim illis verbum Crucis Stultitia & ſcandalum Et poteſt hec eſſe cauſa infirmis declinandi a lege tua: quando timent aut odiunt derideri & contemni. Sed non ego ideo declinaui. immo eorum contemptum contemnens & deriſiones deridens eo magis appropinquaui. Et exemplis aliorum patrum me confortaũi. Quia

Memor fũi Iudiciorum tuorum a ſęculo domine: & Conſolatus ſum

Iſta Iudicia ſunt paſſiones omnium ſanctorum ab initio: in quibus eos dominus probauit & Inuenit eos dignos ſe. Ideoque ſotius paſſioni fui: quare & conſolationi. q. d Non doleo quod derideor. quod humilior: quia Video quod omnes ſancti ante me ſimilia ſunt paſſi. Vt Heb. 11. &. 12. diſputat Apoſtolus. hec enim Iudicia tua iocunda vt [*Ausgestrichen:* infra] Supra. Veruntamen doleo non pro meis paſſionibus que ſunt Iudicia tua: immo

Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquent. leg, t.

Non quia me perſequuntur. derident, hũmiliant. Sed quia ſibi nocent: dum tuam legem derelinquunt. Ecce quam pio Zelo pro ſuis inimicis laborat: que [*so*] ſua ſpe lęta eſt Vnde licet in

gloſa. illūd Iudiciorum tuorum. de ereptione Iuſtorum expoſitum ſit. & perditione impiorum: Melius tamen vniūoce cum precedentibus. de paſſionibus que in Chriſto ſunt. intelligitur. quales ē antiquorum patrum fūerūnt. Iudicia enim magis in punitionem ſonant quam ſaluationem. tamen vtrunque bene habet

Cantabiles mihi erant Iuſtifi, t. in loc. pereg. mee

Mirum enim eſt quod Iucunda eſt in loco peregrinationis immo humiliationis. Vt ps. 117. Vox exultationis & ſalutis in tabernacūlis Iuſtorum: Quid erit in ciuitate beatorum. Si in

Blatt 247a: tabernaculis exultant Iuſti? Tabernacula enim peregrinantium Vel pernoctantium eſt Sed ciuitas & regnum habitantium. Quid ergo in loco habitationis. Si Cantica ſunt in loco peregrinationis? Et vnde hęc omnia. cum contra appareant Iudicia, crux & paſſiones? Niſi quia ſpes hęc me conſolata eſt in humilitate mea. Et .infra. hoc factum eſt mihi. quia Iuſtificationes exqui Qui enim non exqūirunt. non vident neque ſciunt hęc. ſicut dominus promiſit dic. Quem mundus non poteſt accipere neque ſcit eum. Vos autem cognoſcetis eum. Quia apud vos manebit & in vobis erit: [*Ioh. 14, 17.*] Ideo enim neque vident eum . quia in vobis non extra vos eſt. Neque ſciunt eum quia non niſi viſibilia que vident: ſciunt. Spiritualia enim intelligere neſciunt. hic eſt ſpiritus, .1. ſpiritualis homo interior. qui in ijs que mundus videt premitur ridetur. hūmiliatur. Sed tamen conſolatur. & exultat. quod ignorat mundus.

Memor fui nocte nominis tūi domine & Cuſtod. Leg. t

Iſta nox ad literam poteſt primo accipi. Quia qui viūit in ſpiritu. die ac nocte deo ſeruit. eo quod interior homo non dormit nocte magis quam die: immo minus: Maxime ſi & corpus vigilet. mens in nocte capacior eſt cęleſtium quam per diem. Vt experti patres nos docuerunt. Vnde & Eccleſia ſalubriter noctem exercet in laudibus dej

Secundo. Eſt ipſa tribulatio & aduerſitas. in qua non niſi perfecti & robuſti memores ſunt dei. Tercio. Eſt abſconſio & ignorantia viſibilium Maxime in affectu Et ſola Inuiſibilium. per fidei calignem [*so*] contemplatio. de qua inquam. Nox mea in

deliciis meis. [*Ps. 138 = 139, V. 11.*] Et. 18. Nox nocti indicat ſcientiam

Hęc facta eſt mihi: quia Iuſtificationes. ſatis ſupra expoſitum eſt: Qui enim non exqũirũnt Iuſtifi eius. hęc non fiunt ej Sed horum Contraria. Scilicet quod etiam die obliuiſcuntur deum. & odibiles atque luctuoſe eis videantur Iuſtificationes tuę. eo quod Superficiem earum intuentur. Sed non exquirunt: quod ſi facerent: alii fierent

P P Portio mea domine: dixi Cuſtod. Le. g t

Quia qui non quęrit temporalia & tamen nondum habet ęterna. in medio vtrorunque .eſt Ergo non habet portionem niſi Legem. Vt .infra: hereditate acquiſiui teſt. t. inęternum [*Vers 111.*]

Deprecatus ſum faciem tuam tuam [*so*] **in tot. corde me. miſe. m. ſecundum E** t faciem .1. aduentum tuum. reuelationem tũam: Euangelium tuum, ſpiritum tuum. Quia Litera, dorſum tuum eſt. & receſſus tuus: Velatio tua: lex mortis. Et caro nil prodens hanc enim precantur Literales: Et hec eſt portio eorum: Sed portio mea: facies tua. Loquitur autem de primo aduentu & reuelatione gratie. quia ſequitur. Miſerere mei ſecundum Eloquium tuum. promiſſa enim mihi hęc ſunt. ideo non virtute meritorum meorum Sed miſericordia promittentis poſtũlo faciem tuam. Vt ſit mea portio cuſtodire eandem Quia facies tua. lex tua ſpiritualis eſt.

Cogitaui Vias meas. Et Conuerti ped. m. in teſt. t.

Cur non potius oblitus es? maxime cum eas ire nolles Sed ſicut ſupra: Vias meas enunciaũi & exaudiſti me: Confitendi ſunt noſtri errores & defectus deo. Qui tunc plenius cogitantur. quando facies domini ſuper nos illuſtratur. Et ſic incipitur a nouo Alia Vita. Vel proficitur ad noũiorem. que nihilominus eſt quedam Conuerſio & inchoatio.

Blatt 247ᵇ:

paratus ſum & non ſum turbatus Vt Cuſtod. mand. t.

Quia incipienti mox ſuſcitatur aduerſarius: Vt probet dominus Iuſtum ſubito & viſitet diluculo, ne ſit ocioſa gratia Conceſſa. Sicut Chriſto Nato. mox inſurgit herodes Ideo paratum eſſe opor-

tet ſicut ait Eccleſiaſticus. [*Cap. 2, 1.*] fili accedens ad ſeruitutem dej. Sta in timore domini & prepara animam tuam ad tentationem. Si enim fueris paratus. non eris turbatus Vel ſaltem minus turbatus. Vt cuſtodias mandata tua. licet forte turberis. ad cuſtodiendam ſalutem. ſubſtantiam, familiam. quam tunc vtile & ſalutare eſt negligere. Nec hic negligens ſis. Heb. ſic feſtinaũi & non neglexi: quod idem eſt. Non ſum turbatus. ſcilicet vt negligerem mandata tua. Bonum enim eſt turbari. ſi in tuis rebus agas. vt illas negligas. propter mandatum tuum, Sed ſecus. malum eſt

Funes peccatorum Circumplexi ſunt me: & leg. t Ne ſ. obl.

Sic enim Eccleſie cito ſuſcitatus eſt aduerſarius multiplex: Sed quia parata fuit. non turbata eſt. quantumlibet quoque funes peccatorum eam comprehenderent. non eſt oblita legis dei ſui quia fuit parata Vel feſtinauit ſcilicet ex hoc ſeculo per amorem cęleſtium

Media nocte ſurgebam ad Confiten. t. ſuper Iudicia Iuſti. t. Satis ex dictis patet. Nox autem vt paulo ſupra diſtingui ſimiliter poteſt: ſecundum. 3. modos. quanquam ſatis expreſſe ad literam hic notet: ſurgendi morem in Eccleſia in media nocte Nam ſupra neque ſurgendi, neque medie noctis fecit mentionem. Aliud ſane eſt. memorem eſſe in nocte. quod ſolo animi officio fieri poteſt: ſicut ps 62 Memor fui tui ſuper ſtratum meum, in matutinis meditabor in te. Sed ſurgere tam ad corpus quam animum pertinet. Ergo Vbi poteſt fieri. & refert. de vtroque intelligi debet. Similiter Media nox. vtrique conuenit. Igitur cum res conſonet. pro vtroque ſe cogit accipi

Particeps ego ſum omnium timentium te & Cuſtod. mand. t.

In quo ergo participat? In Vtroque ſcilicet paſſionibus & conſolationibus: & neutro ſine altero. Qui enim participat in primo participat etiam in ſecundo: Et qui non ibi neque hic participare poteſt. ſic prouer: [*Ausgestrichen:* In Gaud] Cor quod nouit dolorem: in gaudio eius non miſcebitur extraneus. [*Sprüch-*

wörter 14, 10.] Quamuis in iſto verſu diſtingũi videri poſſit timor & timor: ideo non contentus. dixiſſe. timentium te. addit & cuſtodiencium mandata tua

Miſericord. t domine plena Eſt terra. Iuſtif. t. doce me

Hec eſt gratia in Chriſto futuro promiſſa: & nunc repleũit orbem terrarum ſpiritus domini vt ps. 138. Quo ibo a ſpiritu tuo & quo [*Ausgestrichen:* ibo] a facie tua fugiam. Et 18. Nec eſt qui ſe abſcondat a calore eius. Quia Occurſus eius vſque ad ſummum eius. vt adimpleret omnia aſcendit ſuper omnes cęlos Ephe. 4.

Blatt 248a: B B Bonitatem fęciſti cum ſer. t. d. ſecundum Ver. t

Vt ſepe ſupra dictum eſt. Quod deum nullus poteſt dicere bonum: niſi qui eum ſolum bonum dicit ſicut vere ſolus bonus eſt. ac per hoc nos mali: Vt luce 11. Vos cum ſitis mali. Et Matt. 6. Sufficit diei malitia ſua. Non tantum autem Incipientes eum ſolum bonum habent confiteri. Sed & proficientes. qui iam boni ex ipſo ſunt: non ſolum ideo quia mali fuerunt: Sed etiam, quia mali ſunt: Nam cum nullus ſit in hac vita perfectus. ſemper ad eam bonitatem quam nondum habet: dicitur malus. licet ad eam quam habet ſit bonus Nam nullus etiam peſſimus, eſt. quin aliquid in ſe habeat boni ſaltem naturę: Et nullus licet optimus, eſt quin aliquid habeat mali: Vnde merito poteſt coram deo dici malus Igitur Sic etiam de omnibus ſimilibus ſcilicet Iuſtus, ſapiens, verax ꝛc Vt apoc. 22. Qui Iuſtus eſt Iuſtificetur adhuc: ſic qui bonus eſt: bonificetur adhuc: Quare cum ſit talis apud nos mixtio. ſi dixerimus quoniam boni ſumus & peccatum non habemus. veritas in nobis non eſt, Cum ſolus deus bonus, Iuſtus, verax ſit: Nullus autem ſolus malus, Iniuſtus, mendax eſt. quia pure malus eſſe non poteſt vllo modo. Igitur ſemper medii ſumus inter bonitatem, quam ex deo habemus & malitiam quam ex nobis habemus. donec in futuro abſorbeantur omnia mala. & ſit ſolus deus omnia in omnibus. Vt iam nec nos noſtri ſimus Sed dei & deus noſter

Quanquam Bonitas vſitatius in Scrip. pro ſuauitate, innoxio, non afflictiuo aut penoſo accipi ſoleat: quam pro Iuſto aut vero

& ſancto vt Ro 8. pro Iuſto vix quis moritur. Nam pro bono quis forſitan audeat mori: Igitur Chriſti aduentus. Eſt bonitas noſtra: quia penas que ſunt mala noſtra abſtulit a conſcientia primum, deinde etiam auferet a corpore Et ſic perfecte erit bonitas noſtra Item Bonitas vts dicitur Quia redditur non pro bono quod eſſet Iuſtum. Sed pro malo nobis & iniuſtitijs noſtris. Sic Apoſtolus dicit Galat. 5. dicit [*so*] Quod fructus ſpiritus. ſit non tantum benignitas. Sed & bonitas. Benignus enim eſt qui liberaliter. hilariter. benigne. teu *gutwilliglich:* benefacit Vel qui amicabiliter cum aliis Negociatur. [*Am Rande links:* benignus *fruntlich Gutig* Bonus] Sed. Bonus eſt perfectior. ſicut pater ſuus cęleſtis. qui & malis benefacit & ingratis. reddens bonũm pro malo. & augens bona ingratis. ſicut facit & deus. O rara auis: Benignus autem poteſt retrahere manum, Et ſuo offenſori non benefacere ac ceſſare benefacere. Sed non bonus

Feciſti inquit. quia olim promiſiſti: ideo. ſecundum verbum tũum feciſti hanc bonitatem Sed quid prodeſſet: ſi nullus agnoſceret. aut ſciret tantam bonitatem? Eſſet enim nulla vtilitas ſecundum Eccleſiaſticum. in thezauro abſcondito. & ſapientia occulta. [*Sir. 20, 32. 41, 17.*] Sed Inueniatur & notificetur. Ergo ſi miſiſti filium. doce nos per ipſum. quis ſit. ne erremus in alio Vel ipſum [*Ausgestrichen:* non] negemus. Vnde Quia Chriſtus hũmiliter apparuit. nullus eum cognouiſſet, niſi deus eum reuelaſſet. Nam & Iohan. bap. ait Et ego neſciebam eum Sed qui miſit me baptiſare in aqua. hic dixit mihi ꝛc [*Ioh. 1, 33.*] Multi proinde. hoc Nomen Iheſu deducunt ab iſtis duobus. ſcilicet Iah Saua .1. deus abſconditus. Vt Iohan. Reuchlin dicit & pulchre. niſi obſtaret Vel ſaltem alio modo Angelus ad Ioſeph interpretaretur dicens. Vocabis nomen eius Iheſu. ipſe enim ſaluabit populum ſuum a peccatis eorum. Igitur dicit

Bonitatem & diſciplinam & ſcientiam doce me: quia mand. t Credidi

Blatt 248ᵇ: Chriſtum enim Scire Eſt Bonitatem & diſciplinam ſcire: Bonitas dicitur ad ea, que pertinent ad ſpiritum & nouum hominem hęc enim ſunt bona: Diſciplina ad ea que pertinent ad carnem & veterem hominem. hęc enim aſpera &

nala. Igitur per bona & ſuauia ſpiritus & interior homo Iuſtificatur ſaluatur, beatificatur. per aſpera & mala caro & exterior homo crucifigitur. Iudicatur & condemnatur. que duo euangelium docet .1. Bonitatem & diſciplinam. Sed fruſtra fit doctrina, ſi auditor non percipiat & Sciat: quod docetur. Ideo hic petit & Scientiam q. d Scio quod paulus poteſt plantare. Apollo rigare & docere bonitatem & diſciplinam. Sed non ego ex ijs scientiam habebo. niſi .tu in illis me doceas. bonitatem & diſciplinam etiam per incrementum doceas & ſcientiam. Nam non omnes obediunt euangelio. Sed iſta Expoſitio de ſcientia non plene mihi placet. ideo aliam queramus. ſimul cum tex. heb. qui ſic habet. Bonum ſermonem & ſcientiam doce me: qui mandatis t redidi. hic Bonus ſermo tantum non diſciplina exprimitur licet non ideo negetur. Eſt autem idem Sermo bonus. quod bonitas ts euangelium ſcilicet de ſummo bono nobis per incarnationem lato: Vnde & Euangelium bonum nuncium dicitur quaſi hic exoſuiſſet dicens. Bonum ſermonem. Et Zach .9. Quid enim bonum eius & quid pulchrum eius niſi frumentũm electorum & inum germinans virgines .1. Euangelium.

Igitur Scientiam ego intelligo moralem doctrinam, quam dat doctor & percipit auditor Sic enim 1 Corin. 8. de iis que imolantur [*so*] idolis Scimus: Scientia inflat. Et recte mihi b. Aug Sapientiam & Scientiam diſtinxiſſe videtur. quod ſapientia ſit eternorum. Scientia temporalium. Non quidem metaphiſica aut naturalis. Sed ſcire ea pro temporalibus vti & in hijs viuere ſecundum deum. non peccando in eis Scire quantum expedit & quantum licet ea tractare Et quando ſine. quando cum peccato. Auari enim. ambitioſi. luxurioſi. guloſi. abutentes creaturis videntur eas neſcire. Rurſum ſuperſtitioſi & nimium conſcientioſi qui nolunt vti. ſimiliter non ſciunt. Igitur

Sapientia donum ſpiritusſancti Eſt ſimpliciter ex fide Chriſtum & ęterna Cognoſcere & ſpiritualia quecunque ſunt credenda de futuris & Inuiſibilibus

Intellectus proprie eſt Allegorias in Scrip. & creaturis cognoſcere: & vltra id quod videtur oculis aut ſenſu percipitur. etiam intus intellectu aliud percipere. quod eſt vtiliſſimum

donum contra Iudęorum. hereticorum inſidias qui Scrip. & ex aturas falſe adducunt & ſeducunt ſimplices qui non interiora penetrare poſſunt

Conſilii & fortitudinis ſatis ſupra dictum. Scientia ... Iam dicta eſt que ſit. Et pietas atque timor ſupra latius ... [*Ausgestrichen*: 3.] 5. Vnde hic formulam ponimus

Quod Vbi intellectus dari petitur in hoc ps vel alio ... intelligi Spiritualis intelligentia vel allegoria alicuius Scrip. ... figuratiue ponitur vel poni videtur. contra eos qui eam ... liter accipiunt vel allegant. ſicut ps 31. contra Iudęos. ... fieri ſicut ęquus & mulus quibus non eſt intellectus .1. ... carnaliter omnia intelligere

Vbi docere vel doceri ponitur proprie moralis eſt traditio Doctrina enim pro morum eruditione accipitur frequenter Scrip. .1 Corin. 14. Si venero in doctrina. prophetia ... damus tandem iſtum verſum (.1. doce me euangelium me ... populum fidelem qui expecto te doctorem Iuſtitię in Chriſto Scientiam (.1. temporalium veram notitiam & vtilem ad ſa vt ex ſermone bono ſciam omnia futura bona. que nunquam Ex ſcientia autem etiam ea cognoſcam bona. que oculis ... Multum enim differt res videre & Scire. Et hoc ide ... mandatis credidi. fides enim Eſt ſapientia & facit ... & Scire omnia Qui enim non humiliat ſenſum ſuum vt cre audiat. non poteſt erudiri ad ſapientiam fruſtra enim fur bula narratur. Diſcentem ergo oportet credere Et ſic ſa piens & Sciens vnde ſequitur

Blatt 249a: priuſquam humiliarer ego: deliqui: ... eloq. t Cuſtod Heb. Antequam audirem ego ignoraũi. ... autem eloquium tuum cuſtodiũi. Sicut enim Diſcipulus non ... fieri doctus & ſapiens, niſi audiat & credat: Ita homo non ... Sapere & Scire: niſi [*Ausgestrichen:* ex] auditũi verbi dei ... credat & ſinat ſe doceri Sed quia omnibus contraria ... verbum dei. ideo multi ſuperbi nolunt audire ac ſic nec ... nec ſapiunt. Quare niſi quis efficiatur puer & humilis. ... ſcire arbitrans. Sed tantummodo audiens. quantumuis ... contraria. non fiet ſapiens vnde .infra. Declaratio ſerm...

tuorum illuminat & intellectum dat paruulis [*Vers 130.*] Et hoc noſtra tranſ. clarius exprimit. Quia nolle audire verbum dei: eſt non humiliari ſed ſuperbe ex ſenſu proprio cui fit verbum ſtultitia refutare. Sed quia inde non ſolum remanent ignorantia: immo maximum delictum. ſcilicet inobedientia & incredulitas ideo dicit Ego deliqūi. Et poteſt intelligi Conditionaliter Vt Si ego non humiliarer audiendo: peccarem certe infidelitate & cecitate: & quilibet qui ita facit. Sed nūnc Eloqui. t ꝛc

Bonus es tu in Bonitate tua doce me Iuſtif. t:

Ergo ego malus? Vtique. Sed ſatis ſupra dictum eſt de bonitate. Atque hic Ecce iterum. doce me inquit. tangens vtique moralem. non autem Moralem qui in moribus & ceremoniis ſit. quoniam ſpeciem pietatis multi habent. virtutem eius abnegantes. Et moribus omnia ſimulant. [*Am Rande rechts:* docere] Sed moralem appellatiuam. & doctrinam. eam notitiam que ſpiritum .1. ſpiritualem voluntatem duntaxat dirigit in volendo. agendo patiendo. amando. odiendo. Nam que mentem & intelligentiam dirigunt (.1. vt ſapiat que ſapere debet. [*Am Rande rechts:* Intellectum] intelligat que intelligere debet. que in noſtra poteſtate fieri vel non fieri. penitus non ſunt. vt Credibilia & ſperabilia atque diligibilia, cum allegorijs & myſteriis ſuis. pertinent ad intellectus dationem ſeu ad illuminationem. Sed Moralia & doctrinalia ad ea que per nos fieri. tolerari dici. audiri. cogitarique poſſunt ex intimo ſpiritu: non tantum in ſuperficie & litera. Vnde Vtrunque Apoſtolus in Epiſtolis ſuis obſeruat. primo Intelligibilia & que ſunt mentis vt intelligat tradit Vt Ro per. ɪɪ. c. Deinde doctrinam dat ſpiritui & voluntati a. 12 vſque ad finem: Ita & in aliis quoque facit

Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum: Ego autem tot. cor. ſcr. m. t. Heb. Applicabant mihi mendacium ſuperbi. ſeu. Compoſuerunt ſuper me falſum ſuperbi Quod dupliciter intelligi poteſt. primo quod impoſuerunt mihi falſa crimina ſeu calumniati ſunt me. dicentes me legem Moſi deſtruere & diſceſſionem ab ea docere. cum tamen potius legem ſtatuerem. ſed non ſicut illi. immo ſicut tu me in bonitate docuiſti Iuſtif. uas Aliter .1. ſtuduerunt mihi mendacium ſuum perſuadere. &

iniquitatem ſeu propriam Iuſtitiam contra Iuſtitiam fidei & tuam que eſt iniquitas maxima. Nec aliunde niſi a ſuperbis orta: q ex Iuſtitia operum ſuorum volunt eſſe Iuſti: vt Iuſtitia & S Chriſti non indigeant. ne ei humilientur & obediant. Et iſte ſ ſus magis placet quia ſequitur Ego autem in toto corde

Coagulatum eſt ſicut Lac cor. eorum. Ego Vero le **meditatus ſ.** q. d non potuerunt mihi perſuadere quia l tuam meditatus ſum. Vel ſi primus ſenſus placet: Ex p verſu. remedium poſuit. quia in toto cord. ſcrutabor mand quia interiora eius Vidi ſcilicet ſpiritum. ideo iniquitatem non ſuſcepi. Ipſi autem non ſunt Scrutati interius. Sed tan exterius ea aſpicientes: ſicut Chriſtum in cruce pendentem. I iniquitate Inuoluti ſunt Et hinc cor eorum Coagulat ctum eſt. heb. Incraſſatum eſt velut adeps cor eorũ videtur contraria ſententia noſtrę

Blatt 249b: ſicut ps .16. Adipem ſuum conclũſerun ſuum pinguem carnis ſenſum compoſuerunt Cor ergo ſicut A Eſt cor plenum craſſo carnis ſenſu. atque leni ac blando alter alterum linit. palpat. blanditur. Igitũr hic n lacte dicitur tamen & ipſum expediamus. Lac enim ter magis quam coagulum. Et ſcriptura lac vocatur Iſaie. 5. Euangelium. 1. Corin. 2. lac ergo Coagulari Eſt de ſpiritua de Euangelio in craſſam literam degenerare. Sic ergo & I lacteo Scripture ſenſu. in coagulatum literę ceciderunt quoque circa glo. dicta ſunt

Bonum mihi quia humiliaſti me Vt diſcam Iu

q. d Gratias tibi ago vt non cum illis ſuperbirem. a & ipſe cum eis compoſuiſſem iniquitatem. & in coagulum veniſſem. Et nunquam audire & diſcere potuiſſem legem Nunc autem quia afflixiſti me & hũmiliaſti coram mundo fit vt ad veram legis tue cognitionem perueniam. Nam & etiam multis prodeſt vt a domino percutiantur. Sic enim aperit oculos & aduerſitas. quos proſperitas clauſit & co qui ſi in proſperitatis flore permanerent nunquam ad dei cognitionem peruenirent Nam ſicut Calor lac coagulat Ita carnis ſi floreat & liber ſit craſſum cor & coagulatum faci

minus quam Doctrina Calida, de ſapientia carnis & hominum. Igitur Ne humana ſapientia inflet immo accendat cor ipſumque coagulet neceſſe eſt eam humiliari & captiuari in obſequium Chriſtj. ſicut hic dicit Bonum mihi ꝛc vt diſc. .1. Bonum eſt meam a me ſapientiam tuliſti. vt dares tuam. Hanc autem humiliationem nolunt ſuperbi quia ſuperbi ſunt. & ſua eos ſapientia delectat. & ſenſus inflat immo accendit potius & reſoluit in Coagulum craſſum cor & graue ad omnem fidei veritatem reprobum & inutile Sed tantum vt diligat vanitatem & querat mendacium .1. iniquitatem Eodem modo Et Carnis Calor atque proſperitas ſtulta que ſapit ⟨ diuitias / honores / Voluptates ⟩ niſi in iſtis humilietur & affligatur: non diſcet Iuſtifica. dei Sed in vanitate ſenſus ſui pertranſibit. Malum ergo illis ſi non humilientur Bonum autem mihi quia humiliaſti me. Et hic moralis tamen potius eſt ſenſus quam propheticus. qui de literali doctrina & ſapientia loquitur

Bonum mihi Lex oris tui ſuper milia auri & arg.

Quod non credunt illi: qui terrena ſapiunt & ſuum ſenſum: in quibus nolunt humiliari Sed potius malam eam reputat. [*so*] quia ſolum in illis eſt. qui humiliantur in predictis: pauperum enim eſt regnum cęlorum. Cum itaque horreant in iſtis humiliari. ſimul etiam legem eius horrent Malum eſt enim apud eos. paupertas, contemptus, afflictio corporalis. Ergo & mala lex que iſta docet aut requirit. Cum eorum lex contraria iſtorum promiſerit vt putant ſcilicet aurum argentum, honorem. gloriam. voluptatem ꝛc Contra quod hic dicit. ſuper milia auri & argenti q. d etiam ſuper legem eorum que hec promittit & omnia que promittit Quia eſt lex non bona. Hęc autem eſt lex bona Quia Vera bona promittit & preſtat .1. ſpiritualia & ęterna que ſunt pura & innoxia. Iſta autem nunquam ſunt pura aut ſaltem innoxia
Vnde & addit. Oris tũi. Non oris Moſi ſerũi Sed os domini Quod eſt vniuscuiuſque per quod ipſe loquitur. Loquitur autem. quando viũũm & ſpirituale verbum loquitur. omnia enim ei viũũnt ſeu verba ſeu opera

Blatt 250a: M M M tuę fęcerunt me: & plaſmauerunt me da ꝛc

Animarum factor & corporum plaſtes eſt deus. Animam ex nihilo facit. Sed corpus de terra & ex ſemine plaſmat. Vtrunque philoſophi ignorauerunt & multum vana cogitauerunt in vtriſque Igitum [*so*] cum ſim totus tuus omni Iure. Da mihi intellectum .1. ſpiritualem intelligentiam veritatis & fidej in litera latentis. vts ſatis dictum eſt. Vt Diſcam mandata tua Cur nunc primum dicit. vt diſcam. cum ſupra ſepe dixerit ſe ſeruaſſe exquiſijſſe ꝛc. Niſi Quia ſupra prophetauit. ita futurum. Nunc autem idem petit vt fiat: futurum enim fuit Vt populus dej mandata fidej. Sciret. faceret, doceret. vt ſupra de ſe dixit Sed quia nondum erat Ideo in hoc oct, & preced. petit fieri. Vel 2o Quia ſemper indigemus intellectu ad diſcendum: Quia proficiendum eſt ſemper. & qui ſe putat apprehendiſſe: neſcit ſeſe incipere adhuc Semper enim ſumus in via. Et relinquenda que noũimus & habemus. querenda quę nondum nouimus & non habemus. Vnde dominus non ait Scitote Sed diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde Multum eſt enim & abyſſus vel ſola humilitas ad diſcendum. que tamen eſt omne fere mandatum dei & omnis Iuſtitia vt dicunt doct. ſuper Iohan. 3.

Qui timent te, Videbunt me. & Lętabuntur: quia in verba tua ſuperſperaui Quod ideo dicit. quia. vt infra vers. ſeq. dicit Iudicia domini portat & humiliatur in veritate. In quo reputatur vilis & tanquam a deo maledictus. ſecundum inſipientiam hominum carnalium Qui ignorant quod ſalus eſt Spiritus. ſub Iudiciis huiuſmodi & paſſionibus Chriſti. Igitur illi quidem nec videre eum dignantur. Sed contemnunt. Timentes enim vbi non eſt timor. horrent paupertatem. afflictionem, contemptum populi fidelis in mundo ſicut Amici Iob: Sed qui ſolum deum timent & omnia que ſunt mundi ſeu mala ſeu bona neque amant. neque timent. ipſi lętantur & congratulantur ej: quia vident bona eius ſpiritualia que habet in ſpe. vnde ſequitur. Quia in verba tua ſperaui. immo ſuperſperaũi (.1. abundantius ſperaũi .quam ſi non eſſem in Iudiciis & flagellis tuis Et ideo eſt verbum Exhortatorium ſũipſius dicens. Quid mihi, quod inſipientes me horrent

& ſaſtidiunt? Sufficit quod timentes te. Videant me & congratulentur mihi. Nam & Amici Iob. contriſtabantur [*so*] cum eo Sed ſecundum carnem Non autem congratulabantur ej ſecundum ſpiritum: quam Conſolationem ille expectabat ab eis. Ipſi Vero non fecerunt. Sed potius econtra eum arguebant tanquam demeritum Et quaſi pateretur tantum penam pro peccato infructuoſam. Eoquod fructum illius Iudicii ignorarent. Ideo ait Onerofi vos conſolatores mej [*Hiob 16, 2.*] Et hoc ſequitur.

Cognoui d. quia Aequi. Iud. & in veritate t humiliaſti me

hoc enim illi non cognoſcunt. ideo horrent me & non lętantur ſuper me. immo & iniquas reputarent iſtas paſſiones ſi ſibi fierent & neque in veritate Iudicia dominj. Nunc autem Nos Nonne quando videmus martyres in pęnis: miro modo lętamur de eorum agonibus. coronis triumphis? Et quemlibet portantem Iudicium crucis Chriſti quocunque modo. Beatum predicamus & gaudere in tribulationibus docemus & ſcimus. Vnde iſti recte dicunt. Qui timent te, videbunt me & Letabuntur ſcilicet de meo Agone. Quia in verba & promiſſa tua ſperaui. Vident enim me ſpem habere in te. & per eam omnia contemnere & ſuperare.
Sed quomodo Cognoſcit. Quod Iudicia eius ſunt ęquitas. & in veritate humiliat .1. affligit & flagellat? primo quidem quia ęquum eſt Vt omnem filium erudiat. Quis enim eſt filius quem non corripit pater? Si ergo equum eſt. Vt filius futurus Heres. prius flagella patris & diſciplinam portet. Quomodo non multomagis ęquum eſt Vt pater cęleſtis filium ſuum ęternę hereditatis poſſeſſorem futurum, caſtiget & diſciplinet? Quod Si tot Iudicia, penę, mortes, martyria, cruces, gladii, ignes. beſtię. quibus ſancti caſtigantur ſunt paterna verbera. & amica flagella. Quid erit Iudicis ira ſuper [*Ausgestrichen:* ſancte] Impios? Et Si hęc in [*Ausgestrichen:* arido Vel] viridi ligno [*Geschrieben* lingno *und das erste* n *ausgestrichen.*] facit. in arido quid fiet? Et ſi a domo dei Iudicium

Blatt 250b: eius Inchoat. quis erit finis eorum qui non credunt euangelio? Ita enim Vix Iuſtus ſaluatur & peccator & impius Vbi parebunt Secundo Quia etiam in veritate humiliat &

affligit. Nam omnes ſumus maſſa perditionis, & debitores mer
ęternę. Nunc ergo Ne peccatum Impunitum tranſeat mutat v
propter Chriſtum, ęternam penam in temporalem Ex maxima
ſericordia. Et non facit irritum verbum ſuum. Te
Quia non venitur ad premia magna niſi per magnos lab
Equum eſt enim, laborare eum & ſeruire & pati. qui vult
ſcere, regnare & frũi. vt omnis experientia loquitur in rebu
ſibilibus: que tamen ſunt figura & vmbra huius: que eſt ver
Vnde ait Et in veritate tua humiliaſti. poteſt ſic Accipi (l. S
homines literaliter humiliantur antequam exaltentur. ita t
ſpiritualiter & vere in veritate tua facis. licet & ipſi vere fac
quodammodo in veritate .l. in opere & facto: Sed non ex c
humiliantur.

Fiat miſericordia tua D. Vt Conſole. me ſecundu
Eloq. t ſer. t de vtraque conſolatione intelligitur ſcilicet pr
& futura: Quia in paſſionibus indigent conſolatione quam pr
ſit dicens per Iſa. [*41, V. 10.*] Noli timere quia ego tecum
Et ps. 33. Iuxta eſt dominus ijs qui ꝛc Sed & inęternum
pit Matt. 5. Beati qui perſecut. pa. quoniam ipſorum eſt
cęlo. Item Gaudete & exultate. quoniam mer. Veſt. cop.
Quę omnia tamen non ex meritis. Sed ex promiſſis eius ver
ideo nominat ea miſericordiam. quę ex pacto & promiſſo d
Si tamen pactum & teſtimonia eius ſeruetur [*so*]. Quia non
condigne paſſiones aut merita ad futuram gloriam ꝛc

Item poteſt hoc etiam intelligi de aduentu Chriſti in carn
Et ſic eſt oratio prophete & populi veteris legis vt veniat q
prophetauit mox in precedentibus Immo Lex ge
ralis eſto Quod Vbicunque aliquis verſus de aduen
Chriſti in carnem exponitur vel exponi poteſt de
ſimul exponi de aduentu eius per gratiam & in futu
per gloriam. ſecundum quod triplex eſt Aduentus ei
Et in 2° ſcilicet ſpirituali. aliter orant Incipien
aliter proficientes licet eadem verba. Quia & pr
cientes ſemper ſunt Incipientes ad ea que nondum h
bent. tam in gratia quam ſapientia Vt amplius ha

dent tam intellectu quam affectu Quia hic nihil niſi euangelium & gratia petitur ſemper

Veniant mihi miſerat. t & Viuam: quia lex t. med. mea eſt

lex intellectum Sed miſerationes affectum promouent. Ideo non contentus proficere. in intellectu & lege etiam affectum petit viũificari per gratiam & miſerationes. Verum tamen meditatio legis multum diſponit ad miſerationes vt viũat: ideo ait: quia lex tua ꝛc q. d facio quod in me eſt Et cogito quid ſit faciendum Sed tu adiuua vt poſſim

Confundantur ſuperbi. quia iniuſte iniquitatem fęc. in me Ego a exe. in mand. t. Superbos dicit ſpirituali ſuperbia. ipſos ſcilicet Iuſtitiarios & ſũi Iuſtificatores: qui ex operibus Iuſti eſſe volunt & non ex promiſſione & miſericordia dei miſerentis. Sed ſuorum eſſe putant meritorum & eſſe currentis atque volentis quod Iuſti ſint. Hijs ergo Iudęis optat. quia vtile eſſet vt fuiſſent confuſi in ſua ſuperbia: agnoſcentes quia Non poſſent eſſe Iuſti. ex ſe Et ita humiliarentur. Vnde Non ait Confundantur homines. Sed ſuperbi: ſcilicet vt ceſſent eſſe ſuperbi. Sed quia ſuperbi ſunt & obſtinati ideo fidelem populum perſequuntur. Et hoc dupliciter. primo ſeducendo & ſuis doctrinis iniquis peruertendo. Secundo eos qui nolunt perſequendo & odiendo detrahendo ꝛc Hos imitantur omnes heretici & ſuperbi ſpiritualiter (.1. de ſapientia & ſanctitate ſuper cęteros preſumentes.)

Sed mira locutio iniuſte iniquitatem fecerunt me [*so*]. quod poteſt exaggeratiue accipi: quod non ſolum inique egerunt: Sed eandem iniquitatem etiam peſſimis modis executi ſũnt Vt ſcilicet docere perfidiam perſuadere hereſim eſt iniquitatem facere. Sed eandem etiam gladijs & tormentis inducere iniuſte eſt iniquitatem facere. cum nec ad fidem cogendus ſit aliquis 2° Iniquitatem hic pro opere abſolute poteſt accipi Et ſenſus ſit. .1. opus quidem iniuſte in me fecerunt: quod per ſe etiam iniquitas dicitur

Blatt 251ª: Exercebor. autem quid ſit ſatis ſupra dictum eſt ſcilicet

Conuertantur mihi timentes te & qui nouerunt teſt. t
Videns Eccleſia ſeu populus fidelis multos ſuperbos per ſuam iniquitatem peruertere: ſollicita eſt pro ijs qui ſtant in ſano ſenſu Vel eum expectant. Et rogat ne auertantur dicens. O domine adeſto ne ſimplices illi qui inter me & illos ſuperbos pugnam & diſcordiam videntes: adhuc forte neutrales ſunt. ſimplices & libenter recte agerent: te enim timent. Sed neſciunt vel dubitant. ſerua illos & ne permittas ſeduci ab iſtis iniquis. Sed Conuertantur ad me. hoc enim maxime tempore phariſeorum & hereticorum neceſſarium fuit & eſt. Vbi multi boni homines ſeducuntur: qui prius in ſimplicitate deo ſeruierunt timuerunt. Sed tunc orta & reuelata veritate. quę prius latuit ſicut ſemper ab initio magis ac magis veritas eſt reuelata: quam priores non tenebantur explicite Et ſicut ſemper veritas noua reuelata: ſuos ſimul excitat impugnatores & defenſores tunc inquam iſti ſimplices ſunt in periculo: Quia ſuperbi cum poteſtate & iactantia immo & magna ſpecie reſiſtunt veritati & impugnant. Quia magis placet eis ſua vetuſtas & ignorantia quam noua veritas: ſicut Iudęis ſua litera olim & nunc. opus habet Eccleſia orare. Conuertantur mihi timentes te. ut illuc auertantur. Et qui nouerunt teſt. (.1. promiſſa tua futurum Nouerunt (.1. voluerunt noſſe. & operibus oſtendunt ſe nosse in plenitudine fidei adherentes teſtimoniis tuis. licet rem teſtimoniorum nondum videant. Sic Certe vſque hodie fit de articulo Concep. b. Virginis. Item cum Boemis de ſacramento atque principatu Eccleſie Rhomane. Illi enim ſua vetera iactant Et quia antiquitus ita ſenſerunt immo ita ſenſiſſe eos volunt deri: mox veritati caput exerenti reſiſtunt grauiſſima contentione.

pari modo fit in multis alijs queſtionibus. Vnde oriuntur Opiniones & Sectę Scholaſtice. hii omnes ignorant Q. Veritas tranſit a claritate in claritatem. tamen in eandem lucem: Ideo reſiſtunt Et cum Iudeis nolunt in anteriora extendi multipliciter Inſipientes. Supra enim dictum eſt. Quod Apostolus Nos Chriſtianos: ſicut eſt Continua perfectio. de luce ad lucem intelligendo, de virtute in virtutem exercendo. ita ſemper futurum eſt litera ad futurum & futurum eſt Spiritus ad primum

acquirendo. Qui ergo non vult proficere ad futurum: ipſe vult literam perſtare ſicut Iudęi. Et inde veniũnt in queſtiones inextricabiles vtpatet in eorum patribus Iudęis

Fiat Cor meum Immacul in Iuſt t Vt non Conf

.1. placet illis manualis mundicia & hominibus apparere volunt Iuſti. opere abſtinent & opere benefaciunt. Sed inde ſuperbiunt in ſua Iuſtitia Cor autem eorum plenum ſuperbia & omni immundicia Tu autem domine preſta vt mihi & tuis fidelibus. fiat cor mundum quod fit in Iuſtificationibus tuis. Quia in illorum Iuſtificationibus manus tantummodo innocens fit Et heretici quidem Vltra hipocritas Iudeorum. non tantum manus Sed & cor ſtudent habere Immaculatiſſimum Sed ignorant ſtulti. quod errant. eo quod Iuſtificationes ſuas apprehendant in quibus emaculari volunt. Deſertis Iuſtificationibus dej. Quę autem putas ſint Iuſtificationes dej? Vtique vera hũmilitas & obedientia: in quibus omnes virtutes ſunt ſimul. Ipſi autem Contra Eccleſiam ſeſe rebelles erigunt: & omnia faciunt & patiuntur: preterquam obedientiam quare fit. vt ſint pollutiſſimi

Oct. XI. [*d. i. Octonarius.*]

Blatt 251ᵇ: D D Defęcit in Salutare t. Anima me: & in Verbum t. ſuperſperaũi Iterum fidelis Synagoga Chriſtum vocat. & euangelium gratię expectat. atque iniquitatis literęque Magiſtros accuſat. querulans eorum noxiam multitudinem Sicut Eruce, Locuſte. Bruchi. quos Iohel prophetauit quod ficum Domini decorticauerunt. & albos fecerunt ramos eius [*Joel 1 V. 7.*] .1. Synagogam ſpoliauerunt omni decore & gloria veritatis & Sapientie. Et Iſa .3. populum meum exactores ſui ſpoliauerunt. Et mulieres dominatę ſunt eorum. Et qui ſint exactores iſti mox ſequitur. popule meus. qui te beatum dicunt ipſi te decipiunt Et .infra. Vos depaſti eſtis vineam meam. Igitur. contra iſtos Corruptores: pro reliquijs Iſrael & fecibus refiduis Clamat iſte propheta. ſicut per totum ps. Defecit ſcilicet fatigatus & imminutus ab illis nimium deſideraũi Chriſtum venire. Et defeciſſem forte etiam cum illis. niſi quod in promiſſum tuum ſuperſperaũi

.1. ſpem ſupra ſpem habũi. Quia diu differs illum mittere: ideo defeci & ſpem in ſpem coactus ſum prorogare. Hoc enim eſt ſuperſperare .1. verbum promiſſionis de ſpe in ſpem continuare. contra omne contrarium. Vt ps. 39. Expectans Expectaui dominum

Defecerunt Oculi mej in eloquium t. d. quando Conſolab. me

Quia illorum fabulationes & eloquia tantum vidi. vt tedio feſſus tuum nimis deſiderem. Igitur non eſt mihi conſolatio donec verbum tuum impleatur & veniat Eloquium Iuſtitie quod eſt Euangelium. Inter iſtos autem Literarios Scribas non niſi afflictio mihi eſt.

Quia factus ſum ſicut Vter in pruina: Iuſtif. t. non ſum oblitus

Vter enim receptaculum vini eſt. Qui per pruinam conſtringitur. & inutilis fit ad vinum ſuſcipiendum. heb autem habet. Sicut vter in fumo. Sed hęc grammatica diſſonantia nihil officit ſenſui theologico ſiũe literali ſiũe myſtico. Vter enim tam ex fũmo. quam prũina contrahitur & inũtilis fit. . propheta itaque in ſuo ſenſu Vult. Quod populus Iſrael a domino velut vter paratus & per verbum promiſſionis in ſpe dilatatus. Vt vinũm Euangelicum in Chriſto futuro ſuſciperet: Sed Ecce dum differtur Chriſtũs. Interim. Veniunt phariſei & populum iſtum ab iſta ſpe futurorum contrahunt ad fruitionem preſentium. vt non vinum nec ſpiritualia ſperarent. Sed temporalium fũmo & pruina contraherentur. Fumus enim hic Vel ipſa eorum obfuſcatrix doctrina Literę. (ſpiritum enim obfuſcat.) Vel ipſa Cupiditas animorum talibus doctrinis ſuſcitata & inducta. quibus Voluntas arctatur in preſentia bona & non dilatatur ad ſpiritualia & futura. Eodem modo pruina Eſt Vel ipſa eorum frigidiſſima doctrina literalis (ſpiritum enim qui amare facit cęleſtia extinguit & non relinquit ibi vel ſcintillam amoris & cupiditatis ſpiritualium.) Et ita iterum contrahitur Vter .1. Spiritus Seu anima & voluntas hominis Quare diuerſa ratione idem eſt prũina & fũmus Scilicet quia inflammat ad terrena Vt calor fumi. Vel infrigidat ad cęleſtia vt pruina. Item pruina ipſa

quoque Incuria vel priuata anima celeſtium Cupiditate eſſe poteſt ſuſcitata per tales doctrinas. Odium enim Eſt frigus. Amor autem ignis ꝛc Vnde Melius placet Quod pruina hic pro Infrigidante doctrina capiatur. Et fumus pro doctrina accendente. quam pro ipſo frigore Vel calore. Quia non ait. Sicut vter in frigore. Nec ſicut in Calore Sed quia pruina inducit frigus & ſic contrahit. & fumus inducit calorem & ſic Exiccat Ita doctrina perfidorum & hereticorum inducit odium ſpiritualis veritatis & celeſtium bonorum. & cecum aridumque amorem ſui ſenſus & carnalium bonorum. Sic etiam per Vnam plagarum egypti eadem doctrina eſt figurata vts ps. 77.
propter multitudinem itaque illorum dicit propheta in perſona populi Quia factus ſum ſicut vter ꝛc. Sed tamen quia reliquię conſeruate ſunt pro quibus clamat. Iuſtifi. t. non ſum oblitus. quia eas ſpero & expecto

Blatt 252a: Quot ſunt dies ſerui t. quando fac. de perſe. me Iudic

Qui enim veritatem perſequitur & extinguere nititur. neceſſario ſimul & cultores eiuſdem perſequitur propter eandem. Sic enim dominus (.i. Chriſtus Veritas ipſa.) ponit inimicitias inter ſemen diaboli & ſynagoge & inter ſemen Eccleſie & Chriſti: ſicut olim inter ſemen ſerpentis & ſemen mulieris. Veritas enim Cauſa eſt iſtius perſecutionis. Igitur Quia differtur promiſſum facit ſperantem afflictum & gemebunde expectantem. Et
Vt iterum paulo digrediamur. Iſta prophetia & Expectatio hic deſcripta per tot ps. ſimiliter & in aliis debet maxime referri ad tempus propinquum aduentus Chriſti: Et quod propheta in talium fidelium perſona loqui accipiatur. Et ratio eſt. Quia tunc iam tempus promiſſionis inſtabat. & finita erant proxime ſpacia hebdomadarum & impleta prophetia de defectu ducis de femore Iacob. & populus ab impijs tyrannis oppreſſus. inſuper ab impuris Magiſtris Scribis. ſeductus que omnia prophetata prius fuerant Ideo Videntes hęc fieri Vel ſpiritus pro eis.
Incipiunt mirari. quod non Veniret Chriſtus. Et ideo querulantur dilationem aduentus eius. tanto ęgrius Expectantes. quanto vicinior erat aduentus eius. Nam Ex Euangelio clare patet

eos expectaſſe cum magna anime triſtitia. Vt Simeon & Ioſeph Anna. de quibus dictum eſt Quod Expectabant regnum dei & redemptionem Iſrael. Sicut autem Simeon & Anna orauerunt Et Zacharias. ſine dubio eodem modo & alii quam plurim anxie vocauerunt Chriſtum Et horum proprie eſt Vox in omnibus prophetis Vbi ſuſpiratur ad Eccleſiam. ad Euangelium ſicut maxime facit hic ps. Eſt autem hoc proprium dei. V cum in proximo eſt vt miſereatur. maxime appareat. nolle miſereri & extreme derelinquit: Et tanto magis. quanto magis accedit tempus redimendi. quod etiam moraliter patet in omni tentatione. Ita vt recte Vulgo Dicatur. Deus in deſperatis rebus ſuccurrit Et teu. *Wen der ſtrick am hertiſten hellt. ſo bricht er.* (.1. Quando funis extrema tenſione ſeruat. tamen rumpitur Ideo populum Iſrael tunc Circa aduentum permiſit: quaſi deprate vexari. ſcilicet alienis regibus in propria terra: tandem peſſimis Doctoribus legis & veritatis extinctoribus Quorum l. nouiſſimum magis cruciauit pios & ſpirituales homines Vt Simonem & Suos. quam primum. Et ideo eorum Vox eſt Deus in ſalut. Narrauerunt mihi iniqui. Et factus ſum ſicut Vtr. Item Domine Libera animam meam a labijs iniquis. heu mi quia incolatus meus ꝛc Et Quot ſunt dies ſerui tũi? quan facies de perſequentibus me Iudiciũm?

Narrauerunt mihi iniq. fabulat. Sed non vt lex

Hic exprimit cauſam. quare defecerit in ſalutare domi quare dixerit ſe ſicut Vtrem Quęque ſit perſecutio quam patitur Quia ſcilicet iniqui Doctores mortiferę literę docebant & narrauerunt ſuas fabulas. non legem ſpiritualem. que de Chriſto loqueretur Et per hoc fecerunt ſynagogam. Velut vtrem in prima Vt iam non eſſet ej ſpes Vini futuri ſuſcipiendi. debuerant potius eam facere ſicut vtrem extenſiſſimum & Velut pannũm in tentor Vt latiſſime capax fieret futurorum: hoc autem feciſſent. ſi populum docuiſſent. latiſſimo deſiderio & ampla ſpe Chriſtum & bona eius expectare. Sicut ps 103. Qui extendis celum ſicut pellem Sic enim Gedeon. Expandit vellus ſuum in Aream. non autem deſcendiſſet himber. ſi contraxiſſet & conuoluiſſet. ita ſit cum corde quoque Quod ſicut pellis expanditur per ſpem. Contrahi-

tur autem per deſperationem. Vel negligentiam ſpei. Pelles autem Salomonis ſunt expanſe & extenſe [*Hohesl. 1, 5.*]

poteſt Inſuper hoc Exponi non de perfidia Iudęorum. Sed de Languore ſpei. Vt ſit ſenſus

Blatt 252b: adeo defecit in ſalutare t. anima, Vt pre nimia ſpe velut feſſus ac laſſus: amplius vix poſſum ſperare: quia nimis differtur ſpes & augetur contraria res. Et ita iam non in latitudine gaudij ſpero: Sed in contractione triſtitie ſpero. Vt ſim Vter non dilatatus per humorem conſolationis. Sed contractus. per fumum & ariditatem triſtitię Vt ibi Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi: Et ps. 43. Quare triſtis es anima mea & quare conturbas me. Spera in deo. quoniam adhuc confitebor illi ſalutare vultus mei & deus meus

Iſta ſic Litera cognita. facillimum eſt. Moralem. allego. Anago. adaptare. Quia Sicut illi fuerunt in deſiderio Chriſti: & vrgente abundantia malorum. Ita moraliter omnis fidelis ſiue Incipiens. ſiue proficiens eſſe debet. in Deſiderio gratię future quam nondum habet: Et licet non videat: tamen nunquam eſt: ſine multis eum vndique vrgentibus malis. maxime. Vel deſperationis. Vel preſumptionis in accidia & tepiditate ſpiritus.
Ita Eccleſia Contra hereticos ſuſpirat. Ita in futuram Vitam perfecti ſuſpirant. Ita in fine mundi Contra Antichriſtum clamabit. quę ſic patent ſua ſponte. Quia per ſingulas virtutes & vitiorum mala inducere. prolixum eſt. Nec breuiter fieri poteſt per ſingulas hereſes allego. Sufficit ergo in genere dici. Et quilibet in ſuis tentationibus ſpiritaliter ſciat applicare. Sed rara eſt tanti deſiderii magnitudo in nobis niſi compuncti multitudine peccatorum videntes: gratiam dei feſtinatam expectamus

Omnia Mandt. t. Veritas: Iniqui. per. ſunt me ad.

Non ſic Mandata hominum ſeducentium. quorum aliqua ſunt [*Ausgestrichen:* falſa] vera & pauciora vt ſub illis alia ſcilicet falſa que ſunt multo plura. doceant. Et Hęc eſt perſecutio peſſima quia animas necat. Vel certe quia vts dixi propter veritatem oritur perſecutio Quia illorum falſa reſpuit. ideo patitur vt falſa recipiat. Vnde petit adiutorium

Paulominus. Conſůmma. me in terra. Ego autem Non

Derel. mad. t Hoc enim querũnt perſecutores vt fideles mandata dei deſerant. & illorum ſuſcipiant Sed Eccleſia. etiam ſi minor... & paulominus conſummetur. non tamen derelinquit illa. S... etiam reliquię Eccleſiarum ea ſeruant & cuſtodiunt. pri... tamen de fideli Synagoga intelligitur Qui [*so*] & dupliciter ... dixi conſummabatur & poteſtate perſequentium. & fraude ſe... centium. Licet vtrunque quoque in Eccleſia tempore martyr... fieret. Nam idolorum cultum ſuadebant & non ſuſcipientes per... ſequebantur Et hereticorum tempore ſimul quoque fieb... Quod hereſis docebatur & diſcere nolentes patiebantur. ſemp... ergo vtrunque malum ſuo modo currit ſcilicet dolus & fur... Draco & leo. blanditie & mine. ꝛc Sed Vigila... Verbo vtitur. dicens. in terra. Quia dum in terra Eccleſia con... ſummatur ſimul in cęlo miro modo proficit & perficitur. Oc... ditur vnius corporus [*so*] martyris & viuificantur x. anime per... ſecutorum. & creſcit nũmerus fidelis populi in ſpiritu. dum m... nuitur in carne Sic Moraliter ꝛc

Secundum Miſericord. t Viuifica me & Cuſtod. teſt oris tui

Hęc eſt Vita ſpiritus. quam poſt literam occidentem de... Chriſtus. Et dat aſſidue omnibus proficientibus non ſecundum meritum Sed ſecundum miſericordiam: qua pepigit nobiſcum ... dus. Vt daret nobis petentibus gratis ac mendicantibus. Mul... magis autem dat incipientibus. Et vt ſepe dictum eſt. proficere eſt nihil aliud. niſi ſemper incipere: Et incipere ſine proficere hoc ipſum eſt deficere. Sicut patet in omni motu & actu totius creaturę

Blatt 253ᵃ: I I Ineternum [*Ausgestrichen:* **non obliui-ſcar**] **Domine permanet Verbum t. in cęlo**

Hic prophetat de Euangelio futuro. q. d. Licet illi rabidi perſequantur & conſummant [*so*] populum tuum propter verbum tuum. tamen ipſum ipſis etiam Inũitis permanebit in celo .l. Celeſti populo. Vel in cordibus eorum. a quibus ipſum moliuntur auellere vt negent. predicatur autem verbum Chriſti vſque nunc & perſeuerabit in Eccleſia omnino. Et non tantum verbum ipſum predicatum. Sed &

In Generationem & Generationem Veritas tua. [*Ausgestrichen:* **fun**:] .1. fides tua: qua ſuſcipitur verbum tuum. per quam ſeruatur, docetur & diſcitur. Et Vera ſcilicet fides atque viua. que eſt Veritas quia exhibitio olim promiſſa. & impletio figurarum legis. Et per hoc Eccleſia quoque permanet Quia fundaſti terram & permanet. fundamentum enim terra corporalis. Quis nouit? Sed fundamentum Eccleſie. Chriſtus eſt .1. fides Chriſti: quo ipſam fundauit altiſſimus natus in ea Vt ſit ej petra firmiſſima. Sed & Rectores Eccleſiarum non deſinent vnquam. Quia

Ordinat. t. perſeue. Dies. Quoniam omnia ſer. tibi dies iſti ſunt qui eructant verbum. Quod eſt hominis officium & ſancti homines vtique. quales ſunt pontifices & doctores in Eccleſia. poſſunt autem iſta. ſcilicet fundatio terrę. dierum perſeuerantia & omnium ſeruitus. accipi ad literam. Vt ſint verba ad deum incarnatum Scilicet. Licet tu ſis homo. propter quod verbum tuum [*Ausgestrichen:* ſ.tin *oder* ſi tantum (?)] perſequuntur. tamen quia deus es & omnia feciſti & omnia tua ſunt: ideo permanebit verbum tuum & veritas: illis Inũitis. qui te propter humanitatem contemnunt inſipientes in populo.

Sane quomodo omnia Chriſto ſeruiant patet. Quia & malis vtitur ad incrementum, confirmationem & ſtabilitatem Eccleſię ſuę. Sanctis enim Cooperantur in bonum vt notum eſt.

Niſi Quod Lex tua med. mea eſt. tunc forte perijſſem in humilitate m [*Am Rande rechts:* vt .infra. [*Vers 143.*] trib, & . . . . . | Inue: me . . . | data t. me . . . . . |]

Vnicum eſt enim ſolatium in tentationibus Verbum dej: quod conſolatur, exhortatur & excitat atque per ſpem futurorum confortat. Ideo Vocatur multis nominibus armorum. quod eſt gladius. ſagitta. Scutum & omne Inſtrumentũm ſalutis. Vt Galea ſalutis tuende in ſeipſo: Et ideo Bonum eſt Iugiter ipſum meminiſſe ac fortiter imprimere cordi per pias meditationes vnde ſequitur

In Ęternum Non obliuiſcar Iuſtif. Quia in ipſis Viuificaſti me Vt ſcilicet non obliuiſcar: quomodo me deinceps tuear ſicut tutus ſum. Nam omnis tribulatio Eſt mortificatio quaſi.

cũi contraria eſt Conſolatio & exhortatio verbi, que quodammo[illegible] reſuſcitat iamiam pereuntem ſpiritum ac ſic viuificat rurſum [illegible] tribulationibus & humilitate ſua. qua afflictio eum deiecit Ali[illegible] autem ſic. Vt ſit non tantum memoria pro remedio ſũi. Sed [illegible] pro gratitudine beneficii. Quia in illis deum Iugiter Vult la[illegible] dare quia viuificatus ſit in illis: Et hoc rurſum duci poteſt lite[illegible] liter. ad fidelem populum primo. 2° moraliter 3° alleg[illegible] vt ex dictis patet

Tuus ſum ego ſaluum me fac: Quoniam Iuſtificatio[illegible] tu. ex.

Hoc iterum intelligi poteſt 4ᵗ lit. alleg. moraliter. An[illegible] vt pręcedens. viuificaſti me

Me Expect. pecc. Vt perd. teſt t Intellexi Intelle[illegible] enim ſeruat ne hereſis ſeducat [*Ausgestrichen:* inſ] in ſimplici[illegible] ambulantem & perdatur ab impijs doctoribus

Omnis Conſummationis. Vidi fl. Lat. mand. t Nim[illegible] hic Conſumationis [*so*] aliter quam ſuperius. Conſummauer[illegible] (. quod potius Conſumpſerunt vt in heb: fecit. S. Hiero: tr[illegible] ferri debuit.) accipitur. Scilicet. pro perfectione: quomodo [illegible] tuntur homines in mundo ſua perficere & in ſummum faſti[illegible] ducere. Sed hęc omnia rurſum deſummantur & ceſſant con[illegible] mari. Temporalia enim ſicut fluũius veniũnt & abeunt. aſcen[illegible] & deſcendunt. Creſcunt & decreſcunt. Incipiuntur & finiun[illegible] Vnus edificat. alter deſtrũit: Omnia enim ex lite & amicitia [illegible] ſtant & deſiſtunt Non ſic [*Ausgestrichen:* temporalia] ęterna. [illegible] autem hoc verbum dictum contra omnes carnaliter ſapiente[illegible] querentes

Blatt 253ᵇ: Quia poſtquam multa perfecerint. ſeu ſua q[illegible] rendo. ſeu ſua docendo: que tamen alius rurſum deſtruit q[illegible] prodeſt illis nisi labor & afflictio ſpiritus? Gaudent enim conſummando. Ergo neceſſario triſtabuntur: quando finis ſit [illegible] ſummationis ſuę: per alium deſtruendo. que conſummauer[illegible] Vnde fit vt ſpiritus eorum in anguſtis verſetur. ſemper in ar[illegible] & modicis. Qui autem ſpe viũit in mandato & verbo dej: n[illegible] poſſidens in hoc mundo: nihil de iſtis anguſtis rebus cupie[illegible] Ipſe vtique viuit in latitudine ſpiritus. Quia latum manda[illegible]

tuum nimis. Et ſic ſeipſum Conſolatus ad contemptum mundi & etiam omnis vane ſapientie que vtique querit ea que ſunt in mundo. hortatur. Iam Iudęi per ſapientiam ſuam: regna: heretici gloriam. Sed conſummationis eorum finis erit: quia anguſta querunt Ego autem latiſſima & liberrima inęternum.

Q Q Quomodo dilexi Leg. t. tot. die Med. m. Eſt.

Quare autem dilexerit. & adeo meditatus ſit ſequitur. mox. Vel potius. Quia dilexit eam & meditatus eſt. ideo ea que ſequuntur conſecutus eſt. Scilicet

Super Inimicos ꝛc. Super omnes docentes me: Super Senes

hic non oportet docentes & ſenes Eccleſie Accipi: quos ſemper reuererl & audire oportet. ſicut Scriptum eſt. Interroga patrem tuum & dicet tibi. maiores & annunciabunt tibi. [*5 Mos. 32, 7.*] Sed loquitur hic totus vnus populus fidelis. in quo ſunt ſenes & Iuuenes. docentes & audientes: ideo non ſuper ſeipſum intellexiſſe. poteſt ſe gloriari. Sed dicitur ad differentiam eorum qui ſunt extra Eccleſiam vel fidelem populum. [*Ausgestrichen:* ſal] ſiue numero ſiue merito. Quod bene inde notari poteſt. Quod primo eos nominat inimicos ſuos. vt etiam ſequentes non amicos oſtenderet. ſcilicet docentes & ſenes. Sunt itaque phariſaici Magiſtri. Inimici. Quia contraria docent de ſcripturis. ſcilicet reprobando doctrinam pietatis & fidej. Ideo ſuper eos ſapit Eccleſia. dominus fecit eam ſapere: Quod eſt proprie ſapientiam fidei noſſe. Vbi illi mendacium perfidie nouerunt tantummodo. Deinde dicit eos docentes: & ſenes ꝛc Non ſatis intelligo, rationem dictorum Cur ter eoſdem nominet. Vel an ſint iidem. Deinde Cur. alijs verbis eadem exprimat in iſtis tribus verſibus. ſi tamen ſunt eadem Nam vt dixi. ijdem ſunt inimici: docentes Senes: | Idem quoque. prudentem. me fęciſti. Intellexi. Intellexi.| · Item idem ſunt. Inęternum mihi eſt. teſtimonia. tua meditatio mea eſt: Mandata tua queſiŭi. Cur non hic ita vel ibi aliter dixerit. Si per inimicos generaliter omnes accipiam. per doctores.. Contemplatiuos & ſacerdotes. per Senes. poteſtates & principatus. vt ſcilicet non tantum ſuper commune vulgus. Sed etiam ſuper Sapientes & potentes

eorum. intellexerit. non abſurde forte dixero. Neſcio tamen. Vt ſi quis ad primum verſum ei obieciſſet: Eſto ſis doctor nobis de vulgo. Nunquid & Magiſtris noſtris immo & tuis. aut maioribus & Senioribus? An Iuuarj quid poſſumus ex illo Hiere. 18. Non enim peribit lex a ſacerdote. nec conſilium a ſapiente. nec ſermo a propheta. Vt Conſilium ad Senes. & Sapientes. Lex ad docentes & ſacerdotes: Sermo ad Inimicos & prophetas? Igitur meditatio legis Chriſti. que eſt ſpiritualis. erudit ſuper omnes qui legem litere querunt. ſiue ſint. docentes ſiũe ſenes. Tres autem exprimit ſtatũs. Scilicet actiuorum. Contemplatiuorum. prelatorum. Actiũi enim ſunt inimici Eccleſie. eo quod ſuam legem contra Chriſtum ſtatuunt & agunt. qui eſt Amicus A quo ſtatu tamen prelati & Contemplatiuj non excipiuntur. Nam & ipſi Actiũi ſunt & Inimici Sed non ſolum actiũi. Vt ſunt alii qui ſubditi ſunt. Deinde. Contemplatiuos Vocat docentes quorum officium eſt meditari in lege domini & alios docere. Qui ſe ad priores habent ſicut

Blatt 254a: oculi ad Corpus & membra Vt dirigant eos. Tercio Senes & maiores. prelati ſunt poteſtates. qui ſunt velut Manus illorum. vt ea que iſti docuerunt. fiant & impleantur. inſtant & exequuntur. Sed quia humanas traditiones exercent contra ſpirituales vel preter. [*so*] ideo omnes ſunt inimici. & infra ſapiunt quam Eccleſia. Quia Spiritualis omnes omnes [*so*] Iudicat & ipſe a nemine Iudicatur. Et Hęc intelligentia de Iudęis ad literam. de hereticis allegorice. Moraliter autem Nunc quoque multi. quos vnctio docet ſapiunt ſuper pontifices & doctores & literales Chriſtianos. eoquod illi in fide mortua mortui pereunt. & non ſtudent in ſpiritum proficere. Intellectu quidem illuſtriſſimi Sed affectu frigidiſſimi Et pulchre ſingulis eſt reddita ratio. Nam ſuper inimicos ideo ſapuit quia inęternum eſt ej mandatum dei. Inimicis ergo ideo eſt inſipientia quia mandatum eorum in tempus eſt. Quia Iuſtitia carnis cum carne temporalis eſt & cum eadem finietur. Iuſtitia autem ſpiritus cum ſpiritu in ſęculũm ſęculi. Rectiſſime itaque Stultitia eſt. tantum temporaliter ſapere. de Iuſtitia & premio eius. Et multum ſuperior ſapientia eſt Iuſtitiam inęternum &

premium eius ſimiliter. ſapere. Hęc autem eſt Spiritualis. Vnde & noſtri Literales. qui vacua fide ſapientes ſunt. non eſt eis inęternum. Quia .1. Corin .13. fides euacuabitur Charitas autem que eſt plenitudo & ſpiritus fidei. & Iuſtitia ſpiritualis. manet inęternum & non excidit vnquam. Et ipſa eſt mandatum hoc quod hic nominat. Quia hoc vnicum & ſolum Chriſtus mandauit dicens Hoc eſt preceptum meum vt diligatis inũicem Et rurſum Mandatum nouum do vobis. [*Joh. 15, 12. 13, 34.*] Nouum vtique quia neſcit veteraſcere. Cętera enim omnia veteraſcent ſicut omnis litera & ceſſabunt. hęc erit inęternum ſemper Noua ꝛc

Sic ſuper docentes ſapũit. Quia meditatio eius teſtimonia dej. Illi autem Inſipientes quia teſtimonia ſua meditantur. Quia Scripture verba torquent in teſtimonia falſa ſuę ſapientię. qua ſapiunt temporalia: Nos autem torquemus noſtrum ſenſum in teſtimonia dej. [*Am Rande rechts:* vts. Conuerti ped. m. in teſtimonia. t. [*Vers 59.*] quibus nobis futura bona teſtatur. Vt hic nihil diligamus Sed in cęlo Et certe neceſſaria eſt meditatio eiuſmodi. Vt radicetur mandatum. quod nobis inęternum eſt. ne docentes illi impii nos aũellant & ſedũcant ſuis ſignis & prodigijs vt dominus predixit de pſeudoprophetis [*Matth. 24, 11.*]
Tercio deinde contra poteſtates & Seniores dicens. Quia Mand. t. queſiũi Vtique non tantum noſſe & meditari oportet ſpiritualem legem ne cum inimicis & docentibus illis miſceatur Sed etiam opere implere. & facere. vt reſiſtatur iniquis poteſtatibus. illa impleri cogentibus que ſunt contraria. Ergo querenda mandata ſunt vt fiant: ne forte quod ſequitur non fiat

Ab omni Via Mala. prohibui ped. me. Vt Cuſtod Verb. t

Quam faciunt inimici. docent docentes & adminiſtrant Seniores. Sed prohibũi pedes meos & meorum omnium. Quia Via eſt Sed mala ſcilicet ſpiritũi. Videtur tamen illis Bona & recta Sed nouiſſima eius ducunt ad mortem: Et docet malum bonum, bonum malum. Neque enim aliter Cuſtodiri. poſſunt Verba dej. Non enim duobus dominis ſerũiri poteſt. poſſunt autem Verba hominis Cuſtodiri. in illa Via. quia eſt exterior Iuſtitia. Item Non ait. prohibui manus meas: ſicut faciunt hypocrite. qui malo ſemper viuunt affectu. licet opere & effectu non poſſint Vel non

audeant. quia ſcilicet non habent locum vel timent ignominiam Vel ſperant gloriam & lucrum. pedes ergo ſpirituales dicit quia & ſpiritualis Eſt iſta Via mala ſiũe bona ſit. hii autem ſunt affectiones voluntatis. Non ſolum

Blatt 254ᵇ: ergo non facienda. Vt Inimici. Non ſolum non loquenda. Vt docentes. Non ſolum non imperanda. Vt Seniores faciunt. Sed nec affectu aliquo optanda eſt via mala iſtorum Deinde nec ſatis eſt ab vna & altera. Sed prorſus ab omni prohibendi ſunt pedes quia modicum fermentum corrumpit totam maſſam. Et qui offendit in vno eſt omnium reus. Ac non tantum de medio Sed & de finibus Tyri & Sidonis egrediendum eſt. Ne claudicemus in dũas partes. ſimul dominum & Baal adorantes. Immaculati enim in via. ipſi Beati ſunt

A Iudiciis tuis non Declinaũi: quia tu legem poſuiſti mihi

Ideo enim illi a lege Charitatis declinant ſchandaliſati. quia Vident multas paſſiones eorum qui iſtam Viam optimam ambulant. Et fit eis verbum crucis Scandalum. Ac ſic dum volunt malam viam vitare. maxime declinant ad malam viam. Ignorantes mala ſpiritualia in ſua Via bona. Et Bona ſpiritualia in noſtra via mala. Quaſi Charitas optima legum omnium ocioſa eſſe debeat. & non potius in malis huius temporis glorioſe exerceri. Igitur cum dicit Non declinaũi ſubintelligendum eſt. ſicut illi ſchandaliſati Qualiter & verſu prece. prohibũi pedes meos. ſubaudiatur: non cũm illis cucurri. Iudicia hęc ſatis Supra expoſita ſunt. ſcilicet ipſe paſſiones chriſti & mortificationes veteris hominis & exterioris. a quibus neceſſario declinant & fugiunt. qui amant eum hominem exteriorem & Legem ſuam in illo poſũerũnt. Non ſic Spiritualis homo & interior. qui non declinat. immo cum gaudio aſſumit Iudicia iſta. & letatur ac gloriatur in cruce domini ſui Iheſu Chriſti. Quare? O optima ratio Quia tu inquit legem poſuiſti mihi (.1. quia tu me inſtruxiſti Vt habet Heb.) Tua autem inſtructio ponitur in interiori homine Vt illum edificet in Iuſtitia. quod fieri non poteſt: niſi deſtruatur exterior. Quomodo ergo fugiam deſtructionem huius, qui diligo edificationem iſtius? cum non poſſit iſte ſaluari

niſi hic Iudicetur & condemnetur. Tolle tolle ergo & crucifige eum. reus enim eſt mortis. vt viuat qui eſt intus in ſpiritu Et Bene diſtinguit legem ſpiritus a lege mortis. Quia illam. docentes docent & homines ſunt. & hominem veterem docent in Iuſtitia carnali. Sed illam tu ſolus & vnus Magiſter qui es in cęlis. non homo Sed deus. doces. intus per ſpiritum diffundens ipſam charitatem. que eſt lex tua. Qua doctus. non ſolum declino Iudicia tua velut amator hominis veteris. Sed maxime quero & amplector velut extremus hoſtis qdiens eum

Quam dulcia faucibus meis eloq. t. ſuper mel ori meo

Et hoc. quia tu me docuiſti ea. que illorum faucibus ſunt amara velut mors & ſuper fel ori eorum. quia non eos tu docuiſti. Sed inimici & docentes. que mihi quoque amara ſuper fel ſunt. Licet illis dulcia ſint in faucibus eorum qui carnem ſapiunt & odiunt ſpiritum. Semper enim ſibi contrarij ſunt in Iudicio & omnibus. Carnales & ſpirituales. Exteriores & interiores. Et illi quidem horum neſciunt dulcedinem quorum vident exterius amaritudinem. hii autem & illorum ſciunt amaritudinem interius. & contemnunt dulcedinem exterius ſolique intus ſuam ſciunt ſub Iudicijs abſconditam dulcedinem in Charitate. Quia non miſcetur eorum gaudio extraneus & a nemine Iudicantur. Iudicantes tamen ipſi alios omnes. Vt ps. Quam magna multitudo dulcedinis tuę. quam abſcondiſti timentibus te perfeciſti eis: qui ſperant in te in conſpectu filiorum hominum [*Ps. 30=31. Vers 20.*]. Sed per contrarium, ijs qui non ſperant in te in conſpectu hominum (.1. ſola ſpe viũunt coram hominibus Sed re ipſa volunt viuere

Blatt 255a: coram eis:) deſtruxiſti potius vt nihil Inueniant omnes viri diuitiarum Sancti enim in conſpectu hominum: nihil habent niſi ſpem: ideo deſpiciuntur ab illis. qui habent rem in conſpectu hominum. Sed dum ſic ſperant & ſpe viũũnt coram hominibus habent perfectam rem coram deo. Quia Non ait perficies eis qui ſperant. Sed qui prøſenter ſperant ii [*so*] tu iam ab initio mundi preparaſti regnum & perfeciſti. immo & in ſpiritu perfecit eis .1. perfectionem dedit ſcilicet ſpiritus & charitatis cum ſuis fructibus Gal. 5.

A Mandatis t intellexi. propterea odiui omnem Viam iniquitatis Concludit & Epilogat iſtum octonarium. Quia nihil aliud recitauit quam quod per mandatum ſpiritus ſit edoctus plus omnibus alijs. Deinde quod Viam malam odierit & non acceſſerit ad Iuſtitiam exterioris hominis. propter bonum ipſius. Sed potius eum Iudiciis tradiderit Et ſic iſte verſus eſt tota ſententia huius octonarii. hoc enim eſt totus homo interior Intelligere & amare ſpiritum. Neſcire autem & odiſſe carnem iniquam & hominem veterem

L L Lucerna ped. m. Verb. t. & Lumen ſemitis meis Mira ſententia. Cur non Lucerna oculis meis & Lumen viſus? Nunquid pedes poſſunt illuminari aut ſemitę videre? Sed natura fidej expreſſa eſt pro iſta vita. Nam oculos oportet captiuari in obſequium Chriſti. Et ſolo verbo duci. quod auribus percipitur oculis non videtur. Quia Inũiſibilia credimus Sed non inaudibilia. Quare Verbum quidem non illuminat oculos ſed nec aures. Et tamen eſt Lucerna. quia pedes dirigit, & affectum. non intellectum requirit fides. Non vt intelligas Sed vt velis oportet Non vt ſcias Sed vt facias. ea que audiuntur Et non Errabis ſi credideris & iueris licet non videris. tantum ſecurus vade in audita. quia Lũcerna erit pedibus tuis verbum eius. Et Lumen ſemitis tuis. Non requiritũr niſi vt facias que neſcis: opereris que non intelligis. Euadas quo ignoras. ducatum ſequens verbi. & ſtultus fias, tuum ſenſum amittens. tanquam ſi in tenebris ducem ſequaris viam quam ignoras. optime dicis ad [*Ausgestrichen:* lum] ducem. tu quidem es lumen pedum meorum Sed non oculorum quia nihil video. & tamen recte gradior. ac ſi viderem. Ego quidem erro & neſcio Vbi ſim. & tamen pedes mej. quaſi viderent Lumen ita certo eunt rectam viam Sic enim fides non intellectum illuminat immo excecat Sed affectũm: hunc enim ducit quo ſaluetur. & hoc per auditum verbi. Audiens enim Affectus verbum, incipit ire poſt ipſum neſciens quo [*Ausgestrichen:* Vadit]. Igitur mirabile eſt verbum dej. quod Lucet pedibus & ſemitis. Non ſic verbum Literę & humanę ſapientię quod euacuat fidem. quia comprehendere facit quod dicit. & lucernam oculis ſeſe oſtentat Deinde. Nec hoc Vacat.

Quod Non ait Lucerna ſemitis & lumen pedibus. Quia Verbum includit lumen ſicut Lucerna candelam & hoc pedibus.. Sed ſemitis eſt Lumen non ita clauſum. Cur hoc? Niſi quod primo fides incipientis eſt minus clara & magis clauſa menti. ac Velut Lucerna. Sed Vbi ire ceperis & facere quod credis: iam Via clarius cognoſcitur quam pedes tũi. Ita vt clarius lumen habeas ex operando. quam ſolo affectu credendo Quia dum credis. clauſum habes lumen in affectu. Sed dum operaris. iam velut educto lumine per experientiam duceris in via recte. Multo enim illuminatiores ſunt in fide. practici quam ſpeculatiũi Vt etiam philoſophus dicit in metaphiſicis Quod Expertus certius operatur

Blatt 255b: Iuraui & Statui Cuſtodire Iuditia Iuſtitię tuę

Ergo non doloſe Iuraũi ſicut illi. de quibus Qui iurat proximo ſuo & non decipit [*Ps. 14 = 15 V. 4.*]. Hoc autem Iuramentum Eſt promiſſio in baptiſmo & penitentia. Vbi non fit propoſitum nouum. ſine voto & Iuramento. Iuratur enim quando deus in teſtimonium ducitur. De renunciando diabolo. etiam. ſi non fiat formalibus verbis Iurandi. Quia cum dicis. Amen. ſeu fideliter. vere & certe. hoc faciam: ſine dubio Iuraſti Sed multi ſic Iurant ficte: Quia non ſtatuunt hoc ſic facere in corde ſicut loquuntur. Qui poſſunt dicere Iuraũi & non ſtatũi

Iudicia Iuſtitię. ſunt Verba & opera mortificationis carnis. per quam Iuſtus ſit homo. Vt Apoſtolus Ro 8 Qui mortuus eſt Iuſtificatus eſt. quia iam non viuit peccatum in corpore eius ergo ſola Iuſtitia regnat in ipſo: Recte ergo Vocantur Iudicia Iuſtitię

Humiliatus ſum vſquequaque domine. Viuifi me ſecundum Verb t.

hoc ſequitur enim. Quod Qũi crucem Chriſti portant & iam humiliantur a deo. etiam perſecutionem patiantur ab inimicis crucis Chriſti: qui dicunt. diſſimilis eſt vita illius nobis ꝛc [*Weish. 2, 15.*] Et ſic Compunctos corde inſuper mortificant & perſequuntur mendicum & inopem. Ideo dicit Humiliatus ſum nimis quia dupliciter: primo per tuam crucem. deinde per illorum tyrannidem propter crucem tuam. Quia non ſolum me loqui nolunt Sed nęc vita oſtendere crucem tuam. poteſt etiam intelligi.

Quod humiliata eſt Eccleſia. quia pauci ad eam accef
plurimi autem receſſerunt propter Iudicia Iuſtitię illius V
[*Ps. 106 = 107 Vers 39.*] Et pauci facti a tribul. malorum
dolore (.1. propter Iudicia iſta que ſunt tribulatio & mala ho
exteriori. Ita etiam Moraliter in ſingulis pauci
ueniuntur boni motus ad crucem. Quia non Inuenio in m
in carne mea bonum. Sed quod nolo hoc facio [*Röm. 7,*
Ideo omnes clamant viuifica me ſecundum verbum. Vt
occidere malos poſſim & ſubdere cruci tuę & Iudicijs I
tuę. Semper enim Indigemus viuificari. quia Caro
fugit mortificationem crucis. ideo ſemper eſt perſequenda
ſua mala. per vitam fortiorem bonam

Voluntaria [*Darüber:* .1. benefica] **Oris mej Beneplac
fac d. & Iudi. t doce**

Et iſte verſus multus eſt in ſenſu. primo eſt oratio pr
credulis qui humiliauerunt Eccleſiam nimis propter verbum
cis. dicentis. fac domine vt que ore publice doceo. benepla
illis. & non ea ſpernant Sed per ipſa ſaluentur. Video
quod fruſtra ego planto & rigo niſi tu des incrementum &
Iudicia tua me & illos in me & me in illis Non enim p
tantum oro. vt viuifices me dum humilior ab illis & non
occidi ab illorum perfidia. Sed Viuifices .1. conſerues me
vita ſpiritus. qua viuo ex verbo tuo. Sed etiam pr
Vt placeat eis. precipue. Cum Voluntaria ſint oris mej
bere: ſpontaneę & benefice. illis exhibita q. d. Ego qu
benefice illis & voluntarie [*Ausgestrichen:* illis] predico. Se
potius malefice a me fieri putant: Iniuriam accipientes quo
meum in eos beneficium. Vide quantus ardor Charitatis
non ſolum benefacit Sed etiam orat vt ingratis placeat be
cium. quia neſciunt illi quid faciunt dum reſpuunt.

Et hic Notandum. Quod Voluntaria hoc loco in heb
[*Ausgestrichen:* Nadaboth] (.1. Voluntaria Benefica ac princ
munificentia quedam exhibita. qualis eſt Euangelii predica
hęc quidem gratis debent & ſponte impendi. non animo
cupiditate capto aut [*Ausgestrichen:* cap] coacto. Sed volun
Sed ideo etiam ſpernuntur. quia gratis Donantur. quia

precio conſtat. placet. Sic olim Synagoga quoque dedit mercedes amatoribus ſuis. Vt audiret que placerent. nolens audire que dei erant gratis. Et Modo plures Inuenias

Blatt 256a: qui precium dent. Vt audiant humanas doctrinas. qui verbum dei voluntarium beneficium contemnunt Sic Arguit eos Ezech. [*Cap. 16, 33 f.*] Quod factum ſit in illis contrarium. Quia omnibus mulieribus donari ſolent munera. ipſi autem dant ſuis amatoribus premia. Sed de his ſatis petit ergo Eccleſia Vt benefica & gratuita dona verbi. placeant illis & ſibi & omnibus Vt non tedio victi faſtidiant illud. Et ſic per incrementum placeat. quod ſit ſi ipſe intus doceat per vnctionem Iudicia ſua. Eſt iſte verſus hoc ſenſu. orari conuenit omnibus qui predicare aut legere verbum Dej volunt. Et nobis quoque [*Ausgestrichen:* Secundo Sic] contingit Vt alios monendo indignationem incũrramus. vbi tamen pro verbo veritatis tanquam beneficio gratiam merũiſſe debueramus. Veritas enim odium parit. obſeqũiũm amicos. Arguit autem Verſus iſte potiſſimum eorum temeritatem. Qui alios corrigunt vel monent ex felle & amaritudine cordis. & non ex Zelo Charitatis. Tales enim non querunt vt ſanum faciant delinquentem. Sed vt animum ſuum expleant. multo peius delinquentem & ęgrotantem. Qui enim emendandi ſtudio alium corripit. ante, ſaltem in corde orans pro eo, dicit. Voluntaria oris mej beneplacita fac domine. Et Iũdicia tua. (.ſcilicet quibus illum corrigam.) doce me. Scilicet vt non mea Sed tua Iudicia in eum exerceam. Nam qũi paſſionibus & furore monentur. Nunquid Voluntaria ſunt oris eorum? immo furore impulſa & impetu rotata maligno. Non ex voluntate deliberante Sed ex ira dominante loquuntur. plus itaque pio orandi affectu docet nos alios corripere: quam turbulento loquendj motu.

Secundo Sic Quod Voluntaria oris (.orationes & laudes. que non ſeruili timore fiunt) grata faciat ſibi dominus. Sed hęc intelligentia minus placet. quia tales per ſe deo placent orationes. Quare prima melior. Vbi petit ſibi dari quibus Iũdiciis malos arguat. Ne de ſuo doceat. ſimul vt cum dei Iudicia docuerit: illis etiam placeant. quos doceat.

Anima mea in manibus meis ſemper. & Leg t ... ſum obl.

Obſcũrus iſtè Verſus. Et tribus modis exponitur vt in ... Secunda autem magis placet Licet facile cum prima con... Exempli gratia. Qui in bellis agit. huius anima certe ſemp... in periculo quia eſt in manibus eius quia ſi poteſt: eruet ... Si autem non poteſt & manus defecerint ipſa quoque peri... eſt ſenſus. ſicut vulgo dicitur. Ego tentaũi hoc opus ſub pe... anime mee: quia ſub ſpe fortitudinis manus meę fęci ho... Bellantibus non eſt, quo ponant ſpem vite ſuę: niſi in man... viribus ſũis. Sicut etiam quis corpus ſuum ponit & audet ... glaciem vel funem. Cui dicitur. O quam vilem eſtimas an... & vitam tuam quod committis eam ſuper funem vel glaciem ... & hic Quia Eccleſia ſupra memorauit ſe in opere verbi eſſe: ... eſt ſpirituale bellum. contra impietatem & errores. Vbi ... ſemper eſt in periculis. ne ſuccumbat victa pęnis aut ſeducta ... Ideo cum Audacia vilem videtur ęſtimare animam ſuam. qu... tanta diſcrimina ſeſe committit. Et non ſeruat eam quięte ... ſe in corde & tuto loco. Sed Charitas cogit. Vt aliis ... proſit. ideo pericula tentat. Myſtice autem Manus ... Epiſcopi & doctores. hii enim ſunt operarii Eccleſie. in iis ... Conſiſtit tota vita Eccleſie. Vel defendenda Vel dilatanda ... in manibus ſemper anima eius Quia ſemper pugnat contr... pios & errantes

Poſuerunt peccatores Laqueum mihi & de mand. t ... Erraui

Videtur exponere. Cur animam dixerit in manibus ſui... & periculis Quia Scilicet peccatores ponunt ej laqueos fal... ctrine Vt ad perfidiam ſeducant. Sed fruſtra quia non err... mandatis Quare? Quia legem dei non obliũiſcitur. Obliuio ... quomodo poteſt errori reſiſtere?

Blatt 256b: Hereditate Acquiſiui teſt. t inęter. ... Exult Cord. mei ſunt

pauperem hunc neceſſe eſt eſſe, qui in terris neſcit here... tem. Quia non poteſt diues intrare regnum celorum. Erg... hereditatem ibidem acquirere. Immo Qui in terris heredit...

acquirunt. Exultatio cordis eorum. non ſunt teſtimonia futurorum. Sed exhibitio & poſſeſſio preſentium. Non enim Signis rerum. Sed rebus ipſis nouerunt gaudere. Teſtimonia autem ſunt ſigna & verba non res ipſę: Et hęc pro hereditate ſibi ęſtimare & gaudere in illis. non eſt infirmę fidej & ſpei hominum. Quia per ſpem de futuris bonis in anima & corpore plus exultant: quam omnes diuites de ſuis bonis preſentibus. immo exultant etiam in tormentis propter eiuſmodi ſpem. Auaris itaque teſtimonia dei non ſunt exultatio & hereditas. Quia neſciunt Cantare. Letatus ſum in iis que dicta ſunt mihi in domum domini ibimus [*Ps. 121 = 122, V. 1.*] Sed faſtidit ea velut Vacũa & inania eo quod temporalem ſapit hereditatem. felix autem hęc hęreditas quia ęterna, dicit enim, hereditate acquiſiũi ineternum. promiſſa enim dei cor lętificant eorum qui credunt. & ſperant in ipſa. Igitur interim exultamus in fide & ſpe futurorum que nobis promiſſit [*so*] deus. ideo autem exultamus. quia certi ſumus quod non mentitur Sed faciet quod promiſit: Et auferet a nobis omne malum corporis & anime Conferet autem omne bonum & hoc ſine fine. Quis enim non exultet: ſi certus eſt. Quod induetur corpus eius gloria & immortalitate claritate & virtute ꝛc Certus autem eſt ſi credit. tantum eſt Vt expecto quia ſine dubio fiet quod expectat Verum multi ſuſcipiunt quidem verbum Sed non hęreditant ipſum: immo tantummodo accomodant [*so*]. vt eo vtantur ad queſtum. Quia non ex corde ſuſcipiũnt: neque inętternum. Quia quam diu. poſſunt comodum vel lucri vel glorie inde habere. ſuſcipiunt: quę ſi ceſſent. ipſi quoque illud dimittunt. Sed qui ex corde querunt ipſi hereditant illud. quia non temporaliter ſuſcipiunt. propter terrena. Sed inętternum

Inclinaui Cor meum ad faciendas Iuſtif t inęter. propter retributionem

Non poteſt Negari. Quod. propter. hoc loco non habetur in heb. Et ſi omnino ponendum ſit. melius ante, inętternum ponetur: Vbi ponitur dictio. Le. que quandoque accuſatiuum quandoque datiuum requirit velut articũlus hũnc hũic. Vide Circa glo. ſufficienter ibi dicta pro intellectu. Igitur Stante noſtra tranſlat. poteſt dici vts. Quia quidam temporales ſeruant legem dej pro-

pter temporale commodum. Et ii non inclinant cor ſuum a
ęternum Sed temporaliter ad faciendos Iuſtificatos. [*Augustin.* Sed] Nec nos enim ſine retributione erimus: Quia dominus re-
buet ſicut promiſit Et propter hanc retributionem. (non tem-
ralem Sed promiſſam.) ſanctum eſt Inclinare cor ad faciendas iu-
ficationes. Nam iſta retributio hic quidem non eſt. quia ęterna
Eſt tamen promiſſa Ideo propter eam licite tanquam propter re-
miſſa que credit & ſperat. poteſt facere Iuſtificationes

Blatt 257a: I I Iniquos odio habui & Legem t dilexi

Sepe dictum quod iniqũi ſint ij: qui ſua ſtatuunt volun-
dei non ſubiecti, maxime in ijs quę ſunt religionis & fidei. I
Iudęi, heretici ac rebelles, inobedientes ſub ſpecie bona Zeli
eſt inflantis ſuperbie de proprio ſenſu ac pia intentione. q
duplici odio digni ſunt. cum dupliciter ſint mali. ſcilicet im-
tate & iniquitate. Impii quod non recte agunt. Iniqui q
hoc ipſo etiam ſancti & boni volunt. haberi. lex autem Chr
Eſt humilis Charitas omnibus ſeruiens. omnibus ſe debitorem
inferiorem faciens

**Adiutor & Suſceptor meus es tu: & in verbum tu
ſũperſperaui**

Sicut tũnc reliquias Iſrael immo ab initio ſemper reb
miſertus. ne aliorum errore ſeducerentur ſemper enim fu
ſunt & erunt Magiſtri mendaces contra veritatem. qui plur
perdunt. Iuxta illud oportet hereſes eſſe. vt qui probati
manifeſti fiant [*1. Cor. 11, 19.*]. Sed Deus adiuuat ſuos n
piantur. & Suſcipit vt in veritate permaneant. Ita & nunc
ſuperbi heretici & nimis ſancti, qui in ſua merita ſũperſpe
potiusquam in verbum domini Nonne Eximia ſtultitia? Chr
inter iniquos non ſolum deputari. Sed etiam mori & cru
voluit Et pighardus*) ſolum inter Iuſtos mortificari & ſanctifi
nititur Scilicet dominum precedere paratior quam ſeqũi. Vt
a Chriſto ipſe Chriſtianus Sed a pighardo Chriſtus vocetur pig
dianus O furor o dementia. Si Chriſtus enim reſpuiſſet lat
& dixiſſet Nolo inter illos mori. Quid tamen facerent? Ch

*) Erl. XL. 16 f. Begardo und bigardo.

quod non tantum non cum peccatoribus. Sed nec cum hominibus. immo vix dignarentur cum angelis communicare & viuere. Sed

Declinate a me Maligni & Scrutabor Mandat. dei mei

Non mihi perſuadeatis phariſej qui non eſtis ſicut Ceteri hominum: qui non numeratis quantum peccaſtis Sed quantum meruiſtis. aliorum autem non niſi peccata & nequaquam merita vidiſtis. Atque hoc ipſo maligni quia hęc facitis & docetis ponentes malum veſtrum, bonum, & bonum aliorum malum. ideo non Scrutantur mandata dej. Sed [*Ausgestrichen:* veſtra] merita propria. Qui enim mandata ſcrutatur. certe adhuc querit obedientiam. peccatum confitetur. ignorantiam accuſat. Si enim Iuſtum ſe putaret iam nullum mandatum eſſet. quod querendum eſſet

Suſcipe me ſecundum Eloquium t. & Viuam: & non Confundas me ab expect. m

Non ait ſecundum meritum meum. pre cęteris. Sed quia promiſiſti Chriſtum mittere quem Expecto. in quo nos ſuſcipies Vt b Virg. Suſcepit Iſrael puerum ſuum. Loquitur enim primo ſenſu Vt dixi ad literam. de aduentu Chriſti. contra iniquos legis Corruptores. per totum psalmum Sed myſtice de hereticis & myſtico aduentu per reuelationem veritatis fidei Et Moraliter. de aduentu gratię. in animam. contra tentationes exterioris hominis & mundi. Vbique enim ſunt tentationes ſurgere. & ſe expectari facit & tentat fidem aduentus ſũi. Sicut itaque Reliquię Iſrael petiuerunt Chriſtum reuelari in carne. & oderunt iniquos Iuſtitiarios. Ita Chriſtiane reliquię. odiunt hereticos ſanctos & expectant reuelari veritatem Chriſti vt non confundantur illis triumphantibus & gloriantibus. Ita & Anima in tentationibus Expectat Viſitationem gratię eius ne confundantur a carne victrice in peccatum ſeu diabolo per carnem vincente aut. Impugnante

Adiuua me & Saluus ero: & meditabor in Iuſtif t. ſemper

.1. Si tu adiũũas. ſaluus ero Quia tantum in te eſt adiutorium. ps. 45. deus noſter refugium & virtus Ergo tu adiuua. cum

alius non ſit niſi tu. Multi adiuuantur aliunde Sed non in ſa-
lutem

Blatt 257b: Adiutorium autem dei. non eſt niſi in ſalu-
ſcilicet ſpiritualem & veram atque ęternam

**Spreuiſti omnes diſcedent. a Iuſt t. Quia Iniuſta eſt (
gita eorum**

Ipſis autem videtur quod maxime accedant. Et quod
Iniuſta immo nec cogitatio Sed quedam diũina reuelatio ſit eorum
opinio: hoc totum efficit ſuperbia & amor ſenſus proprij Cogi-
hic pro Conſilio & prudentia ſeu ſapientia capitur. vt ps .l.
Conſilio impiorum

preuaricantes reputaui o. pec. ter. ideo dilex. teſt

Heb Quaſi Scoriam computaſti omnes Impios te-
& hoc melius quia illud parum habet ſenſus Quod peccato-
putet preuaricantes qui vtique ſunt preuaricantes. Niſi forte
Impii coram alijs reputabantur Iuſti. Sed quia ſpiritualis
Iudicat. ideo intelligit quod ſint iniuſti & vulgi ſeductores.
Vere Scoria ſeparata & excuſſa de auro & argento .l. p
electo & probato

Confige timore tuo Carnes m. A Iud. enim tuis tim

Heb. horripilauit a timore tuo Caro mea ꝛc Vide in gloſ

F F FĘci Iudicium & Iuſt. non trad me: Calum

Licet non perfecerim. Sum tamen in opere: fęci &
Quis enim perfectus eſt. aut ſe apprehendiſſe putat? Igitur
feciſti. pẽficienda ſunt Vt Eccleſiaſtes [*Cap. 1, V. 9.*] Qui
quod fuit? id quod faciendum. homo enim cum Conſummat
tunc incipiet. [*Sirach 18, V. 6.*] Non enim feciſſe ſatis
quieſcere. Sed ſecundum philoſophiam Motus eſt Actus im-
fectus. ſemper partim acquiſitus & partim acqũirendus.
in medio contrariorum & ſimul in termino a quo & ad qũem
ſiſtens. Quod ſi in vno fuerit tantum. iam nec Motus eſt
autem preſens Eſt Motus quidam & phaſe .1. tranſitus &
.1. Migratio ex hoc mundo ad futuram que eſt quies
Ergo partim illam habemus in conſcientia: partim tribulati-
in carne Et ſic inter Mala [*Ausgestrichen*: exteriora] peccatorum
bona [*Ausgestrichen:* interiora] meritorum aſſidue monemur

in termino a quo & ad quem Sed hęc latius alibi tractanda.

Calũmnia Eſt ex certa ſcientia malitioſa [*Ausgestrichen:* alterius] aliene veritatis. Iuſtitię: Conſilii ſubuerſio & [*Ausgestrichen:* redun pror] derogatio. Semper autem heretici. Veritatem Catholicam Calumniantur ſimiliter & Iudęi fidem & Euangelium. Et Caro nequam: propoſita bona ſpiritus. Ideo petit ne illis tradatur in poteſtatem: vt non ipſi ſoli ſua doceant & Eccleſiam contraria docere prohibeant: Sicut Optant ſemper. Eccleſiam tacere & nituntur compeſcere. Vt ſoli ſuum errorem libere doceant. Sed non permittit deus. ſuper eos maxime qui non tantum iactant & loquuntur Iudicium & Iuſtitiam. Sed qui faciunt. Nam & heretici gloriantur ſe Iuſtitiam & Iudicium docere ſed & facere. Verum cum ipſi proprio ſenſu ſint inflati. Et Iudicium ſit mortificatio hominis veteris. qui nititur ſenſu proprio. patet quod mentiuntur & non faciunt Iudicium. quia non hũmiliant. Iudicant, damnant ſenſum ſuum. (. quod eſt Iudicium facere.) Sed extollunt, ſaluant atque defendunt. quod eſt ex vetere homine viuere. & nondum cum Chriſto Crucifixum eſſe. Tales ſunt omnes inflati ſenſu. in quocunque negocio. Sed peſſime in materia fidei & morũm. tunc enim non ſolum non faciunt Iudicium. Sed etiam facientes calumniantur. & non ſolum calumniantur. Sed & ſi poſſent. omnino facere prohiberent. contra quod hic orat vt non in tantam poteſtatem tradantur. poteſt forte & ſic ſenſus eſſe. Non tradas me calumniantibus me .1. ad calumniandum. Sed hoc ſequens verſus exprimit dicens

Suſcipe ſeruũm t in Bonum. non Calum. me ſuperbi

In bonum ſcilicet interius. quod eſt Conſolatio ſpiritualis in conſcientia bona. Vbi non poſſunt ſuperbi Calumniari

Blatt 258ᵃ: Sed & tropologie paulum recordandum eſt. Spiritus enim concupiſcit aduerſus carnem & econtra Inde fit vt omnis fidelis anima gemat. quod Caro ſuggerit ſuperbos motus. ſemper nititur ſtatuere idolum Zeli (.1. proprii ſenſus) in loco ſancto in ſpiritu: velut Achas. rex Altare damaſci in templo: & altare domini ęneum tollere, Et hoc tunc periculoſiſſime agit. quando ſub ſpecie pietatis. ſicut & ille. hoc facit. [*2 Chron. 28, 23.*] Quis enim crederet hęc eſſe carnis opera. Quando pro veritate & religione

opus agitur: & vt dicitur bona [*so*] intentionem eſſe ac pro bo-
nore dei fieri? Igitur iſte ſuperbus ſenſus omnes nos perſequitur
& cum ſit carnis opus. ita ſubtilis & ſpiritualis eſt vt a paucis-
ſimis deprehendatur Quod ſit lux angeli ſathane tranſfigurat
[*Ausgestrichen:* in lucem] angelum lucis. hii enim ſuperbi mor-
calumniantur. humilem ipſum ſenſum: quem ſpiritus ſuggerit.
eum ſtultum, vanum, falſum argūūnt. O felix. qui abnegat
ſeipſum didicit in hoc maximo malo. Suſpecti proinde nobis
ſemper eſſe debemus. & timere ac lugere. quod forte talis alipa
adhuc in nobis ſit ſenſus inflatura. Quis enim gloriabitur ſe
purum ſpiritum. & non habere adhuc carnem aduerſariam
tūi. etiam ſi iam nec luxurię. nec auaritię. aut aliarum manifes-
rum nequitiarum pars aut tentatio in ipſo ſit. Si enim Car-
tibi & in carne es. Certe. ſuperbia iſta quoque tecum eſt &
in illa. vſque dum corpus iſtud fiat totum ſpirituale. Sed
ergo peccamus ſemper immūndi ſumus: Et ſi dixerimus quod
catum non habemus. mendaces ſumus. Quia negamus nos hab-
carnem Cum tamen caro vbicunque ſit. ſecum iſta mala hab-
ſpiritum impugnet. Et quia Spiritus & caro vnus homo eſt
dubio Culpa hominis eſt. Quod caro tam mala eſt & male
Quare vts dixi ſemper ſumus in motū. ſemper Iuſtificandi
Iuſti ſumus. Nam hinc venit vt omnis Iuſtitia pro preſenti
ſtanti. ſit peccatum. ad eam que in ſequenti Quaſimodogeniti
denda eſt. Quia Vere dicit B Bern. Vbi incipis nolle fieri
lior. deſinis eſſe bonus, Quia non eſt ſtatus in via dei: ipſa
peccatum eſt. Quare qui in preſenti Quaſimodogeniti ſe Iu-
confidit & ſtat. iam Iuſtitiam perdidit. Sicut in motu ſimi-
patet. Terminus. qui in iſto Quaſimodogeniti eſt ad quem
in ſequenti Quaſimodogeniti eſt terminus a quo. Terminus
autem a quo eſt peccatum a quo ſemper eundum eſt. Et ter-
nus ad quem eſt Iuſtitia quo ſemper eundum eſt. Quare
dixi Quod ſemper precedens Iuſtitia eſt iniquitas ad ſequen-
Et velut litera ad ſpiritum. vanitas ad plenitudinem vts

**Oculi mei defecerunt in ſalut. t. & in eloqui Iuſ-
tie tue**

Intellige de ſalutari triplici. primo experſona fidelis ſymu-

reuelationem Chriſti & Euangelii eius. quod eſt eloquium Iuſtitię & ipſe Chriſtus ſalutare. petentis. que & ſupra petijt in bonum ſuſcipi & a calumnijs ſuperborum ſeruari. quia fecit Iudicium & Iuſtitiam. Secundo contra hereticos. in perſona Eccleſie. verum ſenſum Scrip. poſtulantis. Tercio In perſona ſpiritus noſtri. contra carnis ſuperbiam vocantis. verum ſalutare & intellectum verbi. ſanum.

Fac cum ſeruo t ſecundum miſericordiam t. Iuſtificat t. doce me

Quia non eſt meritum noſtrum Sed miſericordia promittentis. qui facit veritatem & implet promiſſa. promiſit autem illis Chriſtum. Eccleſie veritatem inęternum. Spiritũi noſtro gratiam & auxilium ad bonum. veruntamen moneri Vult & peti ſuper promiſſis

Serũs tuus ſum ego da mihi intell. Vt ſciam. teſt. t

Intellectum petit contra literam Quia ſpiritus Eſt intellectus. Sed ſicut creuerunt tempora. Ita & litera & ſpiritus. Nam quod illis tunc ſuffecit ad intellectum nobis nunc eſt litera. Quia Vts dixi ſubtilior eſt nunc litera nobiſcum quam olim fuit. Et hoc propter perfectum. Nam vt dixi

Blatt 258ᵇ: Omnis qui proficit. hoc quod poſt ſe obliuiſcitur. eſt ei litera. Et in quod ſe ante extendit. eſt ei ſpiritũs. Quia ſemper illud quod habetur eſt litera: ad illud quod acquirendum eſt: vt de motu diximus Ita Articulus trinitatis expreſſus. tempore Arrii fũit ſpiritus. & paucis datus. Nũnc autem Eſt litera quia reuelatus. niſi & nos addamus aliud. ſcilicet viũam fidem ipſius. Quare Orandum ſemper eſt pro intellectu vt non in occidente litera torpeſcamus. Si enim filii dej ſumus. ſemper oportet eſſe in generatione. Vnde dicitur. Qui natus eſt ex deo non peccat [*1 Ioh. 3, 9.*]. Sed generatio dei conſeruat eum. Sicut enim in deo. filius ſemper & abęterno & inęternum naſcitur. Ita & nos ſemper oportet naſci. nouari, generari. Illam enim generationem: omnis mutatio Creature ſignificat Anagogice. & hanc tropologice. & Eccleſie allegorice. Sic in ſcrip. dicitur de nobis quod ſũmus infantes quaſi modo geniti ſemper. [*1 Petr. 2, 2.*] Et ps. 71. florebũnt ſicut fenum terrę. Impii & carnales etiam com-

parantur feno. Sed areſcenti. Nos florenti & non areti. Et arenti & non florenti. Sed florere non poteſt. niſi continue nouum fiat & creſcat. Ergo ſi florentia feni nobis comparatur. non oportet nos marceſcere. Sed ſemper florere. Semper ire de virtute in virtutem. de claritate in claritatem. ex fide in fidem. Viſimus de quibus dictum eſt ps. 109. Ex Matrice Aurore tibi ros infantię tuę. hinc recte dicitur Quod Intellectus Scrip. ſemper proficit & non habet finem. que dicit A generationibus me adimplemini. [*Sir. 24, 26.*] Bene ergo petit Intellectum licet prius habeat

Tempus faciendi d. diſſipa. Leg.

Sic deus permittit pharaonem extolli vſque dum compleat tempus. diſſipauerunt Iudęi legem heretici Euangelium. Caro ſuperbie & peccati. hũmilitatem & ſpiritum. qui eſt lex ſpiritus ſemper proficiens Sed impeditur a Carne: ideo dicit Tempus est domine Vt facias. ſicut locutus es. vt rurſum tu diſſipes etiam eorum legem repugnantem legi tuę immo diſſipantem Et ſtatue [*so*] ac firmes legem tuam in nobis

Ideo dilexi Mand. t ſuper Aurum & Topazion

Aliqui diligunt aurum & Topazion ſuper omnem legem. qui diligunt legem cupiditatis cũi in membris eorum regnanti obediunt Alii autem etiam ſuper Aurum & topaſion diligunt legem membrorum ſecundum Cupiditatem luxurię. Alii inſuper ſuper aurum & topaſion diligunt legem dej. Et tamen vituperantur quia diligunt eam in litera & non in ſpiritu: Quia nolunt illam & cum illa proficere. Sed ſtare in gradu. ſicut incepit. Et ex ipſo iam ſuam legem & ſuperbum ſenſum carnis ſue imponunt legi dei Et Vbi legem dei videntur diligere. Vanitatem cordis ſũi potius diligunt & querunt mendacium. Quia non volunt Vt dixi. dirigi Sed tantum regi Non vlterius duci. Sed perſtare in preſenti. Vt Iudęi maxime faciunt Sed non qui ait

propterea ad om. mand. t dirigebar. omnem Viam iniquam odio hab

Dirigi enim Eſt proficientium. & proficiſcentium magis quam reſidentium quorum eſt potius regi Dirigimur itaque a domino ſpiritũ Vt non in litera & ſtante lacuna feteamus ꝛc

Blatt 259a: M M Mirabilia teſt. t. d. Ideo Scrut. eſt ea Anima mea Licet etiam alijs modis ſint mirabilia. vt in gloſa: tamen hoc loco ad literam ideo dicit mirabilia. quod ſunt abſcondita a ſapientibus & prudentibus & reuelata paruulis. [*Am Rande rechts:* Matt. 11.] Ita vt ſit ſapientia in myſterio abſcondita. quam nullus principum cognouit huius ſęculi Sicut ps. 117 Lapis reprobatus & tamen factus in Caput anguli: eſt mirabilis Et ps 4 Scitote quoniam mirificauit dominus ſanctum ſuum. Vt ſcilicet ſit ſapientibus Scandalum. paruulis autem virtus & ſapientia dei.

Cum igitur ita ſit mirabilis & abſcondita hęc ſapientia recte dicit. Ideo Scrutata eſt ea anima mea. Scrutanda enim eſt. quia latet vehementer ſuperbos. Quod non ſolum verum eſt de omnibus ſermonibus dei in Scripturis aut vbicunque Scriptis. Sed & in vocibus. Vbi ex ore prelati preceptum vel ex ore proximi conſilium tradit, mirabile ſemper tradit. .1. quod niſi humilis ſit aũditor. & obediat. cadat & pereat quia abſconditur ab eo. ſitque ei ſcandalum atque ſtultitia. Eoquod contrarie ſibi ſonet. & magnum detrimentum preferre videatur. Cum tamen nihil: niſi proprii ſenſus ſũi pretendat & requirat deiectionem vt locum habeat. Aduerſarius enim eſt. ideo aduerſarius apparet. Cui conſentiendum eſt cito. Sic enim [*Ausgestrichen:* petra] Lapis iſte mirabilis licet reprobus: ſuper quem ceciderit conteret eum. qui autem ceciderit ſuper eum confringetur [*Matth. 21, 42 ff. Ps. 117 = 118, V. 22 f.*] Meliusque eſt Cadere ſuper eum & confringi quam conteri illo cadente. Eſto ergo hũmilis Et Vbique verbum domini ſuſpicare

Declaratio [*Ausgestrichen:* **ſuper**] **ſer: t. illu: & intell. dat paruulis**

hoc eſt vt dixit quod mirabilia ſunt quia paruulis dant intellectum: & excecant ſuperbos qui contenti de ſuperficie verbi auditi: dedignantur ſcrutari ipſum: & prompti ſunt ipſum Iudicare & damnare ſecundum faciem: antequam Scrutentur. Diſce igitur hic obſecro

Regulam Generalem

Nullius dictum aut factum, Nullius Conſilium aut laborem. mox Iudices Sed ante omnia Scruteris primum

interiora eius. Nec ſpecies & ſuperficies te fallat. Hoc autem optime facies: ſi nunquam tuo ſenſui credas: Sed ſemper tibi ipſi ſuſpectus. alios. meliora ſapere arbitreris. Ac ſic promptus. paratus. Cupidus. ſis ſemper magis doceri, Iudicari, audire: quam dicere. Iudicare. audiri Hoc eſt quod hic ſequitur hic [*so*]

Os meum Aperũi. & attraxi ſpiritum: quia mand. t deſiderabam. O pulcherrima Humilitas quam pulchre loqueris: Non ait ſe os aperuiſſe. ad loquendum aut ſpirandum. Sed potius reſpirandum: Quia doceri quam docere malũit. Alii autem dicunt Os meum aperũi & ſpiraũi vel effudi ſpiritum. ij ſunt qui quicquid dixerint. ſpiritum eſſe velint ac ab alijs attrahi: cum ipſi tales eſſe debeant potius. deinde quid reſpiraũit. exponit. Quia mandata t deſiderabam. Sic inquit aperui os vt non mea vellem tradere. Sed tua deſiderarem accipere

Sed [*Ausgestrichen:* Eccleſie] Ecce dimiſſo ſenſu literali: repente ad moralem ſum diuagatus. Igitur tota miſeria eſt hęc Iudeorum Quod teſtimonia neque Moſi. nec Chriſti Scrutantur. quia neſciunt quod ſunt mirabilia: Qui enim hoc ſcit: vtique ea ſcrutatur, ne offendat: Ideo autem neſciunt ea mirabilia: quia non ſunt paruuli & humiles. Sed magni & ſuperbi a quibus abſcondita eſt iſta ſapientia. Sed queris. Quare eſt illis abſcondita, vt ſic offendant? Reſpondetur Quia ſic placitum eſt ante te o pater Matt. 11. Sed quare placitum vt illi pereant? Reſpondetur Quia aliter fieri non poteſt: Scrip. enim humilitatem docet. Sed ſuperbia & humilitas non ſe capiunt

Blatt 259b: Impoſſibile eſt enim vt ſuperbia. hũmilitatem ſapiat. & capiat. ſicut lucem tenebre non comprehendunt. Quare fit vt neceſſario ſuperbi offendant in verbis dej: quę docent humilitatem Et merito docent eam: quia deum verum decet. docere ſuas creaturas: vt ſe creaturas ſuas agnoſcant & ſibi ſubiectas. ac ipſe ſolus ſit ſuperior & altiſſimus. Ideo qui ſe in humilitate non ſeruant: in deum offendunt in creatura apparentem; dum non ſub vel equę. Sed ſuper creaturam eſſe. more dei. volunt. Sic enim Iudęi: velut dij ſuper humanitatem Chriſti ſe poſuerunt. Qui ſi humiles fuiſſent. non ſuper. Sed infra eam ſe poſuiſſent Et ſolo

deo ſuper vtrunque altitudinem conceſſiſſent. Sed de hoc ſatis

Aſpice in me, & miſerere mei: ſecundum Iudi. dilig. no. tuum

Intellectis igitur mandatis dei: nunc ſecundum ea ſibi fieri petit: Quia enim. humilitatem docent & omnia contemnere: que ſunt fomenta ſuperbię .1. omnia que ſunt in mundo. Sequitur Quod nihil terrenum poſſit petere: neque miſericordiam ſecundum carnem: Sed ſecundum Iudicium .1. exemplar vel ſecundum fieri ſolitum [*Am Rande links:* quare | ... non (?) & rem dicit | ſupra.]. (vt in glo:.) diligentium nomen tuum. Non ſecundum fieri ſolitum diligentium mundum & ſeipſos. Vel ſicut olim quoque miſertus fuit in figura. Iſraeli carnis Sed ſpirituali miſericordia. Hęc enim datur: ijs qui nihil querunt in mundo: qui ſua & ſe etiam non querunt immo contemnunt. quare multo minus in illis miſericordiam querunt ac non potius contemnunt. Diligunt enim Nomen domini. Et hoc ſolo viuunt Contenti. quod proprie pertinet ad Eccleſiam militantem: Nam hęc nondum rem: ſpeciem. ſubſtantiam dei videt. Sed tantum nomen eius audit & ex auditu in fide diligit: Vbi vani homines vel ſuum nomen. immo ſpeciem & rem ſuam diligunt

Greſſus meos dirige ſecundum Eloq. t. & non do. mej omnis Iniuſtitia

Data miſericordia & gratia: pro eadem aliam quoque dare oportet proficienti: ſicut data eſt incipienti Quia in greſſibus non tantum virtus ad poſſe & incipere. Sed & directio. lux. amplior ad noſſe & proficere: ne fruſtra ſit prior data, proficienti enim Inſurgunt Inſidie Et pharao exire permittit atque viam incipere. Sed procedere omnino non poteſt ſuſtinere. Et Nullus qui incipit [*Ausgestrichen*: ex] viam dei. ſentit reſiſtentem, ſaltem in incipiendo. licet plurimum: ante inceptionem. vt filij Iſrael in ęgypto. Sed incepto propoſito. mox ſentit rebellantem & magnam difficultatem. Vnde habet orare. Greſſus meos dirige. ſecundum eloq. Sed maximum & periculoſiſſimum reſiſtens vel impediens. Eſt error. vię & ſeductio illudens. ideo hoc maxime deprecatur dicens. ſecundum eloquium tuum vt non d. q. d vt non meum

vel hominum ſenſum incedam: in ſingulari Iuſtitia & propria Sicut Saul poſt inchoatum regnum & Ieroboam & alii. Demonium enim meridianum ſolet eos illudere dum pre nimia ſanctitate exorbitant ab obedientia: Quod potiſſimum fit. ſtudio malignorum magiſtrorum & ſeductorum. de quibus ſequitur

Redime me a Calumniis hominum: Vt Cuſtod. mand. t: Non petierat non tentari ab illis. Sed ne dominarentur ej ac perſuaderent vt ps. 18. [*V. 14.*] Si mej non non [*so*] fuerint dominati tunc immaculatus ero. & emundabor a delicto magno .. obedientie derelicte. quam illi alieni docent relinquere & propria electa, agere. quod eſt magnum delictum vtique, immo ſolum & maximum: Sic nunc redimi ab illis optat immo a Calumnieorum ne vincatur & dominentur ej. Et eſt expreſſio verſus precedentis que ſit illa Iniuſtitia & iniquitas. Quomodo autem redimatur. ſubiungit dicens

Faciem tuam illumina ſuper ſeruum: & doce me Iuſtific t

vt ſcilicet te preſente & luce ſemper tua illuſtratus eorum calumnias. laqueos & Inſidias euadam

Blatt 260a: Eſt autem Calumnia (.pace Iuriſtarum audi: breuiter, omnis machina & ſtudium. quo alterius veritas aut Iuſtitia. euertitur aut in mendacium ac iniuſtitiam conuertitur. Dita non perſonam Sed ea que ſunt perſone meliora perdere nitur: ſicut fit aut fieri In foro poteſt a Iudicibus vel aduocatis Vel in ſcolis diſputando. aut in Scriptis atque verbis redarguendi Vel in ſuggeſtis vnus contra alium predicando. Sic enim vſq; hodie (.vt ad literam reuertamur) Iudęi & heretici noſtram fidem & religionem. calumniantur: dum eam falſam & iniquam proclamant.

A principio Igitur ps de Eccleſia & Synagoga prophetat & Chriſto & euangelio eius Eccleſia enim videt quod mirabilia ſint teſtimonia eius. Ipſa Scrutatur ea. Ipſa illuminatur declaratione ſermonum eius. & ei intellectus datur quia humilis & parula Ipſa enim contemptrix omnium, os ſolum aperuit ad verbum ex attrahendum. quod eſt ſpiritus. quem deſiderauit. Ipſa petiit venire miſericordiam dei in Chriſto: que eſt ſpiritualis & diligens

tium eum in fide & nomine ipſius nondum in re: Hęc omnia non ſynagoga Sed contraria egit per ſingula vt facile eſt videre ex predictis. ea per oppoſitum induçendo. Et non ſolum ea non egit. Sed etiam Eccleſiam ad. ſuam perfidiam & iniquitatem ſtuduit detorquere Vnde Eccleſia orauit & nunc orat. Vt in tantis infidijs dirigantur greſſus eius in miſericordia Chriſti percepta vt non dominentur illi ſuper eam. Sed redimatur a Calumnijs hominum carnaliter ſapientium atque ideo eius viam calumniantium. Vt ſcilicet vel etiam Calumniantes conuertantur. quod multo maxime vellet vt verſus ſeq. explicat. Vel ſaltem ipſa eruatur & non ſuccumbat. Iſtam autem Eccleſie Viam & formam. omnis qui incipit Chriſto viuere experiatur neceſſe eſt

Exitus aquarum dedux ocl. m. quia Non Cuſtod. leg. t.

Ecce quam ab antiquo. miſeria Iſta Iudęorum cognita. predicta & deplorata eſt. Et poſtea multo magis per Eccleſiam: Igitur Iſte verſus. & infra ſimiles. Vel Vbi eos accuſat quod longe facti ſunt. accipienda ſunt tanquam fluentibus lachrymis ex maxima compaſſione ſicut Chriſtus ſuper Hieruſalem fęcit: Et non tanquam [*Ausgestrichen:* amare] amare eos lacerans vt infra. Appropinqua. perſe. me. iniq [*V. 150.*]: q. d Ach heu: quod appropinquauerunt. & per hoc longe ꝛc Vnde & Ro. 9. Apoſtolus. Veritatem dico. Quoniam triſtitia mihi magna eſt & continuus dolor cordi meo. optabam enim & ipſe ꝛc Iurat Apoſtolus in conſcientiam quod triſtetur pro illis: quod ideo facit Quia homini incredibile videtur. quod talia ab illis ac tanta paſſus adhuc eis ex ſynceritate condoleat. Non enim hoc hominum mos eſt. Sed deorum & omnium bonitate affectorum. Sic facit & hoc loco populus fidelis. Licet ſe pati queratur deo, tamen pro perſecutoribus magis patitur vt ſuper eos & non potius ſuper ſeipſum ploret dicens. Exitus aquarum ꝛc Ecce igitur Charitatem & patientiam & bonitatem ſanctorum immo & ſapientiam. Vbi ſunt ergo inſipientes qui non tantum ſunt Impatientes. Sed die ac nocte vindictam meditantur? Quare autem? Quia non vident quantum damnum ſit illorum. qui non cuſtodierunt legem domini: ideo illis nihil compaciuntur. Sed & ipſi a lege dei recedunt per ıram & impacientiam. Vnde & vigilantiſſimo verbo propheta vſus

eſt. Non enim ait Exitus aquarum ego deduxi Sed oculi mej. q. d Quia Vidi intellexi. preuidi. eorum miſeriam: ideo abunde fleũi: oculi enim deduxerunt: quia viderunt Sed quid faciam quia nolunt aliter ſibi fieri. nolunt enim cuſtodire legem tuam Sed ſtatuere ſuam. Si enim vellent: te haberent vnde poſſent: Ideo Quod non cuſtodierunt dico non dico quod non poſſint. Sed quia iam nolunt ac noluerunt tu autem Scis vtrum vnquam cuſtodient Igitur. Cum tu ſaluare nolentes non poſſis: Iuſtus es. quod illos non ſaluas & abijcis Vnde ſequitur

Blatt 260b: [*Am Rande links:* o. 18.] **I I Iuſtus es domine & rect. Iudi. t**

hoc ad preced. poteſt necti. Quia ſcilicet damnat eos qui non cuſtodierunt legem eius. quod Iudicium eius eſt rectum. Et ſaluat cuſtodientes. quę Iuſtitia eſt Iuſti Iudicis. Aliter & melius vt videtur mihi. Eſt abſoluta & nouę narrationis inchoatio: contra eos qui non cuſtodierunt legem eius Sed impugnauerunt potius ſuis calumnijs. Et ſic dicit. Licet illi phariſej te Iniuſtum calumnientur. in conſtitutione legis tuę ſpiritualis que eſt lex fidei & euangelii: quia ſuam volunt carnalem eſſe Iuſtum. tamen Ecce velint nolint. tu domine (.1. o deus pater. Vel magis proprię. 0 domine Iheſu: Iuſtus es. in lege tua. Nam maxime legem tuam reprobant quia te deum non cognoſcunt. Sed velut hominem reprobant. Similiter & Iudicium tuum quo reprobas carnem. literam, & omnia que ſunt veteris hominis: in lege tua: vt ſtatuas Iuſtitiam tuam: eſt rectum & verum: Sic Iudicium contra Iuſtitiam eorum iniquam. Et Iuſtitia tua contra Iudicium: quo. ipſam illi reprobant. fit enim & facta eſt eſt [*so*] mira Compugnatio. Quia Iuſtitia Chriſti in ſpiritu eſt. contra quam illi ſuum Iudicium decernunt & ipſam & omne ſpirituale damnant & reprobant. quaſi falſam. inutilem & mendacem. Ediuerſo ipſi Iuſtitiam habent in carne contra quam Chriſtus Iudicium ponit. eam & omne carnale reprobat & damnat. Sed eorum Iudicium eſt iniquum. Chriſti autem rectum. Igitur recte dicit Iuſtus es domine & Iuſtitiam ſpiritus ſtatuendo & rectum Iudicium, ſcilicet Iuſtitias carnis Iudicando & deiiciendo vt ps 64. Ego Iuſticias Iudicabo. Econtra. Iniũſti illi & iniquum Iũ-

dicium eorum. quo tuam Iuſtitiam damnant & ſuam ſtatūūnt. ps. 4. Vt quid diligitis vanitatem ſcilicet vanam Iuſtitiam ſtatuentes. & queritis mendacium .1. Iudicium iniquum reprobans Iuſtitiam veram. quod ſit mendacium. [*Am Rande links:* Chriſti Iudi.. Iudi.. udęo] Sic ſequenter. Sicut Iuſtus eſt. Iuſtitiam ſuam ſtatuendo: & rectum Iudicium. quo aliorum Iuſtitiam reprobat. Ita certe etiam Iuſtus eſt ſuę Iuſtitie ſuſceptorem populum acceptando. Et Iudicium rectum. ſuę Iuſtitię reprobatorem populum reprobando.
Quia

Mandaſti Iuſtit. teſt. t & veritatem t Nimis. Hic verſus exponit precedentem Quia Iudicium illorum contra veritatem Chriſti pugnat & veram Iūſtitiam reprobat. Iuſtitia autem eorum contra Iuſtitiam dej immo contra Iudicium eius. quo reprobatūr. Et ſic iſte verſus damnat eorum Iudicium & Iuſtitiam. ſicut primus probauit. Iuſtitiam & Iudiciūm Chriſti. Mandaſti inquit Iuſtitiam [*Ausgestrichen:* tuam] ſcilicet quam illi iudicant. & veritatem tuam. contra eorum mendax Iudicium vel Iuſtitiam vanam & figuralem. Quod autem nos habemus. Iūſtitiam teſtimonia tua: heb. habet Iuſtitiam teſtimonii tūi. .1. Euangelii tūi in quo Iuſtitia tua reūelatur. quam illi ſuo Iudicio reprobant. & veritas qua eorum Iuſtitia vana conuincitur. Nimis ergo mandauit & vſque quaque (.1. in omnibus viribus exercendam. Quare.

Tabeſcere me fęcit Zelus meus: quia obliti ſunt Verba t. inimici mei non ſolum non cuſtodierunt Sed & penitus obliti ſūnt: qui toti merſi in literam & in longinquam regionem abeuntes: ſuis conſueti, intenti & habituati: iam ne meminerunt quidem veritatis & ſpiritus. qui tantum olim abundauit in iſto populo. Et quid habent niſi literam, fecem. vinatia, reliqūias, Scoriam: qui Spiritum & veritatem non habent: que eſt tota ſubſtantia intus latens. Vnde recte ſequitur.

Ignitum Eloquium tuum Vehe. & Seruus t. dilexit illud. Ignitum hic pro igne probatum. Vnde heb. probatus ſermo tuus vehementer & ps .11. Vbi contra eos loquitur qui

veritatem diminuerant. & deficere fecerunt Sanctum (.1. interiorem ſenſum ſacrum ſpiritualem.) Et Vana locuti fuerunt. labiis doloſis. Ideo ſibi Vana & corticem & putamina ſeruauerunt. Nucleum autem, adipem & medullam abiecerunt: quę nobis data ſunt. [*Ausgestrichen:* Igitur ſenſus] Eloquia domini. Eloquia Caſta. argentum igne examinatum. probatum terre. purgatum ſeptuplum

Blatt 261a: eſt: illi Scoriam literę occidentis: nos ignitum & purum ſpiritum. Illos folliculis & exuuijs nos cibauit adipe frumenti: illis nucum putamina, nobis autem nucleum & medullam Quia ſic Voluerunt. & nos noſtra voluimus: Igitur Ignitum eloquium tuum quod nobis ſeparaſti. a Scoria illorum qui obliti ſunt illud. Seruus autem tuus dilexit. licet doleat quod illi ipſum oderint & obliti ſint: hoc enim Iudicium tuum rectum eſt: quo hec duo diuiſiſti Sed quia in ſpiritu ſolummodo nota eſt hęc dignitas eloqũii tũi: non in oculis carnis. Ideo apud eos velut nihil habens. & ſtultus reputor: Vbi illi aliquid grande. quia in oculis eſt eorum ſapientia & ſimiliter in ſpiritu tantum nota eſt indignitas Scorie eorum. Idcirco illi. Velut Magni & honorabiles & illuſtres in mundo Ego autem quid?

Adoleſcentulus ſum ego & Contemptus. Iuſtif. t. non ſum oblitus heb. paruulus ſcilicet ille cũi dat intellectum declaſer. Ex quorum ore perficis laudem tuam Tibi ſum paruulus: ideo illis ſum contemptus. Illi autem ſibi ſunt magni: ideo tibi ſunt contempti. Sed tamen non me mouet eorum contemptus ad obliuionem Iuſtificationum tuarum. Quia tibi non ſum contemptus. Sed honorificus: quod me magis mouet quam illorum contemptus retrahit. poteſt etiam paruulus dici ſcilicet quo ad illos. quia coram deo magnus eſt Sed mundo paruulus

Iuſtitia tua Iuſtitia inęternum & lex tua Veritas

Q. d. parum me mouet quod ſum contemptus ab illis: quibus ſua Iuſtitia, ſua veritas, ſuus ſenſus, ſua ſapientia placet. Scio enim. quod hęc omnia cito ſoluentur & fient nihil. Iuſtitia autem tua. qua me Iuſtificas. propter quam deſpicior. eſt ęterna & non deficiet. Sic enim vſque hodie hipocritę preferuntur Sanctis & humilibus corde. Sed. Quia hipocriſis eſt: ſepiſſime

comperta eſt cum confuſione finem accepiſſe. Igitur noli timere. iactatores illos hipocritas. tu ſerua humilitatem & veritatem ſpiritus. Videbis quod tandem non durabit fictio & Simulatio illa: tua autem Iuſtitia ex deo inęternum erit

Tribulat & anguſt. Inuenerunt me. Mand. t med. me eſ

Quam peruerſus eſt mundus. qui non ſolum deſpicit & contemnit veram Iuſtitiam & veros Iuſtos & hipocritę non ſatis habent quod legem dei non cuſtodiunt, obliuiſcuntur & contemnunt niſi etiam perſequantur. Quia non poteſt mundus ſuſtinere contra legem ſuam viuentes. ſic Aman Iudęos apud Aſſuerum accuſaũit. [*Esther 3, 8.*] Ideo non tantum faſtidit & odit Sed etiam expellere conatur. Sed contra ſtat hoc verbum. Dominare in medio inimicorum tuorum Igitur propter Iuſtitiam Chriſti populus eius. tribulatur. (.1. inquiętatur in corpore, fama rebus & omnibus ad ſe pertinentibus.). deinde anguſtatur (.1. in arctum truditur Vt tribulationem effugere nequeat. aut rurſũm redintegrare & dilatare. ea. que tribulatio vaſtauerat. Aufertur ab eis quod habent: nec ſinuntur illud vel aliud querere ſic ſequitur tribulationem anguſtia. Vt ſolent trudi ex domibus ſuis in carceres. Vbi ſi extruderentur tantum. & redire permitterentur. eſſet tantum tribulatio. Sed nunc accedit carcer & negatur reditus & latitudo. ac ſic fit anguſtia. Sic in ceteris ſimili modo

Quid ergo ſolatii habeo & latitudinis? hoc vnicum ſcilicet. Mand. t med. mea eſt. Spes enim promiſſionis omnia ſuſtinere poteſt. Ergo verbo dei omnes ſuſtentamur.

Aequitas teſtimonia tua inęternum. Intellectum da mihi & Viuam. heb. Iuſta teſtimonia inęternum. Quia promittunt ęterna & faciunt Iuſtos inęternum. Sed quia ſunt teſtimonia & non res ideo intellectus in ijs opus eſt ſemper. alioquin occidunt eos qui non Intelligunt ea. Sicut Spinx thebana (.1. ignorantia.) occidit ignorantes .1. litera literales

Blatt 261b: C C CLAmaui in toto corde exaud. me. d. [*Am Rande links:* .... (Oct.) 19.] Iſte oct. Vt & preced. Ingens deſiderium patrum In Chriſtum Venturum exprimit. Et quis eſt qui amoris omnes affectus exprimat de re deſiderata? Et ſi exprimat Quis eorum pondus digne eſtimet? Si enim Carnis amor

de re amata abſente. vehementiſſimis innũmerabiliter variat affectibus. Quid non faciat amor ſpiritus. qui eſt multo vehementior? Igitur ad iſtius psalmi affectus aliquomodo percipiendos. non debet abſurdum haberi Si in amore carnali. eos ponderemus. Quia Bonum eſt. ex malo elicere & intelligere bonum Et ex impudicitia. pudicitiam magis mirari. Igitur finge tibi. pũellam amore Iuuenis impatientiſſime flagrantem. Et eius finge cogitatus. deſideria. ſpes, metus odia & aliarum perturbationum motus aſſidue & multipliciter fatigantes animum eius Talis eſt iſtius populi fidelis ſynagoge ardor: que iam plena nubilis etate. iam apta duci in ſponſam Chriſti pulcherrimi Iuuenis: tempus enim iam Vt fiat Eccleſia de de [*so*] ſynagoga: fiat domina ex ancilla: Libera ex ſerua. Sicut Ezech. 16. apte eandem deſcribit quod Vbera eius [*Vers 7*] intumerunt [*so*] & pilus germinauit. Et tempus inquit tuum tempus amantium. Cogita igitur. quibus, qualibus: quantis affectibus vrgetur. & fertur talis adoleſcentula in ſpiritu. Nunc timet differri aut negari ſponſum Nunc rurſum ſperat venturum, Nunc gaudet. nunc triſtatur. Nunc optima de ipſo ſuſpicatur. Nunc peſſima de alijs. quos forte impedire exiſtimat. Ipſa enim eſt quę hic dicit Clamaui in toto cord. .1. omnibus viribus & magno deſiderio te vocaũi. Quantus eſt iſte ardor. qũi non vocare tantum Sed clamare cogit & clamare toto corde. Qui enim ore vocat aliquid facit. Sed magis qui vocando clamat. maxime autem qui tota voce & pulmone clamat. Sed multo amplius eſt cor quam vox. Ergo toto corde clamare non cuiuſcunque eſt. Sed perfectiſſime Chriſtum deſiderantis. At Nunc multi nec ſibilant quidem. Sed eſt ſilentium in corde. quia nullum deſiderium Chriſti. veritatis. Iuſtitię, ſalutis ęterne. Magnus autem Clamor in lucra honores, voluptates: quo deus offenditur. & vocatur diabolus. Vnde Ad ſynagogam dicit Oſee. 4. Nocte tacere feci matrem tuam. Conticũit populus meus. eo quod non habuerit ſcientiam. (.quia noluit vt ſequitur.) Quia tu repuliſti ſcientiam. repellam & ego te ꝛc

Inde eſt Quod Clamor Cordis moraliter Eſt intenſum deſiderium Iuſtitie. veritatis, ſalutis quem Cum audierit diabolus.

multum fugit: ſicut hoſtes & Inſidiantes. a voce vigilum ciuitatis. Vbi autem ſilentium huius deſiderii viderit (vt ſit in tepeſcentibus a feruore.) mox per Inſidias irrepit & ex improuiſo ſuccendit malis cupiditatibus ciuitatem dei Sic ps. 31. Quoniam tacũi Inũeterauerunt oſſa mea: dum clamarem tota die. Tacuit ſcilicet nocte contra diabolum. deſiderando Chriſtum & Iuſtitiam. Nox enim eſt hęc vita. Sed Clamauit deſiderando iniuſtitiam & malum: per diem carnis. Igitur puellarum amores imitemur ſpiritualiter. Aut ſi omnino amore pudicitie id refugis. Ecce Mariam Magdalenam ad ſepulchrum accipe. Quę figura immo & pars illius flagrantiſſimę ſynagoge fuit. Ipſa enim facile te docebit: qui ſunt ardores & affectus in verbis iſtius octonarii. Nam optime ej poſſũt aptari. Cum & preuenerit diluculo & Immaturitate & clamauit atque vocauit ſponſum ſuum. multo mirabilius in ſpiritu quam corpore. puto autem ego Quod Canticum Canticorum ipſa ſola facile exponeret. Mira enim myſteria in ſe continet. ſecundum hyſtoriam in Euangelio de reſurrectione ſcriptam. Exaudi me domine, ſcilicet Chriſtum gratiam. euangeliumque eius mittendo: hęc enim clamore deſidero

Blatt 262a: Iuſtificationes tuas reqũiram ac ſi dicat: feſſũs ſum Iuſtificationibus Moſi & literę ideo tuas quero vt in corde coram te Iuſtus ſim. Ecce quam purum & ſanctum deſiderium: quod non niſi gratiam & veritatem Chriſti querit. vt eam cuſtodiat vnde iterum repetit

Clamaũi ad te ſalua me. Vt Cuſtod. mand. t.

Quaſi exponens pro quo exaudiri ſe prius clamantem velit. ſcilicet pro ſalute: quam vtique Chriſtus attulit. Mundus autem & Lex non habũit. Neque enim Cuſtodiri poſſunt mandata dei niſi quis primo ſaluus fiat per Saluatorem Chriſtum. a peccatis. Vt Angelus ait. Ipſe enim ſaluumfaciet populum ſuum a peccatis eorum. ideo dicit. Saluum me fac. vt cuſtodiam ꝛc Ad hoc quero ſaluus eſſe: vt ſerũiam tibi. Ac per hoc vtique ſe confitetur. infirmum miſerum. captiuum. & ſub lege peccati eſſe. Quod & omnis humilis facit. Non tantum Incipiens Sed & proficiens. Superbus autem hoc negat: quia ſibi ſaluus & ſine peccato videtur. vnde neque clamat ſaluari vt cuſtodiat m. t.

quia cuſtodiſſe ſe putat & ſecure ſibi tacet Nos autem Non ſic Sed ſemper ſumus ſalũi quidem ad ea que habemus & peregimus incipiendo. Sed ad ea que ante nos ſunt & in quę extendi habemus proficiendo nondum ſalũi ſumus. Sed infirmi, captiũi, miſeri Ideo & ibi clamandum eſt ſemper pro ſalute. Nam & iſte populus qui hic clamat. Non erat ſine ſalute & luce & gratia. Sed futuram nondum habũit. promiſſam: ad quam tenebatur habendam. querendam. deſiderandam. Tenebatur enim clauſus in fide reuelanda. Ita omnes ſumus in medio gratie habite & habende vt ſic ſemper ſit gratia pro gratia & profectus in nobis de claritate in claritatem. Et qũi hanc poſteriorem negligit. primam quoque amittet & Numerabitur inter filios Iſrael: qui exeuntes de ęgypto: reuerti poſtea magis quam proficere volũerũnt. Igitur ſemper Clamandum. & nunquam arbitrandum apprehendiſſe vt cuſtodiamus mandata dei & obliuiſcendum Quod cuſtodiuerimus ante vnquam

Pręueni Immatũritate & Clamaui: quia in Verb. t ſuperſperaũi.

Quomodo poteſt preuenire deum clamando? Sed non ſimpliciter preuenit. immo in Immaturitate Nam nondum erat dies & tempus gratie. Sed adhuc immaturum & valde mane. quando iam fere incipiebat nox legis finiri. & prope erat ortus noue legis: Ideo Licet ſim in tempore nondum apto ad clamandum: nondum datus ſpiritus qui clamet, non reuelata gratia & euangelio. Nihilominus clamo: Et hoc quia promiſſa tua habeo. In verba tua ſuperſperaũi: promiſiſti enim Chriſtum & gratiam eius: ideo preuenio quidem ante datam & exhibitam Sed vtcunque indignus ſim: tu tamen verax es. qui promiſiſti. Neque ideo preuenio & clamo quia debitor mihi ſis. aut ego meruerim aut dignus tanto munere. (. quia tunc non preuenirem. Sed legitime venirem debita poſcens.) Sed [*Am Rande links:* preũenire] quia ſperaũi in verba tua: Miſericordia tua promittentis. fecit me audacem Vt ante merita & intempeſtiue peterem. Vide an hęc non ſint verba deuotiſſima, humillima & pregnantiſſima ad orandum. Hoc totum pulchre figuraũit Maria Magd. ad ſepulchrum Immature veniens cum adhuc tenebrę eſſent. Ita Mo-

raliter Nos omnes ſemper. preuenimus Immature Quia ad ea que nondum habemus: in que nos proficiendo extendimus: ſumus indigni & gratis accepturi. Sed quia promiſit. qui petit accipit. qui querit Inuenit: ideo tacitis meritis noſtris. de miſericordia promittentis confiſi [*so*], & audaces In verba eius ſuperſperamus. Vt Accipiamus ad que accipienda nimis intempeſtiue preũenimus. & nimis ante meritum accedimus

Blatt 262b: Si enim cum meritis accederemus. iam non preueniremus: immo non acciperemus. Sed iam accepiſſemus ideo non clamandum eſſet. Sed gratię agendę. alioquin gratia iam non eſſet gratia.

Preuenerunt Oculi mei ad te diluc. Vt med. Eloq t

Eſt eiuſdem repetitio. Niſi forte hic petat Euangelium & eloquium vt meditetur quo ad Intellectum iſte autem verſus. gratiam & incrementum quo ad affectum. Vel iſte eſt expoſitio preced contra carnaliter ſapientes, quorum multi preueniunt. ſatis Immature & Indigne (. quis enim mature & digne. etiam temporalia & vitam iſtam a deo petit. qui omnibus omnia gratis dat ſicut verus deus & naturalis. .) clamantes. Sed temporalia deſiderantes vt vſque hodie Iudęi & heretici & mali. Et ipſi quoque in verba eius ſuperſperant: & promiſſa allegant. Sed Non oculj eorum preueniunt. immo Venter & os. Quia ſatiari querunt hic diũitiis. gloria vana & voluptate mundi, non vt meditentur eloquia eius Sed fidelis populus. ſpiritualia querit: quę ſunt in fide & euangelio nobis donata maxima Ergo vt eloquia eius (in quibus omne bonum nobis contulit.) non tantum audiat. Sed etiam meditetur & per incrementum ſibi incorporet. Mira eſt enim hęc petitio. Non niſi verba peti a deo. non res. Sed ſigna rerum. Quis enim pro verbis tam anxie vnquam clamauit? Sed Quia in verbis per fidem abſcondita ſunt [*so*] res non apparentes. Ideo habens Verba per fidem: habet omnia licet abſcondite. Et ita patet. quod iſte Verſus petit literaliter. non futuram Eccleſiam nec eius bona. Sed preſentem & eius bona: que non ſunt niſi ipſum Euangelium gratię quod eſt ſignum & verbum ſperandarum rerum & non apparentium. Et tali cibo nos alit Chriſtus. Et Niſi ſit moleſtum. id confi-

derare nos velim Immo diſcernamus Nature bonum. a peccati turpidine [*so*] & de ſtercore eligamus aurum & ex bono malum. Quid enim (. vt dixi ſupra.) pũella amans Iũũenem ardentius, [*Ausgestrichen am Rande links:* magis; *für* ardentius *steht ursprünglich* ardentiſſime, *aber* ſſime *ist ausgestrichen und* us *darüber gesetzt.*] cupit. quam amplexum oſcula & concipere ex eo filios. hoc enim Natura habet. Sed turpis libido. peccati plaga eſt. Ita et ſpiritualis iſta puella nihil niſi ſemen verbi dei cupit ex ſuo ſponſo excipere ac ſic filios procreare ſpirituales. Hoc eſt ſemen quod ait. Vt meditarer eloquia tua (.1. vt conciperem ſemen tuum in vtero anime meę. Et ibidem illud alerem ac fouerem vſque in fętum boni operis. quod fouere eſt ipſum meditari [*Oben S. 366.*]

Vocem m. Audi ſecundum miſericord. t. d. & ſecundum Iud t Viuifica me

Vlterius exponit que dixit Scilicet Licet ego preuenias ante tempus & meritum. tamen quia in Verba tua ſperans Veni ideo ſecundum puram miſericordiam tuam. qua cogente promiſiſti Chriſtum mittere. audi clamorem iſtum meum: quo eum voco: Vt in ipſo Viuifices me mortuum. Sed non poſſum in eo viũificari. niſi prius in me occidar. quod eſt Iudicium tuum. [*Am Rande links:* Iuſtus es & rec. Iudicium tuum] Ideo ſecundum Iudicium tuum viuificabis me. Vt mihi amplius non occide me queſo. Sed vt tibi Viuam: viuifica me. Sic enim oportet animam meam occidi & carnem crucifigi. vt viuam ſpiritu. hoc ſalutare Conſilium & Iudicium tũũm Sed hoc horrent amatores ſũi: inimici crucis & diſſuadent ſibi & mihi Et potius Volunt miſericordia tua carere ſpiritum viuificante: quam Iudicium tuum portare in carne mortificatiuum. Vnde & per hoc ipſum ſuum Conſilium & ſtultum Iudicium

Appropinquauerunt (. perſeq. me:) iniquitati A lege autem. tua. Longe f

perſequuntur autem dupliciter Vt oct. 11. docendo impia & negantes tribulando. Sed Iniqua eſt eorum ſententia. Iuſtitia: Iniquum Iudicium. qui preferunt carnem ſpiritũi: Et hunc magis volunt occidi & crucifigi vt ſalua ſit Caro & libera: per hoc longe fiunt a lege tua que contraria

Blatt 263a: vtique Sed vera docet. Illi autem Iniquitati ſuę appropinquauerunt nimis eaipſa peruerſitate qua declinant a Iudicio tuo. Neceſſe eſt eſt [*so*] enim vt ſic longe fiant a lege tua. quę Iudicium tuum docet. quando appropinquant iniquitati [*Ausgestrichen:* ſue] quam eorum traditio docet. Quę eſt fabulatio iniquorum Sed non vt Lex tua. hunc autem Verſum ex zelo pio magis queritur quam accuſat vt ſequitur

Prope es tu Domine & omnes Vię tuę Veritas

Illis longe es. quia Longe a lege tua facti ſunt. prope autem iis qui tuę legi appropinquant fugitur Iudicium dei & fugit deus, ſuſcipitur autem & fit prope. Quia in tribulatione dilataſti mihi. Et adiutor in trib. q. Inue. nos nimis. [*Ps. 45 = 46 V. 1.*] Et ps. 9. Adiutor in oppor in trib. Neque in hoc mendacium fit. ſed mendacium fit ſi fugias Iudicium dei Quia omnes Vie eius Veritas. non tantum que ſunt in bonis faciendis pro interiore homine. Sed etiam in malis & caſtigationibus exterioris hominis. Vtrunque enim ſic prophetatum eſt & nunc impletur Sed quod illis hoc mendaciũm apparet. inde venit. Quia Litera legis. Diuitias. gloriam Bona carnalia promittunt [*so*]. Cum ergo horum contraria in Sanctis Chriſti & in viis eius videant ſcilicet paupertatem. contemptum & mala carnalia: ignorantes & ſcire nolentes Quod per illa Bona. figurata ſunt meliora: quibus venientibus: figuralia ceſſare oportuit. eo maxime Quod non ſunt compatibilia. Bona carnis & ſpiritus & mutuo ſeſe excludunt & impediunt. Et per hanc ignorantiam proni concludunt Quod deus ſit longe ab illis. qui talia patiuntur. Et mendaces ſint vie eorum velut contra Scripturam dei. Sed hoc faciunt quia Longe facti ſunt per ignorantiam a lege dei & appropinquauerunt iniquitati. Ideo contra eos dicit Quod non longe Sed prope ſit dominus. Nec mendacium immo veritas ſint vie domini. Et potius ab eis longe eſt. & eorum vie ſunt mendacium: Aut ſaltem aliquę Si non omnes. Hic autem omnes ſunt veritas Et ex eiſdem iam dictis motiuis nunc plenius ps. 4. intelligitur loqui. Vbi dicit. Scitote quoniam mirificaũit dominus ſanctum ſuum. Dominus exaudiet me cum Clamauero (. ſcilicet in tribulatione.) ad eum. Quod illi non credebant: Quia

Chriſtus crucifixus eſt eis ſcandalum. & deum eſſe longe ab iis qui ſunt in trib. putant. & erroneam eorum viam. prope autem eſſe eum. iis qui ſunt in bonis carnalibus & hanc veram Viam. Vnde ibidem dicit. filii hominum Vſquequo diligitis vanitatem & queritis mendacium Totus enim idem ps. Vult eis ſuadere Quod Iudicium domini. mala temporalia. & crux paſſionesque in Chriſto non ſunt mala. neque contra deum aut legem [*Am Rande rechts:* Ideo .... |incipi ... | Inuoca .... | in trib] Ipſi autem dicunt. Quis oſtendit nobis bona? Q. d Nunquid ille vel ille qui tot mala habent Sed quibus ſignatum eſt Lumen Vultus domini Sciunt. Nota hanc reſolutionem

Initio Cognoũi de teſt. t Quia Inęternum fundaſti ea

Quaſi dixiſſet. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui [*Ps. 4=5 V. 7.*]. Quia illi cęci & dorſum admouentes putant Quod mendacium ſint Vie tuę & tu longe. Sed ego cognoũi de teſt Illi dicunt Quis oſtendit nobis bona: Sed ſignatum eſt ſuper nos. .1. nos cognoſcimus quod ſint Bona. Quę illi horrent & alia querunt bona: propter ea que patior mala: quia non video mea bona Et nec ſua mala. Vident autem mea mala & ſua bona. ideo fides eis deeſt. ſenſus autem carnis adeſt, ſicut equi & mulus factis. hoc autem Initium alii referunt ad exordium Vbi fuit Eccleſia in Abel hęc cognoſcente. Alii autem ad exordium temporis gratie. Vt ſit preteritum pro futuro Quia tunc primum hęc cognitio eſt reuelata per Euangelium Licet eam multi in abſcondito haberent etiam in le, vet. Sed melius eſt Vt ſit prophetia de reuelatione Euangelii futuri. quod cognitum eſſe cepit in tempore reuelationis ſue. & gratie

Blatt 263b: V V Vide. humilit. me & Erip. Quia lęt Non ſ. ob

facilis iſte eſt octonarius. Quia lamentata prius fuit in quos. nunc ad dominum conuerſa orat de humilitate eripi ſcilicet de trib. in qua illi ſcandaliſantur. & obliuiſcuntur ob hoc lęt domini Sed cur petit videri humilitatem ſuam, cum ſupra dixerit prope es tu domine? forte vt notum fiat ſe videri a domino ſic ſcandaliſati in cruce Chriſti: edificentur ad Crucem Vel etiam ſimplex eſt petitio & abſoluta. pro liberatione de afflictione

Iudica Iudicium .1. Cauſam meam & red. me. propter Elo. t Viuif

Vindictam petit vtique ſalutarem in eos. qui ſe affligunt. Et Viuificari ſcilicet proficient magis ac magis: maxime quia dolet in cruce ſua carnales offendere. De quibus dicit

Longe a pec. ſalus. quia Iuſt. t. non exq.

Quia longe facti a lege & te ſaluatore vts. ideo quoque a ſalute: quod & hic ſatis oſtendit quia ſcilicet Iuſtif. t non exq. Quod idem eſt. quia a lege tua longe facti ſunt. Lex enim ſpiritualis eſt & Iuſtificationes agit in ſpiritu. Sed Iudicia in carne. Illi autem eas in carne querunt. & Iudicia fugiunt. Ideo bene dicit quod non exquirunt. quia intime non querunt Iuſti eſſe Sed exterius in carne. Quare [*Ausgestrichen:* ſu] longe ab eis ſalus

Miſericord. t multe d. ſecundum Iud. t Viuifica.

Quod illi non credunt. Sed multas Iudicant crudelitates eſſe [*Ausgestrichen:* in] tuas in ſanctis tuis. quos pati vident. neſcientes miſericordias tuas. Sed Iudicium eorum mendax. Ideo ſecundum tuum viuifica me. tu enim Iudicas carnem eſſe cruciandam. & rȩcte exqueris [*so*] hȩc Iudicia vts.

Multi qui perſeq. me & trib. a teſt. t non decli

A promiſſis tuis querunt me ſeducere & violenter auertere. Sed non declinaui ab eis quia per hȩc mihi futuram gloriam teſtaris. quibus fide adhereo & ſpe.

Vidi preuarican. & tabeſc. quia Eloq. t non Cuſtod

Sic & Apoſtolus fleuit inimicos crucis Chriſti: quia nolunt crucifigere veterem hominem & crucem odiunt. quia amant ſuas animas. Maxime Iudȩos tangit vts

Vide quoniam Mand. t dilex. d. in miſericordia t Viuifica me. vt in gloſa

Principium Verborum tuorum Veritas. inȩter. omn. Iud. Iuſt. t. Et hoc ſatis eſt in glo dictum. Quia fides. que eſt veritas olim promiſſa immo prophetata & figurata. omnia implet & eſt plenitudo figurarum & literȩ. Ipſa itaque ante omnia opus eſt. ipſa principium verborum tuorum proferendorum. Aliter autem Sic Quia ipſa in omnibus verbis legis & prophetarum. principale & caput eſt. omnia enim velut ad caput membra, legis

verba ad fidem diriguntur ſeu ad veritatem in Chriſto factam. Q. d Verba legis non ſunt intelligenda carnaliter. Sed ſpiritualiter Vt Veritas in iſtis figuris principaliter queratur. Non ipſe figurę. Et ita eſſet quedam eruditio vanorum hominum. Qui vanitatem diligunt. Vt caput & principalem legis ſenſum. Sic ps. 39. In Capite libri Scriptum eſt de me (.1. in principali ſenſu. & literali: qui ſemper Chriſtum monſtrat. Sic illud ſupra quoque poſitum poteſt intelligi. Initio cog. de teſt. (.1. in ſpirituali ſenſu & principali legis. Nam Sicut Chriſtus Caput eſt Eccleſie. Ita Scriptura quoque in Capite (.1. ante omnes de ipſo loquitur Igitur ſit principium Caput .1. principalis ſenſus Verborum tuorum. Veritas. planta autem ſeu pes. ſit Litera. quam Iacob apprehendit in Eſau

Blatt 264a: P. P Principes perſecuti ſunt me gratis: & a, v, t, f, c, m,

Magna gratia hęc eſt vt verba dej plũsquam verbera hominum timeantur. plus moueant. futurę penę comminatę quam. preſentes inflictę. plus Inuiſibiles quam viſibiles: Quis Hoc facit. niſi perfectiſſima fides futurorum? Infirma ſane non facit. Quia robuſtior eſt caro eorum ad viſibilia: quam ſpiritus ad Inuiſibilia. metuenda & amanda. Si ſaltem robur hoc dicendum eſt. ac non potius miſerrima infirmitas. Qua fit vt tam ineſtimabiles pęnę futurę. parum vel nihil eſtimentur ad tam exiguas & breuiſſimas pęnas. Et tam deſiderabilia bona futura: contemnantur: propter tam fluxa & incertiſſima bona. preſentia. Quanquam o ſi. debito affectu poſſimus perpendere Quid ſit dicere. deus loquitur. deus promittit. deus minatur. Quis queſo non funditus contremiſceret? Magnum verbum eſt. Magnus & metuendus Sonus. dicere. Ecce Verbum dej. Beati qui audiunt verbum Dei. Verbum tantę maieſtatis que omnia nutu tenet. facit & finit. Sola hic fides deficit plena: Que Vbi fuerit. plenum faciet timorem & tremorem ad verba dej. Ita vt ſit ſolius fidei atque huius robuſtiſſime hęc felix Iactantia Principes quidem qui tamen ſunt potentes, minaces, terribiles atque plusquam cęteri formidandi: Ipſi non tantum minis egerunt vt timerem. Sed opere perſecuti ſunt. terrorem omnem oſtenderunt: Et ecce non tamen

timui. Sed a verbis tuis potius formidaui. Vt vincerem illorum timorem. Igitur non adoleſcentularum hęc vox eſt Sed ipſius ſponſę. Quando autem nos. (. Vt principes taceam.) Vel infimos homines ita contemnimus. ne formidemus eos? Immo & nondum perſequentes. Sed vix parum minantes. tremimus. & ad verbum eorum pauemus. ad verbum dej vero inſenſati. Eccleſia autem contra omnes principes mundi. perſecutores. non formidat: quia a verbis dei formidat. Quod non faceret. niſi per fidem omnia contemnens. ſola ęterna ſaperet. Nos vero idem faceremus. niſi temporalia nobis. auferri, minuj, aut non concedi. timeremus

Lętabor ego ſuper Eloq. t. S. Qui Inuenit Spol mult

Omnis noſtra Lętitia eſt in ſpe futurorum. & non in re preſentium. Ideo enim Gaudemus. Quia promiſſionibus diũinis credimus. & que promittit ſperamus atque diligimus. Qua [*so*] non ait Letabor ego. ſuper [*Ausgestrichen:* eloquia tua] diuitias mundi Sed ſuper eloquia tua. Et eſt Vox Eccleſie inter perſequentes exiſtentis. Quia id egerunt omnes perſecutores. vt fideles ad vanitates mundi & gaudia tranſitoria allicerent. vt vel cum eis lętarentur in rebus peſſimis. Vel ſaltem eos timerent ſi gaudere nollent. Et ita per dolorem ad gaudia. per pęnas ad delitias. per tormenta ad voluptates nitebantur cogere. Ideo Contra Vtrunque dicit. Neque te timeo. neque tecum gaudebo. Quia alia ſunt que timeo & alia in quibus gaudebo. ſcilicet eum timeo. qui poteſt perdere in Geennam. & non principes. qui occidunt corpus. Et Super eloqũia dej Lętabor. & non ſuper prędentia veſtrę voluptatis. Comparat ſe Inũenienti ſpolia multa. Et quomodo ille Gaudet quęſo? puto quod ad modum quo dominus Matt. 13. dicit Quod homo qui Inuenit thezaurum abſconditum in agro. Abſcondit & pre gaudio Vadit ꝛc. Gaudet enim Sed non foris. Solus nouit ſuum gaudium. quia ſolus nouit ſuum bonum. Si enim propalaret: iam certe nec ager ſibi venderetur. nec thezaurum poſſideret. Aut ſi poſſideret: cum periculo poſſideret. Tale eſt & Gaudium Spiritus. quia in abſcondito quod ſolus nouit ipſe. quia ſolũs ipſe & bonum ſuum ſpirituale

nouit. Eloquia enim dej ſtulta ſunt hominibus & nullius pu-
deris. Quia ſi ea eſtimarent. precioſa: ſapientia:

Blatt 264ᵇ: & bona. ſine dubio non ita faſtidirent. poſſu-
quidem dicere: ſe amare & eſtimare verbum dej. factis autem
negant. poſſunt quoque dicere ſe mundum odiſſe & nihil reputa-
factis autem probant. Nam dum ijs que ſunt mundi. tota
ac nocte intendunt. immo ebdomadatim & annuatim. Ve-
autem dei nec die feſto intendunt liquide patet. Quod non
tantur Sed nauſeant ſuper eloquia tua. ſicut Iudęi in defe-
qui Inuenerunt defectus multos. & nihil ſpoliorum Et
eſt Eũidens argumentum quod mundus ſit Imago inferni:
exemplar damnatorum. atque precurſor velut immo hoſpitiu
diaboli & impietatis. Quod verbum dei & beneficia eius Immen
adeo ignorat & non videt. viliſſimeque contemnit Vnicu
inquam hoc argumentum abunde ſatis eſſet ſi etiam *ſolum* eſſ
ad hoc demonſtrandum. Si enim apud Inferos. nec ſapientia ne
ſcientia nec ratio eſt: qũo nos properamus. Ergo mundus d
Curſus iſte quo properatur ad tantam miſeriam Ac ſic particip
cum ſuo termino (ſicut omnis motus.) tanto magis quanto veloc
properat. hoc ſane eſt quod ait Ezechias [*Jesai. 38, 18*
Neque mors laudabit te Neque expectabũnt qui deſcendunt a
lacum veritatem tuam. Si ij qui deſcendunt non expectan
quanto magis ii qui iam ſunt in eo & deſcenderunt. Nam de-
ſcendentes ſunt ipſi in mundo quos ille dixit properare ad in-
feros. Ergo O palpabiles tenebre ęgypti Quę tanta benefica
verbi dej ignorat. Sed O Beata lux Eccleſie. que vſque ad
videt vt etiam lętetur ſuper ipſis. in medio perſequentium pri-
cipum & minantium plus Letitię habet intus quam doloris foris
plus firmant verba dei ſpiritum: quam infirment verbera hom-
num carnem: hęc affligitur pęnis tortorum, ille conſolatur virtut
eloquiorum Mira permutatio. Vt verba preualeant rebus. &
bus contrarijs atque fortiſſimis. Sicut promiſit Iſaie [*Cap. 50, 4.*
Dominus dedit mihi Linguam eruditam vt ſciam ſuſtentare eu
qui laſſus eſt verbo. Verbo inqũit ſcilicet nudo ſine re exhibita
Sed non ſine re exhibenda

Id quoque Notandum Quod Sicut Carnalibus verbum de

apparet multũm ac mũltis indigere ita Spiritualibus apparet omnibus abundare ſicut ſpolia multa. Vt figura filiorum Iſrael quibus omnia deeſſe Videbantur in deſerto. vt etiam Manna eis Nauſea eſſet. querulantibus quod in deſerto eſſent ſterilitatis Ita verbum dei auditũros neceſſe eſt in deſertum duci Vbi nihil ſit. quod caro poſtulat. Sed Crucifixa ipſa omnibus ablatis que ſunt carnis ſolummodo ſpiritus paſci & duci debet in terram promiſſionis .1. ſpiritualis homo. Ideo neceſſe eſt Carnalis homo hic murmuret quia nihil Inuenit. quod ſibi placitum eſt. Sic Sic [*so*] Quanto Carnalior & mundanior homo. tanto plura habet que cauſetur in verbum dei. Et quid mirum? Cum ſit ei totum ſtultitia. Ergo nihil vtile in ipſo noũit. Magna ergo laus eſt Eccleſie. Quę tam largiter habet ſpiritum. vt tantum eſtimet ęloquia dei. vt in ipſis lętetur ſuper omnia ſpolia. Letari in iis: que aliis triſtia & nulla videntur eſſe. ſine dubio magnum ponit Cahos inter hos & illos Et hic poſſumus iſta 4^{or} ponere vt et Supra.

Scilicet
- Lętari ſũper verba dei in ſpiritu
- Triſtari ſecundum crucem in carne
- Lętari ſuper rem mundi in carne
- Triſtari ſuper crucem in conſcientia ſeu ſpiritu

Gaudium
- interius
  - de Verbo
- Exterius
  - de re

&[*Ausgestrichen:* lętitia] triſtitia
- exterius
  - de carentia
  - rei
- interius
  - de carentia
  - verbi

felix ergo triſtitia fidelium. que talem ſecum habet lętitiam Et infelix Lętitia incredulorum. que talem habet ſecum triſtitiam. que illorum lętitia fundatur ſuper verbum domini quod manet inęternum horum autem ſuper carnem que eſt fenum quod exiccatum & cecidit flos eius Iſaie 40. [*V. 6 f.*]

Blatt 265^{b}: Iniquitatem odio habui & abominatus ſum: Legem autem t Dilexi

plana huius verſus intelligentia ex multis ante dictis. Iniquitas enim eſt ipſa contraria ſententia fidej & eloquiorum dei qua principes perſecutores frũũntur. Iudęi primum & greci. Nam cum iſte ps primarie in primitiue Eccleſię perſona dicatur. Et certum ſit. Quod Chriſtus ſtulta mundi elegit & infirma. ſcilicet inferiores tam de ſynagoga quam de gentibus. quia non multi potentes neque ſapientes ꝛc .1. Corin. 1. eo indignius ferebat maiores ſynagoge & gentium. ab indoctis & ideotis [*so*] ſuam ſententiam reprobari & ſtultam proclamari. ideo prouocati (.ſic promiſit deut. 32. prouocabo eos in gente ſtulta ꝛc) incęperat perſecutionem. Quare recte dicit. ipſa que paupercula eſt ſtulta & infirma coram mundo Non mei ſimiles. Sed principes percuti ſunt me gratis. qũi ſunt ſapientes potentes & [*Auszestrichen* mali] Boni. me infirmam ſtultam malam, ſecundum carnem. Sed quia timui verba tua. letatus ſum verbis tuis. ideo iſtam iniquitatem odio habũi. Iniquum eſt enim. Quod ſuam potentiam noſtre infirmitati, ſuam Iuſtitiam noſtre iniuſtitię ſuam ſapientiam noſtre inſipientie ſuam bonitatem noſtre malitię preferunt Qui per hoc crucem Chriſti odiunt. que occidit & crucifixit carnem & omnia que ſapit Iuſtitia. potentia, ſapientia. bonitas carnis Quare ęquum eſt infirmari ſecundum carnem vt inhabitet in nobis virtus Chriſti in homine interiori. Ęquum eſt Iniuſtos & peccatores fieri. vt Iuſtificetur deus in ſermonibus ſuis. Quia non venit Iuſtos vocare Sed peccatores (.1. vt Iuſtitia noſtra agnoſcatur nihil eſſe niſi peccatum & pannus menſtruate. [*Iesai. 64.* C ac ſic potius Iuſtitia Chriſti regnet in nobis. dum per ipſum & in ipſo confidimus ſaluari. non ex nobis. ne auferamus ej nomen quod eſt Ihesus .1. ſaluator Aequum eſt nos ſtulti fieri ſecundum ea que caro & proprius ſenſus. ſapit .vt Sapientes efficiamur in ſenſu Chriſti dum humiliter mortuo omni noſtro ſenſu conſilio. prudentia. ſapientia. ſemper alterj ſumus cedere parati res. quam noſtra ſtatuere Aequum eſt nos malos fieri vt ſimus boni in ſpiritu. Quia melior eſt iniquitas viri quam mulier benefaciens [*Sirach 42, 14.*] Melius eſt ſapere mala & auerſa carnis quam proſpera & bona eius. Quia ſic exigit Ordo Chriſti que damnauit eam & contraria erexit. Contraria autem

horum iniqua ſunt Nunc Vide quę ſit iſta iactantia quanta laus Eccleſie. Quod hęc omnia que ſunt carnis. adeo perfecte contempſit. Vt ea. iniquitatem odibilem & abominabilem ſibi fecerit. Quam mirabiliter felici ardore dilexit legem Iuſtitię in noũo homine (ſicut dicit legem autem tuam dilexi que eſt fides Chriſti.) que tam perfecte Iuſtitiam & legem veteris hominis odiũit vt abominationem eam reputarit. Et Vere ita eſt Quod Lex Carnis. (.que maxime in proprio ſenſu contra fidem & obedientiam regnat & pugnat.) eſt non ſolum iniquitas. Sed & abominatio (.1. idolatria.) Quare quod dicit. Abominatus ſum: intelligitur .1. pro abominatione & idolatria reputaui: Quia ſtatuit idolum ſũi ſenſus contra viũam veritatem dej. per ſuam impiam incredulitatem & inobedientiam Vnde dominus Matt. 24. Cum videritis abominationem in loco ſancto .1. idolum ꝛc Quod maxime eſt vt dixi proprius ſenſus in Iudęis. hereticis. ſuperbis. In hijs enim dum ſuum ſenſum ſtatuunt. & humilitatem omittunt ſemper eſt iniquitas & abominatio. contra veritatem. que in ſola humilitate eſt. Que eſt omnis veritas & omnis Iuſtitia: Et breũi Verbo. ipſa Crux Chriſti: mortficatio [*so*] veteris hominis cum actibus & ſenſibus ſuis

Blatt 265b: Moraliter nunc Quelibet fidelis Anima contra aduerſariam ſuam carnem ſemper pugnans. Inuenit meliores, fortiores, ſapientiores vires & motus contra ſe. vt dominus Ait prudentiores ſunt filii huius ſęculi quam filii lucis [*Luc. 16, 8.*]. Se autem cum infirma. ſtulta & mala turba Velut rudi vulgo agere contra illas. tunc Clamat. Ecce principes perſecuti ſunt me gratis. Nobiliores vires. me querunt in perditionem peccati O Mirum Verbum iſtius verſũs. Quia Obſcura ſunt que ſpiritus nouit. Sed aperta que caro nouit Ideo ſemper. fortior eſt ſenſus & eſtimatio carnis quam ſpiritus. Quod totum fit vt virtus noſtra non ſit in nobis ſed in deo. qui viuificat mortuos. erigit eliſos, alleuat corruentes. vt ſcilicet occidat iſtos principes viũentes. erectos. ſurgentes. Et Multum nota. Quod motus qũinque ſenſuum. ſunt velut populus barbarus. Sed interiores. Scilicet inflatura opinionis proprie. & conſilii ac inflexibiles voluntates. ſunt principes,. Hii maximum faciunt damnum. animę. Qui nunc per Ec-

cleſiam & religiones. furibunde dominantur & perſequuntur. & ſtatuunt iniquitatem & abominationem ſpiritualis idolatrię. per ſuam peſtilentem inobedientiam in omni loco ſancto. O Vere. non ſerũi ſed principeſ. fortiſſimi. ſapientiſſimi. vt faciant mala & perſequantur veram humilitatem obedientiam. & totam crucem Chriſti, reedificantes Iericho [*1 Kön. 16, 34. Iosua 6, 26.*] Et Leuam non ſub Capite [*Hohesl. 2, 6.*] Sed ſuper caput extollentes. eo peiores quo ſub ſpecie ſanctitatis tot monſtra perpetrant ꝛc Quo circa nihil ita deprecandum: nihil ita metuendum nihil ita ſuſpectum habendum: quam ipſum proprium ſenſum: qui eſt caput in corpore peccati & princeps aliorum operum carnis: peior omnibus & pertinacior. Magno ſtudio & cura opũs eſt Vt huiuſmodi malum expugnemus. ſemper ad humiliter ſentire parati. vt Apoſt Non alta ſapientes Sed humilibus conſentientes. [*Röm. 12, 16.*] Nam vnde. Rixe, ſecte, diſſenſiones contentiones niſi ex ſenſu proprio. Velut membra ex capite. Velut riũũli ex fonte? hic ergo intus maxime erit crucifigendus: quia ſemper nititur ſeipſum ſtatuere in Idolum & abominationem. que ſit iniquitas maxima & adoratio Baal. quod interpretatur vir Quia cum ſubiecti eſſe debeamus ac ſubmiſſi ſenſus, ſicut mulier ſub viro eſt Contra volumus ſuperare & dominari ſicut vir. & hunc ſenſum ſtatuere. Quare omnes Qui ſunt proprii ſenſus: Diſſenſionum authores qui claudicare faciunt in duas partes ſunt Cultores Baal veriſſime. & abominabiles in ſtudijs ſuis. Inſipientes in corde ſuo dicentes Non eſt deus [*Ps. 13 = 14, V. 13.*]. Ideo Sepulchrum patens ſit guttur eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt (. ſcilicet propter contentiones & detractiones & blaſphemias atque maledicta. Contritio & infelicitas in vijs eorum. & viam pacis non cognouerunt. Que omnia mala oriuntur ex contentione & diſſenſione que ſunt opera Carnis. Qũe vlterius eſt oriuntur ſicut fructus ex radicibus proprii ſenſus. Qui plantati ſunt ſemine male ſuggeſtionis & per conſenſum iam radicati Quare tota arbor funditus euertenda: Sicut Luci Baal olim ſuccidebantur Hęc eſt Arbor quam Vidit Rex Nabocodnoſor ſuccidendam [*Dan. 4, 11.*]. quia facit malos fructus. eo quod ſit mala In qua multitudo demonum mo-

ratur, Vt in Legenda Sancti fęlicis.*) Igitur humilis eſto in ſenſu tuo. & reſignatus in voluntate tua Non tantum erga maiores Sed etiam equales. Sic enim Euades iniquitatem & abominationem. Sic docuit Apoſtolus [*Philipp. 2, 3.*]. Inuicem ſuperiores arbitrantes. Aliter autem non euades: ſi non omnibus ceſſeris { ſenſu / voluntate

Blatt 266a: Septies in die laudem dixi tibi ſũper Iudic. Iuſt. t

Multi deum benedicunt. Sed cum benefecerit eis. Vbi autem aduerſitas incipit: ibi & laus finit. & ſuccedit impatientia cum blaſphemia. Sed non ſic Spiritualis homo. Qui etiam ſuper Iudicia Iuſtitię deum laudat. Quę enim iſta ſunt Iudicia ex ſupradictis credo ſatis notum eſſe Sunt enim mortificatio carnis & corporis peccati. que Vel ipſi in nobis. Vel alii perſequentes operante deo agũnt. Et Bene conſequens eſt. Vt qui iniquitatem odio habuit. & legem Iuſtitię dilexit. non modo non patiens eſſet Iudiciorum dei. Sed etiam laudem diceret ſuper ijſdem. Quia per hęc ipſa liber fit ab iniquitate abominabili: & moritur corpus peccati. exuitur vetus homo cum actibus ſuis. & Iuſtificatur homo interior Qui enim mortuus eſt Iuſtificatus eſt a peccato Ro. 8. Et ideo talis non tam debet dolere quod mortuus eſt peccato. quam gaudere quod Iuſtificatus eſt a peccato. Immo Gaudere debet quod eſt mortuus. quia niſi moreretur non Iuſtificaretur. Ideo Iudicia licet ſint aſpera Sed tamen quia ſunt Iudicia Iuſtitię. adeo ſuauia & .laudabilia ſunt Iucunda vts. Iudicia tua Iucunda Non enim ſteriles ſunt noſtre paſſiones & mortificationes Sicut eorum qui ſũnt foris: Sed fructuoſiſſime Quia Iudicia Iuſtitię. Iudicia ſalutis. Iudicia glorię. illorum autem Iudicia iniquitatis. damnationis. ignominie. Quia per ipſa patiuntur quidem & crucifiguntur Sed non ad Iuſtitiam. Quia ſunt ex [*so*] fidem & plenitudinem eius que eſt Charitas

Septies inqũit. Cur hoc? Sine dubio quia prophetauit ritum iſtum horarum qui nunc in Eccleſia celebratur ſeptenarius. Vel

*) Iacobi a Voragine Legenda Aurea ed. Graesse pag. 575.

eſt nũmerus certus pro incerto. Et vniuerſalis laus in die per ipſum expreſſa eſt quia ſeptenarius, vniuerſitatis eſt numerus

pax Multa diligentibus leg. t. & non eſt illis Scand

hunc verſum diſponit in Iudicio. immo & omnes alios ſermones. Nam & verſu preced alios excluſit. qui ſũper Iudicia Iuſtitię dej. ſepties in die potius murmurant blaſphemant & maledicunt. immo quorum os maledictione plenum eſt. quomodo [*so*] non Iugiter blaſphemant. ſaltem corde. Et per abundantiam cordis etiam ore multis vicibus. Sic econtra qui dicit. Benedicam dominum in omni tempore ſemper laus eius in ore meo. Et iterum. Repleatur os meum laude vt cantem gloriam tuam. tota die magnitudinem. Semper vtique Laudat ſaltem corde & ex abundantia cordis etiam ore. Vide an non ſemper omnes ſuperbi ſenſu. impacienter ferant contraria ſibi. Et tanquam Iuſti. iniuriam ſibi fieri putant Vide an non hypocrite. hęretici Sciſmatici blaſphemant. Eccleſiam populum dei. & grauiſſime detrahunt. omnisque humilis & abiectus in domo domini. ab ijs qui magni ſibi videntur & ſancti. detractionem patitur. mendax. idolatra. hypocritaque vocatur atque alijs contumelię nominibus. Sic ſecta contra ſectam Sic obſeruantia contra obſeruantiam. Vbi Vbi [*so*] cum non ſepties Sed aſſidue cogitent mutuas contumelias & vituperia. Inſuper etiam dicunt ſepiſſime foris in die & aperto coram hominibus. Que omnia tandem in deum redundat [*so*] qui habitat in illis per nomen ſuum. Vt vere de eis dici poſſit. Quod Septies in die vituperium Chriſto & ſuis dicunt. Sed infinities in tenebris in corde cogitant idem. Quia non ceſſant mala cogitare in cordibus ſuis: que poſtea. data occaſione (. quia ex abundantia cordis os loquitur) etiam in die effundunt & publico hominum. Sic Iudęi Chriſto & Eccleſie. Sic heretici eiſdem. Et omnes ſuperbi eiſdem vtpatet

Blatt 266ᵇ: Sic enim quia ignorant Iudicia Iuſtitię dei, nec diligunt ideo non ſunt eis in pacem Sed in ſcandalum vt ſequitur. An non videntur tibi ſuper Iudicia Iuſtitię dei ipſum vituperare: quando humilem alicuius ſenſum. & veritatem eorum ſuperbie contrariam, vituperant Vt Arriani Catholicos. Semper enim Chriſti Veritas in humilitate eſt & in ſpecie. que ſchandaliſat ſa-

pientiam carnis. ideo ſemper patitur vituperia & opropbria ab illis: quia non cognouerunt eam. quibus ſtulta videtur & infirma & mala omnino. Ecce o humilitas Vbique. quomodo docetur in ſingulis Verſibus & Crux Chriſti. Econtra humiles ſpiritu Laudem dicunt ſepties. Cogitant autem aſſidue laudem. Et puto Quod ideo ſepties ponit. Vt de militante Eccleſia oſtendat ſe loqui Que aſſidue non poteſt dicere etiam ſi aſſidue meditetur Laudem. Simulquoque. Quod frequenter & deuote orare melius eſt quam continue & tepide. Meliores enim ſunt interpollate [*so*]. Sed feruide orationes & multe quam continua frigida & vna. Ideo melius eſt ſepties .1. ſepius: quam ſemel per totam diem orare continue. Vel laudare. & hoc pro iſta Vita. ſicut patres in deſerto fecerunt In die autem dicit (.1. in publico.) ſecundum illud. Qui me confeſſus fuerit coram hominibus [*Luc. 12, 8.*] Cęterum operari Vel meditari laudem ipſius. non debet eſſe vllus finis Igitur Sicut humilis deum laudat. de humiliatione ſũi. Ita ſuperbus vituperat humilem in ſua humilitate. ac per hoc & deum in ipſo habitantem. Ita & modo Nunc dicit pax multa ꝛc q. d Illis nulla pax. qui odiunt tuam Sed amant ſuam Iuſtitiam. Nec mirum ſi non ſit illis pax: qui detrahunt. blaſphemant. & quorum os amaritudine plenum eſt. Quia contritio & infelicitas in vijs eorum. Et viam pacis non cognouerunt. Loquitur enim de pace cordis. Quę ſolis eſt diligentibus legem dei. Amor enim facit omnia facilia. & Iucunda etiam que ſunt difficilia & triſtia Vnde non ſolum hęretici & Iudęi odiunt legem Chriſti Sed & ij qui coacti & non ſponte in ipſa ſunt. Quia talibus odioſa ſunt omnia que Iubentur eo quod non habent ſpiritum principalem, voluntarium & dilectionis. Neque enim Chriſti legem vllus implet. niſi qui Volens & hilaris ad eam eſt. plus facere ſemper paratus quam Iubeatur illi autem ſemper minus quam Iubeantur facere parati ſunt. ideo iſti pacem multam & gaudium hii autem moleſtiam & triſtitiam ſemper habent

Et non eſt illis ſcandalum. hęc eſt Cauſa omnium predictorum. Quia enim lex Chriſti. que eſt Iudicium Iuſtitię ad humiliandum omnem ſenſum & veterem hominem mortificandum: Illi autem diligunt ſe & ſua: ideo [*Ausgestrichen:* odiũnt] ſcandaliſan-

tur in illa. ideo non diligunt neque laudem dicunt. Ideo denique perſequuntur Eccleſiam gratis. Et a verbis domini non formidant. neque letantur ſuper eloquia eius Et iniquitatem non odio habent. Sed diligunt: nec abominantur Sed ſtatuunt eam velut optime placitum ac ſanctum. Hęc eſt iniqua Iuſtitia que plus eſt ipſis formidabilis quam verbum dej. Quia vt ps ſupracitato (in quo omnia clarius quam hic. tamen eadem dicuntur.) Trepidauerũnt timore vbi non erat timor [*Ps. 52 = 53, V. 6.*].
Hijs igitur principibus ſuperbis inflatis fit Verbum crucis ſcandalum in errorem & hereſim. Et abeunt peiora immo vt putant meliora ſibi conſtituturi. Cum non niſi ſubmittere ſuum ſenſum debuerint atque animam ſuam odiſſe ac perdere. Quod eſt vere crucem ſubire. Omnis enim hereticus inde fit. quia non odit animam ſuam & ſenſum ſũum. ac per hoc odit & crucem domini & ſuam accipere. Vnde Cum dominus dixiſſet. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam & ſequatur me [*Matt. 16, 24 f.*]. Mox velut exponens: que ſit iſta crux ait

Blatt 267a: Qui enim vult animam ſuam ſaluam facere. perdet eam. Ergo hoc eſt crucem tollere, animam ſcilicet perdere Sic enim rationem reddidit & probauit ipſe alioqũin non. dixiſſet: enim:

Alijs etiam Eſt ſcandalum qui non in errorem. Sed in malitiam abeunt. Qui ſcilicet quia ſpiritum non habent & litera grauis eſt. ideo deficiunt. & ſcientes omittunt aut committunt Et tanto plus quanto magis vrgentur. Et ijs bonum eſt. paucas leges dare. ſi poteſt fieri Quia ſicut ſpiritum habentibus non poſſunt nimiũm leges dari: qũin ſupererogent illis. Ita Vacantibus ſpiritu ſunt abrogande leges quantumfieri poteſt. Et hic opus eſt prelato vt ſit prudẽs diſcernere inter habentes ſpiritum & non habentes. Vt ſecundum hoc temperet mandatorum ſuorum magnitudinem & multitudinem. Vt non pari exceſſu infirmos perdat. dum voluntariis prodeſt augmento meritorum: aut pari remiſſione. fortium genua diſſoluit. dum eis parcit cum infirmis. Quia ſic prudentiſſime docuit b. Aug. Non equaliter omnibus. Quia non ęqualiter valetis omnes. Neceſſe eſt enim vt diffentis [*so für* differentis] ſpiritus ſint ſubditi. Ergo eodem onere omnes

grauari ſtultum eſt: aut pari lenitate ſupportari eque ſtultum eſt. Exemplum ſit Moſes. omnium prelatorum forma. quomodo tulit infirmos ꝛc

Expectabam ſalut. t d. Et Mand. t. dilexi

Et hoc proprium eſt fidelis populi: ſcilicet Expectare. vt ps. 26. Expecta dominum viriliter age hoc enim facit Longanimitas qui [*so*] eſt fructus ſpiritus Galat. 5. Nam qũid prodeſſet in fide & ſpe viũere tantum pro principio. & tedio frangi [*Ausgestrichen:* ad] ante finem ac redire ad viſibilia in quibus ſine fide & ſpe ſed re & potentia viuitur. hoc enim eſt impiorum & incredulorum Qui ſapere neſciunt Inũiſibilia & ęterna: ideo eũnt in temporalia. quorum aduerſa non ſuſtinent: nec proſpera ferunt. Sed in vtriſque peccant & mouentur de genere in genus. peccatorum. Qui autem expectant. ſunt in celo fixi. atque ſuſpenſi. ideo venit aduerſitas ſiue proſperitas non mouentur Sed permanent expectantes alia. Quare iſta expectatio neceſſario includit contemptum omnium temporalium bonorum & malorum. Quod niſi eſſet. Vtique in aduerſis deſperantes [*Ausgestrichen:* ceſſarent] aut in proſperis fruentes. expectare ceſſarent. ſicut faciunt alij Vnde recte ait. Salutare tuum Expectabam. non ſalũtem mũndi aut carnis. quę poteſt rurſum auferri aut etiam indignis expectari. immo hanc ſolam expectant & expectatam querunt. inuentam. velut quięti expectare ceſſant. Hinc ipſi feſtinare dicuntur in Scrip. Vt Iſaie [*Cap. 28, 16.*]. Qui credunt in illum non feſtinent q. d ſicut qui non credunt. Sed expectabunt alia. non feſtinabunt in preſentia

Cuſtodiuit Anima mea teſt. tu. & dilex ea Vehementer

Hęc ſunt teſtimonia. quibus vts dictum eſt teſtatus eſt & promiſit futura bona & ſpiritualia. immo & mala pro impiis. Item teſtimonia eadem dicuntur Quia per hęc teſtatus eſt nos omnes eſſe peccatores. & non niſi in fide Chriſti Iuſtos fieri poſſe. Vt ps. 50. Vt Iuſtificeris in ſer: tũis & vincas cum ꝛc. Cuſtodit hec anima. non manus. quia non ſunt aurum: facilis Cuſtodia. [*Ausgestrichen:* quomodo] iſtorum. quę nemo poteſt auferre. niſi velis. Sola voluntas, ſine ferro. armis. turribus hec cuſtodire poteſt. Quod tamen non facit. niſi diligat ea vehementer. Amor

enim timet amato & ſollicitus eſt. facile negligitur quod non [*Ausgestrichen:* odit] amatur [*Ausgestrichen:* (animus)] Quia nec reputatur quod non amatur. Nec curatur quod non reputatur

Blatt 267ᵇ: Veruntamen. Licet ſine ferro. [*Ausgestrichen:* arm] auxilijs. Muris iſta poſſint cuſtodirj. Non tamen ſine ferro mŭris: clauſuris. cuſtodibus ſpiritualiter. Quia facile poteſt diabolus anime auferre quod habet. per diſtractionem milleartificem. ſicut Volucres cęli dicit dominus illud comedere ſemen. quod iuxta viam cecidit [*Matth. 13, 4.*]. O Nota verbum. Qui habet aures audiendi audiat. Hoc igitur fit. Quando Anima triuialibus ac multis peruia cogitationibus. expoſita eſt phantaſijs. quibus dum teritur & occupatur. interim obliuiſcitur cuſtodire verbum dei. ac ſic velut inermis priuataque ſuo auxilio facile in multa rŭit peccata. Quare niſi diligat ea vehementer ſitque ibi Amor qui ſollicitus eſt & timoratus. non diu cuſtodiet ea. Timor enim turris eſt fortiſſima cuſtodie. qui ſolus ſatis adminiſtrat arma contra volucres cęli. Qui tot modis nobis poſſunt aŭfferre. verbum dej: quot modis poſſunt nos cogitationibus diſtrahere. hę autem poſſunt modis infinitis. Ideo Amor & timor ſunt neceſſarii.

Seruaui Mand. t & teſt. Quia omnes Vie meę in conſpect t

Differentiam ponit inter mandata & teſtimonia Sed hęc ſatis ſuperque audita eſt. Tamen poteſt hic. dici Quod mandata ſunt que nos promittimus implere, & promiſſionibus ijs deus credit & acceptat. Licet fallamus eum ſepius. ſecundum illud. Qui Iurat proximo ſuo (.1. Chriſto promittit.) & non decipit. Et iterum Nec Iurauit in dolo proximo ſuo .1. ficte non ex corde. Sed Literaliter tantum. [*Ps. 14 = 15, V. 4. Ps. 23 = 24, V. 4.*] Teſtimonia autem ſunt. Quę deus promittit & nos credimus & acceptamus credendo. ſperando. Amando. Ipſe autem non fallit. ſicut nos. ipſum fallimus. Sed nec fallitur. Licet ſtultis videatur fallere: quia carnaliter ab eo expectant bona. ideo cum malis bonis & Bona malis obueniunt. maxime Chriſtianis: Chriſtum ſe felliſſe putant ſuos. quibus promiſit omne bonum. Et tamen contrarium in illis vident. Et promiſit malis omne malum. Et tamen

contraria fiunt. hoc totum faciunt. Quia omnes vię eorum in conſpectu hominum ſunt Et non ſeruant eius mandata nec teſtimonia [*Am Rande links:* Mand. *Darunter*: .eſt.] Sed ſinũnt ea prę-terire Ediuerſo alii ſibi videntur deum non fallere. Qui ſuam Iuſtitiam ſtatũentes. Iuſtitię dej tamen non ſubiecti, nihilominus obedire fideliterque omnia ſeruare ſe putant. hij ſeipſos fallunt non a deo fallũntur

Et Nota Quod prius Mandata quam teſtimonia dixit. Quoniam qui non opere prius obedierit mandatis. neque promiſſa agnoſcit aut curat Quia Mandata preparant animam ad ſpem promiſſorum. Et ſine mandatis non fit ſpes que merita aliqua prerequirit

Omnes Vie me [*so*] in Conſp. t. Ratio data eſt Cur teſt. & mand. ſeruauerit Quę tamen non res ſed verba tantum ſunt. non aurum. honor. voluptas. que ſunt in vijs hominum queſita. Sed in paupertate. ignominia. cruce ſeruat nudus nuda Verba. Quia ſcilicet non viũit hominibus in re. Sed deo in ſpe. Et omnes vie eius coram deo. Qui autem viuunt in conſpectu hominum: neceſſario ſeruant ea que ſunt hominum. ſcilicet fluxa bona. Et ideo in conſpectu dei errant, & mortũi ſunt. in conſpectu hominum recte ambulant & viũũnt Econtra Iuſti in conſpectu hominum errant & non habent vias. immo mortui ſunt. Sed in conſpectu dei omnes vię eorum & vię recte. Quia Conuerſatio noſtra in cęlis eſt. Sed Cur dicit Omnes Vię meę. quaſi. nullam habeat coram hominibus? Reſpondetur Quod licet in carne [*Ausgestrichen:* ambulet] non tamen ſecundum carnem ambulat aut militat ſed ſecundum ſpiritum

Blatt 268a: Appropinquet deprec. m. in conſp. t d. Iuxta eloq. t d mihi intell

Intellectus Vt dictum eſt ſatis: contra Literam dicitur. Quę eſt carnalis ſenſus in Scrip. Intellectus autem. ſpiritualis ſenſus eiuſdem. qui eſt ex fide Chriſti. Igitur totus ps eſt petitio fidelis populi. de aduentu Chriſti primo. per quem ſaccus carnalis literę conciſſus eſt & effuſũs per orbem vniuerſum. thezaurus precioſę fidei & intellectus. ſicut petitur hic Quod autem petit dari. ſignificat gratiam eſſe non meritum. Non enim ſunt debita que

petuntur ſed gratis donanda. Non oratione Sed operatione. ſi meritum. Repete que ſupra poſita ſũnt quomodo etiam Intellectus acquiſitus ſit litera ad eum qui eſt acquirendus proficiendo. ideo ſemper petendus. etiam ſi **habeatur** vt **abundantius habeatur**. ſicut ait. dominus. [*Joh. 10, 10.*] Ego veni vt vitam habeant & abundantius habeant .(.1. proficiendo non ſtando in primo gradu Vitę acquiſitę. vt tepidorum mos eſt. Sed ſemper vltra abundare in omne opus bonum.

Intret poſt. m. in conſpect t. ſecundum Eloqui. t Eripe me

de malis ſpiritualibus eripi petit. ſcilicet de Literę occidentis erroribus & Magiſtris ne in illis capiatur cum cęteris. Eripe autem cum illuminat & intellectum dat paruulis Et quod ait ſecundum Eloquium tuum. Et preced. vers. Iuxta eloqui. prete hoc. quod gloſatum eſt. poteſt intelligi. Vt intellectum & exitu literę pętat. non ſecundum vniuscuiuſque opinionem Sed Iuxta eloquium ſuum .1. ſecundum formam & regulam Scripturę x

Eructabunt Labia mea. hymnum. Cum docueris me Iuſti t

Quod labia dicit non cor. ſignificat laudem publicam ſe dicturum: & confeſſurum etiam coram hominibus. non tantum in conſpectu angelorum. In quo ſimul & deuotio & fiducia eius commendatur. Quod non timeat laudare deum. etiam inter hoſtes aperte Et facile eſt corde tantum laudare vbi nemo prohibet & perſequitur. Verum hanc Virtutem ex deo habet. quia dicit Cum docueris me Iuſtif. Quia Moſes vel homo. non habet vocem virtutis ſicut. tu, qui potenter doces. & docendo robur & virtutem donas & idem promittit quod ſequitur

pronunciabit Ling. mea. eloqui. t. omnia mandata t ęquitas

Noua gratia Quod Lingua creaturę ſonet verbum creatoris & lingua carnis loquatur verba ſpiritus. Et quę. prius terrea fuit nunc per ſpiritum ignea facta eſt: Nec mirum. Quia a Creator prius locutus eſt Verba creature. & verbum dei locutum eſt in lingua carnis vt nos faceret loqui lingua diuina. Iam ergo non homo loquitur. quia omnis homo mendax quia non

pronunciat eloquium ſuum quod eſt mendacium. Sed eloqũium dej quod eſt veritas. Non ergo loquamur noſtra. Sed dei mandata que ſunt ęquitas. Mandata autem hominum iniquitas ꝛc. Hoc totum impletum eſt. Quando Euangelium nobis commiſſum eſt

Fiat Manus t. Vt ſaluet me. quoniam Mand. t elegi

prohibũi os meum. Vt non loquatur opera hominum. Sed vt tantum tua mandata pronunciet que ſunt Iuſta & ęqua. quę & elegi Ideo fiat manus tua vt ſaluet me. Sic olim in prophetis. Et facta eſt manus domini ſuper eum ibi ꝛc. poteſt ergo intelligi Iſta factio vt ſit relatiue ad promiſſionem dictum q. d. factum eſt hucuſque verbum tũum & promiſſio Sed fiat quoque manus & opus impletum: hoc enim ſaluabit me. quod factum in gratioſa incarnatione filii Dej

Blatt 268b: Concupiui ſalutare t domine: & Lex t med. mea eſt

faſtidienti enim non datur. Beati enim qui eſuriunt & ſitiunt Iuſtitiam. Eſurientes autem implet diuites dimittens inanes. Omnis qui petit accipit. Et qui querit Inuenit Quid aliud ſequitur, quam. quod non accipit qui non petit. non Inuenit qui non querit? Qui autem Concupiſcit: querit: eſurit. ſalutare dej. Sine dubio faſtidit. ſatur eſt. & explodit ea que ſunt mundi. deſipit ej caro. quia ipſe ſapit ſpiritum. O felix concupiſcentia. Beata ſitis. Benedicta eſuries: quoniam ſaturabitur abunde: Et fiet Eliſabeth (.1. ſaturitas dej.) Econtra infelix ſaturitas. quoniam Eſuriet inęternum

Sicut autem illi Chriſtum Concupierunt in carne. Ita nos eundem in ſpiritu Quia ipſe eſt deſideratus gentibus, deſiderium collium ęternorum

Viuet Anima mea & Laud. t. & Iudi. t adiuuabunt me

Quam ſollicitus eſt vite ſpirituali. quia animam allegat. non corpus. Quia corpus iam viuit Sed anima mortua eſt ſicut puella in domo ſua. Sed Concupiui vt veniat ſalutare tuum Et ſic viuet apſa [*so*] & reſurget. Iſti enim duo Verſus etiam verba propemodum exprimunt hiſtorię. de filia Archiſynagoge ſuſcitata. Quia ſicut ille Concupiuit Chriſtum vt filia eius viueret. que erat mortua: Ita populus Chriſtum venturum Vt viuificaret eos a

morte ſpirituali. Sed quid retribuam domino poſtquam venerit & vitam dederit? Laudabit te inquit. Non niſi amorem & laudem reddere poteſt vt ſic Exeat hęc fama in vniuerſam regionem illam. Et Quod mirum immo falſum Videtur hominibus. Iudicia tua (que in carne portabo. viuificata anima & Iuſtificata.) non tantum non nocebunt. Sed adiũũabũnt. Ita enim fit. Vt iis qui viuunt in anima & diligunt deum. etiam paſſiones mala cooperentur in bonum. iis autem qui non viuunt [*Ausgestrichen:* di] nec diligunt deum. Iudicia eo peius nocent dicit ergo Ne Iudicia tua mihi ſint tantummodo pęna & non meritum. Da mihi viuam animam. Quia tunc proderunt mihi eo magis ad ſalutem. Quia Creſcit Laudatio tua ex ipſis.

Erraui Sicut ouis quę perijt, quere ſer: t. quia Mand t. n. ſ. o

Scilicet In Adam in quo omnes peccauerunt. Sicut oũis inquit Quia hęc periculoſiſſime errat. cum ſit pecus infirmum timidum. & multis beſtiis precipue lupis petitum. Ideo in fine ps maxime monet miſerationem diũinam Ex magnitudine miſerię Quia Si erraret Vt leo vel lupus. non eſſet dolendum Sed quod ouicula errat. miſeria eſt. que eget paſtore. paſcuis, Cuſtodibus oũili & multis alijs domeſticis curis: quibus omnibus caret errans. Immo quod omnium miſerrimum eſt. Quia neſcit redire in viam, Sed indiget quęri. Ita iſte verſus affectuoſiſſimus eſt & lachrymis plenus. quia vere omnes ita erramus Vt petere oporteat. Vt nos viſitet, nos querat, nos tranſferat pijſſimus paſtor dominus Iheſus Chriſtus qui eſt deus benedictus in ſęcula Amen.

ps 119. [Hebr. CXX.]

Blatt 269a: Ad dominum Cum Tribularer Clamaui: & exaudiuit me

Quod ps iſte de tribũlatione perfidię & non *tormentorum* loquatur Satis patet ex. 2. &. 3. verſu Eſt autem primo de Iudęorum perfidia contra primitiuam Eccleſiam [*Darüber:* fidelem ſynagogam] Secundo hereticorum contra Eccleſiam precientem Tandem eſt oratio fidelis anime pugnantis contra

carnis aduerſarię tumidum & inflatum ſenſum. Qui perfide nititur in ipſa triumphare expulſa humilitate ſenſus Spiritualis

Ideo dicit. Libera animam meam. Quia perfidia & ſuperbus ſenſus. non corpus Sed animam querit occidere. Et hinc aperitur Cauſa Quare hunc ps etiam quilibet, quantumlibet humilis & Sanctus ſit. cum gemitu debeat orare. Cum enim in hac vita ſemper in carne ſimus. Et Caro ſemper concupiſcat aduerſus ſpiritum. Licet in vno minus quam in alio ſecundum quod magis minusue fuerit ſubacta. Certum eſt Quod ſemper militia eſt vita noſtra ſuper terram. Ideo multis occaſionibus ſenſus ſuperbie nos inflat & quando ac vbi minus putamus.

Vocat autem Labia primo iniqua. Deinde doloſa. Quia (. Vt moralem ſenſum proſequar.) contra humilitatis ſenſum qui eſt in ſpiritu. inſurgit. & ſuggerit: ej detrahendo. quod iniuſtus ſit & non humilis. Suum autem ſapere ſit bonum & vtile.
Sic enim experimur in omni tentatione. Quod ea que caro proponit. dulcia & blanda & bona apparent & vehementer alliciunt. Simulque. ea que ſpiritus proponit. dura, triſtia. mala immo falſa facit viderj. Et ſic aliena extenuans. iniqua eſt. Sua autem ſuadens, doloſa eſt Lingua & Sibilus carnis. Dolŭs eſt enim. Bonam ſpeciem proponere & venenum ſub melle ingerere.
Et iniquum eſt. Aŭferre verum bonum. Vel Sic dicam. Dolus eſt huius Lingue. Quod bonum verum ſub ſpecie mala: nititur auferre Et malum verum ſub ſpecie bona inferre. Nam hŭmilitas eſt verŭm bonum. licet ſub vili ſpecie Superbia autem verum malum. licet ſub ſpecie bona Sic de omnibus aliis vicijs & virtutibus Sed Iniquiſſimum immo ipſa iniqŭitas eſt. verum malum pro vero bono dare. Sed Quia eſt abſcondita iſta iniquitas: ideo addit. & doloſa. q. d. Non eſt aperte Sed occulte iniqua. Sub aliena ſpecie. ac ſi dicas. Eſt iniquitas doloſa. Vel doloſitas iniqua. Et certe Vox hęc non eſt niſi eruditę animę Quę ſcit & intelligit nequicias carnis. quia expreſſe nominat & diffinit. Ideo de infirmitate tantummodo timet. non de ignorantia. Certa enim eſt Sed infirma vt inhabitarj mereatur virtute Chriſti.

Sic Etiam. Eccleſia perfidias & hereſes cito intelligit. Sed Liberari ab illis petit Quod enim Caro aduerſus ſpiri-

tum. hoc perfide contra Eccleſiam. Et ſicut ſemper Spiritus in carne Sicut inter ſpinas habitat. Ita Eccleſia ſemper inter Carnales in mundo Vexatur. Sic enim oportet hęreſes eſſe. Oportet etiam Stimulos carnis eſſe. Vt manifeſti fiant qui probati ſunt. & Clament ſemper ad dominum cum tribulantur. denique hoc infra querulatur. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt habitaũi cum habitantibus Cedar. Multum incola fuit anima mea. Cum ijs qui oderunt pacem eram pacificus. Cum loquebar illis impugnabant me gratis. putas ne dulcis eſt iſta vox in aure Chriſti. Quando ſic ſponſam ſuam Eccleſiam inter hereticos. Vel animam inter carnis inquietos motus. ad ſe audit gemere & ſuſpirare illam exitum de mundo: hanc de peccatis & tentatione carnis? Quia Caro ad iram. luxuriam Gulam. ſuperbiam ſemper mouet. Et Quare iſti omnes perfidi oderunt pacem? Nimirum. Quia Caro non [*Ausgestrichen:* ſ] vult ſubijci Sed regere. Dedignatur ſpiritus imperium & diſciplinam: ideo ſemper murmurat & inquieta eſt contra ſpiritum. Et ſic odit pacem eius quia querit pacem ſuam. Ita & Carnales ſuperbi hęretici Iudęi & omnes ſubditi. Quia dedignantur regi & doceri ab ijs quos ſibi putant inferiores: ideo odiunt pacem & rebellant & impugnant Eccleſiam gratis

Blatt 269ᵇ: Caro enim figura & ſimilitudo imago vnicuiusque ſynagoge Vel Eccleſie. Spiritus autem Chriſti & vnicuiusque [*so*] prelati formam ac vicem gerit. Quare ſicut Synagoga Iudęorum ſuperbe dedignata fuit ab humili Chriſto. & ideotis Apoſtolis doceri: Et ita pacem rupit & eos perſecuta eſt. Ita hereticorum Synagoga Eccleſię & prelatis eius. vt vere filii Belial (.1. abſque Iugo & obedientia.) ſibi doctiores viſi. contemſerunt eam habere Magiſtram. Sic Quodlibet monaſterium. ſuo prelato facit: Vt ſemper pauciores ſint boni quam mali. & Mali atque carnales ſemper. contra ſuum Moſen murmurant. Donec occidantur a domino & humilientur proſtrati. Quod ſit dum conuertuntur: pre [*so*] interpellationem Moſi (.1. boni prelati Diſcat ergo prelatus nihil mirari. Si ſubditos rebelles habeat. Suam carnem conſyderet: Videat. quantum illa obediat ſpiritũi ſuo. Quod ſi hanc nondum habet ſubditam. que

eſt ej proxima & naturalis Quid non patiens eſt. de carne ſua ſpirituali. de corpore ſuo myſtico. que eſt extranea & voluntarie aſſumpta? Igitur Diſcat canere. heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt. ꝛc. Quod tamen nunc plurimi cantant. qui ab officio feſtinant abſolũi. Nam hęc Caro eſt de qua dicitur Erunt duo in carne vna. Et iterum Nemo carnem ſuam odio habuit Verum Vbi eſt ſubdita & obediens. Alioquin ipſa habet labia iniqua & linguam doloſam ſemper. dum detrahit ſuo ſuperiori & impatiens regi ſemper impugnat eum

Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad Ling. doloſam

Queritur. Cur omittit hic Linguam [*Ausgestrichen:* doloſam] iniquam. & ſolum contra doloſam promittit adiutorium? Scilicet Quia dominus non aufert a nobis tribulationes iniquarum Linguarum. Oportet enim nos inter eas ſicut inter ſpinas exerceri. & proficere. Sed aufert doloſitatem ne noceat. Quia Quod iniqua eſt ſibi nocet. non nobis. Quod autem doloſa eſt. nobis nocet. quia periculoſa eſt Quare contra Linguam doloſam paratus eſt dominus adiuuare. Sed iniquam non aufert. Et inde fit iſte gemitus. Heu mihi quia incolatus prolongatus eſt. q. d Licet non mihi Sed ſibi noceant. tamen miſeria eſt ita inter ſpinas habitare. Igitur patiens eſto labia iniqua omnino ferre nos vult dominus. Sed ad linguam doloſam ita paratus eſt Iuuare Vt non ſolum dare Sed & apponere ſe promittat: Illa petit Liberari. Sed non vult liberare Vt proficiat meritum eius. dum inter eos relinquitur.

Sagitte potentis acute. cum Carbonibus deſolatorijs

Ideſt. dentur mihi immo & apponentur vt mũlti ſint. Eruditi & acuti predicatores in Eccleſia. qui predicent verbum in virtute & efficacia. Vt ſunt Apoſtoli & eorum ſũcceſſores. Non ſolum autem iſtos Sed & feruidos in Charitate Vt non tantum verbo Sed & opere eorum perfidiam deſtruant. Hii enim & ſi iniquitatem labiorum incorrigibilem non tollant. tamen doloſam linguam Vaſtare poſſunt. hoc ſi non poterũnt ipſos perfidos corrigere & conuertere. tamen, alios eripere poterunt. ne ab eis ſeducantur. Quia Incorrigibilis plaga eſt perfidia & hereſis [*Aus-*

gestrichen: Corrig] que eſt iniquitas maxima. Corrigibiles tamen immo preſeruabiles fideles a dolis eorum. Quia dolus eorum per hos detegitur. & mendacium. quod abſconderunt ſicut laqueum ab eis conuincitur. Et tale eſt omne ſtudium & Militia Eccleſię ſuper terram

ps. 121. [Hebr. CXXII.]

Blatt 270a: LEtatus ſum in iis quę dicta ſunt mihi: In domum domini ibimus

Hanc lętitiam fides facit. Impii enim atque increduli: qui non niſi preſentia & viſibilia ſapiunt Non lętantur in ijs que dicuntur eis: Neque timent aut triſtantur in iis que minantur eis vts dictum eſt octonario. 17. Lętantur autem in iis que faciunt ipſi vel fiunt eis. Quare Vbique: fides nobis occurrit prima fronte ſicut hic. fidelis Synagoga. Gaudet. Quod promiſſus ſit ej introitus in Eccleſiam. Nęc gauderet: niſi vera eſſe crederet, ſperaret. diligeret. ea Quare pauci in hoc verbum erumpere & iactare feliciter poſſunt. Lętatus ſum in iis ꝛc Sicut & pauci credunt. Nam hoc habet Verſus qui ſequitur

Stantes erant pedes noſtri: in atrijs tuis Ieruſalem

Stant enim qui expectant vt eis aperiatur & intrent. Qui autem non credunt. abeunt potius Et qui prius in ſingulari locutus eſt. dicens. Lętatus ſum. nunc pluraliter dicit Stantes erant ꝛc. quo patet. quod perſona Synagoge loquitur. Non ſolum autem Sed vt ſepe dictum eſt Omnis proficiens: ita ſentire & loqui debet. ac ſi in ſynagoga eſſet. Quia quamdiu promiſſiones non accepimus: non intraũimus in Ieruſalem Sed ſtamus & expectamus introitum Sic enim ps preced. dictum. dominus Cuſtodiat introitum & exitum tuum ꝛc Semper intramus & quo intraũimus: ſemper eximus. ad id quod nondum intraũimus. de claritate in claritatem de virtute in virtutem. ii autem qui ſibi iam apprehendiſſe videntur. non ſtant in Atrijs. Sed in medio ſedent Ieruſalem: quod eſt impoſſibile. Quia nondum ędificata eſt & ſi aliquibus. non tamen mihi vel tibi (.1. qui nondum per-

uenerunt ad terminum.) edificata eſt Sed edificatur adhuc aſſiduę. Tu ergo noli preſumere te perueniſſe Quia hęc Eſt

Ieruſalem quę edificatur vt Ciuitas Cuius participatio eius in idipſum

Ergo de militante Eccleſia loquitur. In qua omnes qui ſunt. in ſtando & proficiendo ſunt non in ſedendo & poſſidendo. vt Beati in gloria. Edificatio autem iſta fit per verbum & Euangelium. predicatores enim ſunt operarii huius Salomonis. Quo lapides viũi & precioſi expoliuntur virtutibus. & viciis depurgantur. ac per hoc alii parantur ad turres alii ad portas. alii ad muros ꝛc ſecundum diuerſos ſtatus. Sed Ecce Singulare huius ciuitatis donum. Cuius participatio eius in idipſum. (.1. cũi eſt ſua participatio in vnum & in ſimul. De quo hic breuiter: quia infra latius forte ps. 132. Vt enim ſpiritualem eſſe hanc ciuitatem exprimeret. primo ait que edificatur. Sed terreſtris Ieruſalem tunc erat ciuitas edificata Et ſi quid in ea edificandi reſtabat. hoc non vt ciuitas. Sed vel domus erat. Vel edificabatur. vt in ciuitate Secundo. Quia. vt Ciuitas inquit quo Verbo percutit carnalem ſenſum Iudęorum. Si enim vt ciuitas ergo non ciuitas Sed ſimilitudo ciuitatis. ſi ſaltem figurę ſimilitudo dicenda eſt veritas. Non ergo expectanda iſta ciuitas in terris. Sed ſimilem ciũitati aliquam Ieruſalem edificatam

Tercio Quia eius participatio in idipſum. hoc non in terrenis ciuitatibus fieri poteſt Vllo modo. Quia Nullius ciuitatis homines eodem pane & vino. victu amictu, pecunia. familia, domo, agro. poteſtate. honore vtuntur Sed hęc omnia diuiduntur in multos. & fiunt ſuntque multa Eſt itaque participatio eorum non in idipſum Sed in multa & diuerſa: Sic enim eſt natura temporalium Quod vno eodemque: non poſſint duo ſimul vti vel frũi: Quod enim tu comedis ego non comedo licet ſimile Sed aliud.

Blatt 270b: Et quod tu induis. ego non poſſum induere: Et hinc fit cauſa. diſcordiarum bellorum inimicitiarum. cediũm. fũrtorum. rapinarum & omnium peccatorum & malorum. Nos autem ſi ciues ſumus huius ciũitatis. Ecce. vnus panis vnus calix. vna fides. vnus dominus. omniaque ſunt nobis vnum. Omnia

autem Chriſtus in nobis. Quia Spiritualia habent hanc naturam Vt non poſſint diuidi in diuerſa. Sed diuerſos & diuiſos colligunt in vnum Cum enim Chriſtus omnibus ſũfficiat. Ipſe idipſum & vnum noſtrum. omnes ad ſe trahit & vnum facit. Ita quod tu comedis. Indũis, habes. idem ego comedo bibo habeo Et hinc fit cauſa omnis Concordię. pacis. amicitię. vitę. communionis ſanctorum & omnium bonorum. [*Am Rande links:* . . .illud ps 67. Qui facit vnanimes habitare in domo vnius moris,] patet itaque quod Spiritũalia habent contrariam conditionem. temporalibus: hęc enim eos qui ſunt vnum. diũidũnt in multos & diũerſos. quia ipſa ſunt neceſſario diũidenda cum non poſſint eadem eiſdem ſufficere. Illa autem. eos qui ſunt diuiſi colligũnt in vnum quia non poſſũnt diuidi & ſingulis ſufficiunt. Quid enim mihi deperit ſi eandem fidem habes quam ego in Chriſtum? Sed deperit totum: ſi eandem pecũniam, vxorem. domũm habeas quam ego. Ergo participatio eius in idipſum. Sed participatio illius in diũerſa.

Quod autem lyra dicit. in heb. ſic haberi Quę aſſotiatur ei ſimul. Eſt eiuſdem ſententie Et ne quis non intelligat. quo modo dixi Quod Chriſtus eſt noſtrum idipſum: in quo omnes participamus Quod ſi participamus. eo ipſo, aſſotiamur omnes ſimul .i. in vnum. ej .i. Chriſto. hęc enim aſſotiatio omnium. fit per participationem eius. Quia dixi quod iſtud idipſum cauſa eſt vnionis concordię. aſſotiationis, amicitię ꝛc. Quare noſtra tranſlatio expreſſit cauſam heb. autem effectum eiuſdem rej.

Sed Vigilantiſſimũm verbum poſũit. quando. participatio eius dixit Quia in hac Vita (. quod tam ſepe dixi. Vt me prope pudere debeat: niſi quod ſcio id quam infeliciſſime contemni hoc tempore a religioſis qui id maxime debent curare.) Nunquam habet aliquis Sanctorum totum Chriſtum. Sed quilibet partem eius etiam perfectiſſimi. Vnde & de Maria Mag. (.i. de Contemplatiuis. qui ſunt perfectiſſimi.) dixit. Non totum optimum Sed partem optimam elegit ſibi. Quo circa qui ſapiunt. ſemper ſe nihil habere putant & nondum apprehendiſſe Sed currunt & feſtinant ac ſemper de nouo incipiunt etiam cum conſummauerint. Vt apprehendant obliuiſcentes poſteriora & in anteriora extendentes ſeipſos. [*Philipp. 3, 13.*] Tepidi autem & hipocrite. qui ſibi

iam ſancti videntur. totum optimum ſibi elegiſſe videntur. omnia habere & apprehendiſſe ideo ceſſant & tardant ac ſemper de nouo deficiunt. etiam cum nondum conſummaũerint. obliuiſcentes anteriora. & in poſteriora contrahentes ſeipſos ibique quieſcentes & ſtertentes.

In futura autem Ieruſalem, non erit participatio. Sed ex omni parte beatitudo Ibi non erit locus dicendi. Ecce iſte bonus eſt Niſi quod eſt iracũndus. ſuperbus ꝛc. Ceſſabit ibi. hoc niſi. Vbi euacuatum fuerit. quod ex parte eſt, Interim autem. dominus ſuſtinet infirmitates, offenſiones noſtras multas donec perficiat. quod incępit: Et ex participatione faciat omnimodam plenitudinem

Illuc Aſcenderunt tribus tribus Domini: teſtimonium Iſrael. ad Confitendum no. Do Non autem tribus tribus ſerũi tuorum [*so*] (.1. Abrahe & patriarcharum.) Sed potius deſcenderunt in Babylonem & confũſionem. Quia non crediderunt. Sed ex carne volunt eſſe filii Dej: ideo deſcenderunt peius. Geminat autem tribus propter duos populos ſcilicet Iudeorum & gentium. Vel vt in gloſa eſt dictum Sic infra ps. 126. filij non carnis Sed mercis fructus ventris

Blatt 271a: vocantur hereditas dominj. Igitur in ſpiritu ſunt tribus. In ſpiritu aſcendunt. In ſpiritu participatio In ſpiritu Iſrael. Quare qui Carnaliter tribus ſunt. Carnaliter aſcendunt. Carnaliter participant. Carnaliter ſunt Iſrael. Iam non ſunt tribus. non aſcendunt. non participant. non ſunt Iſrael. Sed Spurii, Deſcendunt, euacuantur & gentes fiunt. Vnde dicit.

Teſtimonium Iſrael: Teſtimonium enim ſepe dictum eſt quod ad differentiam, rej, dicitur Sicut ſignum ad ſignatum Vnde Cum Carnalis. nolint fidem futurorum. que eſt ſignum. Vel argumentum Vel teſtimonium rerum non apparentiũm. Velint autem potius. rem ipſam preſentium. Ideo ſunt non teſtimonium Iſrael Sed reale & carnale quid Iſrael. Quia in manifeſto Iudęi non ſunt Iudęi Sed qui in abſcondito Nunc autem teſtimonium. eſt abſconſum in quo poſſidentur res promiſſe Sed nondum exhibite. Illi autem Nolunt eſſe abſconſum. Sed manifeſtum. non eſſe Spiritualis & interior. Sed exterior & manifeſtus. Et aptiſſime.

dicit. Teſtimonium Iſrael. Quia Eccleſia militans. nondum
quod futura eſt triumphans: Sed eſt ſignũm: figura: abſcondita
& omnino fidele teſtimonium, ſui ipſius Quia in [*Ausgestrichen:*
enygmate eſt: quod futura eſt in ſpecie. in ſigno eſt. quod futu
eſt in re in abſconſo eſt. quod futura eſt in manifeſto. in fid
quod futura eſt in viſione. In teſtimonio eſt. quod futura e
exhibitione: In promiſſo eſt. quod futura eſt in impletione.
enim in omni artis opere: Si quid ab artifice paratur. vide
Menſa. veſtis. domus optime dici poteſt. Nondum hoc eſt M
veſtis. domus ꝛc Sed certiſſimum ſignum & teſtimonium quod
menſa veſtis domus. cum iam ſit partim tale Sed nondum p
fectum. ac ſic non alieno ſigno & teſtimonio picto vel dicto
ſtatur quid ſit futurum Sed ſeipſo Ita Eccleſia. paratur
quia edificatur vt ciuitas. Et nondum quid eſt Ciuitas Sed p
& teſtimonium quod ſit futura ciũitas. Ita quidem nondum
Iſrael. Sed fidele ſignum quod erit Iſrael quia paratur ad
nem dej & partim ſcilicet per fidem eum videt. Sec
vt dixi Etiam eſt Eccleſia teſtimonium. & non reale quid.
non exhibet ſe talem: qualia promiſſa ſunt in ea & de ea.
ſolum teſtimonium dat. Quia futura ſunt eius bona. que
poteſt in preſentia exhibere preſentia autem bona ignorat
ipſa remanet teſtimonium incredulis & credulis. Sed incred
in teſtimonium & ſcandalum. Credulis autem in teſtimoniu
ſurrectionem. peream enim deus teſtatur toti mundo. futura bo
Ideo eſt teſtimonium dej. ipſa Iſrael ad mundum Sed nondum
hibitio: Exhibebit autem eam in futurum: & ceſſabit ipſam
bere in teſtimonium. Ergo Non omnis Iſrael. ſunt tribus dom
Sed ſolum. qui ſunt teſtimonium, ij enim ſunt veri Iſrael E
aſcendunt. Non Iſrael qui eſt apparentia. Sed Iſrael teſtimon

Ad confitendum nomini tuo. Iterum Exprimitur Co
ditio militantis Eccleſie. Que nunc nondum Confitetur deo p
ſenti. Sed nomini eius. Erit autem cum id quod per nom
ſignificatum tenemus videbimus. & confitebimur. Interim aute
dum ex parte cognoſcimus nomen eius Sed non rem nominis
gnoſcimus. Et ideo freques [*so*] eſt memoria nominis domini
Vetere Scrip. ad ſignificandam vt dixi differentiam fidei & gl

huius Vitę & futurę. Vnde in Euangelio dicit. Et manifeſtabo ej meipſum [*Ioh. 14, 21.*]. q. d iam nomen meum habetis Sed nondum meipſum. denique Nomen ex auditu cognoſcitur. Sed ipſe. per viſionem. Auditus aut [*ſo*] fidem. Viſio ſpeciem habet. Et ita poteſt illud Exo. 3. intelligi vbi dominus dicit Quod patribus Abraham. Iſaac & Iacob. non manifeſtaũit nomen ſuum. Sed nomen nominis. Quia fidem reuelatam non habuerunt. Sed credebant reuelandam in nomine Iheſu Chriſti

Blatt 271ᵇ: Quia illic ſederunt ſedes in Iudicio, ſedes ſuper domum dauid

pulcherrimus Verſus. & pulcherrime exprimens proprietatem Eccleſię militantis Si poſſem conſequi explanando. Sed age, dominus in nobis & audeamus tentare. Hęc Vtique eſt differentia etiam alia a predictis: Eccleſie militantis a triumphante: Quod ſedes ſunt in ipſa & manifeſtę ſunt (.1. poteſtates & principatus, Epiſcopatuum, ſacerdocii ꝛc.) Sed ſeſſor ipſe Chriſtus non apparet: eſtque abſconditus per fidem & in fide. & tamen in ipſis ſedet & preſens eſt. immo preſentiſſimus. cum ſint iſti ſedes eius. Idcirco. ipſe per ſe non preeſt Eccleſie & populo. ſuo. corporaliter. Sed Vicarii eius. ſacerdotes: hii enim ſedent & principantur & regnant in populo corporaliter vt patet. Sed ne. Dominj ſibi eſſe Videantur. & tanquam propria eorum ſit poſſeſſio. hũmiliat eos. & appellat ſedes & non ſeſſores: q. d. Liceat Vos ſedeatis. regnetis. principemini: preſitis. non tamen Vos eſtis. ſeſſores: reges, principes. preſides huius populi. Sed Vicarii & ſedes. in quibus ſedet ipſe Verus rex. ſeſſor. princeps. preſes. In futuro autem Cum Euacuauerit omnem principatum & poteſtatem. & ſedebit ſolus rex inęternum. Vos non eritis ſedes vt ſedeatis Sed eritis ſedes vt ſtetis. & ille ſedebit ſolus Nunc autem propter fidem: Vos cum ſitis ſedes. habetis & vos ſedes. ſcilicet populos ſubditos in quibus pro & loco domini ſedetis: ipſe autem in vobis. Sed cum ipſe ſedem veſtram intrabit Vos dabitis locum & eritis ipſi quoque vna ſedes cum ijs qui ſunt nunc ſedes Vobis propter eum qui ſedit in Vobis. & ſubiecit eos Vobis. Sicut autem iſto Verbo humiliauit & timorem incuſſit prelatis. dum eos monũit ſeſſoris & ſedes potius quam ſeſſores Vocaũit Vt ſcirent. ſe ſic

habere ſuperiorem Chriſtum. ſic [*so*] ipſi ſuperiores ſunt cęteris. Ita certe & ſubditis ſimiliter timorem incuſſit & Reuerentiam ac obedientiam erga prelatos. Vt ſciant eos eſſe ſedes Chriſti. Idcirco tanquam coram Chriſto ſedente ſuper ſuum thronum humiliarj ex vero corde debere. non propter ſedem Sed propter ſedem Chriſti ſine dubio Inuiſibiliter ibi ſedentis Sicut figura habet olim in propitiatorio. Vbi erat ſedes dej. & tamen Inuiſibiliter ibi erat. Ita & modo. in Eccleſia ſua ſedet qui eſt ſedes eius.
Quare Corol: ſequitur Quod Eccleſia cum habeat multiplicem ordinem Semper ſuperiores ſi comparantur ad ſuos inferiores. Sunt ſeſſores ſuper eos & ii ſedes eorum. Si autem comparantur ad ſuos ſuperiores: tunc & ipſi ſunt ſedes eorum in ipſis ſedentium. In omnibus autem Chriſtus. Et quidem iſto verſu ſolum ſtatus prelatorum eſt expreſſus. Quia Sedes ſedentes non ſunt. niſi qui habent inferiores in quibus ſedent & ſuperiores [*Ausgestrichen:* in quibus] qui in eis ſedent. Vel ſuperiorem. Niſi forte infimi etiam ideo dicuntur ſedes ſedentes. quia dominantur non ſuper populum Sed ſuper carnem ſuam domitam. Que eſt tropologia omnium predictorum. Iſtis itaque dictis, Inſpice Eccleſiam Et Videbis. eam ita ſine dubio diſpoſitam in ordinibus ſecundum ſub & ſupra. ſicut iſte verſus deſcripſit. Eccleſiam inquam militantem. Secus erit de triumphante. Nunc Vide vt exprimat aliud pulchrum inſigne pacifici regis. Quia Sedere eſt pacificum eſſe & quietum. Idcirco Non eſt ſedes regis pacis: niſi ſit quietus & pacificus in conſcientia Sed & ſubditi debent id preſtare [*Ausgestrichen:* ſubditis] prelatis ſuis. Vt cum pace in eis ſedeant. quod ipſi Chriſto ſuo ſeſſori preſtant. Alioquin quomodo ſedebunt ſedes & non potius omnia tumultuarie & temere ferentur? Hoc autem fiẹt. Si pure & humiliter obediant & ſubiaceant eis Quod vt faciant Cogitent & fide inſpiciant magis ſeſſorem Chriſtum quam ſedem ipſam Nam ſi ſunt ſedes: certę erit & ſeſſor ibi. neque vacabit ſedes iſta licet non videatur qũi ſedet Quare timeamus, reuereamur: hũmiliemur. coram ſedibus iſtis ſicut coram Chriſto,

Blatt 272a: Sed nec fruſtra dictum. In Iudicio Quia poteſtas data eſt Sacerdotibus ad diuitias. honores voluptates

captandas. Sed ad Iudicium exercendum. Omnis enim ordo & ſtatus Eccleſie eſt in Iuſtitia poſitus & fundatus. Solus autem poteſtatis ſtatus. in Iudicio. Quia ad hunc pertinet mala prohibere. errores obſeruare. hęreſes repellere, tollere ſcandala & corrigere atque diſciplinam exercere. Quia poteſtas eſt propter malorum intemperantiam Si enim omnes boni eſſemus & perfecti. ſalũi eſſemus. & tantummodo ſaluandi. non autem Iudicandi & damnandi. Nunc quia mali ſumus Vel ſaltem mixti. neceſſe eſt poteſtatem eſſe. que Iudicet arguat & corripiat. Nam equalis ab ęquali non patitur correptionem vt patet Sed Subditus a ſuperiori. & infirmus a potentiori. Non ſic in Iuſtitia & Sapientia. Vbi ęqualis ęqualem immo inferior [*Ausgestrichen:* em] ſuperiorem. poteſt erudire & iuſtificare. ſine poteſtate Quo circa non leũi ictu iſte dauid percutit frontem Goliath. .(.1. duriſſimam frontem corporis Babylonici: qui ſunt hęretici: iſto lapideo verbo. Quare enim hęretici Nolunt ſubeſſe Epiſcopis & ſacerdotibus Eccleſie? Aiunt. Quia non ſedent. in Iuſtitia. & ſanctitate. ſunt enim impii & mali. Nos autem ſanctos & Iuſtos habere volumus Quibus Reſpondemus. Sufficit Quod ſedeant in Iudicio: quod prohibent tuum & aliorum errorem & hereſim. Quia neque hic amplius deſcribuntur: Vt ſedeant in pace. & ſint pacifici ſubditi. Tu autem effringis Iugum. Iudicium abominaris. .& multam Iuſtitiam iactas. Quaſi ſubditorum Iuſtitia aliquid ſit. niſi obedienter Iudicium ſuperioris portent. licet Iudicium ſuperioris ſatis ſit quo ad Eccleſię ſtatum etiam ſine Iuſtitia. Iuſtitia enim eſt. ſolum hũmilis obedientia. Quare Iudicium ad ſuperiores. Iuſtitia ad inferiores pertinet: Nullus enim eſt Iuſtus niſi obediens. Sed ſuperior non tenetur obedire ergo nec Iuſtus eſſe. quo ad inferiorem. Inferior autem tenetur obedire. & per conſequens Iuſtus erit. Tu ergo. Iuſtitiam vis ſtatũere in ſuperiori. & Iudicium in inferiorj. Scilicet Vt tibi obediant. non tu illis. Igitur ſi ſunt Iniuſti hoc ſunt ſuo ſuperiori Quid ad te? tu ſubeſto & ſine te in Iudicio regere. Nunquid quia illi iniuſti ſunt & inobedientes ſuo ſuperiori ſcilicet Chriſto. ideo & tu quoque iniuſtus fies non obediendo tuo ſuperiori. Igitur Vera differentia Iuſtitię & Iudicii Eſt hęc. Quod Iuſtitia pertinet. ad inferiorem vel

inquantum inferiorem Quia eſt humilitas. obedientia & reuer-
ſubiectio proprię voluntatis ſuperiori. Iudicium autem perti-
ad ſuperiorem Vel inquantum ſuperiorem Quia eſt executio l-
& caſtigatio malorum ac prefidentia Inferiorum. Vnde & Apo-
lus Ro. 6. dicit eum Iuſtificatum. qui mortuus eſt peccato. E
Spiritus eſt Iuſtus Quando caro ab eo Iudicatur & ſubijcitur
omnem obedientiam vt nihil voluntati & concupiſcentijs eius
linquatur. Quod autem dixi. inquantum ſuperiorem &
feriorem. id eſt Quia medii prelati. ſicut ſunt omnes. preter Chri-
ſtum. ſunt ſimul ſuperiores & inferiores. Igitur Inferiorum
eſt expoſtulare. Iuſtitiam. ſuperiorum quia hoc eſt. eorum
cium ſibi rapere. Ipſorum eſt enim Iuſtitiam expoſtulare
feriorum. Et horum eſt ſuſcipere Iudicium & obedire eis
quod fit in pace: correctio malorum: Obedientia enim tollit
malum pacifice. & pacificum ſinit eſſe regentem Id facit humi-
que eſt nihil aliud niſi obedientia & tota Iuſtitia. Quia tot
ex alterius Iudicio pendet. nihil habet ſue voluntatis aut
Sed omnia Vilificat ſua & prefert atque magnificat aliena ſci
ſuperioris

Blatt 272b: Deinde poſtquam Goliath ictu lapidis perc
Iacet. Nunc Caput amputat. dicens. Super domum Dauid.
quidem & heretici ſibi Inũicem prefunt & ſubſunt. ſedentque
ſedes in Iudicio. Eſt quoque Iuſtitia apud eos. obedientia &
militas Sed mendax. Quia ſedent non ſuper domum *dauid*.
ſuper domum Bethauen .1. Idoli. Erexerunt ſibiipſis ſynago
ſathanę. Ergo Vbi ſedes eorum ſedent. Sathan in ipſis ſed
regnat. in domo Nabocadnoſor babylonie regis Dom
autem Daũid Eſt Eccleſia Chriſtj in vera ſucceſſione perſeuera
ſicut olim figura fuit in rege daũid Audi. ergo hęretice *conſilium*
huius prophete. dicit. Rogate que ad pacem ſunt Ieruſalem
abũndantia diligentibus te. fiat pax in virtute tũa & *abundantia*
in turribus tuis. Hanc pacem non niſi hęreticus turbat, qui im-
pugnat Eccleſiam gratis. non eſt enim de diligentibus Sed odie-
tibus eam Non ergo duas Eccleſias habet Chriſtus Vn
eſt Columba eius Et Licet multe ſedes ſint tamen omnes ſuper
domum Dauid que eſt Vna tantummodo Vocatur autem Eccleſia

militans domus dauid. propter humanitatem Chriſti. Quia nunc regnat Chriſtus inquantum homo & per fidem humanitatis ſuę. quam habet ex Dauid. Sed in futuro tradet hanc domum deo patri. Et ipſe quoque ſubiectus erit ej. qui ſubiecit ej omnia. Et erit domus dei & regnum Chriſti dei. Vt iam non tantum Chriſtus homo in nobis Sed & Chriſtus deus in nobis ſit. Ideo enim nunc participamus eum tantummodo. quia in humanitatis eius regno ſumus. que eſt pars Chriſti. Sed tunc totus Chriſtus in nobis erit clare ſine Inuolucro humanitatis. Non quod nunc non ſit deus in nobis. Sed quod eſt in nobis Inuolutus & incarnatus in humanitate: Tunc autem erit reuelatus ſicuti eſt Nunc cognoſcimus ex parte. tunc autem ſicut & cognitus ſũm [*1 Kor. 13, 12.*]. Nec quod humanitatem dimittet Sed quod etiam diuinitatem ſuam ibi latentem (.quam nunc confuſe & in enygmate humanitatis eius videmus oſtendet clare. Interim itaque ſumus domus dauid. Et Sedes ſedent. Non tantum autem Sed & ſtant. Quia ſedium eſt. quod ſtent. Stant autem comparando eos ad ſuperiorem Sedent comparando ad inferiores. Ideo Vt oſtenderet eos. ſimul preeſſe & ſubeſſe dixit eos ſedere & etiam ſedes eſſe. Stant per obedientiam. & humilitatem & ſic ſunt Iuſti Sedent per poteſtatem & auctoritatem. & ſic ſunt Iudices. quibus obediendum & humiliandum eſt Vt Iuſti ſimus Et ita Iuſtitia & Iudicium preparatio ſedis eius ps. 96.

Iudicium itaque ad mala coercenda poſitum. Mala autem non ſunt niſi propria voluntas & ſenſus. Et hec duo indigent poteſtate ſuperiori. Si debent tolli & prohiberi & ſubijci. Quare neceſſe eſt Sedes ſedere in Iudicio ad condemnationem ſcilicet Voluntatis & ſenſus proprii. proinde nihil refert. quid quale, quantum. precipiatur. ſit aptum. ineptum vtile inutile: (dum modo non ſit contra deum.) Sed ſicut pueri. non Iudicando & ęſtimando. ſunt facienda. Qui Vero prius ponderat [*so*]. opus quod precipitur. penes rationabilitatem. vtilitatem. ignorantes quod non opus. deus Sed voluntatis & ſenſus ſubiectionem & obedientiam. querit: Ipſi Volunt ſtare in Iudicio (.1. ſimul obedire & imperare Stulti & inobedientes. Et ideo in ps. 118. (. quod ſingũlariſſime Notandum eſt.) tam frequens eſt petitio.

ſuper preceptis & lege. Quia non petit. tanta Vel talia facere Sed tantummodo obedientiam legis. Et ſcientiam obedientię. Vt non in opus faciendum. Sed in obedientiam quam lex querit. oculum potius flectat. x

ps 125. [Hebr. CXXVI.]

Blatt 273a: In Conuertendo. d. Captiuitatem Zion: facti ſumus ſicut Conſolati

Iſte ps prophetia eſt. de Sanctis precipue martyribus Eccleſie in quorum perſona loquitur Quia Captiũitas ſpiritus: mutata & conuerſa in Captiuitatem Carnis eſt, Vt qui erant ſerui peccati & liberi Iuſtitię. facti ſunt ſerũi Iũſtitie. & liberi peccati Ro. 6. Quare Spiritus eſt in libertate ſecundum nouum hominem. Sed Vetus homo traditus in crucifixionem & captiuitatem vt iam ſint non membra libera in peccatum. Sed captiua vt non poſſint peccato ſeruire Sed Iuſtitię. Et hoc eſt Crucem domini portare in corpore. Sed reſũrgere cum ipſo in mente Dicit autem Sicut Conſolati. Et non ſimpliciter, Conſolati. Eo quod ſimiliter ſe habent in ſpiritu. quomodo. ii qui conſolantur in carne. Nam Qui temporaliter Conſolantur: accipiunt aliquid boni. poſt finem mali. Ita Sancti: poſt peccati Captiuitatem: que eos contriſtabat acceperunt redemptionem. Quare ſicut illi in ſuis ita iſti in ſua conſolationem. Qui autem non triſtantur de Captiuitate peccati nec dolent ſe in peccatis eſſe. non conſolantur. quia non conuertitur eorum captiuitas. eo quod non diſpliceat eis. Sicut filij Iſrael. qui in captiuitate remanſerunt Ideo autem illis non diſplicet Captiuitas ſpiritualis. quia placet eis Libertas carnis & peccati. odiunt enim Captiuitatem & crucem carnis. Quam neceſſe eſt ſubire. eos qui Captiuitatem ſpiritus euadere volunt. Nam ſimul neque liberi. neque captiũi eſſe poſſunt Spiritus & Caro. cum ſint aduerſarii. Ergo qui diligit libertatem ſpiritus. diligit quoque Captiuitatem & crucem Carnis. Et idem odit captiuitatem ſpiritus & libertatem Carnis. Qui autem diligit Libertatem [*Ausgestrichen:* ſpiritus] carnis. diligit quoque captiuitatem ſpiritus Et idem odit libertatem ſpiritus & captiuitatem

carnis. Ac ſic ſunt inimici Crucis Chriſti. Nolunt eſſe de ijs. beatis. qui lugent. de quibus infra. Qui ſeminant in lachrymis. Euntes ibant & flebant. Quia tales conſolantur & facti ſunt lętantes hic in ſpe & in futuro in re. Nam & in hac Vita repletum eſt gaudio os eorum. & lingua eorum Exultatione. quod illi carnales non percipiunt. Ideo Schandaliſantur in Cruce foris & horrent ſerpentem. Moſi & fugiunt ab eo. Quia ſpeciem Virge mutatam & Conuerſam vident (.1. Literam carnaliter promittentem: in Spiritualem & viuam intelligentiam: Sed crucifigentem & mordentem. membra Veteris hominis. Euangelium enim Eſt venenum Viŭŭm: vicijs carnis. quam occidit & interficit Spiritualiter.

Magnificauit dominus facere nobiſcum

.1. Magna opera. facere nos fęcit & nobiſcum facere. Magna enim ſunt Sed in ſpiritu & mirabilia valde. Quod non putant Iudęi: immo nulla reputant. cum Videantur eſſe contraria ſibi promiſſis. Nam ſecundum Literam. Expectant Magna opera domini: Carnalia. Vt olim in ęgypto ꝛc. Nunc autem Vident. Crucem. & mortem fieri in ijs qui credunt domino Nunquid hęc ergo magna ſunt? Non certe Sed Magna que ſub ipſis in ſpiritu facit. per iſtas paſſiones. Quare recte ait. Tunc dicent inter gentes. q. d. Iudęi Schandaliſati hęc non dicent. Sed inter gentes erunt reliquię Iſrael idipſum predicantes.

Conuerte domine Captiuitatem noſtram

Orat quod prophetaŭit ſupra. Sicut ſolent prophete. Sicut autem exponitur de aduentu Chriſti in Eccleſiam primo. ita de ſpirituali in animam Cui redditur Lętitia ſalutaris. quando conuertitur eius Captiuitas per gratiam. & fit ſicut conſolatus & lętabunda & laudans

Blatt 273b: Sicut Torrens in auſtro Vt hunc locum plene intelligamus. primo de perſona Chriſti intelligamus: qui in humanitate ſua torrens dicitur: Quia proſpere proceſſit & cucurrit viam ſŭam alacriter. Sed in auſtro (.1. in ſpiritu ſancto & ſpiritualibus bonis.) Antichriſtus autem erit torrens in aquilone: quia proſperabitur & faciet. Sed non in viribus ſuis daniel. 8. Aquilo enim .1. ſpiritus noctis diabolus. Auſter enim eſt ſpiritus diei immo meridiei (.1. ſpiritusſanctus.) Vt in Can-

ticis [*V. 4, 16.*] Surge. Aquilo & veni auſter. perfla ortum meum & fluent aromata illius.

Secundo Torrens Et ipſe populus Chriſtianus: qui voluntarie eſt & currens in via dei: Quod facit Auſter (.1. flatus ſpiritualis [*so*] qui venit a meridie (.1. ab ęternitate claritatis) Vt ps. 11[9] Viam Mandatorum t. cucurri cum dilataſti cor meum, (.1. cum veniſſet auſter factus ſum torrens Editori populus ſynagoge eſt torrens aquilonis in viam ſuam feſtinus Et non habet vanum ante lucem ſurgere Sed in carnem & ſapientiam eius multum feſtinat.

Vult ergo dicere. petimus. Conuerti captiuitatem noſtram non carnaliter. Sed ſpiritualiter. petimus Vt ſimus liberi ad currendum in [*Ausgestrichen:* Auſtro] ſpiritu. Vt ſimus torrens in Auſtro. Ad quod nos peccatum captiuos tenet. vt currere non poſſimus Curramus abunde & multiplicati ſicut torrens Sed per auſtrum ſoluti & liberati. Sic enim b. Aug exponit. Nam Auſter calidus ventus ſoluit gelu & fluere facit aquas quę velut captiue ſteterunt. gelu conſtricte. Ita Spiritus ſanctus. Calidus Ventus eſt. quia ignis conſumens, flaũit & fic per ipſum & in ipſo auſtro. cucurrerunt populi vſque ad martyria & varias penas. Vnde percuſſit petram & fluxerunt aquę .1. populi Chriſtiani.) & torrentes (.1. martyres fortiſſimi Chriſtiani & perfecti.) inundauerunt. Eſſe enim Aquam. omnium eſt. Sic torrentes martyres aut perfectiores ſunt in Eccleſia. Et q. de iſtis loquatur. patet ex eo quod ſequitur. Qui ſeminant in lachrymis ꝛc q. d. Sunt torrentes & patiuntur. Sed exultabunt.

Sic ergo ſenſus eſt. Conuerte nos ita perfecto ſpiritu. Vt cum gaudio curramus viam paſſionis tuę. & ſimus torrentes, vt non ſimus pigri frigidi quaſi gelu conſtricti aut infirmi in paſſionibus ne forte ſuccũmbamus fidem abnegando Sed ſecundum iſtum ſenſum, Videretur textus ita habere debere. Con. d. cap. Sicut torrentem in Auſtro & non ſicut torrens. poteſt autem dici quod ad Chriſtum verbum dirigit. Qui in ſuis membris conuertit & conuertitur. Quia dum nos ita conuertimur ſicut torrens. hoc totum ipſe eſt & facit per fidem in nobis. Igitur ipſe conuertit ſicut torrens. Quia ex eius conuerſione quam facit in nobis. nos

mus torrens eius. Qui autem habent tũmida & torpentia corda
l ęterna & non totaliter liquefacti per ſuauem eorum amorem.
ıcile timent paſſiones & cadunt. Quia adhuc diligunt aliquo
ıodo. plus viſibilia: Et ita quodam frigore conſtringuntur ad cę-
ıſtia. Vt non ſicut torrens currant Sed qui perfecte contemnunt
ım proſpera quam aduerſa. in vtriſque ſiunt ſicut conſolati. &
ım gaudio currunt. Sed hęc ſunt opera magna dominj exquiſita
ı omnes Voluntates eius

Addenda.

Tomus I.

Vorwort pag. V Z. 4 f. v. o. zu streichen: Standorts- u.

Pag. 293: „dalida enim cum generatis ſuis.“ In der Simsonliede, welches aus einer Pergamenthandschrift des 14. Jahrhunderts auf der grossherzoglichen Hof- und Landesbibliothek zu Karlsruhe Herr Dr. Alfred Holder im „Anzeiger Für Kunde Der Deutschen Vorzeit“ 1876. No. 7. Juli Spalte 200—202 mitgetheilt hat, heisst es Sp. 200:

Post amaui Dalidam
teneram puellulam
corpore iuuenculam
fraudibus wlpeculam.

Und Spalte 201:

Idvmei Saducei Pheresei ueniunt
Amorrei Chananei et Ethei rapiunt
Philistei uerberant
Euei me lacerant

Es hat also, wenn man nicht zwei der Zeit nach weit auseinander liegende Schreibfehler annehmen will, eine Form dalida für Dalila gegeben. Kannte Luther das Lied? Oder ist sein „dalida“ Anklang an irgend eine Simsonstragödie?

Tomus II.

Pag. 174: Anselmus Cantuariensis.
„ 304: Aufschwung der Iurisprudenz, der Künste und der Philosophie zu Luther's Zeit.
„ 135. 173. 200 f. 205. 213. 215: circa textum. P. 239: circa ps. 2m. Pag. 324, 349: circa gloſam.
„ 139. 183. 184. 235. 300. 314. 316. 348. 349. 352. 357. 373. 388. 397: in glosa.
„ 102. 330. die römische Kirche.
„ 351. Maria, b. virgo.
„ 221. 320. 334. Teutonice.
„ 145. 186. Virtutes theologicae.